# BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI

Omnium concessu doctissimi pariter & acutissimi,

## CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM,

## VOLVMEN PRIMVM.

*HAC NOVISSIMA EDITIONE recognitum, pluribusq; in locis accuratissimè castigatum;*

CVM QVAESTIONIBVS, SVMMARIIS, Et Indice locupletissimo.




VENETIIS, MDLXXV.

# PRIMVM VOLVMEN CONSILIORVM
## DOMINI BALDI DE PERVSIO:
## *EX PROPRIO ORIGINALI TRANSVMPTVM:*
*nouiter correctum: cum suis summarijs ante vnum-*
*quodque Consilium additis.*

### CONSILIVM PRIMVM.

1 *Vnio ecclesiæ collegiatæ fieri non potest alicui dignitati, nisi ta*
*li vniani consentiat capitulum dictæ ecclesiæ vnitæ.*
2 *Solus Papa potest vnire ecclesias irrequisitio capitulo.*
3 *Quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari.*
4 *Ecclesia simplex, nõ collegiata põt vniri irrequisito capitulo.*



IN Christi nomine.
1 †Quædam ecclesia collegiata fuit vni
ta cuidam dignitati ex rationabili cau
sa per diocesanum cũ consensu capitu
li sui, omnibus solẽnitatibus seruatis:
excepto quod capitulũ dictæ ecclesiæ
vnitę nõ consensit, sed penitus ꝯdixit,
& contradicit. Queritur, vtrum dicta vnio valeat, necne. Et
vr, quod valeat: quia ex quo vnio facta est ex rationabili cau-
sa, negotiũ ecclesiæ vnitæ est vtiliter gestum: ergo pro rato de
bet haberi: vt ff. de neg. gest. l. pomponius scribit si negotium.
sic filius teneť habere ratum factũ patris, si non habet iustam
causam contradicendi: vt ff. sol. ma. l. 2. §. voluntatem. & l. do
tem. Preterea satis est verbis canonis deseruire: nec debemus
vltra requirere, quã requirat lex, vel canon: vt ff. de exercito. l.
1. §. si is qui nauem. & ff. de publicia. l. de precio. ff. de acquir.
hære. l. si seruum. §. non dixerit. sed cle. si vna: non requirit cõ
sensum capituli ecclesiæ vnitæ, ergo valet vnio. In cõtrarium
vr, quia per talem vnionem mutatur status ecclesiæ vnitæ, &
maximè status capituli ecclesiæ vnitæ: quia perdit ius eligen-
di prelatũ. sed vbicunque status mutatur, ibi necesse est, quod
consentiat ille, de cuius statu tractatur. Hinc est, quod in ado-
ptione, cui similis est vnio, requiritur consensus eius, qui ado
ptatur: vt ff. de adoptio. l. nam ita diuus. etiam si tractetur de
eius cõmodo: non valet, nisi consensus interueniat: dicit lex,
quod filius inuitus legitimari non potest. & tñ legitimatio sta
tum auget: vt in Aut. quib. mo. na. effi. sui. §. & qualiter. col. 7.
Similiter dicit lex, quod nemo emancipatur inuitus, etiã licèt
plerumque intersit filij emancipari. vt ff. de adoptio. l. non po
test filius. Et breuiter vbicunque status mutatur bona gratia,
siue absque delicto, nũquam quis cõpellitur statum mutare.
2 †Vnde cum hic capitulum perderet ius eligẽdi, & statũ suũ:
in hoc videlicet iure eligendi, de necessitate requiritur cõsen-
sus capituli: nisi talis vnio fieret per Papã, qui potest ius suũ
inuito auferre, & statum ecclesiarum mutare: vt no. in c. cum
venisset. extra de iud. in nouel. & probatur in l. quæris. ff. de
mat. restitu. en. preterea vnitę capitulum, est in alienã familiã
transferre. ergo requiritur consensus eius, cui transfertur: vt
ff. de adop. l. in adoptionibus. & l. quod nepos. Non ob. l. 2. §.
voluntate. so. ma. cum si. quia ibi non versatur mutatio status.
Item illa est potius iuris noui executio, quã iuris noui creatio.
Nec ob. c. si vna. quia illa clemen. debet intelligi, dummodo
interueniat consensus eorũ, quorũ consensus est necessarius.
Declarat autem quosdam, quorum consensus non requiritur,
3 non tñ vltra procedit: † dicẽdo, quod si essent aliqui, de quo-
rũ preiudicio tractareť, non debeant consentire: dicit. l. quod
id, quod oẽs tãgit, debet ab omnibus cõprobari: vt C. de auto.
prestan. l. fi. ad hoc facit clemen. ne in agro. §. ad hæc. de statu
mona. & ita mihi vr salua substantia veritatis. Non ob. gl. quæ
est in cle. si vna. in gl. quæ incipit vocatus: quæ dicit, ꝙ episco
pus ecclesias vnire potest sine consensu ambarum ecclesiarũ,
per textum dicti capituli si vna: quia illa glo. non loquitur in
ecclesia collegiata: sed in alia. Et ratio differentiæ est, quia vbi
est collegium, ibi est dignitas. Sed episcopus non potest sup-
primere dignitatem ecclesiæ: vt no. in c. cum accessissent. de
4 consti. † Item vbi est ecclesia collegiata, ibi est iurisdictio, quæ
non debet priuari capitulum sine facto suo. In ecclesia autem
simplici cessat ista ratio: quia nec dignitas supprimitur, nec
iurisdictio confunditur. Et hoc etiam tenent quidam doct.
Moder. in d. c. si vna. Ego Baldus.

### CONSILIVM II.

1 *Mater an teneatur instituere filiam, adeo quod si preterijt, te-*
*stamentum dicatur nullum. & nu. 3.*
2 *Neptis non venit nomine filiæ. nu. 5.*
4 *Statuta locorum æquiparantur stipulationibus.*
6 *Dos matris proueniens in filiam, prouenit non iudicio aui: sed*
*fortuito casu.*

1 In Christi nomine. † Verba statuti. sta-
tuimus, quod si ali-
qua filia, aut filiæ nupta, vel nuptæ, dotata, vel dotatæ fuerint
a patre, vel a matre, vel simul a parentibus, ipsis parẽtibus de-
functis nullum amplius habeat regressum ad petitionem hæ-
reditatis tam paternę, quam etiam maternę contra fratres, aut
hæredes ipsorum hæredum defunctorũ: sed sint tacitę, & con
tentę dotibus sibi datis cuiuscunque quantitatis fuerint: mo-
do accidit in facto, quod pater dotauit filiam: & ex filia nata
est neptis: qua filia subducta de medio per mortem, auus de-
cessit testatus nepte preterita, excepto, quia legauit sibi non tñ
iure institutionis, nec de bonis suis, sed de bonis matris puel
læ: modo dicta neptis puella vult dictũ testm̃ aui infringere.
2 Quæritur, nunquid possit. Et vr, quod non: & primo, † quia
nomine filiæ continetur neptis ex interpretatione expositiua
vocabuli sumpta ratione exponendi ab ipsa natura, etiã si ver-
bũ filij. videatur strictius sumi, inquantum verbum sonat: vt
ff. de ver. sig. l. liberorum. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iu. l. fi-
lium diffinimus. Item esclusa filia vr excludi oĩs descendens
per filiam, cum non possit succedere nisi quodam adminicu-
lo matris. ar. ff. de colla. bo. l. dedit dotem. & C. de nat. lib. l. fi.
& hanc doctrinam tradit tex. in c. 1. §. illud notandũ. qui feu.
da. pos. colla. 10. Præterea tria sunt, quę operantur vnũ, & idẽ.
i. verbũ, ratio, & mens. nam talis vnusquisque in mente præsu
mitur, qualis per cãm dispositionis ostenditur: vt ff. de excu.
tut. l. scire oportet. §. & si maxime. & no. in c. in argu. ff. de reg.
iur. li. 6. per Di. vnde dicimus, quod ex ratione eiusdem legis
oritur auxilium directũ: sed ex ratione alterius legis per totũ
a simili oritur auxilium vtile: vt eleganter no. Bar. in l. 1. ff. vti
possi. sed ratio, quæ mouit legislatorẽ in filia: eadem ratio mo
uit, & mouere debuit in nepte: ergo perinde est, ac si statutũ
exprimeret de nepte: vt ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. & no. per
3 Nic. de mat. & Cyn. C. q̃ sit longa consue. l. 1. † In contrarium
vr. quia istud statutum continet quãdam exhęredationẽ filię;
ut ff. de hære. insti. l. qui uolebat. tunc ergo licitum est argue-
re de uerbis legis, ad uerba testatoris, & ecõuerso: ut ff. de ma
ou. test. l. si ita. §. fi. sed si testator dicit, exhæredo filios meos,
non includuntur neptes: quia ista odia sunt stricti iuris: vt ff.
de uen. in pos. mit. l. 1. §. quare. & ff. de lib. & posth. l. cum qui
4 dam. ergo idẽ in statuto dici debet. † Itẽ statuta locorũ æqui-
parantur stipulationibus: vt no. C. de decre. decu in rub. nam
fiunt per interrogationem, & responsionem: ut ff. de le. 1. l. r.
Sed stipulationes sunt adeo stricti iuris, quod non recedimus
a uerbis, etiam si ęquitas suadeat extendi: ut legitur, & not. in

l. fi. ff. de condi ob turpẽ causam. & leges sũt uulgares. ff. so.
ma. l. si uero. §. de uiro. ff. de uer. ob. quicquid astringendæ. &
hoc dicit illa. l. no. ff. de acquir. hær. l. si seruũ. §. non dixit præ-
tor. Item lege cauetur, quod prohibitio facta ad filium nõ ex-
tenditur ad nepotem. Iste est tex. & glo. singularis in Auth. de
testi. fideic. §. manifestũ. ad hoc facit. ff. de excusa. tut. l. 2. ubi
iurisconsultus dicit, quod ex significatione sumpta a voce nõ
est idẽ, esse filij, & nepotis. idem no. insti. qui da. tuto. pos. §. fi.
Item priuilegiũ concessum filijs nõ extendit ad nepotes: ergo
nec odiũ: vt C. ad treb. l. iubemus. Item eadẽ ratione extende-
retur ad pronepotes, & oẽs descendentes: vt ff. de postulãdo.
l. 1. in fi. cum. l. sequen. quod falsum est: vt in Auth. de nõ alie.
§ emphyteusim. Preterea filius est prima persona descẽdens:
nepos secunda: pronepos tertia, &c. vt ibi tex. dicit. sed q prima persona sit secũda, & econtra, implicat impossibilitatẽ na-
5 turæ. † Quare de primo ad vltimũ cõcludendo non vr neptis
significari. sed ego puto in isto statuto neptẽ significari, licèt
.n. statuũ de filia faciat mentionem: tñ & de parẽtibus memi
nit, quod est verbũ generale. vt ff. de in ius voc. l. quinq; §. pa-
rentes. & ideo extenditur significatio filiorum per annexionẽ
parentũ: vt ff. de iur. & fac. ign. l. regula. §. fi. Itẽ hoc probatur
per rationẽ absurditatis euitãdæ. pone. n. quod auus paternus
dotauit neptẽ. filia. n. dotata non rumpit testm̃: & neptis ex fi-
lio rumpet filio præmortuo: quod est valde absurdũ: quia nõ
debet plus concedi vlterioribus, q̃ prioribus: vt C. de ma. l. si
viua matre. vnde de mentali necessitate statuti neptis includi
tur. Item quia non debet dispositio legis esse imperfecta: vt C.
ad silla. l. pen. sed hic aduertendum, quod mulier excluditur
qñq; ratione fœmineitatis, quia mulier: vt si statutum diceret,
quod filia fœmina non succedat: & tunc includeret neptẽ, qđ
potest esse fauore venientiũ ab intestato. Itẽ fauore hæredum
sustitutorum, vt non insligant testm̃. maior enim fauor debet
testamẽto, quàm legitimis hæredibus: vt no. ff. de lib. & posthu.
l. Gallus. §. instituens. sed interdũ statutum nõ excludit filiam
simpliciter, sed dotatam filiã. & tunc non excludit filiã indo-
tatam: quia qualitas dotis non inest nepti: nec habet vllã pro-
uidentiam ab auo, qua possit dici succedere loco legitimæ. &
ideo secundũ ea, quæ proponunt, dicta neptis habet ius rũpen
di. dicet aliquis, ista neptis succedit in dote materna: ergo est
dotata etiam inuita matre: quia filiafami. non potest testari, &
excludere filiam suam. ita secundũ Bart. ista neptis debet im-
putare sibi istam dotẽ in sua legitima deducẽda de bonis aui:
6 vt ipse no. ff. ad l. fal. l. in quarta. † quia certe hoc nõ prouenit
iudicio aui: sed casu fortuito: vt ff. de l. 3. sed si sic. & ideo pro
dicta nepte cõcludo, quod quia preterita, potest rũpere testm̃.
licèt Bar. in quodã loco dicat, qđ in linea materna nõ requirit,
quod relinquat iure institutionis: vt sic iura codicis in linea
materna remaneãt incorrecta: quia mater nõ dr propriæ præ-
terire: vt insti. de inoffi. te. §. mater. Sed ↄtrium est verius per §.
aliud qñq; capitulũ. in Auth. vt cum de appe. cogno. quia mr
etiam hodie dr preterire: & redditur testm nullum. Ego Bal.

## CONSILIVM III.

1 *Stipulatio dupla, an, & quando, & qualiter locum habeat.*
2 *Venditor non tenetur in se suscipere iudiciũ litis mota empta-*
*ris animo nouandi iudicium. Et etiam de hoc in consilio. 23.*

In Christi nomine. Titius vendidit. Se-
io pro certo precio
quoddã prædium, quod promisit dicto emptori defendere, &
disbrigare suis proprijs expensis, sub pœna dupli: mota prima
quæstione dicto emptori per quendam creditorẽ dicti vendi-
toris super hypothecaria, dictus venditor per procuratorem
suum astiõt liti: non tñ suscepit iudicium in se. & fuit lata sen
tentia contra emptorem, qua sententia lata dictus venditor cũ
creditore cõcordauit, vt dictum prædiũ apud emptorẽ liberè
remaneret. agit emptor ad pœnam dupli ob rem nõ defensam
1 expensis proprijs dicti vẽditoris. † Quæritur, quid iuris. respõ
deo, natura stipulationis duplæ est hæc, quod non cõmittitur
stipulatio, si possessio remanet pœnes emptorẽ: vt ff. de euict.
2 l. habere licere. ad hoc optimè facit. ff. de exce. doli. l. fideius-
sor euictionis. & ff. mand. l. fi. Et ideo duplũ precij nõ potest
peti virtute dictæ stipulationis relatæ ad rẽ ipsam venditã. Sed
certè nec pp sumptus non subministratos cõmittit stipulatio
duplæ respectu totius rei: vt legit, & nota. ff. de procu. l. qui ab
sentẽ. & C. de euic. l. 1. id. n. iniquũ esset, si res magni valoris,
puta, mille, est vendita, & expensæ, sunt 10. quod venditor te
neretur in duobus milibus: vt ff. de sen. q̃ pro cõ. l. vnica. §. fi.
itẽ iste venditor considerato hoc defendisse, & disbrigasse. vr
Et ideo pp solas expensas non cõmittitur stipulatio duplæ: ar.
ff. de lib. leg. l. petitor itẽ licèt. expẽ. possint peti noĩe interesse
nõ potest tñ ad duplũ agi: quia hoc nõ est de natura ↄtractus,
nec etiã de mente ↄtrahentium. nam stipulatio duplæ cõcepta est
sub conditione, si res non defendat. Sed hic res ẽ defensa: qa
hypotecaria est sublata: vt ff. de pig. l. si fund⁹. §. si pluris. plus
dico, quod si vẽditor noluisset ad defensionem cõparere, tñ sẽ
liberasset emptori, soluendo, & satisfaciendo creditori: quia
non interesset emptoris nisi ratione expensarũ litis, nõ cõmit-
teret stipulatio nisi in expensis: iuxta no. ff. de verb. ob. l. stipu
latio ista: & in simili materia. ff. de iureiu. l. nam & postea. & l.
alias, in magna gl. Ex quibus apparet, quod stipulatio duplæ
nõ cõmittit, nisi re principali euicta, ita quod exacta: quia ca-
sus, est, in d. l. habere licere. Item nemo dubitat, quod dolo fa-
cit emptor, qui rem habet, & duplum petit: vt ff. de cõditio.
sine causa. l. si fullo. amplius tractare hic, an vẽditor debeat in
se suscipere iudiciũ animo nouandi, necne, non est expediens
quantum ad propositũ: sed veritas est, quod non tenetur, nec
põt inuito actore: vt no. ff. de sol. l. solutionẽ. & iudicium, ni-
si cũ ex persona sua habeat excipiẽdi: quia tunc actor tenet
ipsum recipere quantũ ad hunc effectũ, vt possit excipere: vt
ff. de peti. hære. in l. sed si lege. §. sed si res distraxerit. loquitur in
exceptione peremptoria, non in declinatoria iudicij: vt ff. de
iud. l. venditor. & ita debet intelligi, quod no. ff. de neg. ge. l. li
berto. §. fi. ff. de pac. l. si cum fundum. & C. vbi in rẽ actio. l. 1.
† † ex hoc apparet, quod nõ tenetur venditor. suscipere iudiciũ
animo nouandi, qũ non potest, quia actor non consentit. & si
posset, adhuc non tenetur: sed satis est, quod assistat liti, & fa-
ciat sumptus in lite: vt ff. de euict. l. si plus. §. mora. & l. 1. C.
vbi rẽ actio. & ita in pluribus locis notaui in lecturis meis tã
antiquis, q̃ modernis. & facit. ff. de euic. l. si rem. §. quolibet. &
qđ no. ff. de ver. ob. l. vẽditores. & ff. de pecu. l. si actor maliũ Cõ
siderã ẽt, quod si teneretur iudiciũ aĩo nouandi in se transferre, cogeret litem contestari: qđ nullo iure cauetur. antecedẽs
probat per. l. in iudicio: ff. fa. erc. & facit. ff. de pecu. l. licèt. §. ea
obligatio. & quia non habet iura declinandi forũ, ideo nõ com
paret nomine proprio tñ, sed nomine emptoris: licèt pro pro
prio interesse: vt l. 2. §. sed si alius. ff. qñ ap. sit. Ego Baldus.

## CONSILIVM IIII.

1 *Fideiussores renunciando omnibus beneficiis, an intelligantur*
*renunciare beneficio epistolæ diui Adriani: Et quid operetur*
*renunciatio generalis beneficiorum sibi competentium, vel*
*in contrarium operantium.*
2 *Clausulæ speciales practicantur, vt intelligatur, quod clausu-*
*læ generales non sufficiant.*
3 *Breuiloqua renunciatio generalis tantum valet de rigore iu-*
*ris, quantum renunciatio specialis.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, verum
fideiussores, qui re
nunciauerũt generaliter omnibus beneficijs, possint opponere beneficiũ epistolæ diui Adriani. Itẽ quæritur, nunquid pla
2 res debendi rei insolidũ renunciãdo generaliter omnibus be-
neficijs, & non expresso specialiter aliquo beneficio, intelligã
tur renunciasse beneficio nouæ cõstitutionis de duobus reis:
& beneficio cedendarum actionum. & vr, quod dicta renun-
ciatio ita generalissima non valet: vt l. sed & si quis. §. quæsitũ.
ff. si quis cau. In ↄtrium vr, quia tm̃ operatur genus, quo ad ge-
nus, quãtum operatur species, quo ad speciẽ: vt l. si duo. ff. de
admini. tut. Itẽ certũ est, quod istis beneficijs potest renuncia-
ri. vt no. in l. pe. & l. nisi. ff. de pac. & in Aut. de fideiu. in prin.
sunt enim beneficia ista satis nota ipsis cõtrahentibus ab ipso
principio, ita quod benè potuerunt præuidere. & si non ob.
dictus §. quæsitum. quia ibi loquitur in exceptionibus, quæ a
prin-

principio præuideri non potuerunt: sed postea ex fortuitis casibus emerserunt. item ibi loquitur in iudicijs, in quibus benignius agitur æquitate prętoria. co. tit. l. & si post tres. & l. si seruus. §. si plurium. dici potest, quod valeat renunciatio generalis, nisi sit minor, vel mulier, qui debet de suis beneficijs certificari specialiter: & nõ pręsumũtur certificari, nisi appareat: vt legitur, & no. ff. de ver. ob. l. sciendũ. & facit ad prædicta illa regula generalis, quod vnicuiq; licitum est renuntiare iuri pro se introducto: vt C. de pac. l. si quis in conscribendo. In cõtrarium tñ facit. l. 1. ff. si quis in ius voc. nõ ierit. vbi vr tex. quod requiritur, q exprimatur qualitas beneficij: puta, renunciauit beneficio fori: beneficio de fideiusso. &c. nã & illa. l. si quis in conscribendo. hoc idẽ sentit. Item habemus simile. C. qñ mulier tut. officio. fungi potest. Auth. matri & auiæ. & in Aut. vt sine prohibi. ma. deb. & credi. §. quia vero. & consuetudo notariorum sic se habet, quod in instrumentis apponuntur clausulæ speciales: & deinde subijciuntur clausulæ generales. ad l. si duo. respondetur, quod est speciale in renunciatione beneficiorũ, quod verba oĩno generalia non sufficiant de materia dicti. §. quæsitũ. no. Cy. in l. 1. C. commo. & ista est tutior opinio, quod aliquod beneficiũ sit specificatũ, ad hoc, vt clausula generalis aliquid operetur, & tunc operatur de similibus ad similia: non de maioribus: vt ff. de cõtrahen. emp. l. fistulas. §. frumẽta. & ar. ff. de fun. instr. l. fi. §. qui dulcia. & potest hoc defendi a
2 cõtrario sensu cõis practicæ. † ideo. n. practicatur clausulæ speciales, vt a cõtrio sensu detur intelligi, qđ clausulæ oĩno generales nõ sint sufficientes. Spec. in tit. de renunc. & cõclusione. in 1. col. ver. pone ergo. multa verba dicit, vtrũ valeat dicta renunciatio generalis, necne. & finaliter inclinat, quod non valet renunciatio: sed benè valet pactũ. postea in eo. tit. ver. & qm̃. de renunciatione. dicit, q quotidie in instrumentis publicis renunciatur quatuor beneficijs singulariter nominando. s. beneficio epistolæ diui Adriani: beneficio nouæ constitutionis de fideiuss. beneficio nouæ constitutionis de pluribus reis debendi, & beneficio cedẽdarum actionũ. & quia istę renũciationes sunt multum pręiudiciales, ideo per consuetudinem introductum est, vt specificentur, & declarentur: ne ambiguitas, & incertitudo sermonis capiat simplices homines. arg. ff. de trãsa. l. cum aquiliana. & in c. 1. de noua forma libelli. col. 10. & ff. de mino. l. illud. §. si talis. & ff. de proc. l. põponius. in prin. & in d. l. sed & si quis. §. quęsitum. cum si. suprà alleg. ista opi.
3 est æquior. † sed de rigore iuris tantum operatur breuiloqua renuntiatio generalis, quantum species singularim enumeratæ. ar. C. de præscrip. 30. anno. l. omnes. Ego Baldus.

*CONSILIVM V.*

1 *Paupertas excusat aliquem, qui non appellat, vel non prosequitur appellationem, adeo quod potest appellare, vel appellationem prosequi.*
2 *Paupertas an sit excusabilis, vel non, relinquitur arbitrio iudicis.*
3 *Non leditur ex temporis cursu, qui negligens non fuerit.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum viduæ, & pauperi currant tempora fataliũ appellationis. & vr, quod sic: quia ita sumus viduis in iustitia debitores, quod alijs iniustitiam facere non debemus: vt extra de foro compe. ex tenore. licèt. n. habeant prærogatiuas iudicum: vt C. qñ imperator inter pupillos, & viduas. l. vnica. tñ non habent prærogatiuam temporum: quia nulla lex h. d. imo dicunt iura, quod debet mulier stare iuri cõi excepta causa velleiani: vt C. de iur. & fac. igno. l. fi. vbi est tex. no. In contrarium vr ratione paupertatis: quia non intelligitur esse negligens ille, qui pp paupertatẽ non appellat, vel non psequitur appellationẽ. iste est tex. no. ff. mãd. l. idem. §. si ignorans hoc tenet expresse Inn. extra de ap. c. ex ra-
2 tione. & Gui. de cu. in Aut. hodie. C. de ap. † solutio. arbitrio iudicis committitur, quę paupertas excuset, & quę non: vt ff. de excu. tut. l. paupertas. ita quod in casu, in quo constet pe-
3 nuria, subueniatur ratione paupertatis: † quia non leditur ex tẽporis cursu, qui negligens non fuerit: vt no. in Aut. de app. post prin. colla. 8. & facit. ff. de statu ho. l. cũ hęres. in prin. & ff. de hære. insti. l. suus. §. puto. & ff. de verb. sign. l. nepos proculo. & quod no. in l. succurritur. cum. l. seq. ff. qui. ex cau. ma.

*CONSILIVM VI.*

1 *Feriæ faciant dormire compromissum stante statuto, quod feriæ sint in iudicijs ordinarijs, & extraordinarijs, & in quacunque causa excedente certam summam.*
2 *Verba pcedere diebus feriatis, & nõ feriatis, quid operentur.*
3 *Iuri publico renunciari non potest.*
4 *Coram arbitratore omnes dies sunt vtiles.*

In Christi nomine. Statuto ciuitatis Papiæ dicit quod sint feriæ messium, & vindemiarũ certis mẽsibus anni in iudicijs, ordinarijs, & extraordinarijs, & in quacũq; cã excedente certã summã, siue sit ordinaria, siue extraordinaria. & proponitur, quod partes se compromiserũt in arbitrũ, & in arbitratorem, specialiter de certa quæstione, & causa: adijcientes, q arbitrator possit procedere, cognoscere, & terminare diebus feriatis, & non feriatis, etiam ad honorem Dei: volentes, quod dictũ compromissum debeat durare 40. diebus vtilibus cõputatis
1 a die acceptationis. † Quæritur vtrum tẽpus messium, & vindemiarũ debeat deduci ita quod interim nõ currat tẽpus messium 40. dierum. & vr, q sic: quia tẽpus feriarũ non est tẽpus vtile: vt ff. de ferijs. l. 1. cum materia sua. Item licèt arbiter habeat potestatẽ diebus feriatis, & non feriatis ob vtilitatem hominũ: vt ff. de ferijs. l. si feriatis: tñ non potest cõpelli: quia nõ potuerũt partes in præiudiciũ arbitri renũciare ferijs: vt no. in Spe. de arbi. §. fi. circa fi. ver. sed nunquid tenebitur. & not. in c. sæpe. de ver. sig. in cle. in gl. ordi. super verbo valeat. cum igitur arbiter possit allegare ferias: ergo sunt feriæ: ergo tẽpus nõ est utile. & sic interim dormit cõpromissum, & nõ labitur
2 tẽpus. † In cõtrium vr, quia arbiter acceptauit cõpromissum cũ istis clausulis: ergo cõsensit renũciationi feriarũ. & ille, q consentit, nõ potest ferias allegare: cũ talibus ferijs possit renũciari expresse, & tacitè, in l. 1. ff. de fer. in prin. ista sola ratio sufficit: vt no. Pau. de leaza. in d. cle. Pręterea certũ est, qđ tẽpore feriato potuit pcedere: ut no. Spe. vbi s. sed ad hoc, ut tẽpus sit utile, sufficit, qđ possit de iure pcedi: ut l. 2. §. dies. ff. qs ordo in bo. pos. serue. præterea debuit pars, cui⁹ intererat, requirere ipsum arbitrũ, quod pcederet. & si processisset, benè quidẽ: si nõ processisset, tũc erat pars excusata. sed si nõ requisiuit eũ, nũ excusatur: ut ff. qui ex cau. ma. l. sed & si per prætorẽ. §. 1. pterea si iste arbiter habebat iurisditionem ex forma statuti, nõ ur, q posset allegare ferias: qa nullo iure cauetur, quod ille, q iurisdicẽdo præest, possit allegare ferias messiũ, uel uindemiarũ: qa hæc allegatio datur litigãti, non iudici: quũ iurisdictio sit potestas de publico introducta cũ necessitate iurisdicẽdi: ut no. in l. 1. ff. de iuris. om. in. licèt Spe. dicat cõtrium in d. uer. tñ nũ pbat p aliquã legẽ, nec per aliquã rationem. dicit. n. qđ hoc pactũ nõ ligat arbitrũ, uel iudicẽ. sed ista ratio nihil ualet qa ista obligatio est legalis. nã ex quo potest ius dicere, debet,
3 dicere: ut extra de foro comp. c. ex tenore. † Itẽ reddit aliã rationẽ: quia iuri publicũ renũciari nõ potest. sed istud est uerũ, qñ est ius publicũ autoritate, & utilitate: sed illud est utile priuatũ, & de re familiari: ut not. Aut. ut sine phibitione matres debitrices. § qa uero. alias sequeret qđ dictis ferijs nõ posset renũciari: qđ est fatuũ dicere. Pręterea statutũ loquit in iudicijs ordinarijs, & extraordinarijs. sed hic nos nõ sumus ĩ iudicio, sed extra iudiciũ, & corã arbitratore, corã quo dies sunt utiles: excepto si de facto qs esset impedit⁹ morbo, uel alia de cã, uel casu, maximè cõtingẽte in persona iudicis. Cum igitur nõ sit dare ferias: ergo non debet fieri detractio feriarum, quæ nullæ sunt. casus vr expressus in l. fi. C. de fer. & ibi per Bu. & not. in Spe. de arbi. §. fi. uer. sed nunquid amicabilis cõpositor. & ibi amic⁹ debuit uidere. Cõcludẽdũ est igit, cũ loquamur in arbitratore, q dies feriarũ messiũ nõ fecerũt cõpromissum dormire: qa istæ feriæ nõ sunt feriæ in cõpromissis habentibus uim trãsactionis, vel quasi: qa ut dixi, nõ est ibi iudiciũ, nec rediguntur ad instar iudicij: ut no. Inn. ex de iurei. c. quintauallis. & ita tu, q fulminasti consiliũ meũ, nõ intellexisti. licèt gl. in l. 1. ff. de fer. quod tõ occupationis nõ est tõ totalis gl. tñ sequẽs, q

incipit libell⁹, tñ dicit, qđ iudex inuitus cogit᷑ recipere libellũ die feriata. Sed ad hoc posset rñderi, qđ datio libelli est actus momẽtane⁹. q̃cquid tñ dicat: veritas est, qđ dixi. Ego Baldus.

CONSILIVM. VII.

1 *Dos matris soluto matrimonio per mortem viri, & postea mortua matre, an restituatur patri, an filijs ipsius mulieris.*
2 *Pater tenetur cõseruare dotẽ filię sibi restitutam, vel penes se residentem in casum sequentis matrimonij.*

1 In Christi nomine. † Petrus maritauit filiã suam, & promisit ei mille in dotẽ: q̃ filia suscepit filios, & mortuo viro redijt ad domum, & ibi decessit: dicti filij tanq̃ heredes matris suæ petunt istam dotẽ ab auo: auus dicit se non teneri: cũ & si sol uisset, repetere posset: ex᷑ allegatur consuetudo, de qua in l. dos à patre. Rñdetur, quod illa ꝯsuetudo disponit, qñ filia decedit mr̃imonio: sed hic superuixit viro. vñ nõ sum⁹ in cõsuetudine: sed in iure cõi. de iure autem cõi certum est, quod actio dotis profectitiæ mortua filia cõsolidatur patri, & ex᷑, mortuo patre consolidatur filiæ: vt l. 2. & l. post dotẽ. ff. so. mat. & d. l. dos a patre. vbi dicit tex. dos a patre pfecta ad patrẽ redire dẽt. & C. de rei vxo. act. auth. sed q̃uis. & C. cõia vtriusq̃. iudi. l. fi. vnde vr̃ absque dubio dicendum, qđ cum consuetudo nũ loquatur in terminis nr̃is, qñ filia superuixit marito, sed in terminis ꝯtrijs, qñ maritus superuixit vxori: & ius cõe disponit ꝓ patre: qđ standũ est dispositiuni iuris: cõi: qa non debemus extendere consuetudinẽ vltra casum suum, vbi ius cõe disponit ꝯtrũ: vt ff. de leg. l. de q̃bus. & ar. ff. so. ma. l. si vero. §. de viro. quia sicut lex corrigẽs aliã legem nõ corrigit nisi in casu suo: ita nec cõsuetudo derogans legi derogat nisi in caso expresso ab ipsa cõsuetudine, ẽt si eadem rõ videretur subesse: vt not. C. de sac. san. ecc. auth. qoas actiones. Item casus omissos hr̃etur ꝓ omisso. ff. de li. & posth. l. commodissime. & ff. de cond. ob cãm. l. si extraneus. & l. si cum dotem. in prin. ff so. ma. & ad hoc optime facit. ff. pro socio. l. si socius ꝓ filia. vers. verum in proposito. & ff. de pac. dotali. l. 2. solutio. fatendum est de iure cõi, qđ ista dos penes patrem dẽt residere: sed attenta rõne cõsuetudinis, q̃ disponit, qđ filij succedant in ista dote tanq̃ heredes, magis vr̃ dicendum, qđ isti filij succedant matri suę: quia rõ consuetudinis intuẽda est. ar. C. de indic. vidui. l. fi. & l. de q̃bus. ff.
2 de leg. & sic in ista dote filia habebit heredes filios suos. † Certe istud nõ est sine dubio: quia pr̃ non tenetur ad aliud, nisi vt conseruet istã dotem filię in sequens matrimoniũ, ergo matrimonio non sequuto, remanet penes ipsum patrem. ar. d. l. si extraneus. in fi. & est hoc vtile scire ad aliam q̃õnẽ, nunquid isti nepotes teneantur imputare sibi istã dotem in legiuma debenda de bonis aui materni. & dicendũ est, qđ non: qa non ptinet ad eos: nec succedunt in ipsa. Hęc vera sunt, ẽt si essent dictũ, qđ pp liberos dos retineretur: quia illud pactũ non valet in casu, quo mulier superuiuat viro, nisi matrimonium solueret᷑ diuortio: vt ff. de pac. dota. l. inter socerum. §. vir dotẽ. & §. q̃uo inter. & no. in l. 1. & 2. ff. de dote p̃le. & hęc vera sunt, nisi dos esset stipulata soli filiæ: quia tũc bene succederent eius filij tãquã hr̃des matris, licèt mater superuixisset viro quasi donatione in matrẽ collata: vt ff. sa. herc. l. pomponius philadelphus. porro officium patris est dotare filiam, non tñ douare: vt ff. de ritu nupt. l. qui liberos. & ff. quę in fraudem credi. l. fi. in prin. Item nõ est officium aui materni prouidere nepotibus suis in aliquo: & ideo iuris prouidentia non extẽditur ad ipsos: quia de aliena familia sunt. Ego Baldus.

CONSILIVM. VIII.

1 *Expensæ factæ pro re communi recuperanda, an, & quando a consocijs contribui debeant.*
2 *Factum an præualeat verbo.*

In Christi nomine. Erant quinq; nobiles consortes cuiusdã fortissimę turris, quæ vocabatur orco: duo ex istis fuerunt expulsi ab alijs duobus: tertius ẽt volens ad illã turrim reuerti, non fuit admissus: non tñ expulsio fuit facta odio dicti tertii: sed odio, & inimicitia illorum duorum expulsorũ: & propterea orta est guerra inter eos: qa illi duo expulsi fecerunt gẽtes: qua de cã acceperunt pecuniam mutuo, illo tertio, seu q̃nto non consentiente, sed dicente, qđ nolebat contribuere ad expensas, nisi inq̃antũ teneretur de iure: & finaliter multis expensis factis dicta turris non potuit recuperari. petit᷑ nunc, an dictus tertius, seu q̃ntus cõtribuat ad expensas, qui dicit se nõ
1 teneri contribuere. † Quæritur q̃d iuris. & in ista q̃õne nõ est multum pdendum de sermone: sed concludendum, qđ nõ tenetur contribuere pluribus rõnibus. primo, qa istud negotiũ fuit temere inchoatũ: magis temere prosequutũ: & infęliciter destitutũ. Ille. n. q̃ aggreditur aliquod negotium, dẽt aggredi negotiũ possibile. Itẽ dẽt aggredi nego. vole. item dẽt aggredi nego. qđ non sit nimis oneratutũ patremfa. vt hæc ꝓbant᷑ textualiter. ff. de neg. gest. sed an vltra. §. 1. & §. is. n. & §. ego vero. sed in ꝓpositu apparet, qđ ista expensa fuit facta temere. & hoc ostendit castri in expugnabilis qualitas: vt no. ff. q̃ satis. cog. l. 2. in prin. Itẽ actus temeritas: qa per viã armorum: vt l. 1. C. vt armorum vsus. li. 11. Item finis infęlicitas: qa tota nocte laborantes nihil cępimus. & talis finis erat in ꝓspecto hoïs prudẽtis, q̃ nõ debuit attentare maiora se, & ardua nimis: dicit lex, qđ neg. gest. q̃ succumbit ẽt in bona lite, non põt petere sumptus litis: vt ff. iud. sol. l. iã tñ. §. in hac. & si dicat᷑, qđ istud negotiũ non poterat ꝓ parte expediri cõsiderata rei qualitate: & hoc concessu in facto: tñ qa in hac necessitate posuerunt se illi, quorum inimicitia factũ est, non dẽt ad alienum incõmodũ redundare: quia incõmoda, & dãna suos tenent autores. maxime passiuè: vt ff. ꝓ soc. l. cũ duobus. §. fi. cum. l. sequentib⁹. & ff. de fideiu. l. si a reo. §. si reo. ff. so. ma. l. in his. ff. loca. l. si mentes. §. culpę. ff. de fidei. l. exceptione. ff. de pig. ac. l. fi. §. fi. de nego. ge. l. nã & seruius. in prin. ff. cõi diu. l. is cum quo. cum infinitis si. & ex̃ de pig. act. c. ex literis. Tertia rõ est, qa iste tertius ꝯdixit, dicens se nolle contribuere, nisi inquãtũ teneretur de iure: alias non vult. sed ita est, qđ non tenet᷑ de iure: & a prin. gestionis declarauit: mentẽ suam. C. de neg. ge. l. fi. vbi est expressum. ergo de primo ad vltimum concludendo manifeste apparet, ꝯtributionem expensarum peti non posse: & pręsertim illicitarum, q̃ in nullo iudicio veniunt: vt ff. cõi diui. l. cum diuidundo. §. inter prædones. quanq̃ ille terti⁹, ex quo reuersus nõ fuit admissus, fuerit reuera possessione spoliat⁹. vt ff. de acqui.
2 pos. l. clã possidere. §. fi. cum. l. seq. † nã q̃cquid cantei protestatio, factum pręualet verbo: vt extra de consti. cum. M. ferrarię. C. de insti. & sub. reprehendenda. & no. in c. gratia. de rescrip. in cle. nisi vtrunque possit saluari, & cum effectu saluetur. & ita intelligitur, qđ no. in l. si duo. ff. vti possid. & C. eo. l. 1. Præterea de isto bono animo esset probandum, ex quo factum ꝯrium inducat. C. de iniur. l. si non conuitij. Ego Baldus.

CONSILIVM. IX.

1 *Feudum alienatum per vassallum transit ipso iure in dominũ: nec requiritur sententia.*
2 *Vasallus si committat fęloniam in dominum, an perdat feudum ipso iure, an vero sit necessaria sententia.*
3 *Alienatio feudi cũ reseruatione iuris domini directi, an valeat*
4 *Possessor feudi conuentus potest opponere de iure tertij.*
5 *Minor si vendit feudum sine decreto, non perdit ius suum.*
6 *Consuetudo de alienando feudum irrequisito domino saluo iure directi domini, an valeat.*
7 *Ecclesia potest inuestire aliquem de feudo possesso per alium ad eam deuolutum ipso iure.*
8 *Similitudo quotuplex sit.*

In Christi nomine. Factum tale est. anno dñi. M. 388. Reuerendus pater, dñs episcopus Astensis fecit quãdam inuestiturã de feudo cuiusdam castri, & villę in personã Gandulfi, & Valentiæ eius coniugis, seu d. Gandulfi noïe suo, & dictę Valẽtiæ, videlicet in psonam d. Valentiæ, tanq̃ de feudo paterno, & antiquo testõ p progenitores suos a dicta ecclesia Asten. videlicet ꝓ ipsis cõiugibus. & ipsorum filijs legitimis & naturalib⁹ masculis, & fęminis ab eisdẽ discensuris, &c. demũ anno dñi. M. 389. d. Gandulphus, & d. Valen. eius vxor, & q̃libet eorum inso-

Insolidum, videlicet d. Valen. cũ autoritate, & cõsensu d. eius
viri, ipsa tñ maior annis 18. suę ętatis, & minor 25. renuncias
bñficio minoris ętatis, & restitutionis in integrũ, sub conditio
ne si d. dñs eps Astensis suo noie, & vice suæ Astensis ecclesiæ
infrascriptæ alienationi consentiret, ac consilium, & authori-
tatẽ præstaret in oibus, & singulis instris, & successiue investi
re vellet nobilẽ virum Bartholomeũ de garretis emptorẽ infra
scriptũ, & eidem emptori investiturã facere iuxta formã, & te
norem investituræ factæ d. Gandulpho suo, & dictæ Valentiæ
vxoris suæ nominibus, vel alius superior. d. dñi epi ipsu dño
episcopo non consentiente, ac consensum, autoritatẽ, & licen
tiã d. alienationi non pstãte, investituramq; de prædictis mõ,
& forma debitis nõ faciendo, seu facere recusando, ẽt saluo iu
re feudi d. dñi episcopi, & ecclesiæ Astensis, dederunt, & vẽdi
derunt Barth. dictũ castrum &c. hoc acto, q d. Barth. locum
prędictũ noie dictorum Gandulphi, & Valen. teneret, & possi
deret, donec p prędictum dñm epm, vel alium superiorẽ suũ
ad hoc potestatẽ habẽtẽ d. Barth. esset licite investitus. Qui ẽt
venditores sub dictæ conditione constituerunt sep̃cario possi
dere &c. Postea d. Barth. ita superficialiter investitus tenuit di
ctũ castrum ꝯ voluntatem dicti dñi epi non cõsentientis, quã-
quã ab eo petita esset investitura: post q̃ dictus dñs eps dictũ
castrum alteri investiuit tanq̃ reuersum ad ecclesiã Astẽsem:
post q̃ fuit supplicatũ dño Papę, q dictã venditionem ratifica
ret: qui dñs Papa commisit, tñ non ratificauit, & decessit. Præ
supposito igitur dicto themate tanq̃ vero, & saluis terminis ve
1 ritatis. †Queritur, vtrũ dictũ feudum dictę ecclesię Astẽsis fue
rit apertum, ita q alter investiri potuerit, necne. super quo ar-
ticulo dicunt quidam, qd alienatio sine consensu nulla est. Cũ
consensu aũt, & si aliqua sit in p̃iudiciũ alienationis, tñ in præ
iudiciũ dñi nulla est. Quod. n. de substantia alienationis sit cõ
sensus: & ista sit cã causarũ, probat. ff. de cõd. ob cau. l. 3. §. sub
alius. & ff. si cer. pe. l. si ego. Quod aũt in præiudiciũ alienan-
tis teneat, pbatur insti. de vsus. §. finit. & tota materia feudorũ
non cantat aliud. Statim. n. qd vassallus pcedit ad actũ, & con
sensum, ita qd duo interueniant. s. actus, & voluntas, & transla
tio possessionis corporalis ẽt abusiua, & superficialis, feudum
reuertitur ad dñm: & maxime ad ecclesiam ipso iure: vt C. de
iure emph. l. 2. & in c. imperialẽ. §. callidis. de prohi. alie. feu. p
Fed. nec requirit retraditio possessionis, neq; snia: quia virtus
directi dñij semper est in actu præmanentis ex vi attractiua. ad
hoc facit ff. ad tre. l. si hfs. ibi dũ dicit, sufficiunt directe actio
nes. & istud propriè non est nouum dñium, sed consolidatio:
quia dñium directum habet vim directi, & vtilis, sicut cũ fini
tur emphyteusis. & quũ finitur vsusfructus, & quũ dos reuer-
titur ad mulierẽ so. ma. vt C. de iure do. in l. rebus. & maxime
in ecclesia, quæ ẽt noua dñia acquirit sine traditione: vt ex̃ de
consue. c. ex parte. & C. de sac. san. ec. l. vt inter diuinũ. sic quũ
actio cõis patris, & filiæ, consolidat alteri eorũ. Nõ. n. est neces
saria cessio iuris, qd erat penès deficientẽ: nec ẽt aliqua tradi-
tio corporalis: vt C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. videamus. Quũ
aũt non adest consensus in alienando, tunc non dr̃ alienatio ne
que re, neq; noie. Modo ita est in proposito: nã vbicunq; appo
nit conditio de futuro, q̃ proprie est cõditio: donec existat cõ
ditio, consensus nullus est: vt ff. de act. & ob. l. non solum. ff. de
ver. sig. l. cedere diẽ. ff. de cond. inde. l. sub conditione. & l. qui
pmisit. & no. C. de rerũ perm. l. ex placito. hic si vassallus vẽdit
irrequisito dño sub condictione, si nauis ex Asia venerit: & na
uis ex Asia non venerit, non perdit feudũ: quia nihil ꝯctus est.
ar. ff. si cer. pe. l. oĩa. & l. proinde. & l. non ois. sic igitur in pro-
posito. nulla. n. differentia est dicere, si nauis ex Asia venerit:
vel si dñs consenserit. vtrobiq;. n. verba, & mens ꝯctus deficiũt
conditione deficiẽte: vt ff. de peri. & cõmo. rei ven. l. qd si pen-
dente. nã actu i tuo conditio existens nõ ponit principiũ cessio
nis dici: vt plene no. C. de cad. tol. l. vnica. §. 1. ff. de cond. & de
mon. l. meuius. & in hoc differt conditio a mõ: vt plene leg. &
no. ff. de cond. & dem. in rub. dicit aliquis. & licèt ꝯctus sit cõ
ditionalis: tñ si traditio est pura, dicat alienatio procedẽs ex ti
tulo, qui est in spe: vt ff. de sol. l. sub conditione. ff. de vsu ca. p
dote. l. 1. ff. de iur. do. l. sed mihi. Et si tu dicas, q ista traditio nõ
fuit pura: qa fuit actũ, vt Barth. interim teneret, & possideret
noie dictorũ Gandulphi, & Valen. Respõdeo. traditio habet in
se iria. s. effectũ ꝯctus, vbi ꝯctus tenet quo ad translationẽ dñij
translatione substantiæ possessionis, & quendã actũ superficia
lẽ cuiusdã detẽtionis asininę. & iste actus iuri ꝯrius, & in facto
grauis, & damnosus dño feudi interuenit in casu pposito. Et
ideo non debet dñs fraudari cum fictis tergiuersationibus: vt
d. §. callidis. huic. n. asininæ detentioni factum adest, quod p
infecto haberi non põt: vt ff. de capti. & postli. reue. l. in bello.
§. factæ. nec iuuat protestatio: quia bñ cãtat, & male ruspat, vt
no. in c. gratia. de resci. in cle. quicquid ergo dicemus, certe p
actũ verbi feudum non incidit in commissum: sed p actum fa
cti vr̃, quod inciderit in cõmissum. ff. de ver. sig. l. alienatũ. Itẽ
quõ põt excusari a fraude venditor, qui precium recepit: cer-
te nequaquam: ut in l. fi. C. de pręd. curialiũ. li. 10. nec prosue-
runt figmenta ad excusandum excusationes in peccatis: imo
durius delinquit ille, q fraudat legẽ, q̃ qui expresse facit ꝯ ver-
2 ba legis: vt l. si libertus minorem. ff. de iure pat. †Quia ad in-
telligẽtiam prædictorum formo vnam q̃onem: si vassallus tra
dit feudum sine titulo in fraudem dñi: vtrum perdat feudũ ip
so iure: an vero sit necessaria snia, & iudicium parium, & regu
lę in materia feudorũ: dicunt, q fraus debet probari corã pari
bus: & qd ipsi per suam sniam dicunt priuare feudatariũ feu-
do: nec aperitur dño nisi p sniam. licèt igitur p alienationem
ipso iure reuertatur ad dñm: tñ per fraudem non reuertitur ip
so iure, sed demũ p sniam. & sicut petitio hr̃ditatis nõ est aper
ta añ prolatam q̃relam inofficiosi testi, vt plene le. & not. ff. de
inof. test. l. qui de inofficio. ita feudum nõ est apertum dño añ
prælatam quærelam culpe vassalli, vt j. plene probabo. Et si q̃
ratur, quæ est rõ dr̃ię, quod per alienationem ipso iure reuertit
ad dñm, & non p culpam, vel fraudẽ, duplex rõ reddit. Prima
est, qa vassallus alienando, quanq̃ de facto, se facit a feudo alie-
nũ. arg. ff. de pec. leg. l. cũ dñs. §. fi. secus vbi non intẽdit aliena
re, qa non alienat, qui dũtaxat amittit possessionẽ, vt ff. de alie.
iudi. mu. cã fac. l. non solũ. Secunda rõ est: quia felonia alienã-
tis purgatur ex l. ꝯctus. & sic ex l. consensus. vt ff. loca. l. q̃ro. §.
inter emptor. & C. de sac. san. ec. auth. qui res iam dictas. secus
in felonia delicti, quia illa purgatur p conditionẽ ex moribus:
q̃ conditio dẽt proponi, & sup ea pronunciari: quia vassallus
feudũ amittere non dẽt sine certa, & cognita culpa, & laudan
da p iudiciũ curię, seu pariũ suorũ: vt in c. j. de feudo sine cul
pa nõ amittendo. & in c. 1. quo tpe miles investiturã petere de
beat. nã quũ qõ est de culpa inter dñm, & vassallũ, pares curiæ
debent iudicare, non ipse dñs: quia esset iudex in cã ppriat vt
leg. & no. ex̃ de iud. c. cęterum. & in c. 1. §. ad hęc. in ti. hic fini
tur lex. deinde incipiunt consuetudines regni: quũ aliud sit re
uersum esse, aliud reuerti debere. sicut aliud est esse liberum,
aliud liberandum, & aliud esse alicui prouisum, aliud puidẽ-
dum: vt ff. de iud. l. qui se dicit. ita est in pposito: qa anteq̃ res
sit euicta a feudatario, feudum nõ est apertum dño. quanq̃ ve
rissimum sit, qd inter dñm, & vassallum nulla fraus, nec qd vis
malum ingeniũ interuenire debeat: nec aliquod cõmerciũ ex-
cogitari, p quod dñorum minuatur vtilitas: vt in c. imperialis
beniuolẽtię. in fi. in prin. de proh. feu. alie. per lothariũ. & in c.
vlti. e. ti. tñ vt prædixi, opus est feudum p sniam euinci, seu vas
sallum feudo priuari: vt in c. j. de invest. in ma. fa. cũ multis si.
sed ꝯ prædicta opponitur, & vr̃, qd directè ista fraus fuerit cõ-
missa in alienatione: qa aut dicens, qd non fuit fraus cõmissa.
3 †qa reseruatum fuit ius dñi, iuxta id, q leg. & no. in l. 1. C. de
fun. patri. li. 11. & hoc falsum est in feudis: quis ius dñi nõ est
in ptãte reseruationis vassalli pp seruitia personalia, & realia,
& mixta, ad quæ nõ põt cogi nouus possessor, vt no. in spec. de
feud. Item quia est pœna statuta in materia feudorum, quod
qualitercunq; vassallus alienet sine dñi volũtate, ipso iure feu
dũ ad dñm reuertitur: vt in c. j. §. pe. qui. mo. feu. amit. & hoc
est, qd litera dicit sine dñorum permissu, vt in d. c. imperialis
beniuolentię. Si vero dicatur, qd hoc fit pp conditionẽ apposi
tã, si de iure vendere põt: vel si dñs consenserit, vt dicit d. Iac.
ardizon. in summa sua sub rubricella, q̃ dicit: si vendat sub cõ
ditione, si de iure vendere põt, nõ amittit feudũ. qd est notan-
dum, & in nigro vtitur tali sermone. vassallus tñ si peritus fue
rit, poterit fraudem excogitare, vt nullum sustineat amissionis
periculum: puta vendat, & possessionem transferat sub condi
tione, si de iure vendere, & transferre, potest sine amissione iu-

ris, & precij. ad hoc sunt ar. ff. de acqu. pos. l. si me in vacuam.
in fine primi responsi. & l. qui absenti. §. 1. vel si alienauit sub
hac conditione, si dñu placuerit: nã tunc non vr̃ facere in frau
dem eius. ar. ff. qui & a quib. s. ver. primo r̃nso. hęc ille. nam ꝯ
istam cautelam, imo caullationẽ, & fraudem satis est apertum
remediũ per ea, quæ dicta sunt: quia dolus, & fraus vassallo pa
trocinari non dẽt. imo cõficta equitas duplex est iniquitas. Itẽ
alia r̃one, quia non reseruauit voluntatem dñi simpliciter, sed
cum quadã alternatiua: videlicet vel alterius superioris sui,
quũ consensus non inerat de natura feudi, licèt hæc ptãs sit ꝑ-
ptia, tñ non sine iniuria dñi feudi, vt not. ex̃ de iudi. c. quũ ve-
nisset. in nouel. vnde quia præcogitauit de præiudicio, dñm
contemnere vr̃: vnde beneficio se cariturum esse cognoscant,
vt in c. vlti. quæ fuit prima cã benefi. amit. Sed hic est aduer-
tendum, quia quum litera dicat, cariturum. qđ est futuri rp̃is,
vr̃, quod requiratur snĩa, vt no. ex̃ de fo. com. c. si diligenti. &
C. de iur. om. iu. l. in criminali. sed ꝯ hoc facit verbum, cognu
scat. quod est pręsentis rp̃is. Godof. in summa sua sub rubrica il
la, vtrum ipso iure feudum amittatur: an per snĩam. cõclusiue
sic ait: sed possum dicere, qđ ipso iure amittatur: nec obstat, ꝙ
certa culpa, & conuicta dẽt amittere. nã exponendo legem, iu
dex debet pronunciare pp culpam amissum esse. Et ita cogno-
scitur. vel dic, quod semper per sniam amittere debet, nisi de-
cedat sine hęrede: nã tunc ipso iure ad dñm peruenire dẽt. hęc
Godof. ego ꝯ. subtilius sum loquutus, quod in casu alienatio-
nis ipso iure reuertit̃ ad dñm. Mihi finaliter vr̃, quod p q̃libet
machinatiuã alienationẽ factam cũ quibuscunq; figmẽtis feu
dũ ipso iure reuertat̃ ad dñm, vt d. §. callidis. & arg. C. de agri.
& cẽsi. l. quemadmodum. li. 11. secus in casu alterius fraudis.
est verum, quod constitutio ep̃alis declarat hoc dubium. s. qđ
ipso iure. quã cõstitutionem episcopalem valere puto, quia iu
sta est, & debet intelligi secundũ ius feudorum, aliàs esset iniu
sta, & non sequenda, vt ex̃ de consue. c. cum dilectum. sed mi-
rũ est, si dictus Bar. tenet sine iure aliquo, nonne dñs feudi per
directã rei vendicationem põt rẽ uẽdicare, nec põt Bart. oppo
4 nere exceptionem de iure tertij: † Respõdeo gl. est vnica, & sin
gularis in iure, quod de emphyteutico tertij põt possessor op-
ponere, nec p sententiã cogitur restituere naturalem possessio
nem, quia non inspicimus, quod reo, prodest, sed quod actori
nocet ipso iure. non. n. hoc est proprie excipere, sed negare. ita
dicit glo. or. ff. de condi. ind. l. in debiti. §. sed si nummi. quod
non placet, quia esset opponere exceptionem de iure tertij. &
hoc patet tali ratione: utile dominium quæsitum præscriptio
ne est fortius, quam utile dominium feudale, & tñ de eo non
potest opponere nisi ille, qui pręscripsit: vt C. de pręscript. 30.
anno. l. si quis emptionis. iuxta illud, quod ad te pertinet, libe
ras edes habeo. vt ff. si ser. uend. l. loci corpus. Quia non est du
bium, ꝙ ista quæstio est disputabilis pro utraque parte: tamen
quia in quæstione nostra præponitur, quod puella, ad quam
pertinebat feudum tanquam paternum, vel saltem gratia pa-
tris, quod pro eodem debet haberi, vt ff. de iure dot. l. profe-
ctitia. in princ. & ff. de vul. subst. l. sed & si plures. §. in arroga-
to. videtur pro certo determinandum, quod dicta puella non
ceciderit a feudo. & ad intelligẽtiam huius dicti præmitto ta-
5 lem quæstionem. † Nunquid minor, qui uendit feudum sine
decreto, perdat ius suum, & dico, quod non, quia ista venditio
non tenet ratione ętatis, ita quod non potest dici, quod sit alie
natio iuris, vel facti: ut in l. magis puto. §. j. ff. de reb. eorum. &
C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. & ff. de fideius. l. quum lex nõ
obs. ff. de mino. l. si ex cã. § si in commissum. imo facit pro, qa
non præsumitur dolus. nam in muliere præsumitur iuris igno
rantia, præsertim quum etiam si minor. ff. de iur. & fac. igno.
l. regula. & quia consuluit peritiores, & eorum consilio docta
fraudem committere non videtur, ut no. C. de his, quibus ut
indi. l. polla. Item iuramentum minoris non valet, quia contra
legem feudorum, ut C. de legi. & consti. l. non dubium. & ex-
tra de fo. compe. c. si diligenti. §. fi. Item quia non fuit certiora
ta de consuetudine feudi, nisi hoc dicter instrumentum. arg.
extra de consti. c. 1. & no. ff. de uerbo. obliga. l. sciendum. per
Dy. Item quia uendidit in eodem instrumento cum uiro. imo
ipse uir fuit principalis uendens adiecto nomine vxoris: quo
quidem casu etiã cum iuramento mulier non obligatur, vt C.
ad uelleia l. antiquę. & no. in Spe. de obl. & sol. §. 1. qa ergo &
si esset in materia, quod negatur, tñ quia circũscripta lege feu-
dorum ꝯctus fuit nullus, pœnam non meret, ut ff. quod quis-
6 que iur. in alterum statuerit. l. 1. §. hæc uerba. † Surgit hic no-
uum dubium, utrum ualeat consuetudo dictans, quod pos-
sit feudum alienare irrequisito domino saluo iure directi do-
minij. & dico, quod sic, si est consuetudo uniuersalis ecclesia-
rũ illius diocesis. non obstat extra de re iud. c. cũ causam. quia
ista alienatio non sapit alienationem iuris ecclesiæ, sed iuris ip
sius feudi. & sic disponit non de iure ecclesiæ, sed alterius pri-
uatæ personæ: ut extra de feudis. c. ex parte. & hoc uerum est,
dummodo ecclesia ex hoc damnum non sentit, uel lucrum so
lidum nõ amittat: puta laudum, uel aliud commodum, quod
denit per licentiam alienandi: ut C. de iure emphyteo. l. fi. &
ff. de leg. 3. l. his uerbis. §. alumno. non. n. ualeret consuetudo,
per quam præiudicaretur iuri ecclesiæ: quia esset proxima sa-
crilegio. nã quasi sacrilegium est iura ecclesiarum usurpare:
ut extra de foro compe. c. cõquestus. & extra de const. c. eccle-
sia sanctæ Marię & propter hanc consuetudinem probandam
debet fieri remissio ad partes, ubi potest haberi perfecta noti-
tia veritatis, ut C. ubi de cri. agi oportet. l. 2. & ar. eorum, quæ
leguntur, & no. extra de iudi. c quum deputati. Ex quibus con
cluditur dictum Bartholomeum absoluendũ saluo iure dire-
cti dominij ecclesiæ Altensis. Sufficit. n. dicto Bartholomeo,
quod utile dominium non pertineat ad agentes, & maxime si
pertineat ad cõingẽ eius. nam uir in parafernalibus utitur ad-
7 miniculo vxoris, ut C. de pact. conuen. l. fi. † Postremus articu
lus talis est, pone, quod feudum est apertũ ecclesię, de iure ta-
men de facto possidetur per alium, utrum ecclesia possit reali
ter, & efficaciter cuidam tertio inuestire, ita quod ille tertius
consequatur utile dominium: videtur, quod non, quia requi-
ritur inuestitura corporalis, non abusiua: puta per baculũ, vel
biretum: ut in c. 1. quid sit inuesti. col. 10. & in c. sciendum.
de cõsu. recti feu. & est ratio, quia sicut directa dominia a pos
sessione ceperũt, ut ff. de acqui. pos. l. 1. in prin. ita & utilia do
minia, quæ a directis deriuantur. ar. ff. de usufru. l. 3. §. dare. In
contrarium vr̃, quia feudum, quod ecclesia recuperare nõ po-
test propter potentiam detinentis, alteri infeudari potest: & il
le aduocabit per utilem rei vendicationẽ, vt extra de feudis. c.
ex parte. ne dolus intrudẽtis se patrocinetur intruso. arg. ff. de
bo. auto. iud. pos. l. quamuis. & quod no. C. de fur. l. subtracto.
2 sua vulgari materia. † Item in deposito probare veram numerationem est superuacuum, & ex abundanti, quia sufficit in scriptis facta confessio, vt dicta l. in contractibus. ver. ideoq; sancimus. & quando probatio est superflua, licèt illa tollatur de medio, sufficit, ꝙ remaneat alia species probationis valida; quia vtile per inutile non vitiatur, vt ff. si certū petatur. l. certi conditio. §. quoniam. & quia superflua omissa non viciant, vt C. de testa. l. testamentum non ideo. Item si non valet vt probatio instrumenti, videlicet vt probatio testiū, quia diuersæ sunt species probationum: & ideo licèt instrumentum sit falsum; tamen ex veris testibus potest probari obligatio, vt C. si ex falsis instrumentis. l. falsas quidem. Sed hic per testes confirmatorios instrumenti apparet de confessione depositi, ergo saltem ex virtute testium probatur debitum. sed in contrarium videtur, quia in isto instrumento tria sunt ponderāda scilicèt obligatio, eius causa naturalis. i. numeratio, & eius causa ciuilis. i. confessio, vt no. ff. si certum petatur. l. 2. §. fi. Item considerandum est, quod dicta confessio præsupponit pro fundamento actum naturalem: & ipsum actum naturalem ibidem idest in ipso instrumento interuenientem, vt verba instrumenti dicunt. Modo tolle actum naturalem, statim apparet impedimentum actus ciuilis; quia sibi inuicem cohærent, & vno scilicet potiori sublato alterum tolli necesse est, vt ff. de cond. & demon. l. cum tale. § falsum. & sic stipulatio annihilatur, si numeratio reprobatur, vt ff. si certum petatur. l. qui pecuniā. Item instrumentum falsum in vno redditur falsum in quolibet dependenti ex eo. vnde falsum in causa redditur falsum in effectu, vt plenè leg. & no. suprà de transa. l. si ex falsis. nam sicut pura, & simplex, & sine macula debet esse testium depositio, ita & depositio instrumenti, vt plenè not. per Inno. extra de hære. c. fraternitatis. quapropter veritas est, ꝙ dicto instrumento sic eliso nulla deret dari fides. & ita referendum est magnifico comiti. non tamen dico, quòd notarius sit punièdus. nam & in testibus contingit, quòd quandoque saluantur per distinctionem, & suppletionem, seu subauditum intellectum tamen non probat, vt extra de testi. cap. cum in tui. Et sic non ob. quod not. Barto. si cer. pet. l. singularia. & ff. de acqui. pos. l. prædia. Videamus aliquid de dictis Bart. vtrum bene dicat, vel not. verba Barto. in l. singularia. hæc sunt, sed quomodo dicit notarius in instrumēto, quod talis fuit confessus habuisse centum, & habuit, & recepit in præsentia mei notarij, & testium: debitor ad reprobandum instrumentum produxit testes, qui dicunt, quòd pecunia bene fuit ibi &c. illud dictum Barto. nihil facit ad propositum: quia non apparet, quòd hic pecunia fuerit solutioni parata: & si apparet, tamen in deposito nihil hic operaret, quia speciale est in mutuo, ergo in contrarium est ius commune, vt nota. glo. in d. l. singularia. item Bart. in alia quæstione dicit, si notarius dicit, talis mutuauit, quod verificatur in ficto mutuo, adhuc istud dictum Barto. nihil facit ad propositum: quia mutuum recipit fictionem, depositum non. Item & in mutuo forte nō dicit verum, quia notarius non potest conficere instrumentum de actu inuisibili asserendo actum sic esse, sed sic dici a partibus. tamen quicquid sit, dicta Barto. in d. l. singularia. nihil faciunt ad propositum nostrum. ad prædicta facit, quia notarius, & testes intelliguntur deponere de actu visibili, & non de inuisibili. vt no. in l. stipulatio ista. § hi quoque. ff. de verbo. obli. vbi no. quòd testis intelligitur deponere de positione naturali, quæ visibilis est, non de ciuili, nisi etiam de naturali deponat. ideoque de inuisibili mutuo non videtur loqui neque tabellio, neque testis, alioquin sequeretur, quòd sit tabellio, vel testis conficeret instrumentum, quod verificaretur per fictionem postliminij: & non verificaret per rerum naturam, quòd instrumentum tabellionis esset verum, quod nemo sanæ mentis diceret, vt ff. de capt. l. in bello. §. factæ. Venio ad Barto. in l. prædia. cuius verba sunt hæc, dicit instrumentum, dedit, & vēdidit Titio fundum pro pretio centum, quod pretium dedit, & ei numerauit: testes, qui inter fuerunt instrumento, dixerunt quòd nulla pecunia interuenit: an instrumentum possit redargui de falso. Iaco. But. disputauit hanc quæstionem & determinauit, quod ista verba verificantur ex actu ficto sicut ex vero. & ideo licèt non interuenerit actus, scilicet numeratio vera, tamen interuenit actus fictus, scilicet quia fuit confessus se habuisse, & recepisse. & de hoc est casus hic licèt ipse non allegat Barto. considerat autem Bart. aut vult arguere ex tex. cum gl. & tunc aut constat de anteriori datione, & instrumentum posset sustentari, nisi instrumentum diceret, & tunc dedit & numerauit. uel diceret, ibidemque dedit, & numerauit: quia assereret numerationē tempore instrumēti, & abnegatae eam perpetius. unde impossibile est, quod loquatur de aliqua numeratione, nisi de ea, quæ tunc fuit. sed ista est falsa: ergo notarius male loquitur. & hoc dicit glo. ordina. in dicta l. prædia. in 2. glo. aliis sequentibus, quòd si instrumento cauetur, quòd talis mutuauit, & numerauit Titio centum, & insuper titius fuit confessus se habuisse, & recepisse, quod aliud instrumentum nihil probaret: quia æquiuocum ad naturalitatem, & fictionem; & sic ad mutuum naturale, & ciuile: vel quod probatur ciuile, & non naturale: quod ridiculum est dicere, & erroneum valde. item quia verba tabellionis debēt intelligi secundum communem usum loquendi, & secūdum quod cadunt in intellectu testium adhibitorum ad ualidationem instrumēti: ponderādum est ergo aduerbium ibi, quod est in instrumento: quia significat tunc. & illud, quod adijcitur de confessione, non refertur ad actum naturalem numerationis: sed significat, quod deponēs, uel mutuans deposuit, uel mutuauit propriam pecuniam, quod quidem dominium est inuisibile. unde non probatur per tabellionem, & testes. & ideo utilis, & multum efficax est confessio, ut not. extra de testi. ca. cum causam. si uero Barto. arguit ex disputatione But. certe But. loquitur, quando instrumētum ita dicit, titius fuit confessus se habuisse, & recepisse, a Seio dante, & numerante ex causa mutui &c. Nam illi ablatiui, dante, & numerante. ueniunt in consequentiam confessionis, & sunt uerba partis: secus si non ponantur in dependentia, sed principaliter, & per se notarius asserat numerationem, uel depositionem. quia nunquam But. dixit, quod notarius possit ista uerba apponere, nisi uiderit numerationem, uel depositionem, ut ff. deposi. l. 1. §. sic ista. Quatuor ergo sunt casus, aut notarius attestatur soli numerationi, aut soli confessioni, aut utrique principaliter, & coequæ: aut apponit ablatiuum, dante, & soluente in consequētia confessionis. primo & tertio casu instrumentum mentitur, uel saltem est suspectum, & illa interpretatio est humanior. sed secundo, & ultimo casu instrumentum nulla suspitione laborat; & idem in testibus est dicēdum, ut C. de fide instrumen. l. in exercendis. ut ipse clare ponit in d. l. si ex cautione. in lec. in 6. oppositio. quæ incipit, itē oppono a diuisione. Concludo ergo quod dictum instrumen. nihil probat, nec debet ei dari fides. Ego Baldus.

CONSILIVM XXIX.

1 *Donatio inter virum, & vxorem an confirmetur iuramento? & sit ratio prohibitionis inter ipsos.*

2 *Impossibile quot modis dicatur.*

3 *Iuramentum, vbi potest seruari sine detrimento salutis æternæ, quomodo sit seruandum, & qualiter intelligatur.*

4 *Si de donatione inter virum, & vxorem fuerit compromissum adhibito patre vxoris, si præsentia arbitri, & arbitratoris fuit dicta donatio confirmata, vel in aliquo immutata, an dictum compromissum, & laudum teneat.*

In Christi nomine. Casus. vir donauit vxori prouētus quatuor milium librarum ianuensium: quam donationem firmauit iura-

pit iuramento solenni. Hic primo quæritur, vtrum donatio inter virum, & vxorem possit iuramento confirmari, adeo vt reuocari non possit? vel si moritur primo donataria, quam do
1 nator, donatio reuocetur? † Et vr. primo, q. ista donatio confirmetur iuramento: quia tale iuramentum seruatum non vergit in detrimentum salutis eternæ: ergo est seruandum, vt in capitulo quamuis. de pactis. lib. 6. de iureiu. c. mulieres. & c. debitores. cum suis similibus. Item si firmat contractum adulo, vt in Auth. sacramenta puberum. ergo multo fortius firmat contractum mariti, qui est ætatis perfectæ: item quia donatio inter virum & vxorem proprie loquendo non est prohibita; quia si esset prohibita, non confirmaretur morte: sed est potius præter. l. nec enim tanquam inter infestos legibus huiusmodi donationes recipiendæ sunt, vt ff. de do. inter virum, & vxorem. l. 1. & l. cum hic. & l. si prædia. vnde apparet, q. ista prohibitio non est odiosa, sed fauorabilis. fauetur. n. donatori, ne mutuo amore se spoliet, non odio donatarij, vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. hæc ratio. iura ergo, quæ videntur loqui prohibitiuè, non significant propria prohibitionem: sed hoc sonant, q. lex talibus donationibus suum fauorem non adhibet, nec vult, vt ciuilis obligatio nascatur, vt ff. de dona. inter virũ, & vxo. l. papinianus. vel si largo modo dicamus esse prohibitum, talis prohibitio est fauore donatoris, non odio receptoris. nihil. n. deliquit, propter quod dignus sit odio. tunc arguo sic, iuri introducto in fauorem proprium quis potest cũ iuramento renunciare, etiam si aliàs non posset propter periculum periurij euitandum, vt probatum est in iuribus superius alle. vt plene. le. & not. extra de foro compe. c. si diligenti. ergo de primo ad vltimum concludendo illud iuramentum facit hanc donationem irreuocabilem: nam iurans debet cogi ad obseruantiam huius iuramenti, quod licitum est de iure naturali, & diuino, quia non vergit ad delictum iurantis, nec ad aliquod, cuius executio sit peccatũ veniale, vel mortale, hoc tenet Bar. expresse de fideius. in l. cum lex. In contrarium vr., q. dicta donatio per dictum iuramentũ non firmetur; quia si quidẽ dicta donatio est contra legem, non valet iuramentũ ꝯ vim, & autoritatem legum, vt ff. de le. 3. l. si quis inquilinos. §. si. præsertim quia autoritas legum habet æquitatem naturalem. prima ne ex quadam luxuria corporis, & animi inter vir. & vxo. inducatur paupertas. nam ex luxu corporis facile prouenit cum luxuria, & bonorum profusio, & prodigalitas, vt no. in sti. de succes. sub la. Item ꝯ bonos mores quod in matrimonio sint venalia, & quod detur occasio diuortij, vt C. de insti. & subst. l. reprehendenda. & dicta l. 3. de dona. inter vi. & vxo. & ff. de verb. ob. l. si ita. §. si o bi nupsero. nam denegata donatione in virum, & vxo. interueniret rixa, & odium: & inde proueniret diuortium. vnde attento eo, quod de facili sequi posset, & verisimiliter eueniret, licèt dicta donatio non sit contra bonos mores in substantia, tñ est ꝯ bonos mores in occasione, & circunstantijs: & non solum aliquid reprobatur propter se, sed propter accidens. & non solum a malo principaliter, sed etiam a malo incidenter abstinendum est, vt in l. 3. in prin. ff. ad maced. tunc arguo, siue donatio sit ꝯ bonos mores vere, siue iuris interpretatione: quia bonos mores accipimus mores ciuitatis nostræ. i. Romanæ, iuramentum non est validatorium, neq; obligatorium, quia impossibile non validatur, nec in obligationem deducitur, vt in regula iur. non est
2 obligatorium. † Quatuor enim modis dicitur impossibile. s. de iure, de natura, de facto, & contra bonos mores: & nullum impossibilium potest esse possibile, quia sicut possibili posito in esse nullum sequitur impossibile ita contrario, vt insti. de ver. obli. §. impossibilis. & ff. de actio. & obliga. l. non solum. Item prohibitum est, ne fideiussores dotium dent, ne perfidia inter virum, & vxo. oriatur, nec firmatur iuramento, vt not. in l. 1. C. ne fideiusso. do. den. ergo ita in proposito. Item diuortia videntur esse ꝯ publicam vtilitatem, quibus de facto aperiretur via, si posset donari cum iuramento; ergo non valet, argu. in l. 1. ff. solu. mat. Item si iuramentum posset omnia iura ciuila rescindere, frustra tanta iura occuparetur membranis. Item sequeretur, quòd donatio vltra legitimam summam valeret sine insinuatione, si apponeretur iuramentum: quod est falsum, & ideo maior est lex, quam iuramentum: quia potest rescindere iuramentum. Sed iuramentum non potest rescindere legem, nisi lex vltra procedat ipsum iuramentum approbando. Nam sicut in iuramẽto semper intelligitur esse excepta autoritas superioris. i. principis: ita & fortius autoritas legis, vt legi. & not. ff. de iure pa. l. adigere. §. fin. & extra de
3 iureiuran. c. venientes. † Non ob. illa regula, iuramentum potest seruari sine detrimento salutis æternæ: ergo debet seruari: quia ista regula non debet sic formari, sed debet formari isto modo: iuramẽtum potest seruari sine detrimento salutis æternæ, & non seruatum vergit in detrimentum salutis æternæ; ergo est seruandum. sed si potest seruari sine detrimento salutis æternæ, tamen non seruatum non vergit in detrimentum salutis æternæ, non est necesse, quod seruetur, ut C. de legi. l. non dubium. & not. C. de colla. l. pactum. & C. de iure do. l. si prædium. & ff. qui satis. cog. l. qui iuramento. est uerum, q. in quibusdam casibus iura ciuilia discordant a tex. iu. canonici; & tunc seruandum est ius canonicum, non ius ciuile. sed redeundo nos ad propositum, nullus textus iuris canonici dicit, quod donatio inter uirum & uxorem ualidetur iuramento. ergo in hoc debemus stare iuri ciuili. Solutio, istam quæstionem determinat d. Cy. & Pet. de bellaperti. C. de sac. san. ec. l. 1. & dicitur, quod aut ista donatio fit concedendo, aut promittendo: si concedendo, potest reuocari: si promittẽdo, quia de futuro obtemperandum est iuramento; sed in hac distinctione Pet. non stat Cy. nec rõ clarè, uel intelligibiliter loquitur. nec certe ista distinctio ualet: quia eadem rõ est in concessione ualidanda, quæ est in promissione obseruanda, si ualidari potest, ergo firmiter teneo, quod donatio inter ui. & uxo. habet naturam ultimæ uoluntatis: quia ista natura est attributa sibi a lege, ut sit liberũ arbitrium reuocandi usque ad mortem. & sic iuramentũ non potest facere, quin ultima uoluntas possit reuocari. Itẽ nõ potest iuramentũ hoc facere, ne ista donatio, q̃ debet esse liberi arbitrij, possit reuocari, ut C. de pac. l. si. uer. nisi. vr. enim hęc clausula irreuocabiliter esse ꝯ bonos mores, vt no. C. de transac. l. cum donationis. & ꝯ ipsius actus naturam: & si diceremus, quod iuramentũ ualidaret, sequerẽtur oẽs absurditates, quas legislator uoluit euitare. porrò argumentum ab absurdo ualidissimum est, ut ff. de neg. gest. l. pomponius scribit. cum si. Teneo igitur, q. dicta donatio nõ ualidetur iuramento, & quod si primo decedit donatarius, expiret, quia non potest transire in ultimam tacitam uoluntatem: idem si reuocetur expresse uel tacite. aliàs cõfirmaretur ista concessio, uel assignatio, quia uim haberet cessionis incorporalis, ut no. ff. de dona. l. penul. & quia annui redditus inter immobilia computãtur, & eorum possessio quasi habetur, & quasi traditur: & præsertim si aliquotiẽs donataria exegit reddituus. nam statim constituitur in quasi possessione, arg. extra de causa pos. c. cum ecclesia sutrina. & de elec. c. quæ clam. & C. de sac. san. ecclesi. l. iubemus nulli. & in Auth. de non alie-
4 nan. §. quia enim. † Secũda quæstio est, si de dicta materia fuit compromissum inter uirum, & uxo. adhibito ẽt patre uxoris, & per sententiam arbitri, & arbitratoris fuit dicta donatio confirmata, uel in aliquo immutata, utrum dictum compromissum, & dictum laudũ teneat de iure? vr. quod sic: quia quilibet ꝯtus est permissus inter uirum, & uxo. excepto ꝯtu donationis, qui præsumit ẽt alio contractu celebrato, quatenus ostenditur ex rei qualitate. & tunc eatenus vitiat, non in totũ, ut ff. de dona. inter ui. & uxo. l. quod aũt. §. si maritus. sed compromittere est ꝯhere, quia se obligant cõpromittentes adinuicẽ ad parendũ sententiæ arbitri, & arbitratoris, ut no. in Aut. ut differẽ. io. col. 9. ergo iste ꝯtus ualet. Itẽ inter uirũ, & uxo. nullo iure prohibetur iudiciũ, uel quasi, imo inuicẽ possunt litigare de quacunq; re excepta dote, q̃ non esset in casu cõsignationis in tut. hic probatur. C. de fu. l. manifestissimi. §. fi. & ff. de re iud. l. non tñ. ualuit igit cõpromissum & laudũ inde secutum. in contrarium vr., quia si non ualet principale, non ualet, quod ex eo sequit, uel ob id dico, qd non ualet, quod ex eo sequit immediate, nec quod ob id sequitur. s. mediate, ut C. de legi. & consti. l. non dubiũ. & ideo si interuenit transac. inter uirũ, & uxo. super donatione præcedente, ẽt cum autoritate prætoris, transactio est nulla ipso iure. primũ probatur ff. de transa. l. cũ hi. §. sed cũ lex. secundũ probatur, quia arbiter, qui suc-

qui succedit loco prætoris, non potest decernere, vt valeat do
natio iuri contraria, vt ff. de act. & obl. l. actiones, quæ nō pro
prijs viribus. tertio hoc probatur, quia transactio quędā do-
natio est, quando ei liberalitas inest. tex. est not. in l. 1. §. sed si
rem. ff. ne quid in fran. patro. quarta, & vltima ratio est: quia
absurdum est, quod legis authoritas posset per compromis-
sum circumueniri: quod argumentum ab absurdo sumitur a
discretione naturali, quæ est immutabilis. & hoc argumento
vtitur legislator. l. Pomponius scribit, ff. de neg. gest. & in in-
finitis locis in iure. nec persona patris adhibita, etiam si pater
se obligasset, quidquam operaretur, vt ff. qua. re. actio nō da.
l. 1. §. exceptiones. & quia inter soceros eadem est prohibitio,
quæ inter vir. & vxo. ad hoc facit. ff. de condi. & dem. l. hæres
meus. §. quod in fraudem. Vnde de primo ad vltimum cōclu-
dendo, cum debeamus recurrere ad radicem, & originem, &
si illa est viciosa, totum est viciosum, vt ff. de fideiuss. l. tutor.
ff. de dona. l. qui id quod. Item quod datione caret, extirpan-
dum est, vt dictum decretum, & decretalis dicit, quod non
debet etiam iusiurandum illis pactionibus informari, vt ex-
tra de foro comp. c. si diligenti. §. fi. & facit ff. de legi. l. fraus.
cum tota sua materia. & ita teneo. Ego Bal.

## CONSILIVM XXX.

1 *Statutum loquens, quod filia dotata non succedat, an exten-
datur ad filiam filij mei.*
2 *Statutum excludens fœminas dotatas extantibus agnatis
habet locum extantibus agnatis: & sic an statutum laico-
rum prosit clericis.*
3 *Statutum loquens de patruis, an extendatur ad nepotes.*
4 *Statutum loquens de fratre an extendatur ad fratrem vte-
rinum.*

In Christi nomine. Præsupposito statu
to, q filia a patre do
1 tata non succedat dotanti, vel alij descendenti ex eo. †Quæ-
ritur, vtrum si dotaui filiam filij mei viuentis, vel præmor-
tui, intelligatur statutum de ea loqui? & videtur, quòd non,
quia in statutis licitum est loqui ab enumeratione persona-
rum facta per statutum: vnde personæ, quæ non enumeran-
tur, neglectę videntur à statuti prouidentia, & etiam ecōuer-
so a statuti odio, vt ff. so. ma. l. si vero. §. de viro. & insti. de bo.
pos. in 2. col. & C. de sec. nup. l. 1. & C. de natu. lib. l. 1. in fi. ff.
de inof. test. l. 1. ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. sed statutū non
loquitur de dotata ab auo, ergo nō disponit de ea: quia quod
non mutatur, stare non prohibetur, vt C. de testa. l. sancimus.
nam in correctione legum opus est verbis legis municipalis:
ex coniecturis enim tacitis, quę ex interpretatione verborum
non prueniunt, legum correctio non fit, vt C. de fur. l. apud
antiquos. & no. de sa. sau. eccl. auth. quas actiones. In contra-
rium pro ista parte facit, quia licèt auus dotet neptem contē-
platione filij sui, vt ff. de colla. bon. l. dedit dotem. tamen hoc
est per quandam fictionem, quòd id, quod facio, ego interpre
tor factum a filio meo, vt not. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. quotiens.
sed statuta non recipiunt fictionem, quotiens possunt dispo-
nere sup casu vero, vt no. ff. de ne. gest. l. 3. §. hæc actio. nisi ex-
pressè disponant de casu ficto: & tunc omnia alia iura, quæ
loquuntur de caso vero, trahuntur ad fictum, vt ff. si cer. pe. l.
singularia. & l. nam & si fur, ad l. Falc. §. lex falcidia, & facit ff.
de lib. & postho. l. filio, quem pater, C. de his, qui ve. ęta. impe
tra. l. fi. In contrarium vr, quia nil refert, vtrum aliquid fiat a
me, vel ab aliquo pro me, vt ff. de verb. ob. l. cum seruus. vnde
dotata intelligitur ab aliqua, quę eius contemplatione dotata
est a quocunque, vt ff. de iu. do. l. profectitia. in princ. dico de
contēplatione immediata, & proxima, ut ff. de vul. sub. l. sed si
plures. §. in arrogato. & hoc operatur intellectus facientis, &
recipientis, vt ff. de hære. insti. l. quidam cum filium. nam in-
tellectus transfert factum in ius, & transfundit de persona in
personam in his, quæ non cohærent personæ, sed causæ: vt in
regula iuris qui per alium, vt C. de ca. tol. §. ne autem. hoc ap-
paret tali demōstratione, si primo morior, quam filius meus,
deinde moritur filia eius, filio meo consolidatur actio dotis
profectitiæ, vt ff. sol. mat. l. 2. ergo verè, & realiter dotata est a
filio meo: quia quod ego feci, ad eum transfusum est. Solutio,
si filius meus decessit me viuo, ista non est dotata a patre, nec
hēt locū statutū, quia nō pōt intellectus accipere, q a prę mor
tuo sit dotata, vt ff. de ope. li. l. qui libertinus. §. posthumus. sed
ego primo decessi: ista dicitur ꝓprie dotata a filio meo, quia
realitas dotationis ab auo in filium, & a filio in filiam eius vi-
2 detur esse transfusa. †Quæritur, vtrum statutum, quod exclu
dit filiam dotatam existentibus agnatis, vendicet sibi locum,
si agnati sunt clerici? & videtur, quod non, quia in statutis lai
corū non continentur clerici, vt extra de consti. c. ecclesia S.
Mariæ. quia ipsi nō sunt de corpore laicorum. 12. q. 1. c. duo
sunt genera Christianorū. adeo q etiam statuta fauorabilia su
per rebus ecclesiarum facta non tenet, vt 91. dist. c. bene quī-
dem. In ɔ̄trium est veritas: quia ita continentur clerici in fauo
ribus, sicut laici. 10. dist. c. si in adiutorium. nā vbi est eadem
ratio, sicut est hic ipsa agnatio, nō debet clericatus obesse, sed
prodesse, vnde pariter includuntur clerici, sicut laici, vt legi.
& no. ff. de iu. do. l. promittendo. in prin. ad hoc facit extra de
fo. cōp. c. dilecti. vbi expressè habetur, quod priuilegiū con-
cessum pōpolo prodest clericis, nec mirum si commoda eis
conferre possumus, quibus grauamina inferre nequimus: vt
no. C. vbi sena. vel cla. l. quoties. & no. ff. de reg. iu. l. nemo qui
condemnare. vbi est optima gl. de clerico comprehendendo
de fauoribus statutorū, & in odijs non comprehendendo, li-
cèt gl. in illa in iudicijs contentiosis non sit vera, vt extra de
3 iud. c. at si clerici. & extra de fo. cōp. c. si diligenti. †Secundo
quæritur, pone, quod statutum dictat, quod frater dotantis
excludit filias dotatas: modo superest frater, & filius alterius
fratris. Quæritur, vtrum filius alterius fratris succedat vnà cū
patruo suo, & vr, quod sic: vt in Auth. vt fratrū filij. in rubrō
& nigro. & C. de leg. hær. aut. post fratres. nec reperitur, quod
statutū dicat ɔ̄trium, sed vr, qd filius fratris non succedat: qa
beneficium statuti dirigitur soli fratri dotantis: & iste frater
est ille, qui aduocat hęreditatē a fęminis: & si frater nō esset fi
lius fratris, nō excluderet eas: ergo filij fratris nō faciūt ex pa
truo patrem, cum non vocentur. beneficium. n. statuti de so-
lo fratre loquitur, non de filijs fratris, vt ff. de inof. test. l. 1. &
C. de inof. testa. l. fratres. statutum. n. habet non solū virtutem
exclusiuā filiarum, sed habet virtutē applicatiuam hæredita-
tis ad fratrem. igitur frater solus insolidū succedit. Porrò edi-
ctum statuti nō sic aperit, quemadmodū aperitur edictū pto
ris. nam nec illud aperiretur, nisi pictor dixisset, vt ff. de ɔ̄ta. l.
si post mortem. §. fi. & ad hoc facit quod leg. & not. ff. de inof.
testa. l. pater filium. secundum illam lectu. q pater veniat per
querelā inofficiosi: & sic per filium præteritum non aperitur
ɔ̄tabulas patri. ita dico in proposito, quod via intestati nō ape
ritur per patruum nepotibus, de quibus statutū nō loquitur,
vt C. de coll. l. illam. ibi, eo quod nulla constitutio &c. Nam il
lud est validum arg. l. non cauetur. ergo iustę non petitur, vt
in Auth. de trien. & semi. §. cōsideremus. Item quod vni cō-
4 ceditur, alijs vr denegatū, ut C. de test. mil. l. sicut. certi. †Ter-
tiò quæritur, ecce, quod transuersales paterni præferuntur in
paternis, & materni in maternis, ut no. in dicta auth. post fra-
tres. & sic bona, quæ sunt unita in personam defuncti, diuisio
nem recipiunt in personam hæredum: quod est ɔ̄ naturam
unionis. ff. de separa. bo. l. 1. §. sciendum. ff. de vulg. & subst.
l. sed & si plures. §. filio. Pone ergo, quod superest frater cōsan-
guineus tm̄ istarum filiarum dotatarum, & uterinus tm̄, num
quid uterinus succedit in uterinis bonis? Rn̄deo, si statutum
loqueretur de fratre simpliciter, fieret diuisio modo prædi-
cto: sed si loquitur de agnato, solus consanguineus est agna-
tus, frater autem uterinus agnatus non est, quia iura agnatiō-
nis per fœminas non oriuntur, quia nec iura familiæ. i. pote-
statis, ut ff. de adop. l. qui in adoptionem datur. nō ob. C. de le
gi. hęre. l. meminimus. §. sed nec fratrem. quia ibi loquitur de
iure communi. hic nos sumus in iure municip. præter ea, nec
ibi dicit, q uterinus sit agnatus, licèt interdum habeat iura
agnatorū statutū aūt de agnato loquitur, & non sequitur, ha-
beo ius agnati, ergo sum agnatus. Respondeo ergo ad qōnem
istius clerici, quod iste clericus succedit in beneficio statutis
& quod succedit in oībus exclusis filiabus dotatis secundum
formam statuti, quia statuta facta a laicis prosunt clericis. 10.
dist.

dist. ca. si in adiutorium & ita consuluit Oldra. & si mulieres
istę dotatę sunt in possessione, non possident iustè inspecto sta
tuto municipali. & ideo tenetur petitione hęredi. ad possessio
nem rerum hæreditariarum restituendam. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXI.

1 *Statutum volens, quod quilibet emptor, & venditor teneatur soluere tale quid, an habeat locum, quando quis emit ab ecclesia? & quid iuris sit, quando ecclesia venit res, pro quibus ipsa non soluebat gabellas, an emptor ipse teneatur soluere. & num. 2.*

In Christi nomine. Stat. ciui. Astēsis ca
uetur, ꝙ quilibet
venditor, & emptor insolidum teneatur soluere certam gabel
lam. modo quidam subditus statuentium emit ab ecclesia.
1 † Quæritur vtrum gabella debeatur? & certum est, quod ec-
clesia non tenetur: quia non est subiecta statuentibus. nam sta
tuta cōdere est iurisditionis, vt patet ex diffinitione iurisditio
nis. ff. de iurisdi. om. iu. l. 1. & statutum fit quãq; iure principa
tus, & appellatur constitutio: vt ff. de consti. prin. in rubro, &
nigro. interdum fit iure poli: & appellatur statutum munici-
pale: vt ff. de decre. ab ord. fa. l. municipali. interdum fit iure
magistratus: & appellatur edictum prætoris. vnde & constitu
tio epi edictum prętoris est, vt C. quod quisq; iu. l. 1. §. qui ma
gistratum. interdum fit iure congregationis licitæ, & appella-
tur ius ciuile illius corporis, vel collegij, vt ff. de consti. prin.
l. 2. in fi. a quocunq; tñ fit statutum validum, dicitur fieri ex
iure iurisditionis in genere sumptæ. cū igitur laici in clericos
nullam habeant iurisditionem, vel potestatē, non possunt ali-
quã statuere ↄ eos, vel in ipsos, vt extra de consti. c. ecclesia san
ctæ Mariæ. libertas. n. clericorũ tanta & talis est, ꝙ non potest
subijci legibus laicorũ: quia scriptum est, nolite tangere Chri
stos meos. i. nec in persona, nec in bonis, vt no. in Aut. de non
alie. §. vult. n. hoc probatur expresse ẽt de iure ciuili. C. de sa.
san. ec. l. placet. Item probatur per nouissimas constitutiones
Federici imperatoris. C. de sa. san. ec. Aut. cassa, & irrita. & C.
2 de epi. & cle. Aut. item nulla cõitas. † Modo sequitur videre,
licèt ecclesia non teneatur, vtrũ laicus teneat? Et primo inqui
ramus de mēte statuti. Secũdo de potentia, psupposita mēte, p
certa. & redeo ad primũ: & vr, ꝙ mens statuti non fuerit obli
gare nisi ↄhentes, q pariter pñt obligari, vt ff. de vul. sub. l. hoc
iure. §. sed si alter. & C. de impu. & alijs sub. l. quamuis. In ↄ-
rium vr, quod si duo rei insolidũ constituuntur, vnus vtiliter,
alter inutiliter, vel duo fideiussores, vtile per inutile non vitia
tur. vnde q potest obligari, obligatur: & qui nõ potest obliga-
ri, nõ obligatur. vt ff. de fideiul. l. si titius, & seq. vr in proposi
to, qd obliget subditus, & nõ obliget ecclesia. Solutio, prima
facie hæc qõ vr terminari p casum ad literam. ff. de pupil. l. li
citatio. §. mercatores. vbi dr, quod si aliquis emit a fisco, licèt
fiscus non teneatur ad vectigal, tenetur tñ ipse emens. hic est
considerandum. Nam aut onus gabellæ est annexũ ↄctui, aut
contingit ex actu separato: puta emi frumētum ab ecclesia, &
illud exporto per loca, in quibus gabells colligunt. primo ca-
su non vr statutum loqui de ↄctibus. celebratis cum ecclesia:
quia per indirectum esset ↄ libertatem ecclesiæ, nam tanto mi
nus ecclesia venderet rem suam, quantum est illud onus: plu-
ribus. n. venditur res libera, q̃ res onerata: nam lege vel pacto
ista rõ subtiliter ponitur ff. de ser. expor. in l. si venditor. Si aũt
istud onus contingit ex facto separato, quod nihil habet cõe
cum origine ↄctus, tunc emptor tenetur soluere, licèt ecclesia
non teneatur soluere: quia factum emptoris nihil habet cõe cũ
facto ecclesiæ: vt d. §. mercatores. licèt Bar. dicat ibi, quod mu
nera extraordinaria talis emptor non tenetur subire, cũ habet
titulum ab ecclesia. Ergo si emo fundum ab ecclesia, quę non
soluebat decimas, & collectas extraordinarias, & arbitrarias,
nec ego tenebor soluere ẽt pro tempore futuro. Quod salua re
uerentia doctoris mei verum non est, quia mutato statuto per
sonæ rei statutum conuenit immutari, vt C. de impo. lucra. de
scrip. l. j. li. 10. Et quod ob reuerentiã clericorum, vel ecclesiæ
conceditur, eos non egreditur, vt ff. sol. ma. l. alia. §. eleganter.
vnde colonus partiarius bene soluet decimas de sua parte, li-
cèt monasterium, a quo conduxit, non solueret de suo portio-
ne, quia diuersitas personarum separationem recipiunt, argũ.
C. si vnus pluribus ap. l. 1. in ratione literæ. porrò in vno casu
posset saluari, ꝙ vbi ecclesia nõ soluit pedagiũ, nec emptor. s.
quando emptor ex pacto transportaret merces expensis eccle
siæ. ar. ff. loca. pe. §. nauem. Ex prędictis apparet, quod etiam si
clara essent verba statuti, quia loqueretur iam de personis su-
biectis, quam de non subiectis, tamen nec plus nec minus de-
beret solui gabella quam vt superius dixi. Et multum commē
do subtile consilium in ista materia latum per I. V. doc. domi
num Manuelem de Ast charissimum meum. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXII.

1 *Ius patronatus an veniat in venditione vniuersitatis. & numero 3.*
2 *Appletione bonorum an veniat ius patronatus.*
4 *In possessione iuris patronatus qualiter quis esse dicatur.*

In Christi nomine. Quidam nobilis ha
bebat ius patrona-
tus in ecclesia ędificata per suos antecessores: eratq; in posses
sione iuris patronatus, & præsentādi ibi rectorem pro tempo
re præsentandum. Qui nobilis habebat latum territorium, &
terras, intra quorum fines erat dicta ecclesia patronalis cum
nonnullis possessionibus assignatis dictæ ecclesiæ a dictis fun
datoribus, quarum rerũ dicti nobilis cum suis honoribus pro
quarta perte fuit data per iudicem secularem, vel per pactum
1 insolutum; quarta portio cuidam alteri nobili. † Modo quęri
tur, nunquid ius patronatus ad dictum nobilem, qui accepit
insolutum, transierit aliquo modo? & vr, quod sic: quia ius pa
tronatus ecclesiæ vr esse ius reale: & ideo transit cum vniuer
sitate prædiorum vendita, inter quorum prædiorũ fines est di
cta ecclesia: iuxta illã regulã, & quod quædã transeunt cũ vni
uersitate, q̃ per se vendi, vel permutari non possunt, ẽt si sint
sacri, vel religiosi iuris, vt ff. de ↄhen. emp. l. in modicis. & l. q̃
dã. ff. de acqui. re. do. in ↄrium vr quia ius patronatus est eccle
siæ ius annexũ spirituali: & iõ per ↄctum laicorũ transferri nõ
potest: nec per dationē insolutũ factã a iudice seculari: vt ex
2 de iud. c. cæterum. † Quæritur ẽt, vtrũ appellatione bonorum
contineat ius patronatus. & dico, quod nõ, qa est magis onus
q̃ honor vt plene leg. & no. 16. q. vlt. c. pię mentis. vel saltē est
quid mixtũ, quod continet appellatione simpliciũ: vt ff. de le.
3 3. l. hoc legatũ. † Solutio, ius patronatus ecclesiæ transit cum
vniuersitate ad hęredē vniuersalē: quia trãsit ex necessitate, vt
d. l. quædam. sed transit ad emptorē vniuersalem, qui emit nõ
solũ res corporales, sed iura, vt ad emptorem castri, & villę cũ
iuribus, & pertinentijs, vt extra de iure patro. c. ex literis. sed
non transit ad emptorem rerum corporalium tñ: quia ius pa
tronatus incorporale est: & licèt adhęret ecclesiæ, quæ est cor
poralis materiali modo, tamen ecclesia est extra commerciũ,
vt ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. sacrã. & ecclesiæ, quæ
est extra commercium, ius patronatus accedit. vnde si non ve
nit principale. i. ecclesia, nec accessorium. Non dico, ꝙ eccle-
sia possit aliquo mõ vēdi, vel alienari: sed ipsum ius pñtandi,
si vniuersitas venderet, transit cũ vniuersitate: quia vniuersi-
tas continet in se corporalia, & incorporalia: vt le. & not. ff. de
ver. sign. l. rei appellatione. & ff. de hęre. vel actio. vendi. l. 1. §.
sed si vendiderit hęreditatem. & l. venditor ex hęreditate. Cõ-
sideranda ergo sunt verba contractus, vtrum venditio sit fa-
cta sub forma vniuersitatis, in qua contineantur corporalia,
& incorporalia: & tunc ius patronatus continetur. aut sunt
venditę res corporales tantum, & tunc ius patronatus non cõ
tinetur. dico autem, quod si sub nomine territorij est facta vē
ditio, continentur iurisdictiones, ergo & incorporalia. si vero
sub nomine prædiorum descriptorum, & confinatorum, tũc
non continetur ius patronatus, vt no. Inn. in d. c. ex literis. de
iure patro. & probatur. ff. de actio. empt. l. fundum nihil. &
ideo lector instrumenti ex hoc habet solutionem quæsiti: vt
C. de probat. l. ad probationem. ff. de fidei. l. fideiussores ma-
gistratuum. §. pro Aurelio. & facit quod scripsi in c. 1. de cap.
qui cu. vendi. col. 10. & quod not. per Dyn. in l. ergo. ff. de se-
questr. rer. domi. Si autem episcopus concederet mihi ca-

strum non intelligeretur mihi concedere decimas, sed temporalia tñ, vel temporalibus annexa. secundum Inn. Porro omne vniuersale collectiuum est: ná sub vno nomine colligit in se corporalia, & incorporalia iura, vt hęreditas, bonorú possessio, patrimoniú, peculium, territorium, & castrum cui iurisdictio inest. noía aút rerú corporalium, quę suis finibus circunscribuntur, non sunt vniuersitas, nec quid vniuersale, vt insti. de fideic. hære. §. si quis vna. & plene leg. & no. ff. de tran. l. có-
4 trouer. † Illud ét non est omittendú, quod per vnicú actú præsentationis acquiratur quasi possessio præsentandi. de cá pos. cú ecclesia. nisi pręsentatio sit reiecta per superioré: quia tunc expulsus ab actu per talé actum possessioné acquirere non potest, sicut expulsus a fundo non possidet fundú. Item eodé mó in corporalibus, cú eorum quasi possessio nó acquiratur, nisi per patientiá, vt ff. de serui. l. quotiés. ex quo sequit᷑ talis cóclusio, quod si non est admissus, neque repulsus, vel est opposita conditio, de cuius veritate incerti sumus. quod talis præsentans per talem præsentationem non incipit possidere, nec tanquam possessor potest præsentare deinceps, nisi denuo possessionem nanciscatur. Ego Baldus.

### CONSILIVM XXXIII.

1 *Pactum de non probando solutionem nisi per instrumentum publicum, & finem faciens non obstat, quin etiam per testes probari possit. & nu. 4.*
2 *Mala grammatica non habet vitiare, quando constat de mente contrahentium.*
3 *Testes quando dicantur singulares, & varij.*
5 *Compensatio non est probatio.*

In Christi nomine. Verba instrumenti. dictus Nicolinus fuit confessus habuisse, & recepisse mille a titio, renuntiando omni probationi solutionis sine hoc breui inciso, vel alio fini oí iuri, & legum auxilio. & ad sic obseruandú consul institiæ códénauit, & iurauit non ɔuenire. accidit, q mortuo dicto Nicolino vxor quódá dicti Nicolini, & tutrix testaméntaria cóiú filiorum recepit a quondá debitore dicti Nicolini dictas mille lib. q́ statim peruenerunt ad manus dicti creditoris, & quas secum exportauit, vt probatum est per testes. obijcitur, quod dictis testibus non est standú: quia renunciatú est probationi testium: & solúmodo reseruata est probatio per dictú instrm incisum aliud instrm simile finem faciens. Quęritur quid iu-
1 ris, † Et hoc sunt tria consideranda. primo an potuerit renunciari, & gl. in Aut. vt ma. debi. & cre. §. quia vero. dicit, q nó a quę gl. posset intelligi, qñ debitum ɔctum probatur per testes sed qñ probatur per publicum instrm, vr valere renunciatio, seu pactum, q solutio non possit probari nisi per instrm debiti incisum, vel aliud instrm publicum: vt C. de non nu. pec. l. generaliter. & ff. de so. l. prout quisq;. ff. de re. iur. l. nihil tá naturale. Secundo est videndum, quia scriptura non vr hoc dicere. nam illa verba, vel alio fini. sunt obscura. non. n. dicunt, vel alio instro finis. Porro finitum dr debitú, quod solutú testibus comprobatur: vt C. de transa. l. fratris. Item video, quod licèt sententia feratur in scriptis, tñ solutio potest probari per testes: quia satis est, quod hoc non sit iure prohibitum, vt C. de fide instr. l. in exercendis. Item appellatione instrumentorum continétur testes, nisi adijciatur, instrumentorú publicorú, vt ff. de ver. sig. l. notionem. §. instrumentorú. Item ad hoc facit: quia mulier soluit, cui licitú est ignorare apices iuris, præsertim cum tractetur de damno vitádo, vt ff. de proba. l. cum de indebito. Item quia fuit solutum noie pupillorum, cum quorum iactura non debet creditor locupletari. nec ob. iuramentum, quia iurans erat mortuus, vt no. Inn. extra de iureiu. c. veritatis. in ɔrium vr, quia illud, quod est ordinatum, & conuentum cum defuncto, & maximè qñ est iuramentum stabilitú, seruandum est: ét si pupillus heres existat, vt plene le. & no. ff. de mino. l. emilius largianus. nec imperitia tutricis, vel pupilli tollit ius publicum. nec ob. quod illa verba, vel alio, sint imperfecta: quia sunt imperfecta voce, sed non consensu, vt ff. de le. 2. l. cú pater. §. cum imperfecta. Item verba trahéda sunt ad intellectum, non intellectus ad verba, vt C. de lib. pręt. vel exhæ. l. 3. erit ergo sensus iste, vel alio supple instrumento fini. i. finis. & hoc probatur sic, coniunctio disiunctiua, vel. inducit tacitam repetitionem, vt plene no. ff. de le. 3. l. in repetendis. cum ergo dictum sit supra de instruméto, ergo intelligitur repetere similiter de instruméto: & maximè, cum verba debeát aliquid operari, vt ff. de vsu. l. si stipulatus. & in l. 1. ff. ad municip. & ff. ad treb. l. balista. & ff. de leg. 1. l. si quando. in prin. Ité disiunctiua præsumitur poni inter paria, vt ff. de reb. dubijs. l. 1. & coniunctio inter ea, quę sunt eiusdem qualitatis, & generis, vt ff. de vino leg. l. fi. §. cui dulcia. & ff. de penu le. l. ná qđ liquide. §. si cui. & si aliquis diceret, si subaudias alio. s. instrumento, esset mala grammatica. contra. l. plaucius. de aur. & ar-
2 gen. leg. † Respondeo, cum constet de mente contrahentium, mala grámatica non habet vitiare: quia leges nostræ non subia-
3 cent prisciano, vt C. de testa. l. quoniam indignum. † allegatur etiam, quod testes sunt varij, & singulares. circa quod sciendum est, quod aut testes referunt se ad diuersos terminos, aut ad vnum communé terminum. primo testes sunt singulares, secundo non, vt no. ff. de testi. l. ob carmé, §. fi. in fi. & per Bar. in l. 1. in fi. ff. quemad. testa. ape. & ideo est materia nostra; qa
4 præsuppono, quod testes sunt contestes. † Quæstio ergo nostra debet sic solui: aut tu quæris, vtrum testes probent exceptionem solutionis, & non probant: aut exceptionem compensationis, & probant, quia pactum conuentum non loquitur de compensatione: sed solum de fine, & refutatione. uerum est, quod ille, qui compensat, soluit. s. facta compensatione: sed tunc fiet inde instrumentum publicum, quéadmodum. n. in iudicio offerre pecuniam sufficit debitori, ita sufficit si in iudicio offertur compensatio, ut ff. de conditio. & demonstrat.
5 l. Iul. el 1. item compensatio non est solutio proprie, † & ideo pactum de probanda solutione non est pactum de non probanda compensatione: quia sunt diuersa, licèt concurrant finaliter in eundem finem, ut ff. de nego. gest. l. debitor. item est considerandum, quod minor aduersus omissionem instrumenti posset in integrum restitui: nam per in integrum restitutionem interdum sequitur, ut non factum habeatur ꝓ facto, ut ff. de minori. l. si ex causa. §. nunc uidédum. Ego Bal.

### CONSILIVM XXXIIII.

1 *Bannitus per sex menses ipsis elapsis potest impune redire: & punitus aliquali pœna minori, licèt maiorem meruerit, non potest iterum puniri maiori pœna. & nu. 2.*

In Christi nomine. Casus talis est, Guido de publica inquisitus fuit per dominum uicecomitem lunisanæ potestatem terræ Sarazanæ: & repertus culpabilis, eo q ad eius notitiam peruenerat, qualiter germanus ipsius Guidonis tractabat prodere Sarazanæ: eo quod dictus germanus ei prædictum tractatum propalauerat: qui dictus Guido ei consentire noluit, immo fortiter increpauit, quod nunquam aliquis de eorum domo proditor fuerat: & quod ab his penitus desisteret. tamé quia non reuelauit officialibus, ac dicto domino uicecomiti: per eum fuit relegatus extra territorium per sex méses. Ex prædictis quæritur de duobus, primo, an prædictus Guido post terminum sex mensium possit libere ad locum ei temporaliter interdictum redire, secundo supposito quod sic, an de isto delicto possit amplius puniri, & quæri, eo q leuiori pœna fuerit punitus. Quamuis huius primi dubij modica sit dubitatio, immo nulla, tamen quia de facto consultus respondere
1 cogor: † & dico, quod quandoq; quis est relegatus simpliciter, uel in perpetuum hoc expresso, & isto casu pœna est perpetua, ut. ff. de leg. l. fin. & C. de pœnis. l. seruus. & iste non est casus noster. Quandoq; quis est relegatus ad beneplacitum iudicis: puta dixit iudex, relego te, quousq; uoluero, uel quousque mihi placuerit, uel quousq; te reuocauero. & dic, ut not. per Bart. ff. de uer. ob. l. centesimis. §. fi. quandoque quis est relegatus ad tempus termino non expresso, & intelligitur tempus decennij. Iste est casus vnicus in iure, & notabilis. ff. de pen. l. sine præfinito tempore. & similiter iste non est casus noster. quandoque quis est relegatus ad tempus eo expresso, & declarato: puta usque ad biennium, uel triennium, uel quinquen-

quennium. & iste est casus noster, in quo sine dubio dicendum est, finito tempore sex mensium pœnam esse extinctam, & liberè posse redire ad locum temporaliter interdictum. nã uno tempore prohibitum alio tempore videtur ipso iure concessum, ut ff. de le. 2. l. statuliberum. §. stichum. & de postulando. l. imperator. & de iudi. l. cum prior. cum simili. Nam sententia temporalis non trahitur ad perpetuitatem, ut C. de his qui oo. infa. l. & si seuerior. ubi est expressum, ut alibi dicim⁹ 2 in pacto. ff. de pac. l. epistola. §. fin. † Circa secundum dubium an iterato possit de iure puniri, eo quia iudex non imposuit pœnã delicto conuenientẽ, & vr, quod sic: quia vr, quod iudex nõ possit minorare pœnam legalem. l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad turpil. Præterea istud videmus in ciuilibus. nam non licet iudici mutare in sententia, quod petitum est in libello. ergo similiter mutare non potest pœnam descendentem ex delicto. Præterea iudex iurauit seruare leges, ut C. de iudi. l. rem non nouam. quibus rationibus videtur dicendum, quod iudex non potuisset minorare pœnam. In contrarium puto de iure dicendum. s. quod iudex possit pœnam minuere ex causa, ut ff. de pœ. l. hodie. & oo. per doc. ff. de his, qui notan. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. Causa autem in casu nostro potuit esse ratione euentus non sequuti, licèt iuris rigore eadem pœna debuerit imponi ratione attentati, ut nota. ff. de pœnis. l. aut facta. §. euentus. & ibi per Iacob. de Areti. & maxime in casu nostro: cum iste, de quo quæritur, forte & verisimiliter fuerit causa delicti non consummati, sed sanguinis coniunctio eum ad taciturnitatem conduxit: & similiter & pietas. ex quibus côcludo ratione huius delicti non posse amplius de iure puniri, seu molestari. & quotidie ita de iure videmus practicari, ergo &c. argu. ff. de extraor. cri. l. saccularij. §. sunt quędam. & est expressum vbi ex causa maiestatis quis fuit relegatus. ff. de pœnis. l. eorum. Ego Baldus, & Iacobus de Isolanis.

CONSILIVM XXXV.

1 *Intelligitur fieri mentio de causis, eo ipso quòd fit mentio de processu.*

1 In Christi nomine. † Si sumus iure cõi, & snia iudicis facit mentionẽ de causis, & est lata per modum diffinitiuæ, consulo in omnibus, & per omnia, ut superius continetur: per l. & rationes prudentissimè allegatas: considerata etiam ratione sanguinis. iuxta no. in l. 1. ff. de receptoribus. cum similib. & intelligitur fieri mentio de causis, eo ipso quod fit mentio de processu, & in processu apparent causæ, vt l. in summa. de re iudi. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXVI.

1 *Agens hypothe. quo ad petito. & possessorium quid teneatur probare.*

2 *Possessor quis præsumatur, cum agitur de possessione præsumenda.*

In Christi nomine. Factum sic se habere videtur, quod quidam Bononius vendidit quandam domum, de qua in actione fit mentio, cuidam Petro de Losana pro flore. auri an. domini. 1383. demum anno domini. 1388. vendidit vnà cum Ioanne de Brixia cuidã alteri Petro de Fabriano pro precio 35. flor. aur. & est verum, prout in actis apparet, quod dictus Petrus de Fabriano secundus emptor dictam domum cuidam Franciſchino mala charne vendidit pro precio flor. 37. an. 1388. Item est verum, quod quædam domina Catherina vxor domini Petri de Losana. possedit. item est uerum, quod dicta alia domina Catherina vxor Francisci tãquam haeres dicti Francis. possidet dictam domum, contra quam dicta domina Catherina vxor quondam dicti Petri de Losana. agit hypothecaria, dicens, quòd dicta domus est ei obligata pro quantitate contenta in instrumẽto dotali. E conuerso dicta Catherina cõuenta dictam domum ad se pertinere contendit. Modo quæritur quod iuris: visis, & consideratis, & actitatis in causa: vtrum videlicet dicta domina Catherina conuenta debeat cõdemnari super dicta hypothecaria, vel absolui, & non poteri-1 mus errare, si faciamus fundamentũ regu. iur. † constat enim, quod agens hypothecaria debet probare debitum subsistere, rem hypothecariam esse ex pacto, vel ex lege, & ipsam rẽ fuisse tempore obligationis in bonis debitoris. & hæc probantur expresse. ff. de probatio. l. ante omnia. & oo. in Specu. de obli. & solu. §. 1. versicu. sed quid debet creditor probare in hypothecaria. item est præmittendum, quod quando agetur hypothecaria contra tertium possessorem, debet probari, quod res in bonis debitoris sit taliter, quod ipsi debitori competeret vẽdicatio, vel publiciana, vel aliud simile remedium euincendę possessionis: puta conditionem ex l. si colon. C. de agri. & cẽsi. lib. 11. vel officium iudicis, vt ff. de cond. fur. l. & ideo. §. ne ratius. hæc enim regula ad petitorum probatur per illam no. l. si ab eo. de pigno. at quo ad possessorium probatur per ea, quæ subtiliter no. per Iacob. de Aret. & Cyn. C. si res alien. pigno. data sit. l. cum res. item est præmittendum ad euidentiã, quod quando res venditur duobus ab eodem venditore, res efficitur in bonis illius, cui primo traditur, vt C. de rei vendi. l. Quotiens. & plene lega. & notatur. ff. de publi. l. sin autem. §. si duobus. est enim ad rem incorporandam in bonis alicuius regulariter necessaria traditio, vel quasi. vt ff. de rei vendicat. l. si ager. C. de paci. traditionibus. & si nulli traditur, in nullius bonis est res: sed actio personalis tantum, quæ non datur contra tertium possidentẽ: quia actio personalis non sequitur fundum, ut ff. ad treb. l. 1. §. hæres. & quia non inuenio probatum per acta causæ, quod dictus Petrus de Losana. possederit dictam domum aliquo tempore, nec fuit articulatum, quod ea dicto titulo possederit, ut ff. de publica. l. eum qui. §. penul. nam præsumptio. l. i. 2. C. de acqui. pos. reuelat a probando, sed non a proponendo: & maxime non apparet, probatũ, quod priusquam dictus Frãciſchinus possederit, nisi per unum testem, qui non sufficit in causis grauis præiudicij, maxime cum nõ fuerit petitum sacramentum in defectum probationis, ut C. de testa. l. iureiurando. in fi. & ille vnus testis uocatur Otinus. & etiam non deponit de prioritate possessionis. sequitur de necessitate, quod non est probatum, quod dicta domus fuerit in bonis dicti Petri de Losa. & per cõsequens dicta Catherina quõdam vxor ipsius deficit in probatione quo ad istum articulum, quod res fuerit in bonis dicti Petri de Losana. & ideo præsupposito quod dicta Catherina actrix haberet ius in hæreditate, sed nõ concesso, quia non apparet mihi, quia non apparet proba. succedit regula iuris, quod actore non probante reus absoluitur: & in expensis secundum rigorem iuris ueniret condemnandus victus victori. tamen faciat iudex id, quod æquitatis suæ videtur. Sunt & alia plura, quæ quantum ad subtilitatem iu-2 ris non uidentur probata, quæ non prosequor. † item cum agimus de possessione, præsumenda, præsens possessio potior est præterita: quia de præsenti possessione constat per veritatem, de alia non. facit quod not. C. de edic. diui adria. tollen. l. edicto. expensas autem taxo in quatuor flo. quos recepi pro salario meo a domina Catherina conuentæ de alijs autẽ mihi non constat. & ideo ipsarum taxationem relinquo arbitrio iudicis, qui habet iudicare. nec decretũ domini fuit mihi præsentatum. nam si illud vidissem, commissionem huiusmodi non suscepissem: quia nunquam iuraui in aliquo consilio, ẽt in cõmissionibus magnis sepissime mihi factis. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXVII.

1 *Instrumento confecto de antiquo magis creditur, quã duobus testibus contradicentibus. & nu. 5.*

2 *Testes quare dicantur singulares.*

3 *Semiplena probatio nou sufficit ad torturam.*

4 *Pro instrumento publi. & solenni præsumitur vehementer.*

6 *Obliuio præsumitur ex cursu decennij.*

1 In Christi nomine. † Quidam tabellio scripsit quoddam instrumentum, seu quãdam scripturam in mẽbrana, & in forma consueta obseruari in publicis instris, in qua tali scriptura cõtinetur, & igitur, quod A. fuit professus se nomine venditionis habuisse, & recepisse sexaginta octo ducatos pro precio

cuiusdam

cuiuſdam venditionis,& quod eos habuit, & recepit in peni
tentia dicti notarij, & teſtium. deſcripti autem ſunt quatuor
teſtes,quorum duo non viuunt.Sed alij duo, qui viuunt , de-
ponunt,ꝙ nunquam interfuerunt dicto inſtrumento,nec di-
ctæ venditioni,nec dictæ numerationi pecuniæ.vnde cum di
ctus notarius ſit accuſatus de falſo,quæritur,an debeat con-
demnari?Præſuppoſito quod alias dictus notarius ſit bonæ fa
mæ,& cætera ſua inſtruméta ſint vera,& legalia,& ꝙ dicta aſ
ſerta ſcriptura fuerit facta iam ſunt 18.anni,vel circa.& vide
tur,quod dictus notarius omnino debeat condẽnari:cum cri
mẽ videatur probatum plene per duos teſtes deſcriptos in in-
1 ſtrumẽto,vt no.Bal.in l.1.in fi.ff.quemad.teſt.aperian.† Nec
ob.ſi dicis,quod dicti teſtes ſunt ſingulares: quia immo ſunt
conteſtes in vnum finẽ rei tendentes.i.in ipſam falſitatem in-
ſtrumenti,vt C.de pę.l.cum reis.& Bart. dicit in d. l. 1.quod
iſti teſtes non ſunt ſingulares.itẽ nec proſunt tabellioni indi-
cia,quia ad ea recurrendum eſt in dubio,non cũ expreſſa falſi
tas cõprobatur,quia veritas omnẽ pręſumptionem excludit.
nam in incertis non certis locus eſt coniecturis,vt ff.de verb.
ob.l.cõtinuus.§.cum ita.& ff.de re mil.l.nõ omnes.§.a barba
ris.in cõtrarium vr̃,ꝙ dicti teſtes ſunt ſingulares:quia ſic de-
ponunt,ꝙ neſcit vnus de altero, vnuſquiſque dicat de ſe ſolo
non interfuiſſe.nam ita eſt,ꝙ quãdocũq; teſtis deponit de pri
uatiua ſenſus:puta non vidi,non audiui, de neceſſitate ſequi
tur,quod eſt in ſuo dicto ſingulari.non enim deponunt iſti te
ſtes de negatiua actus.ſ. quod contractus non fuerit celebra-
tus:ſed ſolum de negatiua ſenſus:quia dicunt ſe nõ interfuiſ
ſe.i.non audiuiſſe,nec vidiſſe.& quod iſti teſtes ſint ſingula-
2 res,eſt expreſſum,extra de elec.c.cum dilecti.in fi.† Sequitur
ergo,cum dicti teſtes ſint ſingulares,quod ſumus ſolum in ſe
miplena probatione.ſed ita eſt, quòd ſemiplena probatio po-
teſt elidi per contraria indicia, adeo quòd nec ſufficit ad tor-
turam,vt notari conſueuit.C.ad l.iul.maie.l.ſi quis. quod au
tem hic ſint indicia vehementia pro tabellione,apparet ex cõ
tinua poſſeſſione prænominati emptoris a die celebrati dicti
inſtrumenti:quia qui poſſedit tanto tempore ſciẽte veteri do
mino,præſumitur habere titulum allegatum,vt plene lega.&
no.ff.de vſu.l.cum de in rem verſo.& C.communi diui. l.po-
nul.& ponderet hæc iudex,qui habet iudicare.Item per hoc
facit id,quod no.in Spe.de inſtru.edi.§.nunc dicendum.ver.
3 quid ſi dum atteſtationes publicãtur.† Item pro inſtro, quod
eſt publicum,& ſolẽne in ſui figura,vehementer pręſumitur,
niſi plene contrariũ probetur.affirmatiua aũt eſt illa,quæ pro
batur plene,non negatiua,vt no.ff.de arbi.l.diem proferre.§.
ſi plures.niſi teſtes aſtringant negatiuam, & reddant eius cau
ſam,ita ꝙ ſint conteſtes, vt no.in l.fi.C.de errore aduoca. Præ
4 terea ad hoc facit temporis longinquitas.† Dicit enim ſpecu
lator,quòd temporis conſideratio habenda eſt:nam cum res,
vel factum antiquum probatur,magis eſt credendum inſtru-
mento,quam teſtibus: ſecus ſi ſit factum recẽs, vt no.in d.ver
ſicu.quid ſi vnus.in fi.ff.de proba.l.cenſus.& per Cy.C.de fi.
5 inſtru.l.emancipatione.& l. dicit , † quòd ex curſu decennij
præſumitur obliuio.ff.de vſucap.l.furtum.§.fi. cum l.ſeq. &
no.inſti.de vſuca.§.quod autem.Item ſi diceremus inſtrumẽ-
tum eſſe ſuſpectum,& veniendum ad torturam,ſi hoc indici
videretur, vtraque pars,& dicti teſtes debent torqueri:prę ſer
tim ſi eſſent perſonæ,viles, & ſuſpectæ, & notarius ſit homo
notæ autoritatis,vt ff.de falſis.l.vbi nam teſtes,qui contra in-
ſtrumentum deponunt debent eſſe omni ſuſpitione,& omni
exceptione maiores,vt l.optimam.C.de contrahen. & cõmit.
ſtipu.Item accuſator,qui tanto tempore diſtulit, præſumitur
diſtuliſſe dolo malo,vt copiã proba. aduerſario ſubtraheret,
& morte teſtiũ,qui poſſent confirmare inſtrumentum, expe-
ctata,vt ff.ad l.aquil.l.in aquilia ſi deletum.& C.de vſur.pu-
pilli.l.fi.Tormenta autem in quibuſdam debẽt eſſe potius ter
rores cum quadam afflictione carnis. In quibuſdam debẽt vſ
que quaſi ad conſumptionem corporis excluſiue, vt in l.1.ff.
de quæſtionibus.Solutio,iſtud multum pendet ex arbitrio iu
dicis,quanquam nos dicamus,ꝙ inſtrm per duos teſtes regu-
lariter nõ reprobetur,qñ alij ſint deſcripti,qui poſſunt inſtru
mentum ſubarrare.extra de fide inſt.c.cum Ioannes.& plene
no.inſt.de inuti.ſti.§.item verborũ.& C.de fide inſtr.l.in exer
cendis . inſpicienda etiam ſunt mature ſtatuta in accuſatione
falſi, & etiam accuſatoris inſcriptio. Ego Baldus.

## CONSILIVM XXXVIII.

1 *Feudum an poſſit alienari, vel diuidi per vnum ex conſortibus in præiudicium tertij conſortis.*
2 *Feudum eſt vſusfructus cohærens perſonæ.*
3 *Non poteſt præiudicari habenti ius in re, vel in ſpe.*
4 *Ius accreſcendi an locum habeat in feudis in coniunctis coniunctione legali.*
5 *Quis non poteſt gratificari de alieno, ſed de ſuo.*
6 *Inueſtitura verbalis ſufficit.*
7 *Curſus temporis non nocet non negligenti.*

In Chriſti nomine. Dominus thomas de Scarãpis de Aſten.
tria quarteria loci montis alti,qui locus eſt de proprietate, &
dominio communis: retento vſufructu,& reteris dominibus
tradidit inſolutum domino Mattheo eius fratri,ac comparti-
cipi feudi,cum tamen dictus dominus Thomas haberet alios
fratres ſimiliter feudi comparticipes. qui dominus Tho. de-
1 ceſſit ſine filijs.† quæritur, nunquid dicta datio inſolutũ præ
iudicet alijs agnatis in iure ſucceſſorio,cum ſit feudum anti-
quum,vel in iure accreſcendi deſcendente ex natura feudi,&
videtur,ꝙ ſic.nam ſicut poteſt fieri diuiſio rerum feudalium,
& hominum feudatorum iuriſdictionis territorium diuiden
do,& prout iuriſditio inhæret territorio, vt in c.imperiale.§.
præterea.de prohi.alie.feu.per Fed.ue dum cum ſit ex neceſſi
tate: puta quando alter prouocatur ad diuiſionem ab altero :
vt l.& ideo.ff.de cond. fur. ſed ẽt quando fit ex mera concor-
dia,& voluntate confeudalium:quia iniquũ eſſet quẽ cõpelli
ad perpetuã communionem,vt ff.de cond.ind.l. ſi nõ ſortem
§.ſi centũ.& ff.cõi diui.l.in hoc iudicio.§.ſi conueniant.Item
de natura conſequutiua cõmunis in actu eſt diuiſio in potẽtia:
ergo ſicut cõio eſt de natura feudi inter cõſortes, & diuiſio ſe
quens,& ſic eſt permiſſa,qa de natura,hoc ponit gl.C. fa.er.l.
ſi familia.vnde a ſimili ſic dicã,quod inter cõſortes feuda. ſit
permiſſa quælibet alienatio,quæ fit pp neceſſitatẽ iudicij, vel
rei familiaris,vt ff.de le.2.l.peto.§.prædiũ.ff.de le.3.§.11.§.ſi
rẽ.item hoc vr̃ expreſſum in ti. per quos fiat inueſt. & p quos
recipiatur.C.l.ſed & res. in tex.ibi , ſed & res cuius alienatio
prohi.nec p beneficiũ dari conceditur,niſi agnato ꝓximiori,
ꝓximior autem agnatus dr̃ ille,quẽ nemo præcedit, licèt ſint
alij eodẽ gradu.vt inſt.de le.agna.ſuc.§.proximus.& l.q duos
in prin.ff.de re.du.ad idẽ facit.c.j.de alie.feu.pater.nõ feudũ
paternũ põt alienari in quẽlibet proximũ agnatũ.& hoc cum
fiat autoritate conſuetudinis, non dẽt ex ſuperuenienti caſu re
tractari: legitimæ factũ eſt,alioquin deciperẽtur ꝯhentes auto
ritate legis:ꝙ eſt inconueniens, vt C.de his,q ve.eta.impe.l.j.
itẽ quia res facta eſt alienabilis, vt ff.de le. 3.l.pr̃.§.quindecim.
itẽ in habentibus ſimbolũ facilis eſt tranſitus,ad hoc faciẽq ꝗ
no.Guil.de cu.ff.de tranſ.l.cũ hi.§.ſed ſi pluribus.itẽ & ſi cõ-
cederet alijs agnatis aliqua reuocatio , deberẽt reſtituere ꝑriũ
illi agnato , q bona fide emit iure pmittẽte,vt in c.titius.ſi de
feu.fue.contro.nec imputarent fructus percepti in illo ꝑcio.
vt ff.de rei ven.l.emptor.in prin. m ꝯtrarium probatur : manifeſte
certũ eſt.quod de re ad tp̃s eſt bona argumẽtatio. vt ff. de teſt.
mi.l.miles in hæredẽ.§.ei,qa diximus.ſed ille , q habet partẽ
rei,non põt trãſferre totã rem,ſed ſolũ partẽ ſuam,ut ff.de le.
1.l.ſerui electione.§.cũ fundus.ff.de acq. hęre.l. duo fratres.
ff.de acq.re.do.l.traditio.ergo idẽ ſi habet partẽ tp̃is, qa poſt
tp̃s ad ſe pertinens non põt de re diſponere, vt C.de le.l.pen.&
ff.de pig.l.lex vectigali.ff.de pac.l.epiſtola.§.fi.cũ igit iſte alie
nator nõ hr̃et ius niſi in vita ſua.ergo poſt mortẽ ſuã,cum de-
ceſſerit ſine filijs,alienare nequiuit.& hoc eſt,qđ dixit illa re-
gula vulgaris in vſibus feudorum, finito iure datoris finitur,
& non extenditur ius ſucceſſoris.ad hoc facit.d.l.peto.§.præ-
2 diũ.& inſt.de vſuf.§.finitur. nã † feudum eſt vſuſfructus qdã ,
q cohęret perſonę,& non tranſmittitur, niſi quatenus conſue
tudo feudi diſponit.vt ff.de noua.l. ſi vſuſfructus . Præterea ſi
vlterior agnatus,& nõ proximus recepiſſet iſtã alienationem,
reuocaretur, vt patet in d.§.ſed & ſi res.a cõtrario ſenſu illius
verbi,

3 verbi, proximioris. & in c. 1. de alien. feu. pater. † & est ratio,
q̃a non potuit præiudicari proximiori agnato nec in re, nec in
spe, cum spes sit debita iure ℈ctus, vt in l. 1. ff. si quid in frau.
patro. item nec dñs debet habere alium vasallum, quam eũ,
cui debeatur ex natura feudi. item nec subditi alium dñm, vt
4 legitur, & no. ff. de fideic. libe. l. inuitus. † Itẽ proximus agna-
tus est coniunctus coniunctione legali, ex qua sola, & non ex
verbali procedit in feodis ius accrescẽdi, vt in c. cũ vero cor-
radus. qui feud. da. pos. licèt a contrario tradatur regula in le
gatis. ff. de cond. & demon. l. molieri, & Titio. & est ratio dif-
ferentiæ: quia coniunctio legalis in feudis appellatur natu-
ra feudi: non potest ergo aliquis feudatarius præiudicare al-
teri in hoc iure accrescendi. Nam si Titius habet ius accre-
scendi: ergo Seius in hoc est remotior eo. immo non tam re-
motior: quàm nullus: quia impertinens quo ad istam por-
tionem accrescentem. vnde de primo ad vltimum concloden
do necessario videtur dicendum, quod factum dicti D. Tho-
mæ iuribus aliorum præiudicare non potuerit, nec valet arg.
5 de gratificatione, † quia de suo, non de alieno potest quis gra-
tificari, vt ff. de leg. 2. l. si quis seruum. §. si inter duos. & ff. ad
silla. l. si qui in graui. §. si cum omnes. & C. de sec. nupt. auth.
lucrum hoc. Item certum est, quod non potest quis de alieno
largiri. nec ob. quod factum fuerit legitimè: quia fuit factum
legitimè ad tempus, non perpetuo, vt ff. locati. l. si quis domũ
§. huic. faciunt ad prædicta regulæ iur. quibus est standum ẽt
in feudis: nisi contrarium inueniatur specialiter constitutũ,
vt in c. Vbertus. §. strenuus. de feu. cogni. dictant enim regulæ
iuris, quod res, quæ subiacent restitutioni ex dispositione le-
gis, vel testatoris, non possunt alienari in præiudicium eius,
cui debet fieri restitutio, vt in Auth. de nup. §. quoniam in-
firmas. col. 3. & C. communia de leg. auth. res, quæ. ita igitur
est in feudis, quatenus subiacent restitutioni in persona agna
torum. vnusquisque enim suo iure debet esse contentus, nec
6 expetere rem iure alieni, vt C. finium reg. l. si cõstiterit. † Nec
etiam obstat lapsus anni: quia fecit se intra annum inuestiri.
sufficit enim in hoc inuestitura verbalis, quod non possit ar-
7 gui de negligentia taciturnitatis. nam † ille, qui non est ne-
gligens, non læditur ex temporis cursu, vt legi. & no. in Auth.
de appel. §. 1. coll. 8. & extra de elec. c. eis, quibus. & in c. quia
diuersitatem. de concess. prebẽ. & si hoc non diceret aliqua l.
vel constitutio, dictat naturalis ratio, quæ ad cuncta recte re-
spondit, vt ff. si cert. pet. l. si me, & Titium. & vix reperitur ali-
quid contra rationem naturalem, & discretionem, quod non
remordeat conscientiam: vt not. ff. de tritica. l. in hac. in ma-
gna gl. Item forma non est aliud, nisi impressio in materia: si-
cut figura Cęsaris impressa ferro, quam non potest hæres im-
mutare: cum ab origine in perpetuum detineatur. arg. ff. ad l.
fal. l. in ratione. §. si filio. ff. de verbo. obli. l. 2. §. ex his. cum si-
milibus. Ego Baldus.

## CONSILIVM XXXIX.

1 *Testator reliquit filiæ natæ quingenta, & nasciture quingen-*
*ta cum conditione, quod si contingat dictam filiam natam,*
*& nascituram decedere, antequã maritarentur, vel religio-*
*nem ingrediantur, tunc dicta legata erogentur pauperibus.*
*posthuma non nascitur, filia nata moritur in pupillari, quę-*
*ritur, an dicta legata debeantur, & qua, & quanta.*
2 *Pro non scriptum institutionis in certa quantitate an dicatur*
*pro non scriptum hæreditatis, an legati, an medium.*
3 *Pro non scriptum an accrescat cum onere.*
4 *Pupillo an possit substitui per fideicommissum.*
5 *Pater impuberis an possit relinquere fideicommissum a legi-*
*timo hærede pupilli.*

In Christi nomine. Testator habẽs vni-
cam filiam natã pu
pillam reliquit ei quingenta iure institutionis: & credẽs vxo
rem esse prægnantem reliquit posthumæ nasciturae similiter
quingenta iure institutionis: & instituit fratrem carnalem
hæredem vniuersalem: & subiecit hanc clausulam. Item vo-
lo, statuo, & ordino, quod si contingit dictam Massinam fi-
liam meam, & nascituram ex ventre dictæ vxoris meæ, si gra-
uida fuerit, vt supra, decedere, antequam maritentur, seu re
ligionem intrent, q̃ tunc, & eo casu prædicta mea legata ex
facta, vt s. dispensentur, & erogentur pauperibus Christi per
infrascriptos erogantes meos inferius nominatos in reme-
dio, & mercede animæ meæ, & defunctorum meorum &c.
prout in testamento plenius continetur. Modo accidit, quòd
posthuma non est nata, & quod dicta Massina, quæ nata erat,
decessit in pupillari ætate, quęritur, vtrum dicti mille Flor. in
totum, vel in partem, vel in nihilo veniant pauperibus dispen
1 sandi, & erogandi? † Et videtur, quod non veniunt in aliquo
dispensandi pauperibus: & hoc ex virtute copulæ, & arguo
sic: posthuma putatiua fuit coniuncta dictę Massinæ iam na
tæ, per hęc verba, si contingat dictam Massinam, & nascitu-
ram decedere, antequam maritarentur, seu religionem intra-
rent. Sed de natura copulæ est, quod requirit veritatem con-
iunctionis. & ratio est, quia sumitur ex vniuerso copulato, &
non ex aliquo, vt ff. de condi. insti. l. si hęredi plures. Itẽ in ista
substitutione copulata fuit apposita conditio, quę quantum
ad verba requirit, quod vtraq; moriatur. Sed ille, qui non na-
scitur, non potest mori, vt no. ff. de neg. gesti. l. qui duos. Ergo
saltem quãtum ad legatum dictæ posthumæ deficit legatum
tanquam pro non scriptum. tunc arguo sic, pro nõ scriptum
vadit ad coniunctum, vel substitutum sine onere, vt C. de ca-
du. tol. §. in primo. Ergo legatum dictæ posthumæ accreuit so
rori sine onere, & per cõns hæres sororis. i. patruus nõ tenetur
ad ista quingenta. Nec obst. si dicatur, q̃ aut pro nõ scriptum
legatum vadit ad coniunctum, vel substitutum, & tunc sine
onere: aut est pro non scriptum hæreditatis, & tũc cum one
2 re, vt ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. §. Lucius. † Et hic est aduerten-
dum, vtrum pro non scriptum institutionis in certa quantita
te dicatur pro nõ scriptum hęreditatis, an legati, an medium
inter hæc. Et vr, quod dicatur pro non scriptum hæreditatis:
quia iure institutionis. In contrariũ quod pro non scriptum
legati, vt C. de hęre. insti. l. quoties. In contrariũ q̃d medium
inter hęc, seu neutrum: & sic iste casus non reperitur determi
3 natus in iure, † vtrum accrescat cũ onere, necne. & in dubio
potius vr adhęrendum liberationi, quàm obligationi, vt ff. de
reg. iur. l. fauorabiliores. nisi quis dicat cõtra fauorem vltimæ
voluntatis, & pię causę. arg. in l. locum in princ. ff. de vsufr. &
ff. de reg. iu. l. in testamentis. sed certe de ista q. videtur casus
legis. Sciendũ est enim, quod nata fuit substituta, nascitur sub
conditione, si nascetur, & morietur. sed ista verba comprehẽ-
dunt casum, ẽt si non nascatur, vt ff. de ven. inspi. l. qui ventrũ
unde in dicto legato posthumę successit nata tanquam uulga
riter substituta. sed ita est, q̃ uulgariter substitutus posthumo
debet legata a posthumo. casus est ff. de leg. 1. l. ab hęreditate.
§. fi. item sciendum est, q̃ posthumo, qui non nascitur, nulla le
gitima debetur, ut l. ultima. ff. de assi. lib. unde ex psona post-
humę de dicto legato nihil potest detrahi, sed totũ debet pau
peribus dispensari. breuiter istam partem puto ueram quo ad
4 testatoris uolũtatem, ut ff ad Treb. l. hęredes mei. § cũ ita. † tñ
est cõsiderãdum de testantis potestate, qui non põt substitue
re per fideicommissum filio in legitimam, in qua nõ tenet ali-
quod grauamen etiam ad pias causas, ut C. de fideic. authen.
hoc amplius. & ff. de uulg. substi. l. cohęredi. §. cum filię. & pa
tet expresse in c. si pater. a cõtrario sensu. de testa. lib. 6. Et no.
in c. Rayn. §. in eo uero. extra de testa. in gl. quę incipit. no. er-
go. licèt pater possit filio impuberi testari, & popillariter, &
substituendo, ut d. §. cum filio. & eo. tit. l. sed & si plures. §. ad
substitutos. sed hic non fecit substitutionem pupillarẽ: quia
per uerba obliqua, & in re certa, id est in mille florenis, ut ff.
ad Treb. l. cogi. §. generaliter. & ibi per Dy. & Bar. & quod di-
cta substitutio eo modo, quo facta est, sit fideicommissaria, est
casus. C. de insti. & substi. l. generaliter. in prin. non obst. ff. de
uulg. & substi. l. cohęredum. §. fi. ubi cõstitutio facta in re cer-
ta trahit ad uniuersum, & est directa: q̃a ibi directo pupillari
ter substituit: hic oblique, & p fideic. cũ nec uerba fuerint di-
recta, nec conditio popillaris substitutionis, quę expiraret pu
bertate, fuerit adiecta. & ideo si dicti mille floreni non tran
scendunt tertiam partem omnium bonorum, quę est legiti-
ma dictę Massinę, dictum legatum non debet distribui inter
pauperes. si autem esset aliquid supra legitimam, illud debet
distribui.

distribui. Sed hic est dubitãdum, quia lex dicit, q pupillu debet substitui per fideicommissum vt ff. de leg. primo. l. quod fideicommiss. Istum passum examinat Cyn. C. de inofficio. testamen. l. ex tribus. Sed respondeo ad di. l. quod fideicommissu aut fideicommittitur impuberi, & non valet in legitima: aut hæredi impuberis: & tunc sic. sed secundum ea, quæ proponũtur de hærede, qui fuerat impuberi substitutus, nihil est disposi. vnde remanet onus, quod non valet. & ideo ille, qui succedit impuberi ab intestato ad legitimam impube. nõ impube. nec tenetur, quia legitima debetur filio, etiam contra testatoris voluntatem, vt C. de inoffi. test. l. quoniam in prioribus. Iste autem, qui succedit impuberi, est frater patris, qui nõ est grauatus in restitutione istius legitimæ: si enim fuisset grauatus, teneretur ex persona sua propria, vt d. l. quod fideicommiss. demonstro, si dictus hæres testatoris intelligeretur rogams alio pista matre impuberis existente hærede, tenetur matri tanquam hæredi pupillæ in illo iure transmissionis, & pauperibus in alijs nullo iure alterius fideicommiss. & sic grauatus in mille teneretur ad duo milia, quod est impossibile. concludetur ergo, quod dictus hæres generalis nulli alij est grauatus, quam pupille: & pupilla pauperibus, quæ nõ potuit eis grauari in tertia debita iure naturæ. & ideo consilium prædictum verum est de iuris necessitate, & facit. ff. de lega. 3. l. si fuerit. & l. si sit. illud est certum, q filia legitimam sibi legatã transmittit ad hæredem suum: quia in transmittendo cẽsetur legataria, vt no. Bar. in l. ex facto. ff. de hęre. inst. facit quod no. ff. de ac. & obli. l. is, cui. non ob. c. cum tibi. extra de test. quia ibi non erat institutus alter hęres vniuersalis. Item verbum, distribuatur. adiectum certæ quãtitati importat legatũ, non substitutionem pupillarem, vt si testator diceret, si filius meus decesserit in pupillari ætate, volo mille distribui pauperibus. nã
3 non est ista substitutio pupillaris directa. † Et cum quæritur, an a legitimo hęrede pupilli, siue sit legitimus hæres ex forma iuris communis, siue ex forma iuris municipalis, pater impuberis possit relinquere fideicommissum, dicendum est, aut q relinquit ab eo tanquam ab hærede impuberis, & sub nomine appellatiua hæredis: & potest, vt d. l. quod fideicõ. & ff. de leg. 3. l. Si sic. aut relinquitur ab impubere, & non ab hærede impuberis: & non potest, vt C. dę inoffi. test. l. ex tribus. secundum Bar. quia ita noi. in d. l. quod fideicommis. & est ratio differentiæ; quia in primo casu reperitur hęres impuberis immediare grauatus expresse ex sua persona, non ex persona impuberis: sed in secundo casu non potest teneri ex sua persona impuberis tantũ. & ideo in legitima pupilli non potest dici grauatus: quia in nihilo est grauatus, vt ff. de leg. 3. l. 1. in fi. & ff. de vulga. substitu. l. cohæredi. §. cum filiæ. Et ista est veritas omissis ambagibus: hoc scio euidentissimum esse habentibus iudicare: quia sunt in iure peritissimi, vt credo. Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

## CONSILIVM XL.

1 *Condemnatus an possit post condemnationem vxori suæ restituere dotem.*
2 *Vitium litigiosi non habet locum, vbi agitur actione personali: & maxime vbi agitur ad vindictam.*
3 *Causa dotis præfertur obligationibus ex delicto.*
4 *Donatio propter nuptias præfertur fisco.*
5 *Vitium litigiosi non habet locum, vbi agitur actione personali, vel officio iudicis.*
6 *Creditor ex delicto an possit offerre dotem, & petere sibi tradi res, posito quòd vir condemnatus ipsam dotem restituere possit?*
7 *Bona an sint tacite obligata promulgato post condemnationem rei.*
8 *Estimatio fit officio iudicis.*

In Christi nomine. Maritus ex delicto cõdemnatus cuidã extraneo in magna quantitate, quæ pęnæ totum eius patrimonium absorbeat, post dictam condemnationem dedit insolutũ vxori suæ pro eius dote certa prædia: eo quod male inchoa
1 uerat vti substantia sua. † Primum quæritur, an poterit post condemnationem hoc facere: & videtur, quòd nõ, quia bona ipsius dupliciter sunt affecta. s. per vitium litigiosi: & quod fortius est, per sententiam condemnatoriam: igitur talium bonorum prędicto viro non competit administratio, & per consequens nec contrahere re super eis, vt C. de litigiosis. auth. litigiosis. & l. chirographis. ff. de admi. tut. Item non potest maritus impedire executionem sententiæ contra se latæ: quia dicta sententia habet paratam executionem: vxor autem pro dote non habet paratam executionem, Sed debet offerre libellũ, litem contestari, & ad sententiam peruenire, vt ff. solu. ma. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. & C. de senten. quæ sine certa quantitate. l. fi. Item q vir vtatur male substantia sua, debet hoc probari, antequã restitutio dotis fiat, vt C. de cul. auth. q locum. Item iudex omissa hac probatione non posset dictam dotem iubere restitui, ergo nec priuata persona. l. maritus. pręterea lex expresse dicit, quomodo ista restitutio marito condẽnato debet fieri per fiscum, vt ff. so. ma. l. si maritus publico iudi. damnato. ergo non per maritum, quia transfusa est obligatio, & solutio in fiscum, vt ff. de fideiussor. l. inter eos. §. bonis. & C. ad l. iul. de vi. l. tutoris tui. Solutio, dicendum est, q aut bona istius condemnati sunt vniuersaliter confiscata: & tunc fiscus debet soluere dotem: & maritus non potest restituere eã, qui nudus exulat, & nulla bona in ciuitate relinquit, vt ff. de noua. l. quotiens. §. fi. ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. si libertate. aut non sunt bona ad fiscum confiscata, sed solummodo est condemnatus priuatę personæ tantum, vel etiam fisco in quantitate, non in vniuersitate bonorum: & tũc dictus maritus potuit dictam in solu. dationem facere bona fide iuxta
2 mensuram dotis, quia non desijt esse debitor vxoris. † nec ob. quod opponitur de vicio litigiosi, quia non hẽt locũ, vbi agit actione personali: & maxime vbi agitur ad uindictam: vt legitur, & no. per Guli. & alios. ff. de in integrũ restitutione. l. alienendi. Item hæc alienatio est necessaria, & ideo permissa, ut ff. fam. hær. l. alienationes. Item non oportuit de hoc argumento. s. quod vteretur male substantia sua, fidem fieri, quia fides debet fieri iudici, non priuato, vt C. de eden. l. is, apud quem. Item hoc erat notorium per sententiam, vnde non indiget probatione, vt l. emptorem. ff. de actionibus empt. Item non prohibetur vir agnoscere bonam fidem, vt l. quintus. ff. mandati.
3 & ff. de admi. tu. l. quotiens. §. sicut. † item certũ, est quod, causa dotis præfertur obligationibus ex delicto, vt extra de pignoribus. c. ex literis. & extra de consuetudine. c. ex parte. vt legi-
4 tur, & no. ff. de bonis damnatorum. l. quinque legibus. † Item & donatio propter nuptias præfertur fisco. vt C. de don. inter virum, & vxorem. l. res. & ff. eo. l. sed interim. item potest vir permutare dotem cum vxore de pecunia ad prædia. vt ff. de iure dotium l. si constante. & in hac donatione insolutum inest quędam permutatio, si hoc expedit doti, vt ff. de sol. l. qui res. in prin. vel quędam tacita emptio, & venditio, ut ff. quibus ex causis in possessionem eatur. l. fi. vel est titulus pro se, qui accedit distractui, potius quam contractui, vt ff. pro soluto. l. 1. &
5 per totum. & de hoc non curo, qualiter accipiamus, † cum nõ fit contractum vicium litigiosi, quod nõ habet locum, vbi est actio personalis, vel officium iudicis, vt no. Inno. extra de consuetudine. c. cum. M. ferrariensis. & hoc de officio iudicis nõ reperitur alibi, quam per Inno. Item propter prærogatiuã do-
6 tis. C. de litigiosis. l. 1. in fi. † sequens quæstio est, posito quod valeat datio insolutum, vtrum prædictus creditor ex delicto possit offerre dictæ vxori dotem, & donationem, & petere sibi tradi res, & videt, q sic, quia bona sunt tacite obligata pro maleficio post condemnationem rei secundum veram opinionẽ, vt ff. de pac. l. rescriptum. C. de pęnis fiscalibus creditores pręferri. l. vnica. lib. 10. vnde creditor, qui habet hypothecam, habet ius offerendi, vt C. si antiquior creditor. l. fi. & ff. qui potio-
7 res in pigno. habeantur. l. mulier. † Dicendum est, q priuato non sunt bona obligata tacite propter maleficium, & iõ si nõ possidet, non habet ius offerendi, vt no. C. de solut. l. obsignatione. & hoc post quam bona facta sunt creditoris, nisi quatenus plus esset in valore bonorum, quam in dote, & donatione, vt l. fi. C. de iure dominij impetrando. & C. de iure deliberandi. l. fi. §. licentia. sed antequam bona essent effecta mulieris, haberet locum ius offerẽdi. ff. de solutionibus. l. qui dotẽ. §. 1. & est in electione mulieris, quando facta est domina, sup-

plere

plere iustum precium, vel recipere dotem, & donationem, & dimittere res, vt ff. quę in frau. patroni. l. 1. §. quis in fraudem.
8 & sic est responsum ad omnia quæsita. † Estimatio autem non fit per optionem, vel per seruum missum a patre patri, sed iudicis arbitrio, vt plenè nota. in l. 2. C. de rescin. vend. Et ita dico, & consulo Ego Baldus.

CONSILIVM XLI.

1 *Socij omnium bonorum an teneãtur redimere vnum ex eis captum ab hostibus de bonis communibus? & quid si est captus vnus captiuus per vnum familiarem dictorum fratrum, si præsentatus vni tantum censeatur communis alijs fratribus?*

2 *Captiuum capiens alteri consignans, qui taleam imposuit, an talea sit conferenda cum alijs fratribus.*

1 In Christi nomine. Tres erãt fratres omnium † bonorum socij, & commilitones: vnus fuit captus, & de communi patrimonio redemptus: deinde alter frater fuit captus, & pactus, p relaxatione preciam sub fide secundum morem armorum. diuiserunt bona, post diuisionem petitur, vt alij fratres conferant ad soluendam dictam promissionem de communi patrimonio. quæritur quid iuris: & videtur, q non debeant conferre, primo, quia dicta societas non videtur licita: nam delictorum turpis, ac feda communio est, vt ff. pro socio. l. quod aũt. turpe autem est, quicquid per vim eripitur: nam cum cognitionem quandam inter homines constituit, hominem homini insidiari nephas, vt l. vt vim. ff. de iust. & iu. In contrarium videtur, quia cum vterque sit homo armorum, non potest aliter alteri obijcere reatum, vt C. de inoffi. test. l. mater. & C. de hære. l. quoniã. §. inter se. est & alia ratio, quia sicut sibi desiderauit conferri, ita econtra debet conferre, vt ff. pro so. l. q. n. est & 3. ratio, quia communis error facit ius, sed si error est in istis factis armorum, est error communis. est & alia ratio, quia cum de armis loquimur, secundum vsum armorum loqui debemus: & tota die videmus societates huiusmodi contrahi, & non conniuentibus oculis debemus præsupponere, quod valeat. Porro si esset licitum bellum, non haberet dubitationẽ iuris, vel facti. valeret enim absque dubio, vt plene not. Inno. extra de iureiu. c. sicut. hoc ergo præsupposito dico, quod dicti fratres contribuere tenentur ad dictam taliam soluendam, vt ff. de cond. ind. l. frater a fratre. versi. idque maxime. & ver. igitur. nec obstat, q i diuisione nõ fuerit hoc cõmemoratum, vt C. de colla. l. si soror. Sequens quæstio est, quidam familiaris dictorum fratrum, dum esset cum vno eorum, cepit vnum
2 † captiuũ, quem præsentauit dicto vni eorũ. ille, cui fuit præsentatus, exegit taliam: vtrum teneatur fratribus conferre, & videtur, quod non quia ille, cui fuit præsentatus, & imposuit taliam, debet consequi totum commodum, contrarium est verum: quia quod per seruum communem, vel communem gestorem quęritur, vtrique quæritur. & postquam initiatã est acquisitio, non potest seruus deteriorem cõditionem domini facere, vt C. per quas personas. l. fi. C. de acqu. poss. l. fi. C. de paç. l. seruus. & l. vlti. ff. de stipulatione seruorum. & hæc est veritas ratione societatis, quia socij erant, ut præfertur, omnium bonorum. Non ob. in 10. col. de fratribus de nouo bene. inuestitis. c. si duo fratres. versi. quod si cum equis. ubi quæsitum cum equis, & armis communibus non tamen est commune, quod ibi loquitur in feudo, in quo inspicitur uoluntas domini, ne habeat alium vasallũ, quod senserit se habere. Itẽ equi, & arma carent sensu, & ideo per ea nõ acquiritur, sed seruus, vel familiaris habet sensum, & eius consensu quæritur domino. & sic non obst. Concludo dictam taliam communicari debere, sicut econtra dixi in dispendijs. nam contrariorum eadem est disciplina, ut ff. de reg. iu. l. secundum naturam. Ego Baldus.

CONSILIVM XLII.

1 *Compromissum factum in tres cum hoc, quòd si duo erunt concordes, tertius locum non habeat: modo tres concordes iudicarunt: an valeat laudum, & an vtile per inutile vitietur.*

1 In Christi nomine. † Compromissum fuit in tres, quorum unus erat frater minor: hoc acto, quod sententia duorum ualeat: & q ubi duo fuerũt in cõcordia, tertius locũ nõ habeat. pronunciauerunt omnes tres in concordia, quæritur, utrum ualeat laudum, & uidetur, quod non, quia inhabilis adiũctus habili uiciat actum, ut extra de offi. deleg. c. cum super abbatia. item quia licèt duo habuerint potestatẽ, tamen noluerunt ea uti, quia duo ex his non erant aliàs pronunciaturi sine tertio. potestas enim, qua quis uti non uult, non firmat actum suum, ar. ff. de fideiusso. l. sti pu. es opus. & sententia non ualet circa mentem iudicantis, ut l. qualem. in princi. ff. de arbitris. in contrarium est ueritas, quia nemo uidetur in dubio eligere uiam ad sua iudicia impugnanda, ut l. 3. ff. de mili. testa. & q̃a utilis persona per inutilem personam non uiciatur, nisi aliud interueniat, puta uicium formæ, ut ff. de arb. l. pedius. §. in seruum. cum l. seq. & l. 1. §. idem Pompo. ff. de tal. tut. auth. Non ob. c. cum super. quia ibi non erat alias pronunciaturus, nisi cum collega inutili, & ibi patet in litera. Item quia ibi loquitur in iudicibus deleg. qui representant unam personam, s. delegantem ut ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdi. l. 1. §. qui mãdata. & ideo ibi utile possibile uiciatur per inutile positum in actu: quia circa unam, & eandem personam, ut ff. de uerb. ob. l. 1. §. cum adijcit. Præterea hic in compromisso fuit expressum, quod ubi duo fuerunt in cõcordia, tertius locum non habeat, ergo de facto fuit compromissum in io iustum fratrem minorem: & ideo nõ tam est inutilis, quam nullus, quia extra compromissum cuius dictum, uel factum non habet uiciare: quia impertinens, & extraneus, & remotus ab actu, ar. ff. de leg. 1. l. si duobus. §. hæres. Et ita dico, & cõsulo. Ego Bal.

CONSILIVM XLIII.

1 *Scriptura facta per notarium an dicatur publica contra eum, quando est manu propria ipsius.*

In Christi nomine. Quædam scriptura cuiusdam tabellionis reperitur facta in facto proprio ipsius tabellionis in forma, quæ sequitur: signumque dicti tabellionis apparet figuratum in prin. ipsius scripturæ: cuius a latere tenor talis est. videlicet 1285. indic. 6. die 25. mensis aprilis. ego Ioãnes filius Nicolai olim Iacobutij de Sarezana. habui, & recepi, & habuisse, & recepisse cõfiteor ab infrascriptis personis infrascriptas pecuniæ quantitates causa eas implicandi, seu implicari faciẽdi in uno nauigio cum officialibus in ipso oportunis, & eorum stipendijs in præsentia testiũ infrascriptorum, primo uidelicet a magistro Petro phisico quondam domini Ioãnis de Sarezana flore. centum auri; a Franchinello quondam Petri de Sarezana flore. ducentos auri. & a fratribus quondam Ser Iacobi de Sarezana flore. ducentos auri. renunciando exceptioni non habitæ, non receptæ, & non numeratæ suprascriptæ quantitatis pecuniæ. promittens dictas quantitates implicare, seu implicari facere in uno nauigio, aut eas dictis magistro Petro Franchinello, & Federico dare, & reddere intra unũ mẽsem proxime futurum, sub pœna dupli totius eius, de quo contrafacere uolens ex pacto expresso, quod pro infrascriptis quantitatibus ad instantiam suprascriptorũ non seruatis promissis possem conueniri realiter, & personaliter, Ianuæ, Pisis, Florentiæ, Lucæ, Sauonæ, & ubique locorum, & sub quocunque magistratu tam ecclesiastico, quam seculari: mihi auferens autoritatem possendi allegare aliquem locum, aut iudicem suspectum: sed sub eo, & eiusdem loci cõueniri uolo posse realiter, & personaliter, ac si locus ille foret solutioni specialiter deputatus, uel ibi præsentem promissionem fecissem renunciando omni iuri, & legum auxilio contra subscripta, uel cõtra suprascriptorum aliquod introductum. in quorum omnium præmissorum testimonium signum mei tabellionatus hic apposui consuetum, actum Sarezana in apotheca speciariæ, quam tenet Iacobus quondam Ser Thomei de Sarezana: præsente ipso Iacobo Franchinello vande de Sarezana, Iacob. quondam Ieuinij de castro Sarezana. testibus ad hoc vocatis,
1 & rogatis a domino Ia. quondam cibaldini iudici & c. † Quæritur,

titur, an dicta scriptura valeat necne, & videtur, quod nõ valeat, quia tabellio debet esse rogatus, vt in auth. de tabellio. §. nos. sed nemo potest rogare seipsum: quia nemo sibijpsi mandat, vt ff. de arb. l. pen. item quia nemo potest fungi duarum personarum numero, nisi nomine alieno, vt ff. de pac. l. si plures. itẽ quia nemo potest esse iudex in causa sua, vt C. ne quis. in sua causa. l. vnica. & ff. de iu. om. iu. l. qui iurisditioni. in cõtrariũ est veritas: nam in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, põt quis fungi officio publico, & priuato, vt plene legitur, & not. ff. de adop. l. si consul. & standum est cõtra se propriæ scripturæ, vt ff. de test. tute. l. ex sententia. ver. nec admittendam. & ff. de contratabulis. l. non putauit. §. si quis sua manu. itẽ in hoc instrumento omnia ad sunt, quæ adesse debent, vt in ipso instrumento apparet, vt in Auth. ut præpona. nomen impera. in prin. & no. insti. de pu. iu. & C. de accessoribus. l. fi. nec ob. quod non fuerit rogatus: quia imo fuit rogatus a contrahente secũ: & sufficit interdum alterum ex contrahentibus rogare tabellionem, vt dicit gl. no. in d. §. nos autem. item ex quo interuenit scriptura, præsumitur partium pręsentia: & præsumũtur omnia solenniter acta, vt instit. de inutili. stipu. §. si scriptum. C. de contrah. & commit. stipu. l. 1. ff. de ver. obli. l. sciendum. cum sua materia vulgari. ex his sequitur, quod dictum instrumẽtum tanquam publicum est sequendum, & obseruandum in suis viribus. nec ob. quod dicta scriptura non sit scripta in mẽbrana, sed in papiro. nam etiam in papiro potest publica scriptura scribi, ut ait spe. & probatur in l. 1. in prin. ff. de bo. pos. secundum tabulas. consulo tamen, quia interrogetur prius, utrum sit sua manu, vel non. Ego Bal.

## *CONSILIVM XLIIII.*

1 *Literæ principis non sunt semper exequendę sed rescribendum est principi.*

In Christi nomine. Dominus Bailardinus fauentibus dominis de la scala cępit tenere duas villas, in quibus extorquebat decimas ex inuestitura episcopi vicentini. ex aduerso dicitur per episcopum veronensem, quod dictæ decimæ sunt iuris sui, & de suo territorio. lite autem pendente super hoc emanauerunt literæ Principis secularis contra rusticos, quod deberent soluere dictas decimas hæredibus dicti domini Bailardini, nulla facta mentione de dictæ litis pendentia: vigore quarum literarum fuit factum eis præceptum de soluendo: quod petitur reuocari tanquam factum de facto, & de causæ cognitione: quæritur quid iur. præsupposito, quod princeps
1 habeat potestatem in hoc. † Et ad euidentiam est præmittendum, quod quandoque princeps mandat aliquid præcipi ante causæ cognitionem: & tunc antequam fiat præceptum, debet cognosci de causa, vt C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. l. si cognitio. & si contineretur in literis principis, quod non cognosceretur de causa, præsumeretur, quod literæ non emanassent de principis conscientia, vt in c. 2. extra de rescri. interdum emanant post causæ cognitionẽ: & tunc literæ principis est obediendum, & fienda executio: cum per causæ cognitionem appareat exequendum: alioquin illusoria esset decreta: & ideo executor de causa non cognoscit, quia cognitũ est, vt ff. de iudi. l. si prior. in prin. & eñ de re iud. c. de cætero. Item præmitto, quod si in rescripto non fit mentio de litis pendentia, rescriptum non tenet in effectu, quia præsumitur subreptitium, vt C. vt lite pen. nulli. liceat impera. supplica. li. 2. & extra de rescriptis. c. cęterum. Ex his apparet, quod cũ non sit necesse, debeat de intentione scribentis mandare, quod ordo iuris non seruetur, quod dictum mandatum sine causa exequendum non est, quia Papa dicit, aut mandatum nostrũ reuerenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas, quia sustinentur, si nõ feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum. vt extra de rescript. §. quando facit. eo. ti. c. super literas. & c. plerunq;. cum multis similibus. Consulo igitur, quod sine causæ cognitione executio non fiat: sed rescribatur principi, vt no. ff. de re iudi. l. ueratius. si autem per causæ cognitionem cõstat, quod dictus dominus Bailardinus fuerit in possessione cum titulo habito a possessore, non possunt rustici subtrahere pensionem hæredibus suis, donec de proprietate iudicetur, vt C. de agrico. & censi. l. litibus. li. 11. vbi articulus iste determinatur. & facit insti. de interdictis. §. commodum. extra de ele. c. querelam. idẽ si isti rustici promisissent soluere, vel recognouissent se esse debitores, vt ff. de cond. ind. l. si vrbana. sola aũt solutio non facit quem debitorem, pręsertim si est informis, vt l. si certis annis. & l. cum de in rem verso. de excep. doli. & ff. de offi. proconsulis. l. obseruare. §. fi. Ego Bal.

## *CONSILIVM XLV.*

1 *Iniuria non est dicere, tu mentiris, ad sui defensionem.*
2 *Statuto caueri potest, quod credatur sacramento accusatoris.*

In Christi nomine. Statuto Papiæ cauetur, si quis dixerit verba iniuriosa daciarijs, videlicet occasione eorũ officij, puniatur in 25. lib. & credatur de verbis iniuriosis sacramento daciarij. modo dixit daciarius cuidam hospiti, quod fraudauerat gabellam, ille rñdit daciario, quod ille daciarius mentiebatur per gulam, qui daciarius petit puniri illum de fraude: & insuper accusat eũ de verbis iniuriosis. de fraude nõ est plene ꝓbatũ, de verbis iniuriosis est probatum per sacramẽtum ac-
1 cusatoris. † Modo quæritur quid iuris? & dicendum est, quod a libello fraudis debet absolui, vt C. de edendo. l. qui accusare. ff. de prob. l. quotiens. §. qui dolo. nam ex quo statutum non disponit, qualiter fraus probetur, standum est iuri communi, vt
2 C. de noxalibus. l. 2. & extra de contne. c. cũ dilectus. † sed dubium est de libello iniuriarum. nam statutum potest disponere, quod stetur sacramento accusatoris, vt no. Iaco. de Aret. & Cyn. in l. 5. C. si aduersus libertatem, facit C. vnde vi. l. si quãdo. & quod no. Inno. extra quod metus causa. ca. fi. in quibus iuribus cauetur, quod in certis casibus iuramento statur inspecta qualitate iuram. & præsertim si essent duo daciarij iurantes: ar. extra de proba. c. quoniã cõtra falsam. videtur igitur, quod de verbis iniuriosis accusatus debet condemnari. in contrariũ videtur, quia ista verba non sunt verba iniuriosa, sed iniuriam repellũt, quia licitum est mihi dicere, si quis dicit me furem, vel fraudatorem, tu mentiris: nisi ipse probet se verum dicere: ff. de procu. l. quæ omnia vero responsum. & ibi per Bar. imo daciarius fuit ille, qui dixit verba iniuriosa, vt ff. de iniurijs. l. item apud labeonem. §. condi. & ideo dictæ causæ sunt ita cõnexe, quod oportet aut in vtraque condemnari, aut in vtraque absolui. Nã absolutoria fraudis prætermissæ requiritur, quod daciarius fuerit mentitus, & ideo licitum fuit dicere ei, tu mẽtiris, vt ff. de iniurijs. l. eum, qui nocẽtem. in prin. & ff. de bonis libertorum. l. qui cum maior. §. libertus. si non est ergo iniuria verum dicere ad suæ innocentiæ defensionem. Ego Bal.

## *CONSILIVM XLVI.*

1 *Substitutio quando dicatur euanescere, & in consilio sequen. numero 1.*
2 *An quis repudiando hæreditatem videatur repudiare ius fideicommissi vniuersalis, & in consilio seq. nu. 2.*
3 *Fideicommisso vniuersali cuius dies cessit, renunciari potest.*
4 *Cessio actionis facta per existentem in pupillari ætate an valeat?*
5 *Exclusis proximioribus substitutis an veniant sequentes.*

In Christi nomine. Verba institutionis sic dicunt, dominũ Anastasium, Thiberucium, & Macrobiũ filios suos legitimos & naturales sibi hæredes vniuersales instituit, & fecit æquali portione: & si contingeret, quod alter, seu aliquis ipsorum filiorum suorum decederet sine filijs legitimis & naturalibus, tunc, & eo casu adueniente voluit, & legauit, quod alius, siue alij superuiuens, seu superuenientes succedat, seu succedant portione ęquali dicto tali. seu talibus pręmorientibus, in omnibus, & singulis bonis mobilibus, & immobilibus, iurib', & actionibus, & rationibus ipsius testatoris. Item legauit, quod in casu, quo omnes dicti filij masculi ipsius testatoris decedãt nullis relictis filijs legitimis & naturalibus, tunc, & eo casu adueniente

niente fecit, & instituit sibi hæredes vniuersales in omnibus,
& singulis suis bonis mobilibus, & immobilibus, rationibus
duos antiquiores de domo, & ꝓgenie illorũ de Calcaneis. de-
inde mortuo testatore decesserũt oẽs eius filij post aditã hęre
1 ditatẽ, & sine liberis. †Quęritur verũ dicta substitutio euanue
rit. Et vr̃, ꝙ sic q̃a dicta substitutio fuit facta verbis ciuilibus,
& directis. nã nullum verbum est magis directũ, & magis ciui
le, in iure, q̃ verbum, instituo hęredem. & hoc procedit ex mõ
signãdi attributo a iuris intellectu ipsi verbo, instituo. & ipsi
noi, hr̃s. vt patet. ff. & C. de hę. inst. per to. & in st. e. p to. & inst.
de bon. pos. §. quos aũt. sed tunc arguo, substõ facta a Pagano
verbis ciuilibus, & directis interdũ fit impuberi, cui põt pu-
pillariter substitui: interdum fit puberi, & impuberi copula-
tis ad vnũ sensum verborum. Interdũ fit puberi tm̃. primo ca-
su in pupillari ætate valet iure pupillaris: Postea nullo mõ. in
in secundo, & tertio casu post aditã hæreditatẽ expirat, vt hoc
legitur, & no. ff. de vul. subs. l. verbis ciuilibus. Non obs. illud
verbum. Item legauit. nã ratione adiuncti verbi instituit hęre
des, si generat hęredis institutionẽ, vt ff. de ver. sig. l. verbis le-
gis. & est gl. singularis cx̃ de test. c. Rain. in gl. quæ incipit, Itẽ
ꝙ dicta substitutio fuerit mere directa, & sic expirauerit. sed
Bar. ff. ad tre. l. recusare. §. titius. & in l. cẽturio. In ꝯriũ vr̃, quod
in dicto testõ est verbum cõe, fecerit. & intelligitur. s. p fideic.
& instituit, intelligitur. s. directo. Et sic duplex est substitutio,
ne sit frustra geminũ vocabulum ff. de vsuris. l. si stip. Item &
dictio, hęredes. est apta impropriari, siue obliquari. nã & fidei
cõmiss. vniuersalis recte a testatore dr̃ hæres: quia cui conue-
nit diffinitio, & diffinitũ: sed diffinitio hęreditatis cõuenit fi-
deicom. vniuersali, vt ff. de fideicom. hæreditatis peti. l. j. nam
hæreditas sibi applicatur: ergo dr̃ hæres secundarius, licèt nõ
principalis: nec vitiat voluntatẽ defuncti rigor verborum, q̃a
potius debemus inspicere pondus voluntatis, & sentẽtiæ testa
toris, vt ff. de ꝯd. & dem. l. pater Seuerinã. §. conditionũ. & l. in
conditionibus primũ locum. non. n. debemus ire p apices ver
borum ad subuertendum testatorũ congruas voluntates: quia
intellectus, & prior, & potior est, q̃ verba, vt ff. de supellectili
leg. l. labeo. §. nec mirũ. & C. de liberis pręteritis, vel exhære. l.
3. vnde non euanuit pubertate. C. de fideicõ. l. si frater. & hoc
verũ, vt in c. si pater. de testis. li. 6. Et hoc dictat discretio natu
ralis, & conscientia cuiuslibet recte iudicantis. Dico igitur, ꝙ
illa verba debent intelligi, prout possent de iure, & ẽt de facto.
i. de voluntate testatoris, vt ff. ad tre. l. qui filium. in prin. & C.
de hęre. inst. l. fi. vnde verba trahi debent ad qualitatẽ actus. vt
certe actus valeat, & non pereat: quia idcirco inuentę sunt in-
terpretationes, vt per eas actus roboretur, & nõ perimatur, vt
ff. de manumis. test. l. fi. sequitur ergo, quod dicta substitutio
tanquam fideicommissaria existente eius conditione vigorem
assumpsit. Itẽ id, quod cępit dñs ex pupillari substitutione fra
trũ, venit restituendũ ex tabellianico, quia primo pupillariter
substituit, secundo rogauit, vt ff. ad trebellianũ. l. ita tñ. §. q sus
pectam. sed ad hoc põt rñderi, quia non est verũ, ꝙ rogauerit:
sed solũ modo directo substituit. nec ob. illa adiectio, sine libe
ris. & dicta lex continue. quicquid gl. dicat in l. precibus. nã il
lã gl. omnes reprobant. & licèt hæc opinio sit valde rigorosa,
& ꝯ mentẽ testatoris ex imperitia notarij, qui nesciuit melius
verba cõponere: tñ scriptura sic loquitur: & quanq̃ dura, ser-
uãda est. Sed quia hoc remordet conscientiã, & naturalẽ ęqui
tatẽ, & ẽt est ꝯ iuris veritatem pp verbum generale, facit. & ma
xime quia filia testatoris est in medio, vr̃ interpretanda dicta
substitutio in pupillari ætate: & post fideicommissaria: quia
vnica. sequẽs qõ, duo antiquiores proximiores de dicta domo
dictã hęreditatem mortuis dictis hęredibus principalibus, vt
asseruerunt, sibi delatam tanq̃ damnosam, repudiarunt, dein-
de post anni spaciũ adiuerunt. Quæritur quid iuris, cũ super-
sit filia testatoris, quæ dicit dictam hæreditatem ad se pertine
re tanq̃ ad proximiorem dictorũ fratrum suorũ ab intestato.
2 † ista qõ stat in hoc, verũ repudiando hæreditatem intelligant
repudiasse ius fideicommissi vniuersalis. Et vr̃, quod nõ, quia
putabant dictam hæreditatem ad eos deuolutam recta via: vn
de non vr̃ renunciasse iuri, quod ignorabãt sibi competere, vt
ff. de inoffi. test. l. mater decedens. §. præterea. & ff. de acq. hær.
l. Clodianus. in ꝯrium vr̃, quia simplex renunciatio omnibus
nocet: & quia præsumitur scire ius: ex quo sciũt testm̃ primũ.
probatur ff. de pactis. l. emptor. §. lucius. secundũ probatur in
3 l. j. ff. de iur. & fac. igno. † Certum est aũt, ꝙ fideicõmisso vni-
uersalis, cuius dies cessit, põt renũciari, ut plenè legitur, & no.
C. de pac. l. 1. & ff. de ver. ob. l. romę. §. duos fratres. præsertim
coram notario recipiente pro ipsis, quorũ interest, vt hic fuit,
vt ff. de adop. l. his verbis. Ex quo. n. adita fuerat hæreditas, &
extiterat conditio fideicommissi, cõpetebat actio ex testõ, vt
restitueretur hæreditas. quæ actio erat quæsita cõmutabiliter,
non autem incõmutabiliter. & ideo poterat repudiari. Sed ad
hoc respõdeo in facto, quod repudiationem præcesserat agni
tio: & ideo non poterat repudiari, quia infixum erat fideicom
missum. E contra replicatur, ꝙ non fuit simplex renunciatio,
sed pactum de non petendo, quod potest facere etiam qui adi
uit, vel acceptauit. C. de repu. hæredi. sicut in hoc oportet vi-
dere verba instrumenti, an contineant promissionem, & pa-
ctum, an non. & viso instrumento continetur pactum de non
veniendo contra renunciationem, & ideo exclusi sunt renun-
tiantes: & hæc est finalis conclusio: nisi forte quis dicat, quod
non fuit hoc de intentione renuntiantium, qui putabant sibi
competere ius adeundi, non ius agendi actione ex testamen-
to. sed illud est diuinare, quia in instrumẽto repudiationis fit
mentio scientiæ, quod est intelligendum de scientia iuris, &
facti. & ista renũciatio in dubio debet aliquid operari: & qui
effuso sermone loquitur, in promptum incidit periculum, vt
l. fi. in fi. C. de dotis promissione. & quia in instrumento repu-
diationis sunt hæc verba repudiauerunt omni modo, via. iu-
re, & forma, quibus melius possunt. vnde si non valet qd ago,
vt ago, valeat vt valere potest. Sed contra hoc opponitur, quia
in dicta renunciatione est facta reseruatio pro debitis deposi-
tis, & legatis in testamento superius nominato contentis: er-
go ius fideicommissi est reseruatum: quia legata, & fideicom
missa sunt sinonima, vt C. communia de le. l. j. & l. 2. hic opor
tet videre, an in ipso testamento contineantur alia legata, quę
sint sine onere, ad quæ possit referri dicta reseruatio, vt ff. man
dati. l. hęreditatem. ff. de leg. 2. l. miles. §. pro parte. ff. de le. 1. l.
& quidẽ totũ. & l. legatum est hæc omnia dubia cessant tenẽ-
do cõem opi. ꝙ ista substitutio sit ita directa, quod non obli-
quetur: nam tunc expirasset pubertate: & extra non posset hę
reditas, adiri nec repudiari, quia euanuit pubertate. Tertius
4 † articulus est de quadam cessione actionis facta p dictã soro-
rem eo tpe, quo dr̃ fuisse in pupillari ętate, & non potuisse adi
re hęreditatẽ fratrum. quod si est, cessio non valuit, nec aditio,
Facta, Super quibus consilium quæritur, & postulatur, sunt hæc. & primo, q quidam nomine ser Lippus baldachini de cortonio in anno 1371. indi. nona. die 15. mensis nouemb. promisit nomine emancipationis, & in eius emancipationis præmium Franc. eius filio legitimo & naturali. 200. flo. auri, quos. 200. flo. habeat in apotheca artis lanæ, & voluit, & iussit idem ser Lip. fore ipsam quantitatem. 200. flo. auri, & omne, ac totum lucrum, & commodũ, & incómodum, quod erat tunc in dicta apotheca, & in futurũ esse sperabitur in dicta apotheca artis lanæ ipsius Franci. & in præmiũ emancipationis prædictæ. demum post prædicta præmissa, & conuenta, vt patet publico instrõ manu publici notarij. Idem ser Lip. volens attendere, & obseruare. s̃. dicta præmissa, & cõuenta eidem Fran. eius filio, sed potius a prædictis volens liberari, astrinxit, & coegit dictum Frã. vt si placeret de dicta quãtitate. 200. flo. auri, & lucri commodi, & incómodi prædicti, sibi facere quietationem, & liberationem, & refutationem: & peccatũ perpetuó de vlterius non petendo, cum oĩbus clausulis, quæ in talibus instrĩs de consuetudine requiruntur, vt patet plene manu ser Lud. publ. nota. pro eo quod dixerat idem ser Lip. se fecisse multas expensas tpe, quo idẽ ser Franc. erat in eius potestate pro pannis, & vestimentis factis, tã matri dicti Fran. quã eius vxori, & alijs expensis factis per eũ, vt fit mẽtio in dicto instrõ liberationis mano dicti ser Lud. scripto ipso ser Lip. tenente possidente, & fructus percipiente tam ex dotibus matris dicti Frã. quã eius prædictæ vxoris: qui dictus Frã. nolens voluntati sui patris contradicere, nec cum eo contendere, sed potius pp timorem, & reuerentiã quietauit, & liberauit ipsum a prædictis. 200. flo. & cõmodo, & lucro, & incommodo exinde perceptis, anno 1372. die 13. septemb. mõ quæritur, an dicta quietatio teneat? an possit reuocari de iure, vt dictus Fran. possit petere dictã quantitatẽ, 200. flo. auri, & cõmodum, & lucrum prædictũ ab eius hæredibus in testõ institutis. Itẽ an hæredes prædicti teneantur restituere eidẽ Frã. hæreditatem, & donamentũ matris suę defunctę? Itẽ quęritur, an post emãcipationẽ factã eidẽ Frã. per dictũ eius patrẽ, fructus percepti per dictũ ser Lip. per bienniũ ex dotibus, & bonis dotalibus vxoris dicti Frã. tunc defunctę, quę dotes remanserunt Nico. filio ipsius Fran. & dictę eius vxoris legitimo & naturali, qui ab intestato successit eidem matri suę, dicti hęredes restituere teneantur, si extant, vel si non extant, eorum ęstimatiõnẽ. Idem quęritur, quia idem Frã. post dictã emancipationem sibi factã stetit exercuit per tẽpus triũ annorũ, & vltra artẽ lanę pro ipso ser Lip. tanquã eius factor, an debeat, vel possit petere salarium pro dicto tempore ab ipsius hęredibus? Itẽ quęritur, cum quidam nomine iuncta manuti de cortonio legauit, & reliquit in suo testamento iure institutionis dñę Franc. vxori olim dicti ser Lip. & matri olim dicti Frã. 100. li. dena. quę quantitas fuit soluta per hęredẽ dictę iunctæ dictæ dñæ Frã. vxoris tunc dicti Lip. de qua quidẽ quantitate. 100. li. de mandato, pñtia, & voluntate, & consensu dicti ser Lip. prædictus Frã. in potestate dicti Lip. cõstitutus fecit finẽ, quietationem, & liberationem, ac peccatum de non petendo prædictã quantitatem. 100. li. den. a prędictis hęredibus dictę iunctę post mortem iunctę, seu matris an dictus Franci. possit petere restitutionem, & satisfac. dictarum 100. li. den. a prędictis hęredibus ser Lip. olim sui patris?

1 In Christi nomine. †Super primo puncto dicẽdum est, q si per metum, vel nimiam reuerentiam filius liberat patrem, q talis liberatio non valet, tñ hoc filius probare debet. C. de dolo. l. si superstitem. & ff. quarũ rerũ actio non datur. l. 1. §. q honorandę. si aũt non probatur metus, vel nimia reuerentia, tunc valet refutatio, si causa finalis refutationis est licẽta causa refutãdi: sed hic nõ est legitima causa: quia onera matrimonij spectant ad socerũ, qui dotẽ recepit, non ad maritũ, qui est in potestate eius, vt. ff. so. ma. l. si cũ dotẽ. §. transgrediamur. & quod no. eo. ti. l. si constante. in prin. & ff. de mune. & hono. l.

2 & qui originem. §. si. sumptus† igitur nuptiarũ non pertinent ad filiũ: nec ex ea causa tenetur patri: nec est ista legitima causa, quare filius teneatur compensare cũ patre. & sic refutatio,

3 quę habet iustã causam, eliditur pp doli replicationẽ. †Super secundo puncto dicit Bar. q donamenta facta matri per consanguineos viri remanent viro, sed si pp consanguineos mulieris, debent restitui hęredibus mulieris. ff. de vulg. sub. l. sed si plures. §. in arrogato. per Bar. sed verius est, q cum donatio sit perfecta, & sit ius quęsitum mulieri, quod mulier transmittat ad suos hęredes. C. de do. ante nup. l. si mater vestra. Super tertio puncto dicendum est, quod apud matrẽ remanet dimidia vsusfructus, alia dimidia debetur filio. C. de bo. quæ libe. l. cũ

4 oportet. §. cum autem. †Super quarto puncto dicendum est, quod nulla merces debet filio, qui est in obsequio patris, nisi

5 sit conuenta. i. promissa. C. de neg. ge. l. obsequio. †Super vltimo pũcto dicendum est, q hæredes nõ tenentur ad illas. 100. lib. quæ peruenerunt ad mulierem, cuius non sunt hęredes. C. de transac. l. nec intentio. cum si.

## CONSILIVM LXIII.

1 *Qui, & quomodo, & per quas personas acquiratur monasterio, vel acquiratur ecclesiis, vide tres conclusio. vsque in fin. cum distinctione.*

In Dei nomine. Factum tale est d. Nic. herculani de nobilibus de castellio.

stellio. ciuitatis Perusi. canouicus ecclesiæ sancti Laurentij
maioris ecclesiæ Perusi. antequã faceret professiunem in ipsa
ecclesia, suum condidit testamentum: in quo inter alia reser-
uauit sibi pro se, & c. dictę ecclesiæ vsum fr. omnium bonorũ
suorum paternorũ in vita dicti domini Nicol. de quo testa-
mento patet mandato ser And. Nutij nutarij: quos fructus di
ctus do. Nico. in vita sua semper percepit: qui fructus potue-
runt communiter ascẽdere anno quolibet facta cõputa vnius
anni ad alium, ad valorem 90. flor. anri, vel circa. demum fa-
cto testamentu dictus d. Nic. fecit professionem in dicta ec-
clesia sancti Laurentij secundum regulam beati Aug. & stetit
in claustro dictæ ecclesiæ sancti Lau. per 13. ann. demum di-
ctus Nico. fuit effectus archipresby. sancti Valentini membri
manualis dictæ ecclesiæ sancti Laurentij: & instit. fuit archi-
presbyter dictæ ecclesiæ sancti Valentini per capitulum dictę
ecclesię sancti Laurẽtij. Demum infra duos annos, postquam
fuit institutus dictus d. Nic. in archipresbyterum antedictũ,
Nuptius lelli emit quasdã domos re vera de ratione dicti do.
Nic & de pecunia dicti do. Nic. licèt in instrumentis emptio
num dicatur pro ipso nuptio, & ẽt Francia Manutij nomine
prædicto emit certam partem domorum re vera pro dicto d.
Nic. licèt in instrumento dicatur pro ipsa Francia. demum di
ctus d. Nic. decessit iam sunt 15. anni. demum post mortem
dicti d. Nic. filij, & hæredes dicti Nuptij remiserunt ius, & re
nuntiauerunt omni possessioni. & iuri, quod habebant in di-
ctis domibus vigore dictæ emptionis, prout patet manu pu-
blici notarij: ac ẽt dixerunt, & sponte in iudicio confessi fue-
runt ad peti. & instan. syndici, & procuratoris dicti capituli,
quod dictus nuptius nihil soluerit pro prædictis: & si aliquid
soluisset, sibi fuisse integre satisfactum. modo quæritur visis
prædictis, vtrum de iure dictæ domus sint, & esse debeant di
ctæ ecclesiæ sancti Laurentij, vel dictę ecclesiæ sancti Valenti
ni: & vtrum illud, quod dictus do. Nic. acquisiuit, postquam
fecit dictã professionem, sit, & esse debeat dictæ ecclesiæ san-
cti Laurentij, vel dictæ ecclesiæ sancti Valentini, quæ ecclesia
est, & erat beneficiũ manuale dictæ ecclesiæ sancti Laurentij.

1 In Christi nomine. † Qui, & quomodo, & per quas psonas
monasterijs, vel ecclesijs acquirat, videndum est. tñ præsuppo
nere oportet, quod hi, q sunt in potestate aliena, acquirũt eis,
in quorum potestate sunt cum distinctione. nam aut sunt in
potestate alterius ratione seruitutis, aut ratione professionis,
aut ratione patriæ potestatis. primo casu quicquid seruus lici
tè quærit, dño quęrit. ff. de acqui. pos. l. quod seruus. ff. de his,
qui sunt sui vel alie. iur. l. 1. in prin. ff. de acquir. re. do. l. ẽt in-
uitis secundo casu quicquid professus acquirit, monasterio
acquirit. de offi. or. c. quanto. & plene no. per Inno. de priui. c.
cum olim. 12. q. 1. c. non dicatis 54. di. c. multos. & not. in c.
dudum. §. verũ. de deci. in cle. & licèt monachus habeat prio
ratum manualem, vel canonicus regularis habeat prioratum.
vel archipresbyteratũ manualem, tñ suę potestatis nõ est, sed
inobediẽtia est, cũ possit ad claustrũ reuocari ideoq; ex omni
bus causis acquirit monasterio, pręterq̃ si ex re prioratus, vel
administrationis acquirat, & virtute prioratus, vel admini-
strationis aliquid sibi detur, vel relinquatur. & est ratio in pri
mo casu, quia loco rei, ex qua acquiritur, succedit res, quæ ac
quiritur: vnde hoc ex natura subrogationis, vt nota. C. de rei
ven. l. si vt proponis. secundo casu ratio colligit ex natura de-
spectus. ff. de ann. le. l. annuam, viris verbis. §. 1. ff. de vul. sub.
l. sed & si plures. §. in arrogato. nam contemplationis ea est na
tura, vt ad requisitionem pariat. de testamẽtis. c. requisisti. ha-
bet. n. contemplatio vim repræsentatiuam. ff. de acqui. hære. l.
2 aditio. §. fi. † Et ex his pone tres cõclusiones. Prima est, qd quic
quid monachos acquirit, ei acquirit, in cuius est potestate, &
3 obedientia iure potestatis, quæ est in ipso. † secunda est, quia
id, quod quęrit ex re prioratus, vel administrationis commis
sorũ sibi, acquirit illi prioratui, uel administrationi iure cuius-
dam commutationis factæ per ipsum, quæ tripliciter fit. s. de
re ad rem: de pecunia ad rem: de re ad pecuniam. item posset
4 esse de pecunia ad pecuniam: vt de carlenis ad flo. † tertia cõ
clusio est, q id, qd q̃rit ratione prioratus, quærit prioratui, li
cèt sit manuale, tñ habet bona, & mensam pro se, vt in c. 1. de

5 rescrip. in cle. & istud est ex natura relationis in ipso. † Item
oportet scire, quod qñq; ille, qui est in potestate, transit de po
testate in potestaẽ: qñq; transit de potestate in non potestaẽ:
qñq; remanẽdo in potestate adepturus gradũ, vel administra
tioné: qñq; transit de p̃tate in libertaẽ ex. de primo est in reli
gioso transeunte de monasterio ad monasterium, seu aliam re
ligionem: & tunc in ꝯctibus talis datur regula, quod illi mo-
nasterio acquirat, in cuius potestate est tempore ꝯctus perfe-
cti. ff. de ver obliga. l. si filius. & l. vlt. ff. de stip. ser. exemplum
de secundo est in monacho acephalo, qui est expulsus pp deli
ctum de monasterio, & non transiuit ad aliud. & de isto datur
reg. negatiua, quod cum sit habitus pro derelicto, iam non ac
quirit monasterio, a quo est expulsus, vt not. Inno. in d. c. cum
olim. & per Fede. de senis in opere suo. c. 20. c. 21. Idem in mo
nacho facto fratre minore: nam postq̃ factus est inhabilis ad
quęrendum, nemini quęrit, nisi quatenus ius patitur, de quo
talis datur reg. incipiendo per relationem, primo dicendum.
idest ordo spectatur, ff. de leg. 2. l. debitor. §. seruo. exemplum
de tertio est proprie casus noster: in quo ex præmissis conclu-
sionibus dicendum est, quod si constat domos emptas ex pe-
cunia capituli, acquiritur capitulo: est aũt pecunia capituli, q̃
redacta est cum fructibus quondam proprij patrimonij. do.
Nic. vt not. in Auth. ingressi. C. de sac. san. ec. & emptum ideo
ex ea est capituli maioris ecclesiæ Perusi. quia nomen ipsius
debuit in instrumẽto apponi. 12. q. 4. c. sacerdotes. & no. Inn.
de testamentis. c. cum in officijs. facit ff. de hæredi. insti. l. qui
dam cum filium ff. de manu. l. 4. §. ab ignuto. si aũt constant
emptos ex pecunia archipresbyteri, tunc acquiritur archipre
sbyteratui: si autem dubitatur, tunc recurritur ad cõiecturas:
vt tñ cuiq; quęratur, quantum ratio iuris permittit: & diligẽs
inquisitio indicat. ff. de stip. seruo. l. seruus cõis meuij. §. fi. &
arbitrãdum est quasi inter patrem id est capitulum, & filiũ. i.
archipresbyteratum. quęstio fit, insti. per quas perso. no. post
principium. & si id nequaquam discerni potest, pro capitulo
iure recto potestatis iudicandum est super dubio incertæ quã
titatis cedi: supra. n. alijs partibus nihil potestas operatur, si
ea non præfertur: quod esset absurdum. & ita teneo, & con-
cludo colluctantibus inuicem, & in certis causis certam po-
testatem præferen. Et concludo pro capitulo contra ecclesiã
archipresbyteralem. exemplum autem de quarto mẽbro tran
situs expeditur. 23. q. 1. c. fi. & hæc notabilia sunt, & vera. sup
posito itaq;, quod de fructibus patrimonij, & de prouentibus
canonicatus pecunia sumptuum verisimiliter persecta fuit,
& redigere potuerit, pro capitulo iudicandum est &c.

## CONSILIVM LXIIII.

Quidam promisit dare duos fideiussores sub certa
pœna per talem: & talis approbatio non
fuit sequuta, fuit petita pœna: post petitionem pœnę sequitur
approbatio: quęritur, nunquid dicta pœna possit cum effectu
peti necne: & sciendum est: quod inter dictas partes conuene
rat dare infra 8. dies duos fideiussores solitos in similibus ca-
sibus dari: & vbi non essent soliti dari, debent approbari po-
stea per talem, & talem: quę approbatio non fuit sequuta an-
te petitionem pœnę sed postea, nunquid ergo pœna poterit
cum effectu peti.

1 *Fideiussores si quis promisit dare sub certa pœna approbãdos
per talem, & tales, si fuerint dati, non tamen approbati, &
fuerit pœna petita, post cuius petitionem sequuta sit appro
batio, an pœna poterit peti.*

1 In Christi nomine. Multũ refert, † verũ
fideiussores fuerint
dati part præsenti, & acceptãti, an parte absente, & alio postea
recipiẽte. primo casu satisfactum est promissioni: nec requiri
tur alia approbatio: ideo pœna peti non potest. ff. man. l. inter
causas. §. abesse. ff. de fideius. l. satisdare. ff. qui satis. co. l. si ab
arbitro §. fi. secundo casu si quidem pars ex certa scientia ra-
tificauit, idem, si vero non ratificauit, tunc occurrit tractatus
de pecunia: vbi multum refert, an dies fuerit apposita satisda
tioni, non autem approbationi: & tunc sufficit qñcunq; ap-
probari, dum tñ tali tempore, quod aliquid possit operari, ar.
ff. de eui. l. si rem. §. quolibet. ff. de contrahen. emp. l. qui fun-
dum.

dum.an fuerit dies apposita, in qua pars promisit se facturam
& curaturã approbari, vel promisit dare approbandum infra
tot dies. & tunc quia est dies, & pœna, cum effectu pœna peti
potest.l.magna.C de ꝯhen. & comit.stip. quia vbi desinit in-
tereſſe, non tñ definit actio competere vbi est dies, & pœna: se
cus vbi est pœna, & non dies: & ideo tunc mora purgatur per
actionem, per quam desinit intereſſe ante litem contest. super
pœna.ff.de verb.obli.l.si insulam.secundum opi.citramonta
norum.quid ergo in casu nostro, vbi sunt illa verba, & postea
approbari, quid est dictum: & postea nunquid est dictum in-
fra paucos dies in l. & si post tres vsq; ad litem contest. super
pœna, vt l.si ita quis.§.seya.ff.de verb.obl.& d.l.si insulã.Re-
spondeo, & dico, quod prolata ab homine non significant cer
tum tempus: & ideo nõ interpellat, sed necessaria est interpel-
latio hominis, postquam vsq; ad litem conte.super pœna im-
pleri potest, quod principaliter conuenit, non postea: & ideo
si in casu nostro causatur super pęna: lite contest. effectualiter
debetur non obstante approbatione, de qua quæritur.facit.ff.
loc.l.si in lege.§.colonus. de consti.pec.l.promissor. de verb.
obl.l.si seruum.§.sequitur.& l.cũ stipulatus sum mihi a pro-
culo.cum materia sua.aduertendum est, quod secundum the
ma approbatio est commiſſa duobus simul: vnde non sufficit
alter, etiam si pœna per approbationẽ vnius euadi non poſſet.
ff.de procu.l. pro tribus.ff.de arb.l.pedius.ff.de manu.testa-
men.l.si ita fuerit.verba.n.copulatiua sunt.s. Bart.& Anto.

*CONSILIUM LXV.*

1 *Filius, vel nepos an possit reuocare contractum patris, vel aui? & in quantum.*

1 In Christi nomine. † Contractus qñq; fit in fraudem filij,
vel nepotis: qñq; simulatur fieri, tñ non fit. primo casu, aut
est verus contractus non lucratiuus, vt vẽditio, & non reſcin-
ditur, quia per talem ꝯtum æs alienum cõtrahitur, quod pre-
iudicat legitimę.ff.si quid in frau.pa.l.no.vsq; adeo.& l.1.de
inoffi.do.per doc.aut est ꝯtus donationis, & reſcinditur vsq;
ad legitimam.C.de inof.testamento. Auth. vnde & si parens.
de leg.2.l.titia.§.Imperator.s.qñ fraus committitur pro libe-
ris ꝯ liberos. alias autem vltra reuocatur secũdum quosdam,
vt dictis legibus. sed vsque ad legitimam non est dubium se-
cundum omnes, aut contractus est simulatus, quia nihil age-
re intendentes finxerunt vendere: quia tunc talis res debet di
uidi inter liberos, sicut alia bona defuncti, tamen hic nepos
debet eſſe contẽtus legitima, vt l.omnimodo. & l.cum in prio
ribus.non potest vltra legitimam petere: aut dubitatur, & tũc
recurritur ad coniecturas: & satis hic proponuntur coniectu
ræ probabiles, vt no.Bart.in simi.ff.de do.l.post contractum.
de aqua plu. ar.l.emptor. itaq; in legitimam potest iste nepos
auocare.C.de inof.testa l.si quis filium. Baldus

*CONSILIUM LXVI.*

1 *Venditio, vel donatio inter virum, & vxorem an valeat.*

1 In Christi nomine. † Inter virũ, & vxo-
rem potest celebra-
ri vera venditio: & inter eoſdem non potest celebrari vera do-
natio.si ista est donatio, cum venditio est, refert.principaliter
vendebatur, aut secundario aliquid donabatur: & valet, qua-
tenus est venditio, non autem quatenus est donatio. aut prin-
cipaliter donabatur, alias non empturus: & tunc non valet: &
hoc probatur in l.si sponsus.§.certa.& l.quod autem.§.si ma-
ritus.el 2.ff.de dona.inter virum, & vxorem. de contrahenda
emp.l.si quis donationis.Si autem contractus non est vera vẽ
ditio, sed simulatus, agitur, & nihil valet nec contractus, nec
præcarium, nec aliqua clausula cõuentionalis.ff.de aqua plu.
ar.l.emptor.si autem dubitatur, an fuerit venditio vera, an do
natio vera: an vero nec venditio, nec donatio, sed simulatio:
quærentibus in primis considerandũ est, an instrũ contineat
testificationes rei, & pretij conuenti, & numerati: & tunc prę
sumitur vera venditio: aut contineat confeſſionem pretij, &
tunc aut confeſſio potest iuuari aliquibus adminiculis, & sta
tur confeſſori, aut non: & tunc præsumitur donatio pp legis
indicium, vt ff. de proba.l.qui testam.& ff.de dona.inter vir &
vxo.l.iure vxori.ff.si quis in frau.pa.l.1.§.si quis in fraudem.
iuramentum autem in ꝯtu simulato non valet, vt C. de non
nu.pec.l.fi. in isto autem incerto, donec sub iudice lis est, siue
vxor poſſideat, tuenda est, siue aduersarios, tuendus est.l.fi.si
per vim, vel alio modo.facit quod no.de bo.quælib.l.cũ opor
tet.§.1.& in c.cum in officio. de testamentis.per Inno.ex hoc
concluditur, ꝙ si vxor viuente viro corporaliter poſſedit, fru-
ctus percipiendo, locando, & faciendo id, quod poſſeſſores fa
ciunt, quod multis modis fit.ff.de solu.l.titia.tunc hęredibus
vxoris competeret beneficium.l.edicto. & sicut competit pri
mo hæredi, ita ipsum transmittit: & non potest opponi simu-
latio quo ad illud edictum maximum, quia requirit altiorem
indaginẽ. dñe ẽt quidam, quod competeret conditio ex lege
cum quęrebatur.vt insti.de vsuc.§.quod autem. saltẽ si hęres
est filius.l.cum miles.in princ.ff.quibus.ex cau.ma.competit
ẽt petitio hæreditatis: & poſſet iustificare poſſeſſionẽ probata
simulatione, vel probato, ꝙ fuit donatio, cum fuit reuocata
de statuto non confido, quia non requirit veram emptionẽ, ni
si poſſet coadiuuari instrumentum alijs probationibus, tunc
haberet locum statutum, quia hæres habet titulum defuncti,
& suum proprium.ff.de acquir.pos.l.3.§.pluribus. personali
etiam si verus est contractus, poſſet agi ad tradendum, vt
plene not. ff.de pac.l. ab emptione. si non fuit tradita poſſeſ-
sio corporalis, alias secus, vt ff.de contrahen. empt.l.si quis
fundum.§. ferè.

*CONSILIUM LXVII.*

1 *Institutio facta si non dissipauerit, vel si non alienauerit, an sit conditionalis.*
2 *Institutio de nepote spurio an valeat.*
3 *Appellatione filij quomodo veniat nepos.*
4 *Spurius nepos an possit capere hæreditatem aui ex vi legitimationis post mortem aui sequuta.*

1 In Christi nomine. † Si dicta institutio
dicti nep.spurij fuit
conditionalis, vel pura: & vr conditionalis ex propria natura
verborum prolatorum: nam illa verba, si non dissipauerit, si-
ue si non alienauerit, conditionem faciunt expreſſe, vt legi.&
no.ff.de acqui.pos.l.qui absenti.§.1.& l.si quis peregre.& ibi
Dy.in contrarium vr: quia ubi uerba secundum propriam si-
gnificationẽ non poſſunt facere id, de quo agitur, intelligũtur
extra propriam significationẽ, ut ff. de usufr. leg.l. proculus.
itẽ quia ultimo standum est ff.si cer.pe.l.si tibi.in fi.sed hic in
fine institutionis testator declarat seipsum: nam permittendo
alienationẽ certo modo, & forma, vr eum hæredẽ facere.l.fa-
ctum eſſe præcedentibus declarare.ar.extra de test.c. cum ti-
bi.& ista est veritas mente testatoris considerata, ar.de manu.
test.l.mevia.s.ꝙ testator vere voluit, ꝙ eſſet dñs, & hæres, do-
nec nõ diſſiparet, & frugaliter viueret.Si autẽ diſſiparet, quid
iuris foret, non est qõ nostra.secundario visa testatoris volun-
tate videndũ est de potestate voluntatis eius an potuerit hunc
hęredẽ instituere: & si quidẽ instituiſſet eum hærede sub con
ditione, si capere poterit, valeret institutio: sed haberet in se
conditionẽ.ff.de hære.insti.l.in tẽpus.sed testator non adiecit
2 hoc formæ institutionis, † ideo duo videnda sunt, an iste ne-
pos spurius poſſit capere vigore testamenti, secundo an poſſit
capere ui legitimationis imperialis in terris ecclesiæ. & hæc
materia multum uentilata est. ponit ẽt Spe.in ti.de hære. quæ
ab inte.Rofr.disputauit.& Iac.de bel.disputauit, & ponit qõ-
nem hanc in l.j.de natu.li..& sunt in opinionibus contrarijs,
Bart.tenet cum Iaco.de bel.ꝙ institutio ualeat ut ipse no.in l.
Gal.§.quid si his.de li.& posth.& conclusiue est ratio, quia in
nepote qualitercunq; non reperitur lex prohibens, ut not.C.
de nat.li.& l.fi.nec ratio legis, quia nepos uitio aui cõceptus
non est, nec fraus legis: quia per nepotẽ spurium, uel naturalẽ
nihil acquiratur patri suo, cum non sit in eius potestate: nec
3 significatio uerborum legis: † quia nomen filij nõ significat
nepotem in materia differenti inter filium, & nepotem.ut d.
l.fi.in his enim, quę inseparabiliter insunt filio, & eius oſſibus
adhærent,

adhærent, non fit extensio ad nepotem. l. 3. §. si emancipatus.
de contrata. sicut propria passio, vt curuitas, vel dolor illorũ.
mihi hoc indignissimum vř, ꝙ nepos spurius ex filio spurio
institui possit, cum laboret sorditate propria, & paterna. & iõ
d. l. vlt. super certis finibus permissiuis, & taxatiuis loquitur
de spurio nepote: sed de naturali duntaxat, qui est ex legitimo
concubinatu, de hoc tamen non habemus legem expressam
permittentem, vel prohibentem, vt ait Odof. in d. l. fi. gl. tamẽ
dicit in Auth. qui. mo. na. effi. sui §. fi. col. 7. quod vbi non re-
peritur expressa prohibitio, intelligitur esse permissum. & il-
la gl. multũ facit, quod opi. illa, quod iste nepos sit capax quo
ad auũ. ad hoc de vulg. subst. l. si is in ratione sui. mihi, in isto
nepote spurio, in quo ex propria persona non inuenio aliquã
actionem permissiuam totius, vel partis, placet distinctio: aut
iste nepos fuerit institutus vt nepos, & non valet institutio, ar
gu. C. de fideic. l. eam quam. C. de hære. institu. l. nec apud pe-
regrinos. Aut vt extraneus, quia bene meruit, approbatur me
rita præcessisse: & tunc valet, ar. C. de inoffic. test. l. vnde & si
parens. alias dubitatur, & in dubio affectio naturalis inducit
præsumptionem, quod vt nepoti. & sic non valet. ar. quod no.
ff. de pact. l. si tibi. §. si pactus. nam ista affectio est de mala, &
praua radice: & vitium non est purgatum, sed continuatum,
ar. C. de hær. aut. idem de nestorianis. Et si diceremus contra-
rium, ecce in perpetuum posset lex defraudari: nunquã enim
quis institueret filium suum spurium: sed diceret, instituo de
scendentes. & si nepos spurius deberet ex his succedere, dare-
tur patri nepotis materia adulterandi, & statuendi qualiter-
cũque procreatio liberorum etiam nefariæ incestuosæ: quod
non credo principem summum amatorem castitatis conceda
re voluisse. iudicio ergo aui hunc nepotem, quem non meren
tem, sed demerentem potius ex qualitate vitæ, apparet ex sola
potestate institutionis, vel restitutionis hæreditatẽ capere nõ
4 potuisse. ita credo, & consulo, salua semper sñia veriori. †Sed
nunquid capere potuerit vi legitimationis imperialis: dico,
ꝙ non, quia tempore mortis testatoris non erat capax, vnde ex
testamento non capit, vt no. in l. fi. ff. de reg. cath. Item quia fi-
lio spurio existente in medio, & non consentiente, vel mortuo
filio nepos non potest fieri suus auo per legitimationem nepo
tis factam mortuo auo, & neutro eorum consentiente, vt not.
in l. benignius. per Guil. ff. de le. Item legitimatio facta per co
mitem successiones aditas in alterum non potest auferre. d. l.
Gallus. § & quid si tantum. & ibi per Bar. in c. quamuis. de re
scri. l. 6. Item legitimatio propriè dicitur esse principis donũ,
vt in Aut. quib. mod. na. effi. sui §. si non his, qui solummodo.
& ideo comes, & autoritates imperiales non possunt extende-
re donum suum in terris ecclesiæ in præiudicium eorum, qui
non consentiunt. facit ff. de nata. resti. l. fi. per Iaco. de Are. qui
filij sint legi. c. per venerabilem. per Inn. licet Iac. de Bel. dispu
tet contra Cy. & Bar. consuluit idem, quod Iac. de Bell. nã nec
Papa potest legitimare quo ad successorem in terris Imperij,
vbi præiudicaret, puta approbando matrimoniũ, quod de iu-
re ciuili non subsistit. sicut enim Imperator nõ põt donare res
barbarorum: ita non põt donare patrimonia exemptorũ: præ-
terea conclusiuè dicendũ est dictam institutionẽ, & legitima-
tionem nullius fuisse momenti: & hæreditatẽ dicti testatoris
pertinere ad personas enumeratas. C. de ince. nup. l. si quis in-
cesti. & si illæ personæ non extant, tunc ad fiscũ, vt d. l. fi. ad fi.
illius l. quæ licet communiter sciatur, tamen non est, nec ob.
quòd capax substitutus fuerit non capax: quod fieri potuit,
C. de hęred. instit. l. 3. nam hoc fuit factum in fraudem legis,
vt restitueret capaci: quod fieri potuit. C. de hære. insti. l. 3. &
ideo non valet, arg. de condi. & demon. l. hæres meus. §. quod
in fraudẽ. & hoc patet ex expressa serie testamenti. & ideo nõ
indiget probatione.

*CONSILIVM LXVIII.*

1 *Stante statuto, quòd mulier dotata ab auo paterno non suc-
cedat, an neptis non concepta viuo auo, licet reliquerit mu-
lieribus nascituris aliquid pro dote, possit dicto auo succe-
dere.*
2 *Nepos, quæ non est nata viuente aua, an dicatur nepos.*
3 *Dotanda non debet minus dari, quàm legitima.*

1 In Christi nomine. †Quia statu. tria ha
bet capita quãtum
ad propositum, vnum caput est de auo dotante, aliud de alio
quocunq; dotãte, & non dotata dotãda a patruo, & per hoc cõ
cludẽda a reliqua successione; videamus de quolibet capite p
se. capitulum de auo non habet hic locum: quia quo ad mate
2 riam, & causam successionum † non dicitur auus si neptis nõ
eo viuente concepta fuerit: licèt quo ad fontem quendam me
moriæ, & absolutam dinumerationẽ graduum dicatur neptis,
vt ff. vnde cog. l. 1. §. si quis proximior. de suis, & legi. l. titius.
insti. de hęr. quę ab inte. §. cũ autem. de bo. lib. l. paulus. §. pau
lus. ver. rñsum. o. ff. de iniust. testa. l. si quis exhæredato. §. sed
hoc. vt & no. C. de inof. test. l. si quis filium. de ver. sig. l. pronũ
tiatio. in fi. de gradibus. l. iurisconsultus. cum ergo verba sunt
intelligẽda secundum subiectam materiam, siue a lege, siue in
ꝯctibus conferãtur, vt no. in l. fi. de condi. & demon. de in diẽ
adiectio. l. Imperator. & in l. si vno. ff. lo. & nos sim⁹ in tracta.
successionum, intelligimus de auo secundum iura, in quę su-
mus non de auo, in quo iura cognationis nunquam fuerunt,
de capi. dim. l. tutelas. capitulũ de alio quocunq; dotante non
officit huic puellæ: potest. n. non acceptare legatum illud. f. tẽ
legatam: nam hoc est consilium legis, qñ quis excluditur a le
gitima pp relictum, vt tale relictum non acceptet. & sic cum
non dicatur dotata, cum non consentit, succedit in legitima,
vt ff. de bo. lib. l. si libertus patrono quod ad debitam. §. quid
ergo. non ob. aliud statutum, quod filiæ, & nepotes teneantur
obseruare voluntatẽ patris, & aui: nam iste loco aui non est ha
bendus: quia nullo naturali vinculo, nec ẽx naturali affectio-
ne, & perfecta, & causata adhuc dici poterat, vt dictum est pp
enim naturalẽ affectionẽ quædam largius cõceduntur, quę affe-
ctu cessante concedenda non sunt, vt ff. de lib. le. l. aurelius. §.
titius testamento. & sic nec re nec affectione proprie dicitur
auus: sed extraneus, vt s̄. probaui. licet ergo ascendens possit
descendenti, in quo reperitur agnitio legẽ imponere ex forma
statuti, secus tñ extraneus: quia quicquid non licet parẽtibus,
3 licitum est extraneis. C. de impub. & alijs. l. humanitatis. †Ca
pitulum de patruo est intelligẽdũ ęque de arbitrio boni viri.
l. 1. ff. de leg. 2. ff. de leg. 3. l. si filiæ. ff. de alimẽ. le. l. cum vnus.
§. alimentis. cum. n. vnica sit puella, pinguius est dotanda, ita
quod saltim habeat legitimam. nunq. n. bonus vir arbitrabitur,
quod legima filiæ sit auferenda: quia dicitur esse æs alienum,
& debetur iure naturæ necessario, vt naturali, vt l. cum ratio.
de bo. damna. C. de inof. test. l. si quis in suo. & succedit in lo-
cum alimentorũ, vt no. C. de nup. l. sancimus. per Cy. imo vbi
non est alius, qui partem faciat, tota hæreditas patris intestati
omnimodo defuncti, quia nec facit testm̃, nec codicillos, de-
betur vnico filio, vel pluribus iure natura. de li. & post. l. in suis.
C. de vsuc. pro hære. nihil. sic patruus modicum puellæ dan-
do, & sibi multum retinẽdo, non fingeretur recte, imo iniusta
arbitratus, vt ff. pro so. l. casu si neruæ. præterea interim ante-
quam patruus dotet soluendo, vel efficaciter promittendo, ip
sa puella in vniuersum succedit: vnde vsq; ad annos nubiles
est hæres vniuersalis, quia statutum dicit, ex nunc concluda-
tur, postquam erit dotata. ergo interim nõ excluditur, quia ex
clusus post tempus vř ante tempus inclusus, & econtra. ff. de
le. 2. l. statulib. §. stichum. saluo in substitutione fideicommis-
sa. facta per auum inter filios. Conclusiue dico, quod licèt de
treb. an debeat habere eam vsq; ad nubile tẽpus, sit dubium,
tamen de legitima, & fructibus legitime nõ dubito, quod ha-
bere debet abstinẽdo se a legato facto ab auo: qui auus dicitur
nomine, sed non est re, vt dictum est. Ego Baldus.

*CONSILIVM LXVIII.*

1 *Filia dotata, & exclusa per statutum per existentiam mascu-
lorum, si fuerit præterita per mortẽ masculi, postea sequuta
an possit dicere testamentum nullum.*

1 In Christi nomine. †Proponitur, quòd
pater filiam dotatã
præterijt, filium instituit, & mortuo patre superuixit filius, & paterna bona possedit: deinde decessit dictus filius sine filijs
masculis, nunc dicta filia præterita dicit dictum testamẽtum
nullum.

nullum, quæritur, an dictum testamentum sit nullum hodie: & sic q non retro, & sic viuo filio testamentum valuit. an vero hodie testamentum appareat retro nullum fuisse: considerat is verbis statuti cõis Peru. dicentis, quod filia dotata nõ possit venire, neque reuerti ad bona dotantis, vel descendẽtium ab eisdem, donec superuixerit masculus. circa quod dicendũ est indubitanter dictum testamentum nunc nullum esse, & retro nullum fuisse apparere, quod probatur rationibus, & etiã casibus similibus rationibus. primo si certũ est, quod ista filia dotata præterita potest hodie dicere nullum, & hoc voluit statutum, quod solum voluit eam excludere a bonis, quousque masculus superuixerit, & sic eo mortuo eã admittit: quia prohibitum ad tempus post tempus videtur esse permissum vt dicunt iura vulgaria, ergo &c. Si igitur ex dispositione statuti admittitur hodie, & hodie dici non potest nullum, nisi dicat retro nullum fuisse, ostendã ergo ex mente statuti, q retro fuit nullum. hoc sic probo, ille præteritus non potest dicere testamentum nullum, qui tempore mortis non debebat de necessitate institui, vt l. si quis exhæredato. in princ. ff. de iniu. test. Si ergo diceremus testamentum viuo filio esse aliqoid, & filium non fuit necesse institui, ergo testamentum non rumpetur, vt d. l. si quis exhæredato. in prin. cũ igitur hodie filia dicat nullum, de necessitate habet præsupponere, q hodie appareat eã fuisse talis conditionis, quod tẽpore mortis debebat institui: præterea hoc apparet per l. gallus. §. & quid si tñ. de liber. & posth. vbi si filius deportatus post mortem patris restituatur, non tamen dr testamentum nullum, nisi restituatur ex causa, vt retro trahatur, vt ibi patet in si. glo. aut ergo ista filia dotata per mortem filij incepit esse habilis ad succedendum ex causa, quia non retro tenuerit, & ipsa potest dicere nullum: aut ex causa, q retrahatur: & mnc constat, quia testamentum retro apparet nullum fuisse. & istæ rationes de necessitate concludunt. Præterea ex eo testamento, quod speratur rumpi ex causa præteritionis, non potest adiri hæreditas, neque suus hæres existere. l. cum quidam. §. quod dr. de acq. hær. sed illud est huiusmodi, quare si contingat filium decedere sine filijs superstitibus filia præterita, testamentum illud rũpitur: ergo filius ex testamento non potuit hæres esse: ergo concluditur, quod dictum testamentum fuit nullum, saltim ex eo, quod ex dicto testamento non fuit adita hæreditas: nec suus hæres extitit. Secundo prædicta probantur per casus similes primo de posthumo præterito, qui non potest dicere nullum, quousque est apud hostes: cum reuersus rumpit retro, vt dicunt: & casus noster est de his, qui retrotrahuntur, vt s. est probatum & c. vr quasi in his terminis expressum. ff. de bo. pos. secundum tab. l. æquissimum. circa primum ibi. expectandi ergo erunt, vbi dr, quod quandiu superest aliquis, qui possit venire contratabulas, si sint exclusi morte, vel alio modo, certe instituti veniunt per secundum tab. sicut hic dicit statutum, quod quãdiu supereſt masculus, veniat fœmina, modo pone, quod illi, qui possunt venire per contratab. sunt exclusi morte, vel alio modo: certe tunc instituti venirent per secundum tab. nõ vt ex nunc confirmetur testamentum, sed tanquam retro testamentum valuit, licet venire non potuerint. ita hic filia debet posse venire, quasi retro fuerit testamentum nullum: nõ quasi hodie annulletur: & illud significatio verborum importat, vt ibi patet.

## CONSILIVM LXIX.

1 *Filia exclusa a statuto per verba generalia non excluditur a legitima.*
*Et tale statutum est mixtum ex fauore, & odio.*
2 *Filiæ exclusæ a statuto an transmittat ius dicendi nullum testamentum, in quo sunt præterita secuta morte eorum, quorum causa sunt exclusa ad suos liberos.*
3 *Statutum excludens filias dotatas an eneruet funditus existentiam suitatis, an suspendat.*
4 *Quotiescunque suus hæres habet impedimentum accidentis, uel impotentiæ iuris, uel facti, interim moriens transmittit.*
5 *Intellectus l. cum antiquioribus. C. de iure deli.*
6 *Ablatiui quando faciant conditionem.*
7 *Ius accrescendi etiam conditionale transmittitur ad hæredẽ.*
8 *Aliud suspendere, aliud tollere.*
9 *Ius accrescendi in legitima locum non habet.*
10 *Iure non decrescendi quando, & in quibus successionibus locum habeat.*

In Christi nomine. Cum statu. ciuitatis Perusij dictabat, quod si qua mulier fuerit, vel erit dotata a patre, vel ab auo materno, vel paterno, vel a fratre, non possit, nec debeat reuerti ad successionem prædictorum, vel alicuius eorum, quousque superuixerit aliquis filius masculus ex ipsa, vel in ipsa hæreditate, vel successione, ad quam ipsa mulier reuerti vellet. Et subdit, saluo testamento, & vltima voluntate prædictorũ, quod obseruetur. & postea subdit, saluo, quod fœminæ possint venire ad successionem parentum, & fratrum, & aliarum personarum: ad successiones de iure nostro si hæredes masculi non superfuerint, remittendo dotes suas in hæreditate. Modo accidit casus, quod ex quadam nobili domo de giacanis de Peru. per mortem do. Philippi militis vltimi masculi morientis nullus extat masculus: debent etiam, quod ex progenitoribus dictæ domus processerunt ex dicta agnatione similiter nullo extante: sed supersunt ex eis nonnulli filij nepotes, & posteri ex alijs agnationibus, seu domibus procreatis, qui ad supplementum legitimæ matrum, vel auiarum dictæ domus de giacanis quondam ibi ipsarum progenitoribus dotatum volunt venire, & dictum petere supplemẽtum quæritur, 1 nunquid possint? Et in primis considerandum est, verũ istud statutum disponat de legitima: & vr, quod non, quia per verba generalia, quod non possit quis venire ad hæreditatem, vel successionem, non excluditur legitima hoc dicit lex, quod filia, quæ excluditur ab vniuersali successione per quietationẽ generalem factam fratribus suis, tamen non excluditur a legitima, nisi hoc specialiter dictum fuerit. C. de inoffic. testa. l. si qñ. l. fin. idem ergo & molto fortius debemus dicere in statuto: nam si pactum liberatorium, quod est fauorabile, non excludit legitimam: ergo nec generalia verba statuti, quod procul dubio mixtum est ex fauore, & odio. C. de libe. præte. l. maximum vitium. ad hoc facit quod no. Guil. de Cu. ff. de transa. l. de his controuersijs. contrarium determinare videtur Bart. expresse. ff. de condit. & demonst. l. titio centum. §. titio genero. in q. quæ incipit, quæro statutum, vbi vr determinare, qd istud statu. excludit filiam dotatam a pater existentibus masculis. videtur enim contemplatione dotis exhæredata per. l. larg. ff. de hær. instit. l. qui volebat. vel legi tima diminuta, & redacta ad ipsam dotem, vt no. C. de nup. l. sancimus. per Cy. arbitratur enim statutum dotem esse congruam portionem mulieris dotatæ, & licentia nõ est aliud, nisi quædam cõgrua portio taxata legis arbitrio personis, quibus iure necessario sibi debetur successio. C. de inoffi. test. Aut. nouissima. appellatur enim debitum bonorum subsidium, sed mulieres dotatæ habent subsidium dotis, & maritorum. C. vnde vir, & vx. l. 1. & succedit loco alimentorum: sed mulieribus dotatis raro deficiunt alimenta. hanc ergo dotem esse legitimam portionẽ masculis superstitibus non sine causa statutum arbitratur. C. de adul. l. publico. per Iac. de Are. & Cy. Siue ergo, quod interim integram legitimam statutariam habeant, siue quod a iure cõmuni interim videantur exclusæ, videtor eas interim petere plus non posse, & si interim plus petunt, obstat eis exceptio, ex l. municipali, quæ censentur peremptoria propter tempus incertum, de condi. & demon. l. sufficit. imo & sine exceptione ipsa lex municipalis ob. quia cũ excludit successionis principium, non est necessaria exceptio: cum actio fundari nõ possit, iuxta ea, quæ leguntur, & no. C. de transact. l. vbi pactũ. In contrarium consultum fuit per excellentes doctores dominũ Thomam de Tosinis, dñm Franc. d. Bici. d. Ant. de Machiauellis, & collegium florentinum. dicunt enim, quod si recte considerentur verba statuti, non excludunt filiam simpliciter ab hæreditate paterna, sed ea modo per existentiam quarondam personarum, & earum contemplatione, & fauore ad tẽpus impediunt. quod aperte dicunt verba dicti statuti, videlicet quo usque superuixerit aliquis filius masculus. per quæ verba significatur tempus, vt C. de leg. l. 1. ff. de excusa. tut. l. titius. de condi.

condl.& demon.l.si quis ita.temporaliter autem ad exclusio;
uem perpetuam trahere non oportet, vt ff.de pac.l.epistola. §.
fi.patet ergo filiam a legitima non esse protius exclusam, sed
eius petitionem esse ad tempus suspensam. l.donec masculi
superuixerint.& ista est ipsa veritas in hoc.i.puncto. nec Bar.
dicit contrarium, si bene aduertatur, imo dicit pro, quia di-
cit, quod statu.minuit licentiam in tempore, non in quantita
te:& sic ius purum facit in diem.ff.ad l.Falcid.l.in lege falci-
dia.non habetur pro puro, quia verbum, quod importat im-
pedimentum temporale, diuersum est ab eo, quod importat
impedimentum perpetuum, & præcisum: quia primum im-
pedimentum cursu temporis, vel simplici, vel qualificato ad-
monetur. Secundum autem non, vt no.in reg.non firmatur.
2 lib.6.†Nunc videndum est de secundo puncto, nunquid istæ
filię interim decedentes transmittant ad suos liberos. & siue
dicamus eas exclusas, constat non transmittere: siue eas inha-
biles, similiter non transmittunt: siue eas habere ius conditio
nale, vt Bar.sentit in d.§.titio genero, adhuc non transmittūt,
quia iura conditionalia successionum non transmittunt: siue
dicamus datum ordinem prælationis masculorum de fœmi-
nis ordine, siue isto perseuerante posterior moriens non trans
mittit, vt hæc probantur aperte.C.de iure delib.in l.cum an-
tiquioribus. qui enim agnoscere non potest, non transmittit,
vt ibi patet.sed ista filia non habet ius agnoscendi viuentibus
masculis: ergo nec habet ius transmittendi. & hoc ad litterá
tenet Bar.descendendo.ff.ad Tert.l.fi.in q.quæ incipit, quæ-
ro quid si filia decedat.sed altior est ista inquisitio salua reue-
rentia præceptoris mei: considerari.n.oportet ius cōe, quod
defert legitimam, vt l.cum in prioribus. l.quoniam nouella.
& l.sancimus.C.de inoffi.testam. & in Aut.de tri.& se.§.1.in
Aut.de testi.& ea, quæ parit.§.quam ob rem.& defert ipso iu
re quo ad nomen hæredis in licentia: ita quod dnium conti-
nuatur a patre in filios, & filias in potestate.ff.de lib.& post.l.
3 in suis.† oportet ergo videre, nunquid statutum istam existē.
sui hæredis eneruet funditus, an suspendatur: & certum est,
quod non eradicat funditus, vt supra dixi in primo pūcto, sed
suspendit: & tunc vltra oportet renunciare, qualis est ista su-
spensio: an quæ inter purum legitimè redigat in conditiona-
le, an vero in diē.& si dicamus, quod in conditionale: sequere
tur, quod istud non esset minuere in tēpore sed esset mutatio
substantiæ: quia ius purum, & conditionale differunt vt con-
tradictoria: quia in uno inuenitur natiuitas: in alio non inue-
nitur natiuitas.de conditio.& demon.l.nam ad ea.sed si dica
mus, quod dies incerta non faciat hic conditionem, obrumpi
mus iuris regulas.ff.de condi.& demon.l.dies incertus.Si au
tem dicamus, q faciat conditionem: ergo interim non trans-
mittitur.d.l.dies incertus.ff.de condit.& demon.& l.quibus
diebus.§.quidam titio.eod.titu. ubi uidetur expressum.ff.qn
dies leg.ce.l.si titio.uidetur.n.ex ordine prælationis dato per
statutum masculus loco instituti habendus, fœmina uero lo-
co substituti: ergo interim moriens non transmittit. l.sed & si
plures.de uulg.sub.in primo. ff.de suis & legi.l.si ex pluribus.
In cōtrarium videtur, nam sciēdum est, quod qn persona, cui
debetur legitima, non impeditur in ipsa pp defectum intrin-
secum iuris sui, sed pp defectum extrinsecum alterius perso-
næ, quæ suspendit hoc ius, & differt ipsum, interim moriens
transmittit.C.de inoffi.test.l.si quis filium.ubi est expressum:
sed hic cum ordinario iuris cōis procedat circa legitima, &
deferat eam filiæ, & ipsum ius commune non sit correctū per
statutum in substantia legitimę, nec in eius quantitate, sed de
lata in tpe pp extrinsecam personam masculorū, merito istud
ius cum sua suspēsione trāsmittitur ad liberos filię. C.de his,
qui ante aper.tab.l.1.quotiescunque.n.non est defectus in iu
re deferēdi, sed est suspēsio iuris agnoscēdi, uel petēdi, ibi lex
dispēsat, ut fiat in transmissione impedimentum: quod debet
esse tēporale, & suspēsiuum fiat pręcisum, & perpetuum, ut ff.
de acqui.hęr.l.uetre. & ibi patet in glo. & in 2.reg.quam ibi
4 sumit Bar.& in reg.Iac.de Bel.in 2.reg.quę est, †quod quoties
cunque suus hęres habet impedimētum, accidētis, uel impo-
tētię iuris, uel facti, quod interim moriēs transmittit.& istam
reg.tenet Bar.pro qua ibi uidet qd supra.ad idē. ff.ad Syll.l.si
quis in graui.§.fin.cum l.seq.ff.de cōtratab.l.illud, §.ultimo.

& quod ibi no. ad idem quia quando per mortem alterius nō
quæritur alteri, sed retro quæsitum potest intentari, vbi mo-
riens transmittit.C. quando dies leg.ce.l.ex his verbis. ita er-
go est hic, quia mors masculorum tendit ad interpretatiuné:
non autem differt a legitimā, sed ius commune iam detulit:
vnde dici potest, quod vita masculorum facit interim dormi-
re, sed non expirare, seu eradicare legitimam filiarum.merito
filiæ interim morientes transmittunt ius istius, quod habent
habitu, licèt non actu, ar.ff.de milit.testamento.l.ex mili.§.fi.
cum l.Lucius præterea Barto.in q.Io. Bartholutij consuluit,
quod amoto impedimento masculorum per ipsorum obitū,
ista amotio impedimenti retro fingat impedimētum non fuis
se, vel filia præterita secundum eum non posset succedere, nisi
esset ista fictio. cum ergo succedat, ergo lex fingit: & istud po-
suit ipse pro constanti. Sed tunc arguo, mors successura non
impedit istam fictionem, imo lex fingit non obstante morte
eius, qui si viueret, succederet, & mortuum fingit retro domi
num, & hæredem, vt ff.ad Sylle.l.si exhæredatus. ergo amoto
impedimento quamquam filia interim decesserit, ex quo re-
tro fingitur, transmisit, per dictam.l.si exhæredatus. quæ est
5 vnica ad hoc, & not.† Modo restat respondere ad l.cum anti-
quioribus.quam allegat Bar.pro casu in d.l.fin.ad Tertul. cer
te illa lex dicit non transmitti ius repudiatum, sed istud nō
est ius repudiatum, sed est ius sui hæredis, quod transmittitur
cum sua qualitate, & natura.ff.de acqui.hęre.l.si quis filium.
item illa lex loquit de regulari transmissione, sed nos sumus
6 nunc in transmissione irregulari, & anomala. † Item non ob-
stant ablatiui, remittendo dotes &c.quasi notent conditioné,
quæ non potest impleri ab hærede.ff. de condi.& demon.l.a
testatore.nam dico, quod hoc casu non facit cōditionem tex.
est expressus in l.ptor.in 1.ff.de col.bo.& C. eo.l.si soror. Am
plius consideremus, ista dos in legitima ipso iure imputatur,
habet ergo filia partem legitimæ puræ: etiam in alia parte ha-
bet spem per mortem masculorum moriturorū: interim cer-
7 te licet moriatur suo tempore, sua pars accrescit. † nam ius
accrescendi etiam conditionale transmittitur ad hęredem, vt
plene legitur, & not.ff.de acqui.hær.l.qui patri.in propria.n.
legitima ipsius filiæ filius facit ei partem per concursum, do-
nec filius viuit: & est quasi coniunctus ipsi filiæ in hac legiti
ma coniunctione legali. & etiam sicut filius coniungitur ne-
potibus per edictum de coniungendis, eo ipso, quod aufert ne
potibus partem existentem sui hæredis eis competentem, di-
uidendo cum eis, & diminuēdo ipsis. sed in casu nostro istud
ius coniunctionis, seu ius diminuendi est cum quadam tem-
poralitate.s.quandiu vixerit. vnde eo mortuo reintegratur, &
consolidatur legitima. & istud ius integrandæ, & solidandæ
legitimæ transmittitur ad hæredem: non.n.ideo quia lex filiā
8 tempus sui pēdendo oneret, † ideo priuat. nempe aliud est su-
spendere, & aliud est tollere.ff.de pac.l.si vnus.§.1.ff.de do-
na.inter vir.& vxo.l.cum hic status.§.siue. in iuribus istis ha-
bentibus causam ad tempus, & finem, ipso iure & tempore,
& post concursum habet locum ius accrescēdi ratione ɔctus
finita.ff.de vsufru.accres.l.1.§.interdum. & facit quod no.ff.
de leg.1.l.plane.§.si duobus.per Dy.Item non ob.q statutum
antiquum loquatur solum de filia, quia posteri veniunt ex per
sona filiæ.i.iuris transmissionis, quæ fit de liberis ad liberos.
d.l.si quis filium.quę specialiter ad hoc facit.Item vt dixi, pp
ius accrescendi de legitima eadem numero ad seipsam: vnde
nō est extendere legitimā unius ad legitimam alterius, sed est
ad suam naturam secundum quandam consolidationem reli
cti.& facit.ff.de coniung.cum eman.lib.l.1.§.si quis ex nepo
tibus.Item non ob.præscripto temporis, quia cum in præscri
ptionibus non consideretur ius, prout est in habitu; sed prout
est in exerci.l.cū notissimi.§.illud.& §.in his. de præscri.30.
anno.& dñs Philippus decesseris de recēti, constat præscri.nō
esse decursum. sed ob.ei, quod dixi de iure accrescendi: quod
9 no.Bar.ff.de inoffi.test.l.pater filium.in 2.& 3.q. † ubi dicit,
q in legitima non habet locum ius accrescendi ex conuentio
ne legali: quia est successio singularis, in l.q proculo.ff.de le.
2. nam in ɔtria opi.est Dy. & Iac.bu. in publica disputatione.
& merito, quia priuilegium legitimæ debitæ iure naturæ est,
quod habeat locum ius accrescendi, ut no.oēs doc.in Auth.
nouissima,

nouissima, C. de inoff. testa. & C. de hære. insti. l. quotiens. per Iac. & in Auth. vt cum de app. cogno. §. cæterū. imo ē in casu nostro est ius non diminuendi, quod. n. abstulerat filiabus de earum legitima concursus masculorum. restituit obitus ipsorum. † ius autem non decrescendi habet locum ex qualibet coniunctione, & in qualibet successione. quia est potius cuiusdam impedimenti amotio, quàm extensio successionis.

### CONSILIVM LXX.

1 *Cum venditio facta per hominem habentem capitalem inimicitiam confessione pretij an præsumatur simulata, maximè facto conuento.*
2 *Argumentum a communiter accidentibus est validum.*
3 *Vendidisse non præsumitur is, qui possidet.*
4 *Alienatio fictitia præsumitur, si emptor patiatur venditorem possidere.*
5 *Quanto tempore requiratur emptorem pati, venditorem possidere, vt præsumatur simulatia.*
6 *Mulier emens an, & quando præsumatur emisse de pecunijs mariti.*
7 *Statutū loquens de venditore habet locū in hærede vēditoris.*

In Christi nomine. Apparēt quędā instrumenta satis suspecta de simulatione cuilibet habenti occultum verè cōsiderationis. & considerandū primum est instr̄m in figura venditionis factum per Cecharellū de spello Vagnolo dñi Io. de Assisio de certis possessionibus in certo pretio mille flor. vt notarius asseruit, tunc confessatorū: qui in Cecharellus postea p plures annos vixit, donec possedit dictas res, & fructus recollegit pacifice: & eo mortuo per plures annos dictus Vagnolus possedit pacifice, donec vixit, & eo mortuo domina Rigutia. q. vxor sua possedit pacifice, & sine controuersia alicuius litis in iudicio motę per tempus 10. ann. & vltra: qui Vagnolus de dictis rebus fecit quoddam instr̄m in figura venditionis dictæ dom. Rigotiæ: & qui Vagnolus tandem legauit dictas res dictæ Rigutiæ eius vxori, & Nouercæ Guidi ex alia vxore nati: nunc Guidus facit qōnem dictæ Rigutiæ de medietate aliarum rerum, quia remāsit alius filius dictæ dñę nomine Iac. in cuius hęreditate dicta luctuosa iure pleno succedit. quæritur quid iuris. Et si homines haberent oculum diuinū in scienda veritate, non esset opus speculari per argumenta: tñ oculi nostri sunt sicut nicticorax obtusa lumine, qd est veritas: & idcirco signa at. & coniecturas perspicuas, & probationes requirunt iudicia. l. illicitas. §. veritas. de offi. pręsi. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. & de testi. l. ob carmē. §. fi. ibi dū dicit, quibus licet veritas assistat, Græci sapiam quærunt: hębrei signa, dum dicit apostolus, oportet homines esse Græcos, & Hębreos, & maximè iudices: ne circumueniantur errore facti. Consideremus ergo personarū qualitatem, subsequentem possessionem, actuum ordinē, & quandā circulationē nouercarum præsumptam insidiationem, & iuris præsumptionē, & statuti dispositionē. ex quibus omnibus veniemus ad veritatis indaginē. In primis dictus Cecharellus erat auunculus dictę dom. Rigutiæ, & affinis confidens dicti Vagnoli, & habebat inimicos, & cum eis vincula penalia pacis, prout
1 mihi narratur. † Considerato ergo, q dictum instrumētū est fundatum super confessione, non super vera numeratione: & q obstabant vincula pœnalia obligationum: & q erat cōiuncta persona: a vr̄ coniecturam subesse simulationis. C. de don. ante nup. Auth. sed iam necesse. C. de do. l. data. alias lata iam pridem. qui. n. propter inimicitias est semper in cogitatione maleficij, videtur facere actum simulatū de omnibus bonis, vel maiori parte; sicut est hic, vt plenè legitur, & no. per Bar. & alios. ff. de do. l. post cōtractum. nam ratio naturalis suadet considerare de coniunctis, & amicissimis. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. item Imperator Marcus. ff. de bon. libe. l. nihil. §. facilior. C. de natu. lib. l. si quis. C. de sac. sanc. eccl. Auth. quibuscunque modis. ff. de hæred. institu. l. quidam cum filium. maximè enim confidimus de coniunctis; & videmus hoc per locum a communiter accidēntibus. ff. de opti. leg. l. theopompus. in verbo aui mei, & cognati persuadet intellectus, vr̄ præuenire casus fortuitos, & se contra fortunæ insidias p̄munire: non discipando, quia non esset prudens, nec astutū consilium omnia vendere: sed fingendo se vendere, vel dona
2 re. & ita cōiter fieri videmus, & arg. a cōiter accidentibus † est validū in materia præsumptionum, & coniecturarum, vt leg.
3 & no. C. de prob. l. neq; natales. † Super secundo. i. super possessione considerandū est, quod nō est pręsumendū eum, qui possidet, vendidisse. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. sup-
4 uacuum. † Ex quo habemus notare, q si post venditionem emptor patitur vēditorē possidere, pręsumitur alienatio fictitia, Ita tenet Dy. in d. l. omnes. §. Luc. ar. ff. de acq. hæ. l. si is, q bonus. C. de na. lib. l. 3. C. de re. hær. l. 2. l. ita d. Bar. ad literā in d.
5 §. superuacuum. † Sed quęritur, quanto tpe requiratur emptorē debere pati ad hoc, vt p̄sumatur simulatio: quidam dicunt diu, alij per trienniū, vt l. quicunq;. de apo. pub. alij determinant, quod est arbitrio iudicantis ex qualitate personarū. cū ergo Cecharellus post dictam vēditionē superficialiter apparentē, & non realiter existētē recollegerit fructus pluribus annis, & donec vixit: bonus, & ęquus vir debet præsumere ɔ̄ctū fuisse fictum, & simulatū. Super tertio, videlicet super actuū ordine, & reuolutione emptionū constat, qd si venditio Cecharelli fuisset absq; simulatione, forte præsumeretur fraus in alijs propter nouercā. C. de sec. nup. l. hac edictali. ff. de prob. l. qui testm̄. & non pręiudicaret priuigno: sed quia in primo ɔ̄ctu est vitium, qd ex sequentib. apparet: nullū ius habet priuignus. potius enim Vagnolus bonā fidē agnouit, quā fraudē cōmisit: quia Cecharellus instituit hęredē do. Ioannā matrem dictæ Rigutiæ, & quosdā alios, cui successit Rigutia, & dom. Marchiola eius filia, ad quas pertinebant bona dicti Cecharelli pro parte. ideo in p̄sona Rigutiæ fuit resignatio, & bonę fidei agnitio: non fraudis cōsilium: & ppea Vagnolus in testā suo similiter voluit purgare conscientiā, vt apparet in eo. Et quia ex causis pręsumitur effectus, ordoq; causarū est ordinās totius ad simulationem probandā, meritò p̄sumitur simulata venditio Cecharelli. Et si Guidus vult ire per superficialē apparentiā instrumētorū, certè Rigutia habet pro se instr̄m emptionis a Vagnolo. † Et si dicatur, præsumitur emisse de pecu-
6 nia mariti, Rn̄detur illud esse verū, si mariti facultates supponunt: sed nō est verisimile, q Vagnolus haberet tantā pecuniā
7 numeratam, vt mihi proponitur. † Super 3. s. super statuto cōsiderandum est tp̄s, quo Cecharellus possidet, & tp̄s, quo dña Rigutia possedit per 10. ann. & vltra continue: & licet statutū loquatur de venditore fingendo simulationē, ita qd nō recipitur probatio in ɔ̄trium: tñ idē in hærede venditoris dicendum est, qui possedit 10. annis mortua venditrice, quod fingatur ɔ̄ctus simulatus ex tali possessione. ff. de acq. pos. l. Pompon. ff. qui. ex cau. ma. l. cum miles. in his, quę transeunt in hęredes, idē iuris est in hęrede, quod ī defuncto. de re. iu. l. qd in ipsis. de prob. l. pactum. cū si. Ex quibus oībus verè cōcludit, qd tribus præsumptionibus venditio Cecharelli præsumitur simulata. s. præsumptione hois, pręsumptione iuris cōis, & fictione statuti. vnde nedum Guidus debet habere partē bonorū istorū, imo tenetur ad restōnem medietatis oim bonorū, & fructuum, quos Vagnolus percepit pręrextu dicti simulati ɔ̄ctus, probando per testes, id quod in facto s̄. narratur. vnde de possessione Cecharelli post vēditionē, & de successione Rigutiæ, & de possessione continuata postea per eā, fama & publica multū in hoc valet, quia confirmat rei, de qua quęritur, fidē. item dicta Rigutia habet a cohæredibus in parte cohæredum titulos, & casus in dictis bonis, ex quibus titulus, & bona fides, quę præsumitur adesse in habente titulū, proculdubio saltim pręscripsit tam de iure cōi, & fortius ex forma statuti, si possedit ex illis titulis. 10. ann. aliàs haberet publicianam, non verū rei dñium ante pręscriptionē cōpletam, si venditrices nō fuissent dñi. verū tñ in hoc casu erant dñi, & Cecharellus ex ɔ̄ctu simulato nunq̄ pdidit dñium. sic dicta dña Rigutia multas habet vias, per quas ab iniuria se defendit.

### CONSILIVM LXXI.

1 *Molendinū an possit nouū fieri in damnū, & detrimentum alterius molendini, quia concursus hominum, qui tendebat ad primum molendinum, nunc concurret ad illud secundum.*

2 Posita

2 *Posito vno inconuenienti sequuntur multa.*
3 *Flumen publicum esse dicitur, quod perenne est, ac semp fluit.*
4 *Lucri perditi quando habeatur ratio.*
5 *Intellectus.l.2.§.merito.ff.ne quid in loco pub.*
6 *Intellectus.l.vnica.C.de senten.*

In Christi nomine. Casus talis est. Cōe, & homines de Villa Francha ex vna parte, & cōe, & homines de lusorio ex altera parte habent pro indiuiso flumen macræ, quod est situm iuxta confines prædictorū communium: iuxta quod flumen præ dicti cōe, & homines de lusorio volunt ædificare super proprio territorio cōis lusorij quoddam Molendinum: cuius Molendini p̄sam, siue clusam volunt facere in dicto flumine: quę præsa prætēdatur, & discurrat a ripa fluminis, quæ est versus territorium Villæ Frāchæ vsq; ad ripam fluminis, q̄ est versus territorium lusorij: quæ quidem præsa, siue clusa solita est teneri per marchiones, siue hoīes de lusorio: licet sit per inūdationem aquæ dicti fluminis macræ dirupta. ex aduerso cōe, & homines de Villa Francha prohibent, ne præsa, siue clusa fiat in flumine antedicto: dicentes, ꝙ ex quo dictū flumen est cōe inter dictas partes, non licet alteri partium in eo aliquid ædificare, vel facere, quod redundet, vel redūdare possit in damnū, seu præiudicium alterius partis: & ꝙ ex ædificatione prędicti Molendini cum p prædicta cōe, & hoīes de Villa Francha, dānificarent̄ in hoc, eo quod hoīes de lusurio, de trisana, de canosa, de richo qō ipsorum propria Molendina desinunt macinare pp defectum aquæ, consueuerunt ire ad macinādum ad Molendinū cōis Villæ Franchæ, qd̄ cōe Villę Franchæ dictum Molendinū cōe habet sup alijs, & qualibet, quē habet sup flumine macræ: q hoīes ædificato dicto Molendino cū præsa prędicta, qd̄ dictū cōe lusorij ædificare intendit, desisterēt ab vsu Molendini de Villa Francha: eo qd̄ prædictū Molendinū ædificandum per cōe lusorij esset eisdem hoībus magis vicinum, & congruum ad macinandam. econtra replicat̄ pro parte cōis lusorij, qd̄ prædicti hoīes de lusorio, trisana, & canosa, etiam de richo non tenentur ire ad Molendina de Villa Frācha, si nolunt: & propterea non pñt cōe, & hoīes de Villa Francha dicere, & allegare, qd̄ patiantur damnum, supradicti hoīes consueti q̄nq; macinare cum eis ab vsu ipsorum Molendinorum desistant. a quo ēt vsu desistere possunt, si volunt ēt prędicto Molendino per dictum cōe lusorij nō edificato: & ire ad alia Molendina, licet magis remota, q̄ sint Molendina de Villa Francha. super quo quidem flumine macræ, siue iuxta illud prædictæ partes asseruerunt nulla fore Molendina. Item quod dictū flumen macræ non est cōe dictorum de Villa Francha, & de lusorio: sed est flumen publicum, & perenne hoc: non autem
1 nauigabile. † Modo quæritur: quid iuris. In casu suprascripto pōt assumi propositio aristotelis, † videlicet ꝙ vno incōue-
2 nienti posito multa sequuntur, vt l.a testatore.ff.de cōd. & de mon. & l.Gallus.C.de resc.ven. & l.ex diuerso.§.j.ff.de rei vē. Cum igitur in themate proposito prę supponatur dictum flumen macræ esse cōe ipsorum cōium de Villa Francha ex vna parte, & cōis de lusorio ex altera, tanq̄ priuatorum: & hoc est absurdum, cum dictum flumen sit perenne, & semper fluat:
3 † igitur alio non ostenso est censendum esse publicum, in l. 1. §.fluminum.ff.de fluminibus. & l.nemo. in fi.ff.de rerum diuisio. & insti.eo.§.flumina. absurdum est igitur super eo tanq̄ cōe priuatorum fundare consilium. per hoc apparet, quod iura loquentia de re cōi absurde in casu prædicto allegantur. assumenda est igitur materia iuriū disponentium circa flumen publicum: & ideo est aduertendum, quod per Molendinum, quod nituntur facere cōe, & homines de lusorio, non impeditur nauigium: cum ipsum non sit nauigabile, nec ex eo fiat aliud nauigabile, vt l.quominus.ff.de flumini. & l.sin autem. in fi.ff.de aqua plu.arc. hoc præsupposito sic vr̄ esse dicendū, aut Molendina de Villa Francha, quæ dicuntur esse in flumine Bagnoni, non sunt a principe concessa, nec etiam concessit vetustas temporis, cuius principij memoriam non existit. aut aliquid de duobus dictis calib. interuenerit. primo casu ello, quod per Molendinum construendum per commune lusorij læderentur Molendina de Villa Francha, ipsum cōe, & homines lusorij prohiberi non possunt, vt l. 1. §. si quid in loco.ff. ne quid in loco publico. & l.si alius.§. bellissime. ff. quod vi, aut clam. & quod solet notari per doctores in quæstione Molendini tacta per glo. in l.si manifeste.C.de serui. & aqua. & in l.si quis.§. si initium.ff.de eden. secundo casu cum Molendina de Villa Francha ob hoc non lędantur, nec in vsu sit ob hoc aliquod incommodum publicum, seu accolentium, est de plano concedendum dictum commune lusorij ipsum Molendinum posse facere fabricari, vt l. 1. in prin. & §. quod autem.ff. ne quid in loco publico. & l.si in publico.ff.de aqua plu. arc. & l.vim facit.§.fin. cum ibi not.ff.quod vi aut clam. & l.fi.de serui. & l.impera.ff.de serui.rustic.pręd. Nec aliquis dicat, ꝙ commoditas Molendini de Villa Francha diminuitur, si fiat ipsum Molendinum, ex quo diminuitur concursus personarum solentium ire ad macinandū ad dicta Molendina de Villa Francha: & sic dicerent aliqui, quod saltem illius commodi, quod ob hoc perdetur, ipsum cōe de Villa Francha pati dānum, vt l. 2.§.merito.ff.ne quid in loco. Item quia lucri habeatur ratio, allegabatur per consultorem. l. 1.C. de sent. quę pro
4 eo, quod interest. quę nihil facit, vt infra dicetur. † & qd̄ prędicta non obstent, ostendit̄ sic, lucri perditi non hr̄ ratio, quia pendebat ex alterius arbitrio, vt l.idēnitatis.§. 1. cum ibi not. ff.ad l. Aqui. sed ita est in proposito, qd̄ licet homines contractarum soliti essent ire ad Molendina de Villa Francha, nō propterea illa consuetudo ascribitur necessitati, vt l.solent.§. fin. ff.de offi.pręto. & legi. in l.de quibus.ff.de legi. & per hoc so-
5 lū apparet, qd̄ cōe de Villa Francha non pōt conqueri. † Prętere a.§.merito. loquitur, q̄n cōmodum percipiebat̄ a publico: tñ in proposito licet hr̄e Molendina in flumine publico sit recipere cōmoditatem a publico, tñ attenta macinatura, quę hr̄ ex bladis priuatarum personarum concurrentium ad macinādum, magis dr̄ dictum cōmodum recipi ab ipsis personis primarie concurrentibus, qui concursus operando, dum tñ non fiat opus animo malignādi, pōt inhiberi, vt l. 1.§.deniq;.ff.de aqua plu.ar. & l.proculus.de dam.inse. Item §.merito. loquitur, q̄n certum commodum a publico percipiebatur: ac in ca-
6 su nostro dependet ex voluntate colentium. † Item d.l.vnica. nihil facit, nam loquitur, q̄n quis in contractu bonę fidei fidē promissam non adimpleret. at in casu nostro de fide rupta nō tenentur ipsa communia. & ex his concludo, ꝙ postquàm ipsa Molendina de Villa Francha alio modo non lęduntur ex cōstructione dicti Molendini de lusorio fiēda, nisi quia dicamt, ꝙ concursus personarum solitarū ire ad macinandū ad dicta Molendina de Villa Frācha diminuetur, ꝙ per hoc nullo modo debet dici ipsum cōe lusorij esse prohibendum de iure circa constructionem prędicti Molendini, & per hoc apparet cōsiliū, de quo supra fit mentio, esse fundatum super falsa materia, & absurda præsumptione, & ideo non est mirandum, si alia absurda sequantur: iuxta ea, quę primo dixi. Signorolus de homodeis miles, & legum doctor.

Ad idem. CONSILIVM LXXII.

1 *Cōia omnium quædam sunt, quæ dicuntur quędam publica.*
2 *Flumen quatenus est in territorio alicuius ciuitatis, est ipsius ciuitatis. & poterunt ciues super eo condere statuta.*
3 *Fluuius currēs inter duas ciuitates qualiter pertineat ad eas.*
4 *Aquæ nascentes in confinio duarum priuatarum personarum qualiter pertineant ad eas.*
5 *Aquæ, quæ oriuntur in publico, & postea decurrunt per agros priuatorum, an postquàm sunt in agris priuatis, possint domini agrorum vti illis aquis tanquàm proprijs.*
6 *Aliud est de nouo facere, aliud reficere.*

1 In Christi nomine. Ad euidentiam prę mittendum est, † ꝙ quędam sunt, quę dicuntur cōia omnium: vt est aqua maris, & flumen publicum, & si. vt l. 1.§. fin.ff.de rerum diui. Quædam sunt publica quo ad proprietatem. i. rei publicę quo ad proprietatem, & communia quo ad vsum: vt sunt flumina publica cum ipsis. i. alueis, vt insti.de re.diui.§.flumina. qd̄ sic intelligendū est, vt quo ad vtilē proprietatē possint esse rei publicę ciuitatū, & castrorū ex consuetudine hñtium merū, & mix

tum imper' ũ. nam in hoc funguntᶜ loco rei publicę rõnẽ,& iu-
risdictionem hñt in fluminibus, quemadmodum in reliquo
2 territorio: quia consuetudo istam iurisdictionem tribuit. † vn
de flumen Texini quatenus est in territorio Papiensi, est ipso-
3 rum papiensium,& pñt sub ipso condere statuta. † Sed hic oc
currit dubium, quid si fluuius currit inter duas ciuitates, qua
liter pertineat ad eas: rñdeo, aqua est cõis pro indiuiso pp con
tinuæ aquæ motũ,& eius permutationem: sed alueus est cõis
pro diuiso tanq̃ locus cõmunis inter duas ciuitates ad similitu
dinem lapidis existentis in confinio, & insulæ in flumine na-
tæ, vt insti. de re. diui. §. insula. & ff. com. diuid. l. auctor. & ita
est in proposito in fluuio, de quo quæritur, quia aqua cõis est
pro indiuiso: vñ quolibet cõitas potest vti aqua pro parte sua
ædificanda in solo ipsius vniuersitatis: totam aũt aquam vsur
pare non potest, vt ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. & ff. de
acqui. hære. l. duo fratres. & C. fin. re. l. si constiterit in rationi
sui. ex hoc sequitur, ꝙ Molendina, quorum clusæ, & appara-
tus sunt defixa in alueo, si protẽdunt vltra medium fluminis,
non põt fieri, non ea rõne, quia fiat in cõi: sed quia fiũt in pro-
prio solo aduersarij, quatenus vltra se extendnnt: & sic nõ est
necesse hic allegare. l. fabiñ. cõi diui. nec suam materiã. & si
4 hoc non licet publico, nec priuatum licebit. † & quædam aquę,
quæ nascuntur in cõfinio duarum priuatarum personarum,
& simili modo, distinguendum est. sunt & aliæ, quæ oriuntur
in solo meo tm̃,& protenduntᶜ in solum alterius,& nun hñt or
tũ ex publico, siue orianᶜ ex fõte, siue sint aquæ pluuiæ. nã quã
diu solo meo cohærent, meæ sunt, & transducere possum eas
ad irrigationẽ prædiorũ meorũ: & detinare ad quem locum
volo, ẽt si prata aliena patianᶜ ex hoc siccitatem, dummõ hoc
faciam pro cõmoditate mea, & non pro dãno vicini principa
5 liter, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. itẽ aiunt. † Sunt & aliæ aquæ
quæ oriuntᶜ in publico, & decurrunt postea per agros priuato
rũ: de quibus quęritur, an postq̃ sunt in agris priuatis, pñt dñi
agrorũ vti illis aquis tanq̃ proprijs, & diuertere ad irrigatio-
nẽ propriorũ prædiorũ quocunq; volunt: & vr̃, ꝙ sic, qa aqua
cedit solo, sine quo non pñt. vñ sicut impossibile est, ꝙ alueus
fluminis publici nõ sit public⁹, vt ff. de flu. l. 1. §. si insula. ver.
quia impossibile. ita per contrarium si alueus est meus, aqua
est mea, sed in cõtrariũ vr̃, ꝙ si aquam fluminis publici traho
per fossam ad agrum meum, publica sit. & ideo si quid ibi fit,
in flumine publico factum vr̃: si imõ perennis sit cursus per il-
lam fossam, vt ff. de flumini. l. 1. §. si fossa. de fluminibus naui-
gabilibus, vel ex quibus fit aliud nauigabile, etiãsi naues ha-
beant trahi per cordulas, non est materia nostra, sed l. quomi-
nus. ff. de fluminibus. Ex his itaq; superius dictis patet rñsio
ad quæsitum: quia quod de nouo facere non licet, nec in alie-
6 num immittere, vt ff. si serui. vendice. l. sicuti. §. aristo. † Sed
consueta ab antiquo ædificia, & præscripta licet reficere ista,
si quidem valde sunt diuersa, de nouo facere, & reficere. vt ff.
de itine. actuque priua. l. 3. §. hoc aũt. & prædicta confirman-
tur per ea, quæ leg. & not. in l. 1. in prin. ff. de dam. infec. & C.
de serui. & aqua. l. si manifestæ. & l. præses. & d. l. quo minus.
ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularum.
Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXIII.

1 *Iudex delegatus ad sententiam exequendam, quam primum dixit exequendam, non potest reuocare, & dicere non exequendam.*

1 In Christi nomine. † Iudex in Bertus ad cognoscendum
si sententia sit exequenda, necne, postquàm pronunciauit exe-
quendam, vel non exequendam, functus est mandato quo ad
hoc, vt non possit reuocare sẽtẽtiam suam: quia huic iudici
commissus est articulus, non tota causa, & ideo lata sententia,
licèt interlocutoria sit, tamen eam non potest reuocare, quia
non patiuntur fines mandati: sicut nec arbiter assumptus su-
per vno articulo, vt ff. qui satis. cogan. l. arbitro. & patet per re-
gulam, quę ponitur. ff. de arb. l. qualem. §. si. & ideo consilium
excellẽtis doctoris domini Signorini placet mihi. & idem cõ-
sulo etiam si reseruasset sibi ius reuocandi: quia hæc reserua-
tio est impossibilis, & iuri contraria: quia non patiuntur fines
mandati, vt l. iudex. ff. de re iudi. quia mandatum de iudican-
do intelligitur de prima vice, non de sępius super eodem prin
cipaliter commiss. vt ff. de verbo. signi. l. boue. §. hunc sermone.
Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

Vide in consilio. ccxxxiiij.

CONSILIVM LXXIIII.

In Christi nomine. Verba domini Cini in lectura sua, quã inchoauit super digesto veteri in l. filium &c. Hoc consilium reperies in quinta parte consilio 437. incipiente, Titius habebat seruam, &c.

CONSILIVM LXXV.

1 *Res pupilli an possit vendi ob æs alienum, cum sit maioris valoris, quàm sit æs alienum.*
2 *Concessum ob certam causam eatenus videtur concessum, quatenus causa requirit.*

1 In Christi nomine. † quidam tutor cu
iusdam pupilli ob
æs alienum, quod ascendebat vsque ad quantitatem flore. cen
tum triginta, vendidit quandam domum pupilli sui, de quã
soluebatᶜ fictũ oĩ anno in perpetuũ flo. 12. pro flo. trecẽtis sep
tuagintaquinque: quæ venditio facta fuit cum decreto iudi-
cis: & cum solẽnitatibus debitis. modo vertitur in dubium,
vtrum dicta venditio valeat de iure, eo quia res, siue domus
vendita fuit pro maiori pretio, quam subesset æs alienum.
2 † Ad euidentiam præmittendum est, quod id, quod conceditur
tur ob certam causam, eatenus videtur concessum, quatenus
causa requirit, vt ff. de transact. l. cum hi. §. in causa. C. de sacro
sanct. eccle. Auth. hoc ius porrectum. ff. de exercito. l. l. ucius.
ff. de rebus eorum. l. magis puto. §. idem prætor. ibi dum di-
cit, ne propter modicum æs alienum possessio magna distra-
hatur. propterea si distrahitur id, quod nõ debet distrahi, præ
sumitur mala fides, quia non fit arbitrio boni viri, vt no. Bart.
in l. alia hærede de ali. & ciba. lega. ergo debet rescindi, vt l. 1.
C. si vendi. pign. agatur. Solutio, dicendum est, quod aut erat
alia res, quæ posset vendi vsque ad concurrentem quãtitatem,
vel quali, vel res vendita potuisset commode, & æquo pre-
tio pro parte vendi vsque ad concurrentem quantitatem: &
tunc non tenet decretum tãquàm obreptitium, temerarium,
vel ambitiosum: aut non poterat aliter distrahi, nec erat aliun
de, vnde solueretur: & tunc quia res non poterat propter expe
diri, totum valet, ar. ff. de don. inter virum & vxo. l. si sponsus
sponsę. §. generaliter. & C. de bo. Auth. iudi. poss. l. fin. & cum
hac distinctione soluitur ista quæstio, quæ aliter solui non p
test de iure. Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXVI.

1 *Legata relicta ab instituto an videantur repetita a substituto & contra.*
2 *Hæres non potest donare in præiudicium legatorum.*

In Christi nomine. Factum tale est, dominus Nicolinus
de Riuola decessit condito eius testamento, in quo testamen-
to instituit Gulielmum eius filium insolidum: & in quo testa
mẽto dixit, voluit, & ordinauit, quòd in casu, quo dictus Gu-
lielminus decederet sine hæredibus masculis legitimis, & na-
turalibus, hæreditas eius perueniret in consortium dominę
sanctę Marię maioris pergami, in quo testamẽto multa legata
reliquit: & inter cętera legauit quatuor filiabus domini Gro-
merini de Riuola libras quinquaginta imperialium pro qua-
libet earum dicto casu eueniente, quo dicta hęreditas perue-
niat in dictum consortium. Modo iste Gulielminus decessit
sine hęredibus masculis legitimis & naturalibus, cõdito eius
testamento: in quo testamento instituit duas suas filias legiti-
mas & naturales hęredes & post mortẽ filiarum donauit hãc
hęreditatem prędicto consortio sanctę Marię maioris. Modo
venit

venit. d. Gromerinus tanquàm legitimus procurator, & admi
nistrator filiarum suarum, & petit a prædicto consortio, nun-
quid velit esse hæres Nicolini: & consortium rñdit, qd non,
sed bñ vult hanc hæreditatem peruenire in ipsum consortiũ
vigore donationis ei factæ per Gulielmum. Secundo dictũ d.
Gromerinus petit a filiabus dicti Gul. vt relaxent, & relaxare
debeant possessiones dicti dñi Nicolini: quia obligatæ sunt
illis filiabus d. Gromerini vigore legati eis relicti per dictum
dominum Nicolinum, quæ filiæ Gul. dicunt non debere rela
xare dictas possessiones dicti Nicolini: quia dicta hæreditas
non peruenit in dictum consortium ex testamento dicti do-
mini Nicolini, cũ sit repudiata ex illo capite. Quæritur, quid
1 iuris? Ad euidentiam præmittendum est, q̃ qñ testator † relin
quit fideicommissum vniuersale, & particulare, post ipsum vi
detur fideicommissũ particulare, seu legatum ad onus fidei
commissarij vniuersalis adiectum, vt C. ad treb. l. fi. & ita do-
mum fideicommissarius vniuersalis tenetur, si fideicommis-
sum acceptat, ff. de leg. 1. l. hæc verba. si eum venit ex alio capi
te, puta contractu, non tenetur ex fideicommisso, nec dicitur
facere in fraudem fideicommissi, vt ff. si quis omis. causa te-
sta. l. penul. qua ratione videtur dicendum dicta legata facta
filiabus domini Gromerini non deberi, quasi defecta condi-
tione. nam illa verba, si dicta hæreditas peruenerit in consor-
tium. intelliguntur. s. ex eo testamento: & non aliunde, vt ff.
de vulga. substitu. l. qui liberis. §. hæc verba. In contrarium est
veritas, quia si fideicommissarius vniuersalis repudiat fidei-
commissum vniuersale, remanet hæreditas penès hæredem
cum onere legatorum substituto per fideicommissum apposi
to, vt C. de cadu. tol. §. pro secundo. Poriò illa verba, si hæredi
tas perueniat in consortium, non faciunt conditionem: nam
sicut hæredem instituendo, & grauando, si adierit, ista verba
non faciunt conditionem, quin eo repudiante vadat ad con-
iunctum cum onere: ita in proposito. conditio enim hæc non
est ad substantiam legati appositi sed ad personam grauati. i.
ipsius fideicommissarij vniuersalis. s. vt non teneatur, nisi fi-
deicommissum ad eum peruenerit: hæreditas tamen bene te-
netur, vt ff. de ac. & ob. l. hæreditariarum. Dico ergo, qd qñ lega
ta sunt relicta a fideicommissario vniuersali, illa verba, si fidei
commissum ad eum peruenerit. respiciunt personam fideicõ
missarij, vt ipse non teneatur, nisi peruenerit: tamen nõ respi-
ciunt personam hæredis, cui remanet hæreditas grauata cum
2 suo grauamine, iuxta ea, quæ no. in l. fin. C. ad treb. † Sed con-
tra hoc fortiter obstat: quia licet legata relicta ab instituto vi-
deant repetita a substituto, tñ secus econtra, vt ff. de leg. l. licet
imperator. & l. si fundum per fideicõmissum. §. si pater. & rñ-
deo, qd hic legata relicta simpliciter sunt apta vtrumq; com-
prehendere in onere legatorum. Preterea illa verba, si dicta hę
reditas puenerit. possent exponi. i. si puenire potuerit, vt ff. de
statulibe. l. labeo. i. si casus substitutionis euenerit: quia non
extent filij masculi. & ita puto, quòd fuerit mens testatoris.
Præterea hæres non potuit donare in præiudicium legatorũ,
vt ff. ad l. Fal. l. fundo. & ff. de hære. instit. l. 3. §. quid fideicom-
missariam. vnde hic committeretur fraus per hæredem, &
participaretur per dictum consortium quod est iniquum, &
absurdum, vt ff. de bonis libert. l. liberta octogiuta. & ad hoc
optime facit. ff. de legat. 1. l. si seruus plurium. §. si quis ante.
Quapropter maxime considerata ęquitate, & quia dolus, &
fraus patrocinari non debet, nec titulus contractus in fraudẽ
acquisitus, vt ff. de acquiren. hæredita. l. his qui bonis. & ele-
ganter not. in l. 2. C. de repudian. hęred. dico dicta legata de-
beri, & iuste petita esse. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXVII.

*1 Transactio facta cum principali an prosit fideiussoribus.*
*2 Arbitri possunt reseruare ius iudicandi, & per laudum arbi-*
*tratoris fit nouatio.*

In Christi nomine. Qoidam dominus Galeacius emit a
magistro Franc. de sordis quoddam fictum annuum vij. mo-
diorum frumenti: ad qd fictum soluendum annuatim teneba
tur quidam Lanzelotus apposita pęna, q vbi dictus Lanzelo-
tus non solueret dictum fictum dicto domino Galeacio, di-
ctus magister Franciscus teneretur soluere pro eo: deinde di-
ctus Galeacius permutauit dictum fictum cũ quoddam dño
Andrea, & fratribus de celis: & solemniter cessit eius iura: &
est verum, q dictus Lanzelotus de la Rocha, & eius hędes ces
sauerunt in solutione dicti ficti: postq̃ fuit actũ ad solutionẽ
dicti ficti, & factum compromissum: & fuit condemnatus di
ctus Lanzelotus in certa quantitate pecunię: hoc reseruato,
quod si dicta pecunia non solueretur, remaneret ius pristinæ
obligationis saluum, deinde dictum fictum non fuit solutũ,
nec ante litem contestatam, nec post agit contra fideiussores.
1 Quæritur quid iuris? † & vr, q fideiussores sint liberati ab ob
ligatione pristina, neq; teneant in obligatione noua: quia in
2 ea non intercesserunt. Sciendum est enim, q per laudum † ar-
bitratoris fit nouatio voluntaria, quia est species trãsactionis:
& ideo fideiussores ope exceptionis liberati sunt, vt ff. loca. l.
cum in plures. §. lege dicta. & C. loca. l. cum hermes. Et ideo
cum dicta obligatio modiorum frumenti sit extincta in effe-
ctu, transactio facta cum reo principali prodest fideiussoribus.
adeo qd facto rei non possunt ammodo in obligationem rein
cidere, vt ff. de pac. l. fi. In contrarium est veritas, & præmitto,
quod dicta reseruatio in dicta snia arbitrorum fieri potuit, vt
no. ff. fa. her. l. Item Labeo. in gl. parua. vnde ius veteris obliga
tionis in suo casu conseruat, vt plenè legitur, & no. C. de sent.
& interlo. l. libera quidem Theodora. ad hoc facit l. 2. in prin.
ff. si quis cau. & quod notari consueuit in l. fi. ff. de eo, qd certo
lo. & ideo super dicti ficti præstatione noua snia recte fieri po
tuit, & debuit tam contra principalem, quam contra fideius-
sorem, nec est sula contra sniam, imo scdm reseruationem sen
tentiæ arbitralis. Itẽ contra arbitramentum hñ valet alia snia,
sicut contra transactione, vt ff. de cond. ind. l. elegãter §. si quis
post constat igitur valere, & iuridice latam esse. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXVIII.

*1 Si duo statuta sunt contraria, specialius magis praualet.*
*2 Filius sororis dicitur ex agnatitiam radice.*

1 In Christi nomine. Duo sunt statuta in eadẽ ciuitate. † pri-
mo statuto, quod est positum sub rubrica fratrum, & sororũ
decedentium ab intestato. ita cauetur: statutum, & ordinatũ
est, qd mortuo aliquo, vel aliqua ab intestato, potuerint, vel
nõ potuerint facere testm̃, succedãt fratres, & sorores ipsorũ:
quibus non extantibus succedant filij fratrum, vel sororũ &c.
Secundo statuto, quod est positum sub rub. q mr non succe-
dat filiò decedenti ab intestato extantibus aliquibus de casali
pris, & qualiter agnati in successione ab intestato pferant co-
gnatis, cauet, q mr non succedat &c. & q prędicta disposita
de mre habeant locũ in oibus ascendentibus, & descendenti-
bus, & transuersalibus ex linea materna, accidit casus, quod
quidam decessit relicto filio sororis, & relictis agnatis remo-
tioribus in gradu. Quæritur, an ex ui primi statuti succedat fi
lius sororis, an ex ui secundi statu. succedant agnati excluso fi
lio sororis? & vr qd secundũ statu. debeat præualere, quia vlti-
mum, vt ff. de leg. l. sed & posteriores, cum materia sua. Con-
trarium credo verum, quia primum statu. est spãle, & spãlissi-
mũ in filijs sororis: secundũ aũt statu. est gñale in quibuscũq;
transuersalib. in linea mrna. sed certum est, quod spẽs contra-
ria gñi siue pręcedat genus in eadem dispõne, vel alia, siue se-
quatur, eximitur a genere, & derogat generi, & restringit ge-
nus, vt referatur genus ad illam speciem: cum inter genus, &
speciem est incompassibilitas, siue contrarietas, vt plenè not.
in d. l. sed & posteriores. & C. de lit. contes. Auth. afferatur. &
ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui plores. ff. de verb. ob. l. doli clau
sula. & l. stipulationes cõmodissimũ est ita cõponere. ff. de pę.
l. sanctio legũ. ff. de adim. le. l. alimenta. §. basilicę. & l. stichus.
de vulga. substitu. l. cohęredi. §. qui patrem. & §. qui discretã.
2 † Pręterea filius sororis genitus est ex agnatitia radice, & in
ius agnatorum redactus est, vt est text. notabilis in l. memini-
mus. §. 1. C. de leg. hęre. hinc est, quod ego dicor patruus filij
sororis meę secundum Ioannem: licet alij contra, vt no. C. de
successo. edicto. l. 1. Item filius sororis ingredit gradum soro-

ris, qoia censentur vna, & eadem personam. Est igitur cognatus considerata persona sua: sed cósiderata persona matris: habet ius agnatorum, tñ in istis subtilitatibus iuris ciuilis nó est persistendum, vbi suot statuta contraria iuri communi. sed vt dixi, hic quo ad filium sororis non puto ius commune correctum, immo pum corroboratú ex vi primi statuti. & ista opi. est valde equa, & consentanea iuri cói raoone absurditatis vitandæ, & proprietatis verborum seruandæ. & quia eadem substantia vř matris, & filiæ, vt C. de impu. & alijs substi. l. fin. sed in mente mea remanet dubium, quia primum statutú est fundatum pro maiori parte in iure cói, & ideo in illa parte nó est statutum, sed ius commune, vt not. in ca. 1. de consti. in 6. Sed ius commune prolatú verbis specialibus tollitur per ius monicipale prolatum verbis generalibus, quia statutum venit ad derogationem iuris communis, & ipsum tollit in illo municipio, vt in l. omnes populi. Cum igitur primum statutum de filijs sororum sit ius commune, ergo sublatum videtur per ius municipale. & hoc est bene considerandum, sed potest dici, quod non est ius commune, quia in multis discrepat, vt ff. de iusti. & iu. l. ius ciuile. Considera, vnum statutum est speciale respectu agnatorum &c. aliud respectu filiarum sororis: tñ istud est specialius, quia qoalitas eius paucioribus inest. Item si quilibet agnatus excluderet filiam sororis, frustra statutum disponeret, quod frater consanguineus excluderet. & ideo nullus alius agnatus excludit filiam sororis defuncti, nisi frater defuncti. arg. C. de procu. l. maritus. & ff. so. mat. l. si vero. §. de viro. Ego Baldus.

## CONSILIUM LXXIX.

1 *Fideicommissarius restituta here. cum sit vtilis heres rogantis, non rogati, an agendo tanquam heres rogati agat inepte.*

2 *Libellus multis modis redditur ineptus.*

3 *Pater an possit substituere filia in dote stante statuto, quod vir lucretur dimidiam dotis &c. & an tale statutum extẽdatur ad dotem legatam vltra dotem datam.*

4 *Statutum an possit desalcare fideicom. substit.*

5 *Restitui an debeat integraliter quod recipitur ex pupillari substitutione.*

6 *Legatum factum marito an computetur in lucro, quod debet habere ex forma statuti.*

In Christi nomine. Casus talis est, Zeno veniens ad mortem suum condidit testamentum: & in eo sic disposuit inter cætera. item relinquo filiabus meis Camillæ, Iuliæ, & Isabetæ duo milia septingentos duca. auri: videlicet nongentos pro qualibet pro suo nuptu, seu maritatu: in quibus ipsas, & ipsarú quálibet mihi hæredes instituo &c. volens insuper, quod si qua dictarum filiarú mearú decederent in pupillari ætate, vel postea qñcunque sine filijs legitimis, qood dicta portio sua dictorú nongentorum duca. auri debeat in reliquas superuiuentes æqualiter deuenire, & tunc in eo caso dictas filias meas superuiuentes sibi inuicem hæredes substituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. & idem intelligatur, ẽt si vna solú fuerit superstes. Nunc contingit, q̃ dicta Isabeta decessit in pupillari ætate: & illæ duæ, videlicet Camilla, & Iulia æqualiter successerunt. Deinde Camilla, quæ iam contraxerat matrimonium cum Laurentio sibi dote constituta de bonis, quę habebat ipsa Camilla, quæ fuerunt mille. 351. duca. auri secúdum certam quantitatem duca. & certas petias terræ, & bona immobilia tanquam de don. & rebus ad ipsam peruentis ex vi dicti legati, decessit condito testamento, in quo ipsi Laurẽtio iure legati reliquit. & quia statutum viget in Verona disponens, quod vxore præmortua vir lucretur dimidiá dotis, ipse Laurẽtius vult de bonis quódam dictæ dñæ Camillæ vxoris suæ primo dimidia dotis prædictæ: item omnem quantitaté sibi in testamento relictam. Quæritur modo, qoid iuris, & ité quærit, vtrú 5 legatum imputetur in dicta portione, quá vir debet lucrari ex forma statuti, item quæritur, vtrú id, qood capitur ex substitutione pupillari, veniat ex fideicómisso restituendú integraliter, an nullo modo, vel qualiter: item quæritur, vtrum fideicómissarius vniuersalis agendo tanq̃ hæres rogati, agat inepte? item quæritur, vtrú statutú possit fideicómissariá substitutioné defalcare, seu minuere? & incipio a libello, & vř, q̃ libellus sit aptus. iste vř casus ad literá. ff. de transac. l. qui cum tutoribus in prin. prout ibi intelligitur in substitutione fideicommissaria,
1 in illo verbo, cui hęres extiterat. † contrarium est verum, quia fideicómissarius vniuersalis restituta hæreditate ex trebelliano, vel ex nouis constitutionibus, est vtilis hęres rogantis, non rogati, nam si esset hæres rogati, non pateretor deductioné trebellianicæ, vt ff. de le. 1. l. cum filio hoc maxime apparet, quod fideicommissum est purum, quia etiam viuente rogato habet iura vtilia. ergo non vt hæres rogati, qoia viuens non habet hęredem vt C. de captiuis. l. nec vos. item rogatus restituit hæreditatem vt æs alienum, & tanquam debitor: & non tanquam hæreditatem relinquens, vt C. de. bonis aut. iu. pos. l. 1. item hoc est expressum io l. quæ communiter allegatur. ff. de vulg. subst. l. cohæredi. §. cum filiæ. non obst. l. cum tutoribus. quia secundum verum intellectum loquitur ibi, quando frater fratri extitit hæres ab intestato: non iure fideicommissi paterni, vel si exponas iure fideicommissi, dic a fratre relicti actiue, non a fratre relicti passiue: verbi gratia, quia frater pręmoriẽs instituit quendam hęredem, & rogauit eum de hęreditate restituenda alteri fratri, in qua oon obstat transactio, quia non est conceptus super eo libellus, igitur est ineptus ratione falsę causę: quia non est hęres rogati, prout intentatum est. Procederet autem libellus implicitus, quia intelligitur in eam partem, quę de iure possit subsistere, vt ff. de iudi. l. si quis intentione. & extra de causa pos. & propric. cap. cum super. & cap.
2 cum ecclesia sutrina. † libellus enim redditur ineptus interdum ex parte agentis, vt si patronus ecclesię agit rei vendicatione pro iure patronatus interdum ex parte conuenti, vt si conuenitur rei vendicatione ille, qui non proponitur detinere, vt extra de iudic. cap. examinata. interdum propter totam subiacentem materiam. nam sicut materia debet conuenire mandato, sic causa libello, vt not. ff. de except. doli. l. 2. §. cir-
3 ca. † Modo venio ad ea, quę suot substantialia causę, & primo cum quęritur, vtrum pater possit substituere filiæ io dote, sic distingue, aut loquimur io dote data ioter viuos contracto matrimonio, & dic, vt not. per Dyn. in l. fina. §. filiæ. ff. de leg. 2. & plenius ibi per me. Et iste non est casus noster. aut loquimur in dote legata, tunc sine dubio potest substitui vltra legitimam, & est ratio differentiæ: quia dos data pertinebat ad onus patris inter viuos, dos legata non, quia pater non tenetur legare dotem filię, sed inter uiuos tenetur dotare, si filia contrahit matrimonium, vt l. qui liberos. ff. de rit. nupt. & ff. de action. & obligation. l. obligare. §. lege. & ff. de conditio. & demonstratio. l. titia centum. §. titio genero. & in Auth. de san-
4 ctiss. episco. §. sed hoc pręsenti. col. 9. † sed nunquid hoc casu portio statutaria minuit fideicommissum paternum: & subtiliter allegando uidetur, quod sic: qoia ex quo pater legauit in causam dotis, ergo in tali legato habent locum omnia statuta loqoentia de lucro dotis: quia statutum trahitur ad legatum interpretatione passiua, ut ff. ad l. Falcidiam. l. 1. §. lex falcidia. item ex quo est permissum principale scilicet dotatio, ergo & accessorium scilicet lucrum legis: nam accessorium intelligitur inesse principali, ut ff. de rei uend. l. ex diuerso. In contrarium uidetur. nam sui testator expresse substituit in dote, & tunc potentior est substitutio, quam tacitum lucrum, qđ prouenit ex statuto tanquam ex tacito pacto: quia expressum restringit tacitum, ut ff. de uulg. substi. l. ex facto. §. item quęro. & ita uidetur in casu nostro: secus si substituisset specialiter in dote. ita not. Barto. in dicto §. filię. solutio probabiliter dici potest, quòd maritus lucretur dimidiam dictę dotis non obstante dicta sobstitutione: quia substitutio de restituendo 6 intelligitur de eo, quod restitui potest de iure, & de facto, ut ff. ad tre. l. mulier. §. si hęres. sed hic de iure non potest restitui portio, quam uir debet lucrari in publico, quod hic derogat utilitati priuatę, ut dicit tex. in Auth. res quæ. in fi. C. com. de le. si in corpore exprimit de lucro dotis in fin. & maxime hoc habet locú in eo, qood capit ex substitutione, quod non uenit in fideicommisso, nisi prima portio, ut patet ex his testamentis: ut ff. ad trebell. l. Marcellus. §. quidam libertis. item ex quo

lex

lex disponit de lucro dotis, & patet de dote, quæ est quoddam vniuersale, disposuit, intelligitur de lucro, quod est onus dotis disposuisse: nam in vniuersalibus semper continentur onera, vt in l. 2. ff. de hæred. vel act. vendita. item præsumitur quis velle, quod leges, & consuetudines habeant locum in sua dispositione, vt ff. de edili. edicto. l. quæritur. §. si venditor. & ff. de pactis. l. item quia. quoniam igitur pater consentit in lucro dotis, merito id non venit restituendum tam legis dispositione, quam patris voluntate, & intentione restitutioni aduersantibus. & iura, quæ dicunt de fideicommisso, loquuntur in alio casu, videlicet quando ius fideicommissi non diminuitur ex alia causa, vt C. de inst. & subst. l. generaliter. in princ. & maxime hæc locum habent in portione, quæ contingit ex pupillari, vt ff. ad trebel. l. Marcellus. §. quidam liberis. & l. ita tamen. §. qui inspectam. †Super eo autem de quo quæris, vtrum
5 id, quod recipitur ex pupillari, veniat ex fideicommisso integraliter restituendum: dicendum est, quod sic, ex ordine rogantis, vt not. Barto. ff. ad treb. l. ita tamen. §. qui suspectam. quia tanquam hæres impuberis rogatus est, non ex sua persona. ff. de leg. 1. l. quod fideicommisso. & no. Cy. & ego post eum. C. de inoffi. test. l. ex tribus. Et quod substitutio fuerit pupillaris, patet ex themate, ibi dum dicit, pupillaris &c. Nam ista alternatiua vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum, dant electionem remedij substituto, non grauato, vt ff. ad treb. l. recusare. §. ntius. sed secundum alios pupillaris substitutio non venit in fideicommisso paterno, quia est hæreditas impuberis: nisi quis fuerit coactus adire. & hoc videtur dicere text. in d. §. qui inspectam. sed illud intelligitur, quando fuit rogatus de tanto, non de mm. i. de bonis paternis, & non de pupillaribus. Considerata verba testamenti dicunt, quod dicta portio veniat in fideicommisso: non dicit hæreditas, vt no. ff. ad treb. l. Marcellus. §. quidam liberis. Item considerata, quòd pro modo personarum honestati congruo tam pactum, quam statutum de lucrando posset rescindere fideicommissum, vt dixi in Auth. res, quæ. C. commu. de leg. Super eo autem, quo quæritur,
6 † vtrum legatum imputetur in lucrum statuti, non me caliendo, sed remitto ad ea, quę no. ff. so. mat. l. si cum dotem. §. si pater. & C. vnde vir, & vxor, Authen. pręterea. & communis opinio est, quod imputetur, nisi verba testamenti aliud sonent, ne plures causæ lucratiuæ simul concurrant. ego de hoc disputaui in dicta Auth. præterea. nam dominus Fed. de senis tenuit, quòd non sit relictum animo compensandi, nisi hoc sit dictum expresse, quia lucrum dotis non est merum lucrum, vt not. in l. si donaturus. §. fin. ff. de condi. ob causam. non obst. Ant. præterea. quia ibi non loquitur in lucrum dotis, sed aliorum bonorum. Item non obst. §. si pater. quia ibi loquitur, quando pater legauit, cuius bona lex non intendit duplici grauamine onerare: hic non legat pater, sed vxor: & si videtur legatum animo compensandi, esset quodammodo debitorem legare creditori inutiliter. aduerte, quia ista quęstio cessat hic, quia fuit expresse dictum, quòd fieret compensatio. Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXX.

1 *Testes duo deponentes de vera numeratione plenè, & de duobus affirmantibus, magis creditur, quam negantibus; & deponens negationem sensus, si non deponit & negatiuam actus, non probat.*

1 In Christi nomine. †Duo soli testes, qui debent se interfuisse numerationi factę plene faciunt fidem, ita dicit glo. or. in Authe. si quis vult caute depo. in penul. glo. & ideo non est eundum per ambages. & licet tertius dicat se non vidisse numerari, nihil ad rombum: quia deponit negationem sensus, non negatiuam actus: quia dicit se non vidisse, non autem dicit, quod
2 non potuerit numerari, cum ipse viderit, vt not. ff. de itine. actuque priua. l. 1. §. 1. Item quia affirmantibus magis creditur, vt not. ff. de ar. diem. l. si plures. non obstat text. in d. Authen. si quis. quia ibi loquitur, quando scriptura non est firmata per testes probantes veram numerationem, vt ibi patet in glo. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXI.

1 *Legitimatio non valet tacita qualitate spurietatis. & institutio facta in talem legitimatum non valet.*

In Christi nomine. Quidã Simoninus de ianua adhesit cuidam Catherinę de gente Tarratica olim eius seruę absolutę a vinculo matrimonij: ipse tamen erat coniugatus: ex qua suscepit plures filios: deinde per rescriptum Comitis Palatini impetrauit eorum legitimationem non facta mentione spurietatis:
8 quia non dixit, quod essent nati ex coniugato. †Queritur, an valeat legitimatio? Respondeo non, quia non fuit expressus defectus, qui saltem debet exprimi in genere: non enim idem est genus naturalium, & spuriorum: licet diuersum in substãtia, & qualitate: ergo legitimatio fuit obreptitia. sed si fuisset expressum, quod esset spurius: valeret legitimatio, licet non esset expressa qualitas specificata spurietatis. nã diuersis modis quis est spurius sufficit exprimere spurietatem in genere, quia omnium particularium sub isto genere comprehensorum est eadem radix, & ratio, licet diuersis appellationibus nuncupentur: puta spurius, & manzer, tamen habent caudas inuicem colligatas. dicendum est ergo dictam legitimationem non tenere. & ita consuluit Old. quia legitimatio est dispensatio quędam, quę nõ valet suppresso defectu, vt in c. 1. de filijs presbyterorum. lib. 6. Item scias, quod filius non potest legitimari: quia vbi deficit substantia, non inuenitur qualitas: & ideo non valet institutio facta de eo, vt C. de fideicom. l. eam quam. & ibi plenissime notaui de hac materia. Item vbi non est substantia, nec potest esse qualitas, vt ff. si cert. peta. l. eius qui. Illud etiam est sciendum, quod clausula, non obstante non auget gratiam: sed roborat intentionem in ea, vt est text. in c. 1. de pręben. in cle. & est ratio: quia ita est obreptitis impetratio clausularum, nõ obstantium sicut ipsum principale: & qui scit defectum, non debet eum tacere: nec supplantare principem concedentem,
2 vt extra de rescriptis. C. super literis. ff. de in ius vocan. l. sed si hac. §. patronum. & hęc vera sunt de iure: quanquam putem, quòd simplices homines nominando aliquem naturalem, vel bastardum credãt generaliter loqui de omni legitimitate, sed non facit ad rombum: quia non loquitur homo simplex, sed literatus. s. Comes sacri palatij. & error iuris non prodest spurio, nec debet pręiudicare legitimis hæredibus: & præcipue cum spurij tractent de lucro captando cum iniuria legitimorum, quibus naturali æquitate debetur successio, vt C. de codici. l. fina. §. vltim. & C. de impo. lucra. descri. l. 1. lib. 10. & l. fin. C. qui testa. face. pos. & C. de impu. & alijs substi. l. humanitatis. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXII.

1 *Deputatum in testamento, vel contractu pro remedio animæ testatoris contrahentis, vel tertio an possit conuerti in alios vsus autoritate principis, vel papæ: & an posito quod sic, prius sint inquirendæ personę certæ, antequam pauperibus erogetur. & nu. 2.*
3 *Et an facta sint expedimenta per generale edictum.*
4 *Hæredes vsurarij an debeant interesse distributioni, & solutioni: & ad quem pertineat, quod fiat restitutio vsurarum.*
5 *Super vsuris põt inquiri sicut super furto. et infra. cõsi. seq. n. 1.*

Adde etiam de materia consilium sequens.

In Christi nomine. Factũ proponitur, quod quidam noĩe Michael asmarius fuit cõfessus se habuisse in guarda, & in cõmẽda a Thoma asmario fratre suo flo. sex centũ: quã pecuniã promisit soluere ipsi Thomæ, vel eius hæredibus cõuertẽdo, vel erogando dictus Thomas, vel eius hæredes dictam pecuniam in continenti ea habita, & recepta. s. reliquos flor. sexcentum de pecunia, quam dictus Thomas habuit, & habere debet penes se solummodo in restitutione vsurarum, & male ablatorum Gabrielis ipsius fratris quondam in remedium animę ipsius Gabrielis, & non in alios vsus: quia sic conuenerunt, & voluerunt prædicti Thomas, & Michael per pactum expressum

solenni stipulatione vallatum. postea decessit dictus Tho-
mas. Modo quaeritur, nunquid illa pecunia possit conuer-
ti, & erogari in alios vsus, quàm in restitutione vsurarum,
& male ablatorum: puta pro dotandis filiabus de authorita-
1 te summi pontificis. † Et ad euidentiam praemittendum est,
q illud, quod est deputatū pro remedio animae testatoris cō-
trahentis, vel tertij, in alios vsus authoritate principis conuer
ti non debet: quia loquendo de rationabili potentia nō potest
apostolicus, vel Imperator rescindere testamentū, vel contra-
ctū, vel aliam piā dispositionē de testamento est expressum iu
re ciuili, in l. si testm̄. C. de testa. de contractu est expressum iu
re ciuili. C. de resc. ven. l. ratas ad hoc. ff. de vsufr. leg. l. legatū.
de iu. cano. est expressum, quod non debet permutari ad aliū
vsum, si pōt conuerti ad vsum destinatum, in c. quia contin-
git. de religiosis domibus. in cle. ex hoc sequitur talis cōclu-
sio, primo quia quatenus imminet restituendum rōne vsura-
rum, propterea non potest hoc conuerti in alium vsum, vt C.
de preci. impe. off. l. rescripta. quia talis permutatio, siue alte-
ratio voluntatis est naturali rationi, & aequitati contraria, por
rò vsuris satisfactis, si quid superest erogandum ratione incer
torum, & male ablatorum, cum talia debeat distribui inter
pauperes, vt extra de iudęis. c. cum sit. & propterea pater pau
perū est legitimus administrator omnium pauperum totius
mundi: si vellet haec dare diuitibus, non posset de iure, nec
per hoc impediretur de iure executio contractus. si antē sunt
indigentes, & maxime propter dotē, bene potest, siue sint con
sanguinei, siue alij, vt singulariter legitur, & no. C. de sac. san.
eccl. l. illud. super verbo, ad similem. in prin. & facit quod le-
gi. & no. per Bar. in l. legatum. ff. de admi. rerū ad ciui. perti.
l. cum hi §. si in annos. ff. de transac. & ff. de cond. inde. l. cum
his in ratione sui. Et hoc de primo puncto, in quo etiam con
sidero, q pmutatio vsus fuit expresse prohibita, quod est mul
tum ponderandum in Auth. de alie. & emph. §. sanctissimas.
2 †Secundo quęritur, praesupposito q Papa hoc posset saltem
de potentia absoluta, vtrum primo sint inquirendae personae
certae, antequam pauperibus erogetur, vel in aliam piam cau
sam? Et dicendum est, q ista discussio debet fieri: quia vsurę
sunt verè, & propriè aes alienum, quod debet solui ante om-
nia, vt C. de bo. auth. iu. pos. l. 1. & iō absq; dubio vsurę prius
soluēdae sunt, facta discussione, qui vsuras prius recipere de-
beant. Item certum prius debet poni in executionem, quā in-
certum, vt C. de iu. deli. l. fi. §. si praefatam. Itē patet hoc ex or-
dine scripturae: quia scriptura praemittit restitutionem vsu-
rarum, & postponit restitutionem malè ablatorum incerto-
rum, & ordo rationabilis scripturae obseruandus est, vt ff. de
vsufru. l. quotiens. & specialis prouidentia praefertur genera-
li, vt ff. de leg. 2. l. cum ita legamr. §. in fideicommisso. & ideo
non sit diuisio voluntaris. s. vt media pars quantitatis sit ad re
stitutionem vsurarum, & alia dimidia in malè ablatis incer.
quia copula denotat ordinem, non simultatem ad id, qd dixi
de discussione. optime facit. l. cum quidam. de lega. 2. cum l.
3 seq. †Expedientur autem haec per generale edictum: quia nō
est certa, & determinata persona, quae possit citari, iusta regu
lam Inn. in c. humilis. de maio. & obe. Interim autem pecunia
debet deponi in loco tuto, ita quod possit erogari secundum
formam pacti, vel vltimae voluntatis. proinde nullum com-
modum debet sperare depositarius: quia est nudus minister,
4 vt ff. de au. & arg. leg. l. medico. §. fi. †Tertio quaeritur, vtrum
haeredes vsurarij debeant interesse distributioni, & solutioni?
Respondeo, quilibet debet esse praesens, vel requisitus ad istā
distributionem, cuius interest: ita quod contractus obserue-
tur, vt leg. & no. in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plusquam per l.
fal. & per Iac. de Are. ff. de leg. 1. l. quidam testamento. §. si scri
ptus. hoc etiam ad officium dioecesani pertinet, siue vbi testa
tor ortus est, siue vbi domicilium habuit, vt C. de epis. & cle.
l. nulli. siue vbi vsuras extorsit, quia ratione delicti ipse, & hae
res eius factus est de foro iure canonico, vt extra de sepulc. c.
5 parrochiano. †Illud est notandum, quòd super istis potest
ciuiliter inquiri: & etiam in detestationem criminis vsura-
rum, & male extortorum: quia haec aequiparantur furto se-
cundum legem diuinam. hoc elegāter tenet Inn. extra de iu-
reiur. c. ad nostram. Ego Baldus.

### *CONSILIVM LXXXIII.*

1 *Vsurarius, qui sponte deposuit pecunias pro satisfaciēdo eis,*
*a quibus extorserat, nō potest amplius reuocare depositum,*
*sed ex illis pecuniis debet satisfieri ipsis, a quibus extorserat*
*vsuras: & hoc ad arbitrium episcopi. & nu. 2.*
3 *Protestationes, quę pro anima fiunt, non recipiunt moram*
*temporis.*
4 *Haeredes vsurarij debent interesse distributioni vsurarum.*

Adde consilium praecedens.

1 In Christi nomine. †In primis viden-
dum est, an dictus
deponens possit poenitere dictae pactionis repetendo deposi
tum, & non restituendo vsuras, nec male ablatam: & videtur
q sic: quia ex tali pacto nullum ius acquiritur soluētibus vsu
ras, & multominus personis incertis quo ad clausulam male
ablatorum. nam neq; publica persona, neque priuata fuit pro
eis stipulata: & sic ipsis absentibus nulla actio quaeritur, vt in
c. quāquam. de vsuris. lib. 6. & per Inno. in c. dudum. de con-
uer. coniug. & per glo. ordi. C. de sac. san. eccl. Illud. ff. de act.
& obli. l. consensu. ff de contrahen. emp. l. 1. in fi. Item deposi
tarij peculiariter non intererat sic pacisci: vnde ipsi deposi-
tario nullum ius quaeritur, vt insti. de inuti. stipula. §. si quis
alij. Item in deposito locū habet poenitentia, vt no. ff. de con
di. ob causam. l. si pecuniam in contrarium videtur, q ex pa-
cto facto interponentem, & depositarium quaeritur etiā ab-
senti actio, vt ff. depositi. l. publia. in prin. Praesertim vbi agi-
tur de salute animae, vt no. 1. q. 7. c. Quotiens cordis oculus.
Praeterea in vsuris, & malè extortis potest procedi per inquisi
tionem ēt ciuiliter, vt eleganter not. Inn. extra de iureiur. c. ad
nostram. el 2. cum igitur hic constet per confessionem publi-
ce factam de vsuraria, & extorsoria prauitate, ad episcopū p-
tinet facere executionem, vt extra de iudęis. c. cum sit. & haec
2 est ipsa veritas: & fauore, animae est speciale. † Ad secundum
punctum respondetur, q dictae pecuniae debent arbitrio epi-
scopi restitui his, a quibus sunt extortae, si apparent: si autem
non apparent, arbitrio episcopi erogari pauperibus, quorum
ipse est pater, & legitimus administrator, vt C. de epis. & cler.
l. id quod pauperibus. & l. si quis ad declinandam. & extra de
testamen. capi. cum tibi. & d. capit. cum sit. Ad tertium pun-
3 ctum respondetur, † q compellendi sunt soluere, quia hodie
constat, hodie soluatur: nam hae praestationes, quae pro anima
fiunt, non recipiunt moram temporis, vt no. Cy. C de iu. deli.
l. fi. §. donec. sed si episcopus vult facere dilationem, pōt exige
re fideiussoriam cautionē: quia arbitrij sui est liberalitati suae
legē imponere, ad hoc. ff. sol. ma. l. si constante. § quotiens. &
quia praetoria dilatio est, vt ff. de iud. l. si debitori. & ff. de prae
torijs stip. l. praetoria. nisi episcopus esset contentus iuratoria
4 cautione, vt ff. de iud. l. 2. §. si dubitetur. † Super quarto arti-
culo dicendum est, q sic quia tua interest, vt no. Ia. de Are. in
l. quidam testamento. §. si scriptus. de leg. 1. Ego Baldus.
Vide infrà in consi. 89.

### *CONSILIVM LXXXIIII.*

1 *Diuisio facta de rebus subiacētibus fideicommisso per laudum*
*cum pacto de non contraueniendo dicta diuisioni, eueniente*
*conditione an impediat petitionem fideicommissi.*
2 *Longa, & tenax populi memoria pro veritate habetur.*

In Christi nomine. Res prohibitę alie-
nari extra masculi-
nam prolem in perpetuum finaliter deuenerunt in duos, qui
inter se diuiserunt: etiam per laudum fuit facta diuisio, &
promissum non venire contra, iure, vel de facto: postea vnus
ex eis decessit sine filijs masculis, & mariti filiarū hęredibus
1 institutis. † Quaeritur, vtrum superstes possit vendicare. Rñ-
deo, si fuit renunciatum fideicommisso, non potest vendicare
secus si non fuit renunciatū tacite, vel expressè, vt C. de fideic.
l. quotiens. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. & l. cum pater. §. liber-
tus. primo enim casu nullus extat reuocare volens, secun-
do

do sic, vt ff.de leg. 3.§.quindecim.& quia diuisio fuit facta p
compromissum, non intelligitur facta de fideicõmisso condi
tionali, de quo non poterat esse iudicium, nec strepitus iudi-
cij, vel arbitrij: licèt pactũ expressum possit fieri, vt C.de pac.
l. conditionis incertum. ff.de iudicijs.l.nõ quemadmodum.
Item quia verba dicunt, se nihil contra diuisionem facturos,
constat dicto fideicommisso existẽte conditione locum fore,
vt ff.de verbo. obli.l.qui Romæ.§. duo fratres. & ff. de pac.l.
tres fratres. ff. de trans.l. qui cum tutoribus. in princ. nec est
opus hic lõgum texere sermonem, quia esset vnum magnum
commentum: sed ista est veritas: probari tamen debet, ꝙ res,
quæ vendicatur, fuerit in bonis testatoris: quod probatur in
facto antiquissimo per longissimam vocem, & famam, vt no.
ff.de neg. gest.l.aqui.nam.§.cum me absente. & C.de rei ven-
2 dicatio. † nam longa, & tenax populi, seu rei publicæ memo-
ria pro veritate habetur, vt l. 2. in prin. ff.de aqua plu.ar.& ff.
de proba.l.si arbiter. & extra de verb.sign.c.quid per nouale.
& de acqui.hære.l. cum quidam.§.fi.& l.quod si dubitet sic.
& vehemens opinio habetur pro veritate, vt not.eo. titu.l.si
is, ad quem. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXV.

1 *Fideicommissum ad pias causas an excludatur per eum, qui non ingreditur ecclesiam profitendo, vel titulum ecclesiæ assumendo, & bona ecclesiæ incorporando, sed simpliciter legando.*

2 *Falcidia, quæ deducatur de relictis ecclesiæ.*

3 *Substitutio fideicommissa. facta filio ad pias causas, vel ad ecclesi. sub conditio. si decesserit sine filijs, non excluditur per ingressum, vel accessum, nec assumptionem sacri ordinis.*

4 *Filius de restituendo grauatus an possit testari in trebellianica, & legitima.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum ille, qui non ingre-
ditur ecclesiam profitendo, uel titulum ecclesiæ assumendo,
& bona ecclesiæ incorporando, sed simpliciter legando, ex-
cludat fideicomissum ad pias causas? & dicendum est, quod
non deficit fideicommissum, ut not. in Auth. de sanctis. epis.
§.sed hoc præsenti. & extra de proba. c.in præsentia. C.de sa-
2 crosanc.eccl. Auth. ingressi. & autentica si qua mulier. † Se-
cundo quæritur, quæ falcidia deducatur de relictis ecclesijs?
Respondeo, legitima tantum debita filijs iure naturæ, quæ
detrahitur tanquam æs alienum. Trebellianica autem non
detrahitur quia non est æs alienum. C.de episcop. & cleri. l. Si
quis ad declinandam. ubi hoc plenissime examinaui, licèt Ar
chidia. dicat contrarium in cap. si pater. extra de testa. & ma-
3 le secundum Barto. & omnes Bald. † Ad euidentiam præmit
te, quod substitutio fideicommissaria facta filio ad pias cau-
sas, uel ecclesiæ sub conditione, si decesserit sine filijs, non
excluditur per ingressum, uel accessum religionis, nec per
assumptionẽ sacri ordinis, ut in Auth. de sanc. epis. §.sed hoc
præsenti. in fi. Item si grauatus non transit ad monasteriũ, uel
ecclesiam, sed donat, uel relinquit ei bona, non expirat fideicõ
missum quibuscunq; relictum: quia nemo potest facere relin
quendo, & non ingrediendo, nec se, & sua offerendo, qđ eccle
sia habeatur locũ filij, & hæredis de se nati, ut no. in d.§.& C.
de sac. san. eccl. Aut. ingressi. & extra de pro. c. in præsentia. ex
hoc sequitur, quod fratres substituti fratri, qui decessit sine li
beris, & bona relinquit oratorio, uel ecclesiæ possunt petere fi
deicõmissum ex testõ paterno: quĩ decessit sine liberis ueris,
uel fictis, uel ęquipollentibus: & substõ est fideicõmissa. ut C.
de insti. & substi. l. generaliter. in princ. & C. de impu. & alijs
substi. l. pręcipus. & extra de test. c. Ray. & c. Raynaldus. in an
4 tiqua. & c. si pater. li. 6. & hoc de primo puncto. † Sed uiden-
dum est, an dictus filius de restituendo rogatus potuerit testa
ri: & dicẽdum est, ꝙ de legitima potuit testari, tanquã de pro
prio patrimonio: nam eã habet beneficio legis, non beneficio
patris, ut ff.de ado. l. si arrogator. §. sed an impuberi. & in aut.
de hære. & fal. §. si quis autem nõ implens in l. cohæredi. §. cũ
filiæ. ff. de uulg. substi. Item de trebellianica secundum cõem
opinionem canonizatam in dictis capitulis, quia fideicõmis-
sum erat conditionale, vt C. ad l. Fal. l. quãquam. & C. ad tre. l.
iubemus. licèt enim si principalis testator fideicommissi reli-
quisset ecclesiæ, non detraheretur trebellianica: tamen secus
si hæres reliquit, quia non potuit plures iure suo relinquere,
vnde sicut ipse detrahere non poterat trebellianicam, ita nec
hæres eius, & ista est veritas. Ego Bald.

Vides supra in consilio 55.

CONSILIVM LXXXVI.

1 *Filia, cui legatum est per patrem, quod possit venire ad habitandum, in domo, an possit venire propria autoritate, & eligere quam domum velit. nu. 2.*

In Christi nomine. Testator disposuit, ꝙ si aliqua ex filia-
bus vidua remaneret, ꝙ habeat regressum, & possit venire ad
1 standum in domo ipsius testatoris cũ hæredibus suis. † Quæri
tur, vtrum possit hoc facere propria autoritate? rñdeo, ꝙ sic.
quia verba executiua diriguntur sibi, tex. est, & gl. or. inducen
2 do eam bene in l. titia cum testõ. §. 1. ff. de legat. 2. † Secundo
quæritur, vtrum possit sibi eligere domum, quã voluerit pro
sua habitatione? respondeo non: sed intelligitur de domo, in
qua testator familiariter habitabat, vt ff. de cond. & demonst.
l. quæ conditio. §. fi. & ff. ad munici. l. eius. §. fi. & l. 2. C. vbi se-
na. vel cla. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXVII.

1 *Patruus cum nepte cohabitans, & emens, an præsumatur emere ex pecunijs pupillæ: & an ipsi nepti pupillæ acquirat.*

In Christi nomine. Patruus emit bona quædam noie cõi,
quædã proprio, quædã simpliciter: quæ hęres neptis petit sibi
cõicari: q̃ in neptis pp ætatẽ, & lucri qualitatem, & statum di-
1 spositionẽ socia esse non poterat. Quæritur, quid iuris. † Et du
bium facit, quia pręsumitur emptũ de pecunia pupillę, seu de
cõibus redditibus bonorum, quatenus redditus patiunt, sem
per tñ deductis expensis factis tam in rebus, quam in persona
pupillæ, vt ff. de negn. ge. l. nesennius. Sol. si aliud non cõstat,
pro patruo iudicandum est in rebus proprio noie emptis, vel
simpliciter, vt C. de arb. tu. l. defunctus. ff. de prob. l. si pactũ.
ff. de pact. l. tale pactum. §. fi. ff. de sol. l. & magis. Et est expres-
sum. ff. de adm. tu. l. titium, & meuium. §. alteri porro ea, quæ
sunt ẽmpta cõi noĩe, sed non de cõi pecunia, veniunt p actio-
nem neg. ge. cõi: ſda restituto pretio pro ea parte, vt ff. de neg.
gest. l. si pupilli. §. sed si ego. Illud etiam est certum, ꝙ dotes, &
fructus dotium non debent esse communes, quia onera matri
monij sunt, vt ff. fam. hęrcis. l. si maritus. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 *Præpositus ad aliquam mercantiam liberans debitores integre, an intelligatur eos liberasse pro eo, quod ipsi soli debebatur, an etiam pro cõi, quod ratione officij liberare poterat.*

2 *Ex duobus stipulatoribus, & stipulantibus quis sit potior, & quis præferri debeat.*

In Christi nomine. Ex infelicitate fati mercator fallit⁹ me
ruit quosdam ex creditoribus super bonis suis fieri capita cre
ditorum cum pleno mandato, qui postea refutationem fece-
1 runt in certo nomine capitum, vtrum & etiam proprio. † Quæ
ritur, vtrum intelligãtur liberationes fecisse tam de eo, quam
eis proprio nomine debetur, quam de eo, quod nomine offi-
cij gerere poterant: & allegatur, ꝙ de eo, qđ nomine proprio
tantum, ar. ff. de ver. obl. l. si ita stip. §. gri. sed istud falsum est,
quia verba dicunt, integre absoluerunt, est enim integrũ, cui
nulla pars deest, vt no. in l. si quando C. de bo. va. lib. tu. item
quia quod equum est in propria persona, debet esse equum in
alijs creditoribus, & econuerso, vt ff. de pac. l. cum in eo. item
considera verba Cy. ff. de pac. l. si vnus. §. fi. quæ sunt hęc, quid
si sub vtroque noie stipulet, dñi quidã referre, ꝙ proponat, p l.
si seruus cõis. ff. de sti. ser. quod no. J. eo. l. tale peccatũ. §. fi. Tu.

a dic,† q valebit attēto noie illo tm̄,sub quo res valere pōt,ar. ℨ.
de re.du.l.quo non ob.illa distinctio,quia tūc refert, q nomē
pręponatur,cum vtroque pōt valere:vnde in dubio ad nomē
præmissum recurrimus.& per hæc distinguitur,q nomē præ
fertur secundum Pe.& Gul.de Cu.de quo dic, vt ℨ.eo.ti.l.ta-
le.in fi.Cy.ex his co..cludit, quod vtroque nomine videns li-
beratione fecisse,vt l.2.ff.de stı.ser.& est gl.or.ff.de pro.l.qui
cūque tōe super verbo procurator.vbi gl.dicit, procuratorio
noie.& facit.ff.de ist.l.lu.& in l.1.C.de pręc.imp.of.& iō idē
qd consul.est per veñ.sociū meum.d.Ia.de ls.dico,& consulo
Ego Bal.Summatur per seipsum ponendo quæsita omnia con
tenta in hoc consilio.vide etiam supra cons.84.

## CONSILIVM LXXXIX.

1 *Dominus,vel possessor nemo præsumitur, vbicunque hoc asse-*
*rat.& dominij proba.est difficilis.*
2 *Possessio nimis antiqua quomodo probetur.*
3 *Hæres an possit dicere testatorem mentitum.*
4 *Possidere a seipso an quis præsumatur, an ex titulo præcedēti.*
5 *Fama antiquata habet vim notorij.et an per famam probetur*
*verum dominium,vel posses.*
6 *An hæres,qui habet titulum a defuncto, & possessionem a se,*
*præsumitur a defuncto vtrunque habuisse.*
7 *Testator non potest rei hæredis transferre dominium, nisi hæ-*
*res legatario pos.tradat.*
8 *Testator non potest prohibere alienationē rei hæredis: & qua*
*re tunc teneatur hæres.*
9 *Renuntiare fideicommissa quando quis dicatur, & an possit.*
10 *Renuntiatio patris an noceat filio.*

In Christi nomine. Do.tho.ās ma. anti-
quitus suū cōdidit
testm̄,in quo inter alia disposuit,q castrū cameræ semp pma-
neret,& pueniret in masculos de progenie sua, prout fuerint
gradu proximiores exclusis filiabus,& per fęmineā lineam de
scendet. mortuo testatore hęres suus possedit illud castrū: &
tandē peruenit ad Thomā,& Michaelē fratres,qui fuerunt de
progenie illius antiqui testatoris: qui quidē fratres de dicto
castro venerūt ad diuisionē adiecta clausula,q vnaquaq; pars
partē sibi adiudicatā haberet,& teneret,& de ea faceret, quic
quid vellet: promittētes sibi adinuicē illā diuisionē obserua-
re,& nullo tpe ℨfacere &c.postea decessit d.Tho. superstitib⁹
duabus filiabus assertis hæredibus. mō dictus Michael insoli
dū tenet dictū castrū.Filiæ vero illud volūt petere pro medie-
tate, & fundāt intentionē suā, q pater ipsarū illud tenuit pro
medietate quā possessionē iustificāt per snias arbitramētales,
& diuisiones inter ipsos,& alios pr̨edecessores latas,& factas.
opponitur ℨ eas,q non debent admitti obstante dicto testamē
to.replicatur pro parte filiarum, q non constat illud castrum
fuisse illius antiqui testatoris: q que remissum est illud in di-
cto testō dispositum per diuisiones ex post subsecutas,etiam si
constaret illud castrum fuisse illius antiqui testatoris.duplica
tur pro parte Michaelis, q saltem probatur hæredē ipsius te-
statoris dictum castrū tenuisse. vnde hoc primo quęritur,num
quid præsumatur tenuisse tanqnā hæres,& tanquā rē, de qua
fit mentio in testō.Secundo quærit, nunquid si fuit ipsius hæ
redis per dictum castrū:prohibitio,de qua fit mentio in testō,
sibi locum vendicet ℨ filias:maxime cum ipsi fratres median
tibus prædecessoribus eorū fuerint hæredes dicti antiqui te-
statoris.Tertio quæritur, nunquid sufficiat probare per vocē,
& famam,q illud castrum fuerit dicti antiqui testatoris:& an
istud coadiuuetur, seu comprobetur per sniam arbitramenta-
lem latam inter ipsos fratres ex vna parte,& hæredes manuel-
asmatij ex alia.Vltimo nunquid per illas diuisiones dicatur re-
nuntiatum prohibitiue dispositioni illius antiqui testatoris,
& si dicto Michaeli præiudicaretur, an præiudicium generet
filijs ipsius Michaelis,visis, & inspectis verbis testamenti ibi,
dum dicit, quia voluntas eius testatoris est, q dictum castrū
super sit hęredum suorum,dum vixerit:& postea filiorum ip
sorum masculorum, & aliorum masculorum per masculinā
1 lineam descendentium &c.†Ad euidentiam præmittendum
est, q nemo præsumitur dñs,vel possessor,licet in testō,cōtra-
ctu vel iudicio hoc asserat,nisi probet: & probatio quidē pos
sessionis recētis facile est: sed illius, quæ vitā hoīem excessit,
difficile ē: probatio vero dñij semp est difficilis, vt plene leg.
& no.C.de prob.l.cum res.& ff.de proba.l.si arbiter.& rō est,
quia dñium in iure cōsistit,vt not.ex.de prob.c.cum causam.
primo aūt probatur per verum hois actum,vt no.d.Dyn.in l.
2 1.in fi.& l.2.de aqua plu.ar.†verum tñ qñ possessio est nimia
antiqua,testes non pñt probare verum actū hois.s.illius, quē
non viderunt,nec cognouerunt: quia in probāda possessione
visus memoria,& actus requiritur,sicut in quolibet alio facto
probādo.ff.de fur.l.quidam tabularum.& C.de te.l.testium.
non ergo sufficit ad probandum dñium,vel possessionem so-
lum instrumentum testamenti.vt extra de fi.inst.c.inter dile-
3 ctos.§.fi.†Sed tñ vnum est aduertendum, q si testator in testa
mento disposuit tanquam de re propria,hæres, qui adiuit hæ
reditatem,non pōt dicere testatorem fuisse mentitum, si testa
tor super dicta assertione fundauit aliquam intentionem, vt
singulariter no.in d.l.cum res ad quod facit ff.de pi.ac. l.rem
alienam.in fi.nisi forte hæres fecisset inuentarium, & de hoc
constaret: nam tunc assertio defuncti non nocet hæredi,si for
te res erat hæredis,vt plene le.& no.C.de rei ven.l.cum a ma-
tre.& C.de iu.deli.l.fi.§.in computatione. Item est ad euiden
4 tiam præmittendum,† q licet ille,qui non habet titulum,pr̨e
sumatur possidere pro possessore,& a seipso,nō ab alio, vt ple
ne le.& no.ff.de pe.hęr.l.regulariter & C.de pe.hęr.l.cogi.tñ
vbi p̄cedit titulus & sequitur possessio, & ille titulus est pos-
sessori notus, præsumitur possidere ex ti.præced.siue sit tit.ex
contractu,siue ex vltima voluntate,vt C.de acqu.pos.l.minus
instructus.& merito, quia potius præsumitur possidere bona
fide,quam tanquam prædo,ar.ff.pro soc.l.merito. idem est,si
præcedit pos.& sequitur titulus in specie.i.in re possessa,vt ff.
5 de rei ven.l.quædam mulier.†Tertio pręmittendum est, q li-
cet fama non probet verum dñium, nec veram possessionē ex
propria virtute famæ;qa aliud est dici,aliud est esse, & aliud
est opinio,aliud est veritas: nam veritas semper in eodem sta-
tu permanet,opinio autem non, vt no.ff.de dam.infect.l.qui
bona.§.si quis stipulaturus. tñ fama multum antiquata, & q
transcendit sensum hominum viuentium,facit notorium, &
probat in vim notorij. ista est glo.ordi.ff.de neg.gest.l.at quæ
nam.§.cum me absente.ad hoc optime facit quod no. Archi.
2.q.7.c.beati.& ad hoc optime facit,quod not.Inno.extra de
iura.cal.c.cum causam.porrò ex tribus euidētialibus sequit,
quòd dictus antiquus testator præsumitur fuisse possessor, &
dominus:& maxime quia vt dictum est, hæres nō potest hoc
negare,cum factum defuncti reputetur factum hęredis:& qa
6 antiquissima fama hoc sonat.& etiā noua ratione,†quia si hæ
res habuisset titulum a defuncto,& possessionē a se,præsumi-
tur a defuncto vtrunque habuisse,vt ff.de don.causa mort.l.si
alienam.& l.qui alienam.licet sit ar.contra.ff.de pet.hær.l.itē
veniunt.§.quod si pro emptore.& ff.de condi. inde.l.indebiti
§.sed si nummi. ad hoc etiam facit snia arbitramentalis lata
inter ipsos fratres,& hęredes dicti Manuelis, quę pręsumitur
vera inter ipsos compromittentes, & hęredes eorum, vt not;
ff.de arbitris.l.non distinguemus. §.1.& no.Dyn.in c.q quis
mandato.de reg.iur.lib.6.& clarius in suis consilijs,in consi-
lio,quod incipit,Tholomęus.& ad hoc optime facit. l.si duo
patroni.in princ.ff.de iureiur.cum glo.sua,& per hoc satisfa-
ctum est primo puncto:& quod masculi, donec veniunt,po-
7 tiores sunt fœminis in dicto castro. † Ad euidentiam secundi
puncti pręmittēdū est, q testator non potest rei hęredis trans
ferre dominium, licet hęres adeundo hęreditatem cōsentiat,
nisi hęres legatario possessionem tradat, vt ff.de lega.1.l.si hę
redi seruus.& ff.de serui.l.Papinia.licet glo.singularis dicat,
quòd imo transit dominium adita hęreditate, vt not.in l.2.
C.communia de le.sicut si testator legasset de voluntate hęre
dis.Casus vnicus in iure.ff.quib.mo.pign.vel hyp.soluitur.l.
sicut §.vendimtis.& tangitur per Bar.in l.cum quis decedēs.
in prin.ff.de lega.3.tamen veritas est,vt dixi, q non potest te-
stator ipso iure trāsferre dñium in re hęredis:& est ratio,quia
in aditione hęreditatis cōtrahitur,& per contractū, vel quasi
non transit dominium ipso iure,vt l.si ager.ff.de rei venditio.
8 †Et ex hoc sequitur, q licet testator prohibeat alienationem
rei

sei hæredis alienari, tamen non potest, vt C. de condi. ob causam. l. ea lege. & ff. de pactis. l. penul. tamen tenetur actione ex testamento illis, ad quos testator voluit rē peruenire. Itē tenet hypothecaria, ut l. 1. & 2. C. cōia de le. ualuit. n. testm̄, nisi error induxisset testatorē ad legandum, aliàs nō legaturū: quod in dubio non præsumitur, vt ff. de lega. l. unum ex familia. l. si rem. §. cum filius. & §. heres meus. & plene no. ff. de lega. 1. l. si domus. §. de euictione. daretur etiam tertētio possessori, an deberet fieri restitutio in casu alienationis, vt ff. ad treb. l. filiā fratribus. & per hoc satisfactum est secundo pūcto. ad tertiū pun
9 ctum iam rn̄sum est. † Circa quartū punctum est sciendum, q differentia est inter diuidere, & q partes sibi inuicem dent licentiam alienandi pro libito voluntatis scientes onus fideicōmissum euertere. primo caso non inducitur renunciatio fidei commissi, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. hæreditate. secundo casu licèt non inducatur renunciatio, tn̄ ratione pacti licitum est, quod alias non liceret. ita intelligitur, quod not. Dyn. in §. duo fratres. durat igitur fideicōmissum ipso iure, sed non eius effectus, quia non ob. exceptio, in dubio autem nemo præsumitur renunciare tali spei, quæ non erat posita in ordine naturali, sed in aduersa fortuna liberi hominis, quam ꝫhēres inspicere non debuerunt, vt ff. de verbo. obliga. l. inter stipulātem.
10 §. sacram. & quod no. ff. de cond. & demō. † l. moriana. & hoc quo ad quartum punctum. † Circa vltimum punctum dicendum est, q renunciatio patris nō nocet filio in his, quę filius consequitur ex propria persona, vt l. 3. ff. de interdi. & relega. sicut dicimus in materia feudorum, licèt tamen non noceat renunciatio, posset nocere obligatio, si filius est hęres patris: quia teneretur ex obligatione paterna, vt C. de pac. l. conditionis incertum. Ego Baldus.

CONSILIVM XC.

1 *Arbitri electi per formam statutariam an dicātur iudices delegati, vel ordinarij: & quam potestatem habeant.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum arbitri, & arbitratores, qui eliguntur ex forma statuti a partibus, & habent potestatem diffiniendi, & decidendi, sint iudices ordinarij, vel delegati? Respondeo, aut quæris de veritate, & neutri sont, sed ꝑ se sonant: aut de similitudine, & tunc quia habent potestatem immediate a lege, videntur ordinarij, vt ff. de iu. om. iu. l. more maiorum. sed contrarium videtur dicendum, quia nō sunt iudices ad vniuersitatem cāsū deputati, sed solum ad vnā causam. s. compromissum. Item quia non præsunt territorio, cui inest iurisditio, vt C. vbi, & apud quos. l. fi. Item quia non exequuntur suam sententiam, vt C. de epi. aud. l. episcopale. item quia ordinarius compellit partes ad compromittendum: & si appellaretur ab eis, appellaretur tanquam a delegato, vel quasi, vt C. de iu. l. cum specialis. inspecta tamen veritate, vt dixi, non sunt proprie iudices, sed quidam boni viri. hoc tenet Specu. sed Iaco. de Are. dicit, q sunt veri arbitri. ff. de so. l. quod si forte. §. 1. & idem in tertio, qui eligitur ab eis, vel a iudice, vbi ipsi nolent eligere: discordię eorū finis est electio tertij. nec ante functi essent officio suo, q eligant tertium, & iudicēt cum ipso, nisi tempus compromissi esset elapsum, quia talis temporis nulla est reparatio, vt ff. loca. l. si in lege. in prin. Ego Bal.

CONSILIVM XCI.

1 *Executores testamenti ad distribuendum bona in pauperes an possint eligere filium spurium ipsius testatoris pro paupere, & ei dare bona aliqua, quæ fuerunt ipsius testatoris.*

1 In Christi nomine. † Vnde q electio facta de dicto Anton. spurio tenuerit: nam de ęquitate iuris canonici pater poterat ei relinquere alimenta, vt extra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adol. c. cum haberet. ergo potest executor testamenti paterni, quia quod facit executor, ipse testator nominatim fecisse, videtur, vt ff. de re. dub. l. vtrum. §. cum quid. Præterea dicta do. Soprana potuit ex propria liberalitate dicto spurio dare, donare, & distribuere, quia prohibitio legis non vendicat sibi locum, nisi inter ascendentes, & descendentes, vt ff. de vul. subst. l. si is, qui. & no. in Aut. quib. mo. nat. ef. sui. §. fi. co. 7. nec præsumitur hoc fecisse aliquo tacito fideicōmisso de restituendo non capaci, quia tacitum, & iuri ꝫtrium fideicommis. de restituendo non capaci non pręsumitur iniūctum, nisi probetur, vt ff. de leg. 1. l. Lucius. §. in testamēto. ff. de iure fis. l. non intelligitur. §. tacite. ff. de prob. l. cum taciti. & l. qui testamentum. & hoc consuluit Bar. q vxor hęres instituta a vita potest largitatem exercere, ergo spurium testatoris de his, quę libere pertinent ad vxorem, quia nullo iure prohibetur, ergo permittitur. vt ff. de pro. l. ab ea parte. Pręterea causa alimentorum est pia, & ideo vr̄, q recte potuerit distribui ꝓ aia testatoris, vt ff. de tran. s. l. cum hi. §. si cui. nō. n. capit vt spurius, sed vt quilibet, vt ff. de ado. l. si pater. §. qui duos. ex quo sequitur, q dictus spurius dicta bona potuerit obligare: & sic creditor possit agere hypothecaria. Pręterea ad hoc facit autoritas episcopi: nam episcopus nō prohibetur spurio distribuere, nec vlla lege hoc cauetur. Pręterea prohibitio alienationis in ꝫcto non impedit hypothecam, vel alienationem, quin valeat, vt plene leg. & not. C. de condi. ob causam. l. ea lege. ff. de verb. oblig. l. si ita quis. §. ea l. ex quibus vr̄ concludendum ex parte creditoris. in contrarium est ipsa veritas, pro cuius intelligentia pręmittendum est, q rogatus restituere post mortem suam non potest ante mortem restituere in pręiudicium illorum aliorum, qui post mortem sunt honorari, vt plene leg. & no. C. de fideicommis. l. post mortem. & ff. de lega 2. l. cum pater. §. a filia. Item q bona quæ subiacent restitutioni post mortem hęredis, non possunt interim ab hęrede alienari, quin existente condictione fideicommissi ipso iure alienatio reddatur irrita, vt C. com. de leg. l. fi. §. si autem ob auaritię cupidinem. quia ergo superssunt pauperes, qui habent ius reuocandi in eorum præiudicium, alias restitutio fieri non potuit, & extincto iure obligatoris extinguitur hypothecaria creditoris, vt ff. de pig. l. lex vectigal. nec dicat aliquis, q pauperes sint incerte ꝑsonę: quia cōgregatio pauperum loco personę fungitur, vt C. de epi. & cle. l. nulli. Item ipse episcopus habetur loco personæ, vt in c. contingit. de relig. do. in clē. & ideo consilium eximiorum doctorum Pet. & Ang. de Vbal. de Peru. est ipsa veritas, vt no. Bar. ff. de leg. l. filius. §. diui. & Cyn. & But. & omnes in dic. l. post mortem. non obst. autoritas episcopi: quia autoritas est accessoria, & finitur finito principali. Itē episcopus prohibuit alienationem: & cōtra decretum iudicis alienatio, vel hypothecatio facta non valuit, vt ff. de contrah. emp. l. sequis sciens. Illud est etiam ponderandum, q dictus spurius decessit uiuente dicta domina: vnde non potuit morte domine qđ factum fuerat, confirmari: quia non erat in rerum natura persona, in qua posset confirmari ipse actus. & nihil factum tempore incongruo confirmatur tempore congruo, nec tractu tēporis conualescere potest, ut ff. de leg. 2. l. unum ex familia. §. & in regula non firmatur. & C. de don. inter vi. & vxo. l. a marito. & l. non omnis. ff. si cer. pe. Itē consideranda sunt illa verba, ꝓ alimentis. quę in spurio sunt loco finalis causæ, quia spurius non est aliàs capax ex dispositione paterna: & ideo finita causa finali finitur effectus, licèt secus esset, si dicta verba adijcerent capaci, ut no. ff. de trās. l. cū his. §. si cui. porrò nec filius alimētarij succedit in alimētis, quia personalia sunt. Ego Bal.

CONSILIVM XCII.

1 *Sententia an possit retractari prætextu instrumentorum de nouo repertorum: & tempus petendæ restitutionis in integrum durat per quadriennium a tempore latæ sententiæ.*
2 *Solutum per sententiam an possit repeti.*
3 *Sententia lata ex nimio breui tempore an sit ipso iure nulla, & possit appellari.*

In Christi nomine. Quædam sententia fuit lata sub ista forma. & quia vidimus iuramētum in litem, idem de calumnia, & de veritate, & in defectum probationum inquantum non fuisset plene probatum, sed semiplene in dicta causa, ideo pronunciamus eum usurarium, & condemnamus &c. quę sententia fuit lata iam sunt sex anni, & vltra. modo reperiūtur instrumenta.

menta, per quę apparet, ꝙ dicta condemnatio non fuit iusta, quia fuit facta post generalem, & plenissimam quietationem ex causa solutionis emanatam, vt in instrumēto apparet. Queritur, vtrum dicta sententia possit retractari. Secundo quæritur, vtrum si non possit retractari, possit solutum prius repeti vigore dicti instrumenti quietationis. Tertio quæritur, vtrum dicta sententia lata ex nimis breui termino sit ipso iure nulla:

1 † Et videtur quo ad primum punctum, quod dicta sententia valuerit, & retractari, non possit: quia prætextu nouorum instrumentorum sententia non retractatur, vt C. de iudi. l. sub prętextu. alias incipit sub specie. contrarium est verum, quia quando duo concurrunt. s. quòd sententia fertur ex iuramento delato in defectum probationum, quod iuramentum postea apparet falsum per instra postea de nouo reperta, talis sententia rescinditur per restitutionem in integ. vt. ff. de iureiu. l. admonendi. dicet aliquis, hic est lapsum tempus petendæ restitutionis in integrum, quia est lapsum tempus quadriennij a die, qua sciuit sententiam latam, vt C. de temp. in inte. restit. l. superuacuam. sed hoc non ob. quia imo incipit currere solū a die, quo instrumenta sunt de nouo reperta, quia istud tempus est vtile quo ad principium, & non incipit currere ignorāti, ex quo pendet substantia restitutionis in integrum, vt plenę no. in d. l. superuacuam. Item ignorans non poterat restitutionem petere, quia nec allegare poterat, quòd ignorabat: ergo vtile tempus non incipit currere, quia non est tale tempus, in quo non requiratur scientia, sicut est aliquando. ff. de infantibus genero. & hoc probatur. ff. de excusa. tut. l. quinquaginta. & ff. quis ordo in bo. pos. seruetur. l. a. §. dies. & hæc est veritas, si instrumenta sunt de nouo reperta; quæ allegatio tanquā per allegata per ignorantiam facit, probatur per iuramentum, nisi probetur ɔ̄rium. ff. de prob. l. verius. & in regula iuris prę-

2 sumitur ignorantia. & hoc de primo puncto. † Super secundo autem puncto videtur, quod non posset repeti, si est solutio per sententiam, vt ff. man. l. fideiussor. §. in omnibus. & C. do condi. inde. l. 1. sed contrarium est verum, quia prima solutio redit ad non causam: & hic glo. or. determinat expresse. ff. de condi. inde. l. Iulianus. in 1. glo. plus dico, quod si nondum esset solutum per sententiam, posset opponi compensatio, vt ff. de compensa. l. si cum militi. §. cum intra. quia est liquidum p instrumentum refutationis, & confessionis, licèt generalis, vt

3 ff. de solu. l. si ex pluribus. & ff. de pac. l. emptor. §. Lucius. † Super tertio puncto non insisto, quia est casus extra de dilatio. c. 1. nam nisi si tanta arctatio temporis, quæ inducit impossibilitatem, valet dilatio, licèt posset appellari nimia breuitate termini; sed hic non fuit appellatum. Ego Baldus.

### CONSILIUM CXIII.

1 *Ius denunciandi an transeat ad successores.*

2 *Successoribus an ita credatur, sicut credebatur principalibus.*

3 *Denunciatio facta coram vicario stante statuto, quòd nunciationes debeant fieri coram domino potestate, an valeat.*

In Christi nomine. In quodam contractu venditionis fructuū, & prouentuū quorundā molendinorum cauetur, si quo tēpore aqua cessaret fluere ꝓp defectū clusæ busæ betalis, vel aliqua alia ratione, quod ab illo tpe, quo cessauerit, vsquequo currere inceperit, & labi, aliquod tēpus dictæ emptionis non currat dictis emptoribꝰ: super qua cessatione credatur dictis emptoribꝰ, & cuilibet eorū si denūciauerint dño potestati, & ancianis: & denūcia fuit posita in archiuo, quæ denūcia sic facta ꝓ vera habeat, nisi oppositū fuerit legitimę probatū: demum dicti emptores vendiderūt titio dictum ius eorum, qui titius aduenięte casu denunciauit vicario ptātis, & ancianis. Quæritur de tribus; primo an ius denunciandi transeat ad emptorem emptoris: secundo an credatur emptori emptoris? Tertio quia denunciatio non fuit facta potestati, sed eius vicario,

1 verū valeat? † Circa primū punctū verba Ia. de Aret. in l. si sic. ff. de legi. l. hic sunt. No. quod actio, quæ competit alicui ratione contractus, transit in quemlibet successorem ēt singularē: vt hic, & infra de verb. ob. l. si stipulatus fuerit. & l. fi. §. 1. sed pone, ꝙ quędam villa promisit titio purgare quendam riuum ad arbitrium ipsius titij, qui mihi riuum uendidit: quero, an teneantur meo arbitrio purgare? vr, ꝙ non. ff. loca. l. si merces. in prin. & s̄. de procu. l. si is, qui stichum. & per hoc. infra. de verb. obl. l. si stipulatus sim. Nec obs. quod istæ leges loquuntur in vniuersali successore: quia idem est in singulari, arg. supra de iureiu. l. ēt si in rem. de dam. inf. l. fluminum. §. adijcit. Item non ob. leges allegatę: quia loquuntur, quando quis est electus ut minister. sed hoc factum est obtentu rei: & idē quādo quis promisit restituere damna arbitrio meo, & ego alij cessi iura: alij debent hoc concedēdum ex personis ex causis pro hoc infra. de actio. & obl. l. fi. Iac. de Are. ex his apparet, quod pactum de denunciando transit ad singularem successorem.

2 † sed dubium est, an debeat credi: & vr, quod non, quia est electa fides certę personę ad hoc. ff. de dote pręle. l. theopōpus. & C. de rebus credi. l. generaliter. in prin. sed contrarium vr verius: quia istud non est commissum personæ ratione personæ, sed ratione cōtractus. unde sufficit, si persona est equę idonea, quod præsumitur in dubio, vt no. ff. de procu. l. si actor malit.

3 & hoc de secundo puncto. † Circa tertium punctum non est dubitandum, quia illud, quod fit coram vicario, vr fieri corā ipso præside, vt C. de offi. eius, qui vicem alterius gerit. l. suggerente. & idem est tribunal, ut in c. a. de consuetudine. lib. 6. nec est fienda differentia in nomine officialis, sed in qualitate officij, vt l. a. §. pe. ff. ad tertu. & secundum prædicta debet intelligi consilium aliàs per me latum. Ego Baldus.

### CONSILIUM XCIIII.

1 *Maritus an possit peterę alimenta dotis non soluta.*

1 In Christi nomine. † Vtrum maritus, qui supportat onera matrimonij, possit petere alimenta dotis non solutę in termino conuentionali, vel legali. Quidam dicunt, quod non, quia actio de dote est stricti iuris: nisi qn̄ competit mulieri, & ideo similes accessiones non ueniunt nisi a tpe litis contestatæ; & ista opi. ponitur in glo. so. mat. l. de diuisione. sed ibi ēt tangitur cōtraria opinio: nam cum vir sustinet onera matrimonij, implet ɔ̄ctu ex parte sua: ergo & ibi æqua lance debet impleri saltem recompēsando sibi onera matrimonij, ar. C. de ac. emp. l. curabit, quia nō est ęquum, ꝙ mulier locupletetur cum aliena iactura: sicut econtra si nō sustineret onera matrimonij, nō debet habere fructus, ut l. pater. ff. de ex. do. & vr casus, quod post biennium quilibet extraneus teneatur. C. de iu. do. l. fina. præterea quia biennium succedit loco litis contestatæ secundum dominum Ray. de forli. & ibi lex taxat, tamen non credit, quod illi taxationi hodie sit locus: sed quod alimenta debeant præstari iuxta morem regionis, vel iuxta correspondentiam onerum matrimonij eatenus, quatenus est soluēdum de dote, & sic proportionaliter: & hanc opi. tenet Ia. de Raue. & Pe. in d. l. de diuisione. & est opinio multum ęqua, qn̄ petitur ut interesse, ar. ff. de in litem iuran. l. numis. & ideo concludo, ꝙ iuxta mensurā arbitrij boni uiri consideratis oneribus matrimonij, & quantitate dotis, & his, quæ in regione frequentātur, dictū interesse, quod alimēta uocamus, proculdubio peti possit: uā si restitutione dotis non facta ueniunt alimenta, quia soluto matrimonio dos cēsetur proprium patrimonium mulieris, vt no. C. de rei vxo. ac. l. unica. §. exactio. in glo. magna. Ita econuerso stante matrimonio dos est proprium patrimonium viri, & ideo viro debentur alimenta eius. i. unde se, & vxorem, & liberos alat, ut C. de iure do. l. vbi adhuc. versi. ita tamen. ff. de uentre in pos. mitten. l. curator. & extra de vsuris. l. salubriter. ff. fa. hercifcun. l. si matris. Ego Baldus.

### CONSILIUM XCV.

1 *Confessus crimen in se non debet interrogari de aliorum conscientia, fallit in certis casibus, sed an talis confessio faciat indicium.*

2 *Credentes virtute demonium aliquid boni posse fieri sunt haeretici, & apostata.*

3 *Dicens quod deus non est deus, est princeps haereticorum.*

4 *Inquisito cui sit danda capitula, & dicta testium.*

5 *Indi-*

5 *Indicia, vel infamia debent præcedere tormenta.*
6 *Sufficientia quæ sint indicia ad torturam.*
7 *Cui confessioni erit standum, an factis in tormentis. vel extra, vel factis in iudicio, vel extra.*

1 In Christi nomine. Regula iuris ē, † q in se confessus cri-
men non debet interrogari de aliorum conscientia. nec mirū,
quia est infamis facinorosus, & vilis persona, & suspecta. un-
de ei non creditur, ut C. de accu. l. fi. tamē hoc debet intelligi,
quod non creditur quantum ad probationē plenam, vel semi
plenam, sed bene interrogatur quantum ad inquisitionem, ut
ff. de pœnis. l. quis ultimo. in fi. secundum Old. & facit indiciū
quantum ad inquirendum, non quantum ad condemnatio-
nem, nec quantum ad coadiuuādum alias probationes. fallit
in criminibus exceptio. ut in crimine hæresis: quia illud est
crimen læsæ maiestatis diuinæ, ut in Auth. Gazaros. C. de hæ
reti. Item fallit, si quis imputentur de arte magica, & malefi-
ca, ut no. in d. l. fi. C. de accu. C. de male. & mathema. l. fi. nam
ibi pēsata qualitate personę, quę diffamatur potest procedi ad
torturam præcedēte infamia, uel alia probabili coniectura de
facinore eius, qui torquetur: credo autem hoc committi arbi
trio iudicis pensatis indicijs, & coniecturis uero proximis, ut
ff. de quæstionibus. l. 1. §. cū quis latrones. & extra de si. c. per
tuas. el grande. §. nos vero. & not. spe. de inquisitione. §. 1. uer.
& scias, quod ubi verba. Ioan. de Are. ff. de edil. edic. l. quod si
nolit. §. qui mancipia. præsumitur quis bonus, uel malus pp
partem. Item ex conuersatione, Item ex magistro, quem quis
habet bonum, uel malum. 2. q. 7. c. peruenit ad nos. 28. q. 1. c.
sępe. de edili. edic. l. ediles etiam. §. pedius. ubi gl. Accur. alle-
gat illud uerbum sapientis, ambula cum bonis: mores. n. a cō
iuncto formantur, ut C. de cohartalibus. li. 12. l. si cohartalis.
& facit ff. de re mili. l. non omnes. §. a Barbaris. & de præsum.
c. literas. per hoc patet, q Episcopus, qui habet istum clericū
uehementer suspectum præcedente infamia, potest ipsum tor
quere, & ab eo eruere ueritatem, ut tam pestiferis hominibus
2 prouincia purgetur, ut ff. de offi. præ. l. congruit. † illud certe
non est ambiguum, quod illi, qui credunt in uirtute demonū
aliquid boni, posse fieri, sunt hæretici, & apostatæ. 26. q. ulti.
3 c. non obseruetur. † Item non est dubium, quod ille, qui dicit,
quod deus non est deus, est princeps hęreticorum. C. de sum.
Tri. l. epistola inter claras. & in psalmo dixit, insipiens non est
deus. & in simbolo. Credo in vnū Deum. & in simbolo Atha-
nasij, quicunq; vult saluus esse. & de hoc nulla est dubitatio.
4 † Porro si quęratur, vtrum inquisito debeant dari capitula, &
dicta testium, dicendum est, q sic. d. c. per tuas. & c. licèt heli.
de si. & c. qualiter, & qn̄. el. 2. §. debet. de accusa. & de accu. c.
qualiter, & quando. & no. per Bar. in l. fi. ff. de quęstio. in pe. q.
nisi hoc fiat per subterfugia, & contrafacti notorietatē, & pu-
blice intersit potius ad pœnam procedere, quàm differre. &
5 C. de ferijs. l. prouinciarum. aliàs incipit, prouides. † Illud certū
est, quod indicia, vel infamia debent præcedere torturam, vt
ff. de quæstionibus. l. maritus. tn̄ vt dixi in isto crimine quan-
tum ad torturam facit indicium confessio alterius cohęretici
in eodē facto hæresis. aliàs si nihil operaretur dicta confessio,
frustra fieret interrogatio. dici ergo potest, quod episcopus, si
opinio infamati est grauata, potuit eum subijcere tormentis,
6 nisi se purget. facit quod not. extra de iudi. c. at si clerici. † do-
minus Bar. in l. vl. de quæstionibus. dicit, pone quod cōtra ali
quē procedatur de crimine, & sunt indicia sufficientia ad tor
turam, doctores communiter tenet, & bene, quod de hoc non
potest dari certa doctrina, sed relinquitur arbitrio iudicis. di-
co autem, q episcopus potuit arbitrari, quia confessio sponte
facta ex conuersatione simul coniuncta faciunt indicia suffi-
cientia ad torturam, si conscientia episcopi hoc dictat. multū
autem mouetur animus iudicantis ex conuersatione assidua,
& cohabitatione cum hæretico, quia conuersantes inuicem
præsumuntur scire conditionem, & gesta, vt ff. loc. l. dominus
horreorum. & C. de repu. l. consensu. §. super. & extra de tel. c.
7 veniens. † Aliud dubium propter contrarietatē responsi, quæ
inducit suspitionē, vt in c. ut nostrum. ut ecclesiastica benefi-
cia. quia primo interrogatus hæreticus negauit, de secūdario
fuit confessus. dicunt doctores, quod contra alium magis sta-
tur confessioni factæ in tormentis, quam spontaneæ: sed con-
tra se magis statur spontaneæ: ut ff. de quæstionibus. l. 1. §. cō-
ni. & ibi per Bar. sed quandoq; statur factæ in tormentis adhi
bitis, ubi iura præcipiunt ueniri tormenta, dummodo perse-
ueretur in iudicio, nō in carcere, quia reuocatio confessionis,
quæ fit in carcere, nihil operatur, quia fit extra iudicium, nō
in iudicio, ut C. de custo. reo. l. 2. econtra etiam perseueran-
tia debet in iudicio fieri, ita practicatur, & hoc tenet Barto.
in l. 1. §. diuus. ff. de quæstionibus. Ego Baldus.

*CONSILIUM XCVI.*

1 *Stante statuta &c. vt hic in prin. an respondens non congrue seu dubie dicatur congrue respondisse.*
2 *Si domina promittat habere ratum, quicquid procurator legi time fecerit, non valet mandatum.*
3 *Iuramentum est indiuiduum, & ideo non potest pro parte approbari, & pro parte non.*
4 *Stante statu. quod lis sit contestanda saluis omnibus exceptionibus tēpore disputationis, ne per hoc differatur processus, si opposita sit excep. impediēs processum, et hoc nō obstante fuerunt testes recepti &c. an tales testes valeāt in alio iudicio.*

In Christi nomine. Decreto cauetur, q post publicationē
testium ille, qui eos producit, interrogatus, an velit vti dictis
testiū: & si responderit, q sic, & si testes deposuissent falsum,
intelligatur scienter eos produxisse. & si infra terminum per
iudicem statuendum non responderit, intelligatur non velle
vti. Modo interrogatus rn̄dit hoc modo, q vult vti in illis paf
sibus, & punctis tendentibus in eius fauorem: nec aliter decla
1 rat se. † Modo quęritur, an intelligatur congrue rn̄disse, an ve
ro habeatur pro non respondente: & vr̄ mihi, q non congrue
respondeat, qui obscure respōdet, quia per suam responsionē
non redditur certus iudex, vel aduersarius, nam adhuc sub di
2 sputatione fori res est. † Vxor ar. eius, quod dicimus de procu
ratore, q si dn̄s promittat habere ratum, quicquid procu. legi
time fecerit, non valet mandatum, vt no. in c. 1. de procurato
3 ribus. in clemen. † Item dictum testis fundatur in iuramēto,
quod est vnicum indiuiduum secundum Oldra. & ideo non
potest pro parte approbari, & pro parte reprobari. ar. ff. de pro
cura. l. in causę. 60. dist. c. si ad scriptas. & per Bar. ff. de libera.
leg. l. Aurelius. §. idem quæsijt. Tertia ratio est, quia responsio
non consonat interrogationi, vt ff. de verbo. obliga. l. 1. §. cum
adijcitur. debuit. o. super toto rn̄dere. nam hæc interrogatio
hoc sapit, vtrum velit vti iuramento test. quia depositio fun-
datur in iuramēto, & interrogatus super dispositione, vr̄ prin
cipaliter interrogatus super iuramento, quod est indiuisibile,
vt s. dixi. paria ergo sunt perperam respōdere, vt ff. de interro-
ga. ac. l. de etate. §. nihil. & ff. de iure fisci. l. ita fidei. & ff. de in
4 iuri. l. prætor edixit. † Sequens quæstio est, statuto cauetur, qd
lis sit contestanda saluis omnibus exceptionibus tempore di
sputationis: nec p hoc differatur processus. Modo fuit appo-
sita exceptio impediens processum: hoc non obstante fuerūt
testes recepti, & publicati: deinde fuit pronunciatū exceptio-
nem obstare. Quæritur, an dictæ attestationes valeant in alio
iudicio: rn̄deo, non, quia videntur receptæ lite legitime non
contestata: probo tali ratione, quia reseruare exceptiones non
est aliud, nisi reseruare effectū ipsarum. l. si fideiussor. in prin.
ff. qui satisda. cogan. sed effectus, & propria natura ipsarum
erat impedire contestationem litis: vnde ex post facto apparet
q lis non debuit contestari: & per consequēs q testes non fue
runt rite recepti, quia contestatio non rite facta pro nulla habe
tur, vt C. de litis contestatione. Auth. offeratur. Item quia ista
exceptio impedit iudicium de sui natura: & de facili reuerti-
tur ad suam naturam, quia si non tenet iudicium, non tenent
attestationis, quæ sunt pars iudicij, vt not. Inno. extra de testi.
c. cum causam. nam protestatio videtur repetita in quolibet
acto, & reseruatio vim habet protestationis: alias certe non es
sent exceptiones saluæ, si perderent debitum vigorem, quod
est contra uerba statuti. Et ita sentio de dictis dubijs salua sub
stantia ueritatis. Ego Baldus.

.CON-

## CONSILIVM XCVII.

1 *Quæsitum per vnum ex fratribus an sit communicandum.*

In Christi nomine. Quidam Ioánes de
diano de Ianua aquę-
siuit aliqua bona, non de pecunia communi, ut apparet, sed
simpliciter: licèt esset sibi factum quoddam instrm a matre tu
trice aliorũ fratrum, q dictus Ioan. nil exportabat de bonis pa
ternis, & cõibus: licèt postea p bienniũ habuerit pecunias cu
iusdam molendini vẽditi, tñ semper proprio noĩe negociatus
1 est: quæritur, an quæsita teneatur fratribus cõicare? † Circa q
est dicendũ, q dictæ res emptæ a dicto Io. per eũ quæsitæ sunt
dicti Ioã. nec sunt fratribus cõicandæ, vel sororibus pluribus
rõnibus, primo quia vnusquisq; intelligitur velle acquirere si
bi, & hæredi suo, non fratri, tex. est ad literã. ff. de pac. l. tale pa
ctum. §. fi. Idem probatur. ff. de prob. l. si pactũ. & ff. de ver. ob.
l. si ita stipulatus. §. grisogonus. Secunda ratio, quia inter istos
nulla erat societas certa: ergo vnusquisq; sibi negociatur, &
nõ fratri, vel sorori, vt ff. pro socio. l. cũ duobus. §. papinianus.
alias incipit. l. si fratres. & C. cõia vtri. iudi. l. si patruus. & C.
de decur. l. licèt indiuisa. lib. 10. Tertia ratio est lex prudenter
allegata. ff. de admi. tu. l. titium, & meuiũ. §. altero. Quarta rõ,
qa eadẽ est ratio, & natura ɔtrorũ. vnde sicut si venderet, nõ
nocet fratribus, ita si emit, vel q̃siuit, alteri nõ prodest: id pro-
batur. C. de furtis. l. manifestissimi. §. cũ in secunda. Quinta rõ
est, quia qd ex industria q̃ritur, soli q̃renti quæritur, vt ff. ad l.
Fal. l. si hæres. ex qbus apparet, q dictus Ioã. quia negociũ sibi
gessit, sibi soli quæsiuit: & alij cõicare non debet. Ego Baldus.

## CONSILIVM XCVIII.

1 *Statutum, quo cauetur, q assasinus dicatur, qui precio, vel pro missione accepta aliquem interfecerit, similiter qui precio dato, vel promisso fecerit aliquem interfici, quomodo intelligatur, & qualiter interpretetur.*
2 *Precium refertur proprie ad pecuniam numeratam.*
3 *Dare significat translationem dominij.*
4 *Promissum quomodo intelligatur.*
5 *Dictio, vel. sapit naturam coniunctiuæ.*
6 *Confitenti in se non creditur in alium.*
7 *Mandatum ad delictum non præsumitur, nisi probetur.*

In Christi nomine. Beton⁹ de couo ha-
bitator terræ de ca-
dagnano, districtus Brixiæ, consul cõis, & hominũ dictæ terrę
de cadagnano ad excusationẽ sui, & dicti sui cõis notificauit,
& denunciauit ad eius aures, & notitiã peruenisse, quod dum
quidã tempesta fuisset ad curtiuũ habitationis cuiusdam beti
ni, vt diceret eidẽ, q deberet vacuare, & expedire ipsum cur-
tiuũ ipsi tempestæ: & in ipsis Mattheus de Verona corporalis
adrigi de homis vinciguerra filius naturalis do. Ioannis, & Ia-
copinus filius naturalis do. Iacobini. Ecce dictus betinus cũ
vna furca, quã tenebat in manibus, percussit, & vulnerauit di
ctum tẽpestam in personam ipsius tempestæ vno vulnere trã-
seunte de vna parte ad aliã in pectore a parte sinistra, & prędi-
cti alij tot vulneribus, q dictus tempesta statim mortuus est,
specificando vulnerantes, & vulnera &c. Qui Iacobus de Iseo
in effectu deposuit super dicto homicidio, adijciens de duo-
bus equis transmissis &c. prout in actis continetur. postea ve-
ro eodẽ die deposuit, qualiter aldriginus de homis vocauit ip
sum Iacobinũ: & sibi secrete dixit, q deberet esse cum dictis
vinciguerra, & Mattheo ad dictum locũ in dicto curtiuo, &
q ipse deberet facere, & cõmittere cũ prædictis vinciguerra,
& Mattheo illud factum, quod cõmittere volebant: q̃m ipse
aldriginus mitteret obuiã vnum equum pro ipso Iacopino,
sicut mitteret pro p̃dictis vinciguerra, & Mattheo: & postea
adimpleto dicto negocio attenderet, & daret eidẽ Iacobo ea,
quæ promisit, & dare volebat prædictis vinciguerræ, & Mat-
theo. dato isto ordine secutũ est factum &c. Cauetur autẽ lege
municipali, q si quis assassinauerit, vel assassinari fecerit ali-
quem, trahatur per caudam equi vsq; ad furcas: & ibi suspen
datur, taliter q moriatur assassinus, & esse intelligatur, qui pre-
cio, vel promissione accepta aliquem iter fecerit, similiter as-
sassinus sit, & intelligatur, qui precio dato, vel promisso fece-
1 rit aliquem interfici. † Modo quæritur, dato, sed non cõcesso,
imo penitus negato in facto, q ipse aldriginus de homis præ-
dicta perpetrauerit, & fecerit: vtrum assassinus debeat iudica
ri, necne, & vr, q sic, nam verba dicunt, q ipse aldriginus mit
teret obuiam vnum equũ pro ipso Iacobo, sicut mitteret pro
ipsis vinciguerra, & Mattheo: pro quibus constat eum ẽt mi-
sisse: ergo pro isto homicidio perpetrãdo fuit aliquid promis-
sum, imo & executum, quia missi fuerunt equi, vt ff. de calum
niatori. l. qui nẽ. Item fuit promissum, q daret ita eidem Iaco
bo ea, quæ promiserat, & dare volebat prædictis vinciguerræ,
& Mattheo. & sic promissum fuit dare, & ex cõiunctione ver-
borũ vr apparere, q fuit promissum dari, & fieri: ergo assassi-
nus debet merito iudicari, vt in c. 1. de homicidio. lib. 6. in ɔ-
rium est ipsa patens veritas pluribus rationibus. primo qa cũ
non conueniunt verba legis, nec lex, vt ff. sol. ma. l. si vero. §. de
viro. sed verba statuti non conueniunt, nec pertinẽt ad casum
nostrum: ergo cessat statutum & capio principaliter tria ver-
2 ba. † Nam statutum debet, precium, istud proprie, & stricte re
fertur ad pecuniam numeratã, vt in l. fi. C. de prædijs curialiũ.
lib. 10. verba istius statuti dicunt assumi proprijssime, & stri-
ctissime: quia istud statutum est pœnalissimum, & odiosissi-
mum, & ideo est inhęrendum proprię significationi verborũ,
vt in c. odia. de re. iur. li. 6. & ibi per Dy. secundũ verbũ est ver
3 bũ, dato. † sed istud verbũ significat trãslationẽ dñij: nã dare
est accipientis facere, vt l. j. C. de fundo dotali. ff. de vsuris. l. si
stipulatus. ff. de condi. ob causam. l. fi. ff. de uerb. ob. l. vbi autẽ
non apparet. §. fi. sed hic nullum dñium fuit translatũ. Tertiũ
verbũ est, verbũ promisso: vbi est cõsiderãdũ, q quattuor sunt,
quorũ vnum non est aliud. s. dictum, pollicitatũ, promissum,
& stipulatum. Modo verba, quæ non dicuntur hic fuisse pro-
lata, quæ fuerunt verba enunciatiua, non fuerunt verba pro-
mittentis: non. n. apparet, q super hoc interuenit conuentio,
vt ff. de pac. l. 1. §. conuentionis. & ff. de edil. l. sciendum. §. di-
ctum. & ff. de pollicitationibus. l. 1. vbi patet, q improprię dr
4 promissum, quod est nuda voce pollicitatum. † Pręterea illud
dr promissum, quod est certum: id. n. quod est incertum re, &
genere, non dr promissum, nec pollicitatũ, vt C. mand. l. Sala-
rium. & ff. de verb. ob. l. triticum. vnde dñs Federicus de Senis
in suis consilijs tenet, q ille, qui confitentur se usurariũ in ge-
nere, nihil confitetur. ad quod facit, quod no. ff. de leg. 1. l. tur
pia. & l. rixæ, textores. & ubi dr, q obscurum pro nullo hr. &
confirmatur per id, quod legitur, & no. ff. de iure fisci. l. ita fi-
dei. & l. in facu. ff. de leg. Præterea illa uerba, dato, uel promis-
5 so. sic intelligũtur. i. promisso dari. † quia dictio, uel, sapit na-
turam coniunctiuæ, ut no. in l. repetendis. ff. de le. 1. p Bart. &
C. de seruis fugi. l. si fugitiui. & l. 1. ff. de rebus dubijs. & l. j. &
l. fi. §. cui dulcia. ff. de pę. lega. ecce ergo, q in casu nostro non
interuenit precium, non interuenit datio, non interuenit pro-
missio dãdi, nec alia. & si dicatur, q iste dixit se missurũ equũ,
non sequitur, promiserit dare equum: quia ista uerba sapiunt
commodatum, non translatione dñij, ut no. in l. cum quid. ff.
si cer. pe. Item hæc missio consueuit fieri per amicum amico,
ut no. ex de simonia. c. & si quęstiones. Item est aduertendum,
q uerba statuti dicunt, fecerit aliquẽ interfici: nam certe nihil
est probatũ, quod dictus aldrigious fecerit interfici, quia non
est probatum, quod uinciguerra, & Mattheus haberent mãda
tum ad interficiendũ dictum tempestã: nec habere potuerunt
mãdatũ præfixum. nam quod dictus tempesta accesserit ad di
ctum curtiuũ, fuit a casu, & fortuna: quinimo a culpa ipsius
tempestæ, de qua dictus aldriginus nõ poterat diuinare, ut ff.
ad l. Aqui. l. Item si putasset. & si hoc habuisset in mentis præ-
meditatione, quia forte dictus tẽpesta se iactasset de expellen-
do dictum bethinellum, hoc mandatũ poterat intelligi in ca-
su, in quo dictus tempesta potuisset expellere iuridice, & ẽt ar
mis propulsare: nam mandatum, quod põr de iure, & iustitia,
non debet intelligi de dolo, ut ff. de condi. inde. l. si procur. §.
celsus. grauissimum. n. scelus est assassinare, ut no. Bar. de iniu
rijs. l. non solum. §. si mandato. & ideo non uenit in mandato.
nisi specificetur. nunc uiso de uerbis legis, uideamus de uer-
bis, & factis dicti aldrigini, dr quod uocauit Iacopinũ, & sibi
secrete dixit, &c. Ita apparet, quod iste testis est singularis per

istud

7 illud aduerbium, fecre: e.† Itẽ nec Iacopino debet credi, quia
confitean in se non creditur in alium, vt ex̃ de confessis. c. j. de
accusa. l. si. & sic non facit indicium ad torturã, quia est testis
clusus. Itẽ sequuntur hęc verba, quod ipse deberet facere, & cõ
mittere, qd vinciguerra, & Mattheus committere volebant. nã
ꝗ voluntatẽ haberẽt tunc vinciguerra, & Mattheus, hoc igno
ratur, vt no. ff. de dam. inf. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. Itẽ
illa verba, ꝙ daret eidẽ Iacobo ea, quæ promiserat, & dare vo-
lebat vinciguerra: & Mattheo similiter nihil operantur, quia
incertissima sunt, vt no. ff. de leg. 1. l. legato generaliter. ex qui
bus oĩbus, & singulis de primo ad vltimum concludendo, ac
ẽt quia non est intentatum assassinamentum, constat dictum
aldriginum non posse, nec debere cõdẽnari de assassinatu: qa
nec verba statuti patiuntur, nec verba dicti aldragini hoc so-
nant. Porro de secretis secretorum, quæ nullo modo probant,
non pertinet iudicium ad curiam militantẽ, & hoc est, quod
dr̃, ꝙ Imperator, & ecclesia iudicant de occultis: cor. n. homi-
nis solus deꝰ nouit. nec ẽt sufficit in delictis sola cogitatio mẽ
8 tis.† illud est certum, quod mandatũ non præsumitur, nisi ꝓ-
betur, ẽt si delictum committatur per famulum, vel amicum,
sex. est ex̃ de ref. spo. c. cum ad sedem. & no. per Bar. in l. 1. §. fa
milię ff. de publiciana. Illud ẽt cõstat, quod assassinare est quæ
dam qualitas, & ideo nisi probetur mandatũ, nõ põt probari,
quod mandans assassinauerit, quia nulla qualitas põt probari,
vbi non probatur subiectum, vt no. ff. de proba. l. si arbiter. in
fine. porro ẽt hic non probantur inimicitiæ pręcessisse, ex qui
bus detur materia tanti sceleris, ergo nec pręsumitur animus
delinquendi, vt no. ad l. Cor. de sica. l. 1. Item & si probaretur
mandatum stando ad defensionem amici, pręsumitur cũ mo-
deramine inculpatę tutelæ dantis: quia id cõuenit bono viro,
vt l. 1. C. vnde vi. & l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & ff. ad l. aquil. l.
scientiam §. qui cum aliter. cõfessio aldrigini, quam postea vr̃
fecisse, non obstat, dato, sed non concesso, quod esset sponte fa
cta, quia non includitur assassinatum, nec ei simile, sed in ma-
teria ista a simili non fit arguendum. Amplius si diceremus,
quod ille, qui mittit stipendarios suos amico suo ad sui defen
sionem, esset assassinus: sequeretur, quod omnes domini Ita-
lię, qui mittunt stipendiatios suos ad auxilium aliorum nobi
lium, essent assassini, quod dicere absurdum est, & iuri ꝯtrium,
vt in c. domino guerram. in tit. hic finit lex. deinde incipiunt
consuetudines regni col. 10. vbi est expressum. Ego Baldus.

*CONSILIVM XCX.*

1 *Demonstratio falsa temporis an viciet legatum.*

In Christi nomine. Quidam Ioannolus fecit suum nuncu-
patiuum testamentum, de quo apparet publicum instr̃m: in
quo legauit cuidam Marchesio omne ius, quod ipse testator
haberet in certis bonis, & rebus iacentibus in loco, & territo-
rio Romantini acquisitis per ipsum testatorem a supi ascripto
legatario: vt dixit constare publico instrumento manu Gu-
lielmi Langnidi confecto 1300. die mensis. obijcitur, quod
non valet legatum quia in 1300. &c. nullum apparet acquisi-
tum factum per dictum testatorem in aliquibus rebus, vel bo
1 nis.† quæritur, quid iuris: & videtur, quod dictum relictum
non valeat, quia res non specificata, & falsa demonstratio tem
poris vitiat legatum incertum: quia non constat de corpore.
sed contrarium est verum: quia res sunt certæ per relationem
ad certum instrumentum, vt C. de sen. quæ sine certa quanti.
l. hęc sententia. & ff. de ver. obl. l. ubi autem non apparet. §. qui
vero a titio. nam cum vnica tantum appareat fuisse facta em-
ptio, redditur demonstratio certa, vt ff. de libe. & posthu. l. 1.
& a. ad hoc. ff. de fundo inst. l. fundus, qui locatus. & ff. de leg.
3. l. patronus. §. 1. Pręterea ista scriptura istius legati non est er
ronea, sed imperfecta, vt patet per spatium dimissum inter lite
ras, & literas. & non est ista imperfectio substãtialis, & ideo nõ
viciat, vt ff. de leg. 1. l. cum pater. §. cum imperfecta. Item nec
ambiguitas, quæ per alium certificatur, habet nocere, vt C. de
test. l. ambiguitates. vbi est casus. & ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. vi-
cos. & C. de inst. & sub. l. pe. Item vna scriptura suppletur per
aliam, vt ff. de hęred. insti. l. asse toto. & ff. de condi. insti. l. illa

substitutio. & ff. de re iud. l. in summa. ad idem facit, quod no.
in l. fi. C. de erro. aduoca. Ego Baldus.

*CONSILIVM C.*

1 *Reseruationes iurium in sententia si quæ competunt, non impe
diunt executionem sententiæ.*

In Christi nomine. Egregie & honorande do. Mi cum quæ
dam sententia lata fuit per me in q̃õne vertẽte inter monium
de retegno ex una parte, & beatrisinam de la curte ex alia, &
in fauorem ipsius matrimonij: a qua quidem sententia extitit
pro parte dictæ beatrisinę appellatum, & de nullitate proposi
tum: super qua appellatione pronunciatum fuit primam sen-
tentiam firmam remanere, & dictam appellationem esse deser
tam, reseruatis tñ eidem beatrisinę oĩbus exceptionibus, & de
fensionibus ꝯ dictam sententiam, si quę cõpetunt, vt ex forma
dictæ sententię apparet. modo petitur, executio dictæ sñiæ op
ponitur per partem aduersam dictam sñiam esse nullã, & nul-
lius valoris ea forma, quæ dicebatur in causa appellationis ꝓ-
pter reseruationem prædictam Ex his quæritur, quę sint par-
tes meę in exequendo dictã sñiam: & super his placeat vestrũ
consilium in scriptis transmittere in primis visis dictis sñijs,
& oĩbus allegationibus in dicta causa. ego Thomasius de cu-
1 mis licentiatus in iure ciuili. datis vgerię die 13. Septem.† re-
spondeo, quod nullę exceptiones competũt, nec cõpetere pos
sunt: ex quo sñia trãsiuit in rem iudicatam, fienda est executio
dictę sñię: & reseruatio non valet, quia nihil inuenit reseruan-
dum, & ita determinat statutum. Item impossibiles reserua-
tiones nullius sunt momenti, vt not. C. de sacrosan. eccles. au-
thẽ. ingressi. & C. de fruc. & lit. exp. l. terminato. & ff. de le. 1. l.
si quis ita legauerit. & sic nõ ob. qd no. in l. labeo. ff. fam. ercis.

*CONSILIVM CI.*

1 *Quando dubitatur, an vna sit strata, vel plures testes contra-
rij non possunt argui de falso, & quando testes reprobentur.*
2 *Si quidam testes dicant, quod viderunt aquam mundare, &
alij ꝙ non, an tales testes dicantur falsi.*
3 *Quando dubitatur de situ loci, an iudex possit committere duo
bus expertis in arte, qui hoc videant: & an stabitur eorum
relationi.*
4 *Iudex an possit deuenire ad torturam, vt veritas eliciatur a
testibus.*
5 *Testis, qui deposuit falsum, quod non iuuat producẽtem, an pos
sit puniri de falso.*
6 *Testis, qui dixit in vna instantia falsum, in alia aliud, an possit
puniri de falso.*

In Christi nomine. Quidam testes depo
suerunt, ꝙ quædam
strata erat sic destructa, quod per eam certis tpibus non pote-
rat iri cum plaustris, & bobus. alij dicunt, quod nõ poterat iri
commode, sed pro maiori parte dicũt, ꝙ erat ita guasta, quod
non poterat iri cum plaustris, & bobus certis tpibus. accusati
sunt testes de falso, qui testes dicũt, ꝙ dicto tpe plures iuerũt,
& viderunt ire multas personas cum bobus, & plaustris onera
tis, & nõ oneratis. Item dubitatur, vtrum sit vna strata, vel plu
1 res. Item dubitatur, quot testes reprobent testes.† respon. si du
bium est, an sit vna strata, vel plures, non est probata falsitas, vt
extra de testibus. c. cum tu filij. & de fi. instr. c. cum Io. hęre. Itẽ
si certũ est, qd est vna strata tantum, tñ isti testes non sunt ꝯtrij:
quia non sequitur, quod aliqui iuerunt, ergo omnes ire pote-
rant, vel maior pars, vt ff. de verb. ob. l. continuus. §. 1. Et opti-
me facit, quod no. Iaco. But. in l. 2. C. de erro. aduocatorum. &
Bar. in l. insulam. ff. so. mat. & ff. si cer. pe. l. a. §. item mutui. &
Iaco. But. in l. sed si possessori. §. & si iurauero. ff. de iureiur. &
per Bar. ff. de noui ope. nũ. l. non solum. §. sed vt probari. Item
ex quo erat guasta, non poterat iri commode, vt ff. quemadm.
serui. ami. l. si locus. §. fi. & ff. de reli. l. si quis sepulchra. Itẽ id,
quod non potest commode fieri, non dr̃ proprie posse fieri, vt
ff. de verb. sig. l. nepos proculo. de numero autem testium di-
cendum est, quod vnus testis reprobatur per duos: & duo per
quatuor,

quatuor, vt no. inst. de inuti. stip. §. item verborum. & no. in d.
2 c. Io. & C. de fi. inst. per Cy. & alios. † Itẽ quidã testes dixerũt,
quod viderunt aquam inundare super quandam vineam: alij
dicunt, quod nunq̃ inundauit, qui erant vicini: & quod nunq̃
potuisset inundare, quin ipsi vidissent. Quæritur, quid iuris:
vtrum sint falsi illi, qui dicunt, quod viderunt inundare: hic
considera, quod isti deponunt negatiuam, q̃ probare nituntur
ẽt per naturam, & ẽt per situm loci: quia aqua poterat decurre
re per planum, & ideo non poterat descendere ad dictã vineã.
3 † Et circa hoc quæritur, vtrũ iudex possit cõmittere duobus
expertis in arte, qui hoc videant: & vtrum staretur eorũ rela-
tioni? Respondeo, si testes deponunt negatiue eo modo, quo
isti deposuerunt, non probãt: quod dictum eorum est aliquali
ter suspectum, nisi iuuetur per oculorum inspectionem, & p
naturam loci, vt no. post gl. or. per Dy. in l. 1. §. 1. ff. de iti. actu-
que priua. Sed quia addunt rõnem naturalem, debet iudex ire
ad locum cum peritia viris, & subijcere rem oculis, vt in l. si
irruptione. §. ad officium. ff. finium reg. & l. semel C. de re mil.
& in Auth. de non alie. §. quod autem. col. 2. C. de admi. tut. in
l. lex quæ tutores. ff. de offi. procõ. l. si in aliquam. testes autem
non possent reperi, nec aliquid declarare, cum ceperit de testi
ficationibus disputari, vt no. in Auth. de testi. §. quia vero. de-
clarare possent in verba, si verborũ aptitudo, vel incertitudo
pateretur, vt no. Inno. ex̃ de test. c. cum clamor. dum tñ neutri
parti facerent pręiudicium, vt ff. de prob. c. in præsentia. & ex̃
de accu. c. cum dilecti. licèt ad excusationem falsi valerent: &
in dubio debet faueri testibus affirmantibus, magis q̃ neganti
4 bus, vt no. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. † Vlterius quę
ritur, an in casibus præmissis possit veniri ad torturam, vt veri
tas inueniatur? Respondeo, hoc est satis arbitrariũ, quia tu ma
gis scire potes, vt ff. de testibus. l. 3. §. tu magis. & C. de falsis. l.
ubi ff. de quæstionibus. l. quęstionis modum. & l. edic. diui. tñ
bene iudex põt abstinere a tortura, vbi aliqua rõ naturalis po-
test excusare testem, & confessio testis debet naturalibus cõue
5 nire, vt ff. de interro. act. l. cõfessionibus. † Itẽ quæritur, vtrùm
si testis deposuit falsum, quod iuuat producentem, possit pu-
niri de falso. Respondeo sic, si facit ad causam, vt ff. de falsis. l.
si quia legatum. dummodo non sit nullum ex defectu formę,
6 vt no. in l. 1. C. de sepul. vio. & Bar. in d. l. si quis legatum. † Vlti
mo quæritur, si testis in vna instãtia dixit vnum, in alio aliud,
quæritur, vtrum possit puniri de falso? Respondeo sic, vt ff. de
testi. l. qui falsa, vel varia. & pręsumitur dixisse falsum in secũ-
da testificatione quasi subornatus, vt in Auth. de test. §. qui ve-
ro. & ẽt si non appareret, & de necessitate sequitur, q in primo
dicto, vel secundo sit falsus, licèt non constet in quo eorum, vt
no. ff. de iureiu. l. duobus. §. si. pp tñ istud dubium nõ euadi pę
nam arbitrio iudicis imponendam, eo q aures iudi. offendit,
vt no. C. de tes. l. nullum. facit quod no. in l. 2. C. de spor. & pu
nietur per iudicem secundum, cuius aures offendit, ff. de fal-
sis. l. eos. & licèt acta in vna causa non faciant fidem in alia in-
ter diuersos, ut no. C. de eden. l. 2. 9 tñ ipsummet testem depo-
nentẽ fidem facit, ut no Inno. ex̃ de testi. c. ueniens. & in diuer
sis instantijs ista tãquã uacillatio potius punitur pęna arbitra-
ria, & de iure cõmuni ex mero officio iudicis, quam pœna iu-
diciaria, ut C. de testi. l. nullum. Ego Baldus.

### CONSILIVM CII.

1 *Reus quando est condemnandus in expensis, & quando non, & quando puniatur iudex condemnans partem in expensis. numero 2.*

1 In Christi nomine. † Statutum, quod di
cit, quod uictor cõ-
dẽnet in expensis, in quibus de iure debeat condẽnari, ẽt si ha-
beat iustã causam litigandi, ut 9dicere sibijpsi: nã si habet iu-
stam causam litigandi, ergo non debet condẽnari in expensis:
iura sunt not. Sol. istud statutum non est sibijpsi contrarium,
quia licèt regula sit, quòd uictor non condemnetur in expen-
sis, si habet iustam causam litigandi, tamen interdum etiam si
habet iustam causam litigandi, debet cõdemnari, ut plene no.
in Spe. de expensis. §. nunc uidendum restat. per to. eo. tit. §. si
ante litem. uer. sunt autem. Istud ergo statutum respicit utrũ-
que casum coniunctim, non disiunctim. ubi ergo de iure ue-
2 niant reficiendæ, reficiantur, ubi uero non, non. † Sed uidea-
mus, reus reportauit primam sententiam pro se, secundã 9 se,
in qua fuit condemnatus in expensis: tertiam pro se: conueni-
tur iudex, qui condemnauit in expẽsis, eo q fecerit litẽ suam,
quia non debuit condemnare: & ad hoc probandum produci
tur prima, & tertia sententia. So. istæ sententiæ non pręiudicãt
ei, quia res inter alios acta alij non præiudicat: sed debuit re-
curri ad acta: nã si ex actis secũdæ causæ apparet, q nõ debuit
condemnare, fecit litem suã. si autem debuit condemnare, uel
dubitatur, an debuit condemnare, necne, non facit litem suã,
quia ita demum facit litem suam, si index sederit: aliter non.
hoc no. in Aut. de iudi. §. oportet. col. 6. decretum autẽ domi-
ni non contradicit, quia refert se ad ius &c. Ego Baldus.

### CONSILIVM CIII.

1 *Nuda proprietas quantum estimetur: & quantum emphyteusis perpetua.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, quali-
ter debeat æstimari
nuda proprietas, & qualiter emphyteusis pperua? Respondeo,
nuda proprietas debet æstimari, quantum emphyteutę cõiter
essent empturi proprietatem nudã, qui super hoc possent exa-
minari: nec est hæc testificatio singularis, Sed cõis multorum
emphyteutarum, ut no. Cy. in l. unica. C. de sentẽtijs, quæ pro
eo, quod interest. ad fi. emphyteusis autem ęstimabitur, quan-
tum cõiter uendi posset: quod est facile scire, & maxime per
subhastationes: quia res tantũ ualet, quantũ uendi potest scię
ti eius conditione, ut plene legi. & no. in l. 2. C. de rescin. uen-
di. Quidam autem rusticano modo faciunt istam ęstimatio-
nem scilicet, quòd nuda proprietas ualeat tertium denarium.
Sed iste modus nullo modo probatur: primus autem modus
est iuridicus. Ego Baldus.

### CONSILIVM CIIII.

1 *Sex requiruntur ad conualidandum contractum.*
2 *Quod soli Principi competit, impossibile reputatur.*
3 *Depositum factum ex turpi causa peragenda non valet: & debet restitui deponenti.*
4 *Dictio subsequenter.*

1 In Christi nomine. † Sex sunt, quæ ha-
bent solidare 9ctũ. s.
creditor, debitor, res, causa, existentia conditionis, & impletio
modi, seu finalis causæ. Creditor nanque, & debitor sunt cor-
relatiua: & unum sine altero esse non põt, ut in l. 1. ff. si cer. pe.
Res debet esse talis, quæ in stipulationem possit deduci: non
res sacra, non homo liber, nec alia, quæ commercio non sunt,
ut ff. de uer. ob. l. inter stipulantem. §. sacram. causa debet esse
possibilis, ut ff. de act. & ob. l. non solum. & honesta ac rõnabi
lis, ut ff. de excep. doli. l. 2. §. circa. & finalis, non perfunctoria,
& impulsiua, ut ff. de dona. l. 2. §. si. Item non inhonesta, ut ff.
de pactis l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de uer. obli. l. si
plagij. ff. de actio. & obl. l. si. ff. de condi. ob turpem causam. l.
1. cum ll. sequentibus. Conditionis existentia requiritur, quia
alias non nascitur obligatio, si conditio deficiat: quod est siue
per 9tium existat, siue certum sit de iure existere non posse, ut
ff. de uerb. sig. l. cedere diem. ff. si cer. pe. l. proinde. modus de-
bet impleri, ut ff. loca. l. quæro. §. inter locatores. C. de transac.
l. cum mota. & l. siue apud acta. ff. de cõd. & dem. l. quibus die
bus. §. fi. ff. de leg. 3. l. si tibi. Modo dico, q ex oĩbus his deficit
9ctus, de quo quęritur. primo ratione creditoris, & debitoris:
quia nemo fuit pactus, uel stipulatus noĩe. A. ut insti. de uerb.
ob. §. alteri. & no. in l. j. ff. de pac. nõ ob. l. publia. in prin. ff. de-
positi. quia ibi habet locum pęnitentia deponentis: sed si non
pœnitet, tũc loquitur illud principium. hoc no. gl. in l. si pecu
niam. in prin. in gl. magna. ff. de cõd. ob causam. nam istud nõ
fuit depositum factum vtriusq; partis consensu, de quo loqui
tur. ff. de dolo. l. sed oleum. quod factum de cõsensu solius de-
ponentis, quod re integra põt reuocari, licèt sit factum ad finẽ
dãdi alteri. Textus est expressus. C. de usur. l. acceptã. in fi. Præ-
terea

terea cū aliquid debe: hincinde impleri, si nō apparet, quis 5-ctus sit 5ctus innominatus, vt ff. pro socio. l. si Margarita. non ob. quod no. ff. de acqoi. poss. l. si quis ante. vbi dr, q non est 5-ctus innominatus, nisi hoc agatur: quia illud est verū, qn nato raliter actus cadit in 5cum noiatum. & facit, quod no. p lacei de Are. in l. 1. C. de iure emphyteutico: sed in 5ctibus innomi natis, qui tendunt ad obligandū, habet locū pœnitentiam, ēt si altera pars offerat se impleturam, & q pœna non stat, vt no. ff. de pac. l. iurisgentium. §. 1. licèt secus qn tendit ad liberandū, vt ff. de pac. l. si cum fundum. & licèt sic impletus contractus in aliquo, non tñ in eo, quod est magis principale contractus; habet locū pœnitentia, vt d. l. si pecuniā. de conditione ob cau sam. ver. sed cum liceat. & ita in casu nostro, quia recessus est pręambulū ad finem intentum. l. ad acquisitionē dñij: q̄m finis est impossibilis. vnde sublata oportunitate dñij acquirendi, frustra de præambulis tractatur. Dtai, q requiritur existentia conditionis: & in ista est faciendum magnū fundamentū; quia verba dicunt, & erit accepta possessio, dñium, & Signoria. Istud aūt est impossibile: quia dñiū non pōt accipi sine iussu Cæsaris, vt in c. 1. de notis feudorū. col. 10. & in c. 1. de pace constantiæ. col. 11. Sane merū imperiū non est in commer-

2 cio priuatorum, † quia quod soli Principi competit, impossibile reputatur, vt ff. de le. 1. l. apud Iulianū. §. si. vel si volumus aliter loqui, possumus dicere sic, q dictus contractus habet in se hanc tacitā conditionem, si Imperatori placuerit: quia in oī contractu, qui tangit ius imperij, semper intelligitur reseruata ptās Imperatoris, vt in c. si. de prohi. alie. feudi per Fede. Sed hoc Imperator prohibuit, postq̄ ad notitiā eius peruenit, ergo tacite conditio deficit. Præterea Imperator prohibendo, ne qs acquirat, intelligitur prohibere alteri parti, ne tradat, vt simpliciter probatur in l. 1. C. de cupressis ex luc. damn. li. 11. Quia ergo superuenit prohibitio in persona tradere debentis, nō potest ex parte sua complere contractum; quia est perpetuo prohibita. & casus superueniens ante traditionē nocet possessuri, vt ff. de peri. & cōmo. rei venditæ. l. necessario. ergo cū sit impeditus facto Cæsaris, agere non pōt, quia nec tradere pōt. Præterea promissio intelligitur rebus sic se habentibus: nō autem cū interuenit prohibitio superioris, vt ff. de cond. ob causam.

3 l. quod seruus. ff. de lege cōmissaria. l. mulier fundos. † Ex quibus oībus, & singulis apparet dilucide, quod dictū depositum debet restitui deponenti vo ēt addito ad confirmationē prędictorum, quod deficit causa finalis, vt ff. de condi. indebi. l. damus. & hæc conclusio certissima est, & verā. Item no. quod pō dero illa verba, accepta possessio, dñium, & Signoria vigore di ctorum pactorum: pondero hoc verbū, vigore. sed hoc est impossibile, nisi consilia cōis Ianuæ ex certa scientia hoc faciat: nam quod facto fit, non vt factum vigore pactorum, vt ff. de condi. & demon. l. præterea. dicta pacta non habent vigorem, propterea illa verba confecta &c. faciunt conditionē, quæ non pōt existere: nec ēt idem fieri instrumētum, vt in d. c. Imperialem. de prohibita alien. feu. & in Auth. de non alienan. §. quia vero Leonis. Ego Baldus.

Ad idem. CONSILIVM CV.

In Christi nomine. Verba dicūt, si contingeret legatos recedere in discordia: & subsequenter contingeret, q A. recede ret, & eam delinqueret, & in eius locum poneretur. G. quod de quodam deposito dictus recedens de Signoria debeat habere quinquaginta. Modo de recessu primo legatorum extitit conditio: de secundo nondum, imo est in possessione Signoriæ, si cut prius: nec aliquid est notificatum ciuibus de sua intentione. Quæritur, vtrum dictum depositum debeat reddi domino deponenti? & dicendum est, q sic, quia non est verum, q

4 subsequenter recessit de Signoria. † Nam dictio subsequenter, habet immediate, vel incontinenti significare, arg. ff. de cond. & demon. l. hæc conditio. §. si capitulani. non qui retinet pos sessionem, non præsumitur habere animum deferēdi eam, sed animum continuandi, vt C. de prob. l. siue possidetis. & ff. qui bus modis pignus, vel hypothe. soluitur. l. sicut §. superuacuū. & extra de renun. cap. G. per hoc. Sic ergo quatuor sunt necessaria: scilicet cedere, seu recedere, surrogare, & certiorare. &

hoc non credo necessarium, quia forte hoc non posset facere sine per clo vitæ. necesse est tamē aliquo modo heri, ita quod de iure valeat, vt no. ff. de leg. 1. l. huiusmodi. in princ. & ff. de verbo. obligat. l. quidam cum filium. & quod hæc fiant intra modi cum tempus, vt ff. de verbo. obliga. l. si ita quis. §. calogę. & extra de electione. cap. si alicuius. Item istud pactum nō est licitum, imo ponitur per l. Iuliam. repetundarū, vt ff. ad l. Iulia. repetundarū. l. eadem. §. Iulia, vbi glo. dicit, qui ergo accipit pecuniam, vt arenget in cōsilio Bononiæ, tenetur hac lege. & hoc casu maleficium probatur per instrumentum, & turpis quæstus ou lla petitio est, vt ff. de fideius. l. si ar eo. §. id quod vulgo. ff. fa. her cis. l. cæteræ. ff. pro socio. l. nec quicquā. Ex quibus de primo ad vltimum concludendo liquet dictum depositum tanquam sine causa factum debere restitui deponēti, cui non obstat exceptio turpitudinis, quia non obstat domino rei, cui rei vendicatio competit: ac depositum remanet in domino, & possessione deponentis. vnde attentis, quod est ēt possessor ipsius tanquam possidentis potior est conditio, vt ff. commo. l. si ita vt si fur. & not. in l. nam & si fur. ff. cer. pe. & conclusio certissima est, & vera. & facit. ff. de neg. gest. l. qui sine vsuris. ibi dum dicit, integram certam fidē, & omni lucro assistentem præstare debent. & ob hoc glo. innehit alibi cōtra præfectum de vico. Illud etiam certe in isto secundo capite de

posit considerandum est, quod propter continuationem con 4 tractuum intelligitur idem finale motiuum inesse: quia quæ ordinantur ad finem, regulantur secundum naturam finis, vt ff. de sponsalibus. l. oratio. & propterea illud secundum caput inficitur, & vulneratur a primo capite: quia dicta in prioribus in posterioribus continuari creduntur, vt ff. de verbo. oblig. l. tinia. §. idem respondit. ff. de probat. l. com tactum. ff. de pac. l. item quia. §. idem Iuliano. & extra de appel. c. Secundo requiris. & ideo cum appareat de improprietate eius, qui vult lucrari ex deposito detestabili lucro: & sic perpetua obstet sibi exceptio doli, merito depositum debet restitui deponenti rationibus, & causis superioribus expressis. nō enim potest ius alteri acquiri ex 5ctu, quod illicitis pactionibus informatur, etiam si fuisset interpositum iuramentum, vt extra de foro compe. c. si diligenti. §. vlti. C. de legi. & consti. l. non dubium. C. de agr. & censi. l. quemadmodum. l. 1. ff. de leg. 1. l. si quis inquilinos. §. vl. Item est sciēdum, q in hoc nro articulo, in quo tempus Signoriæ consumitur curso, vt dicit illa decretalis, valet notabilis, extra de iudi. cap. si. non habet locum in purgatione moræ. Item nec ratificatio consuetopta concilat, vt l. si. §. 1. 5 ff. rem ra. haberi. Ego Baldus.

CONSILIVM CVI.

1 *Testis deponens extra capitulum, dummodo dicat falsum, qua pœna puniatur: & quæ requiruntur in teste.* 1

2 *Purgatio moræ non admittitur, vbi est dies, & pœna.* 2

3 *Dictio, vt, significat finalem causam.* 3

In Christi nomine. Cum peteretur quædam pœna a quodā promissore facti, qui promiserat facere quoddam opus infra certum tempus, & ille diceret se infra tempus opus perfecisse, & produxit ad hoc probandum quendam testem nomine. A. ille testificando dixit, quod promissor perfici fecerat opus pro mislium, sī non bene recordabatur verum in termino: sed dicebat, quod & si non fuisset in termino, fuisset paratum post per fectum, & consummatum. Accusatur de falso, & probatur, q

1 nec ante, nec post opus fuit perfectum. † Quæritur, qua pœna iste falsus testis sit puniendus: præsupposito, quod in loco iu- 1 dicij sit quoddam decretū municipale domini, quo cauetur, quicunque dixerit falsum testimonium, vt aliquis condemnetur, vel absoluatur in causa criminali, vel ciuili, puniatur pœna linguæ. & alio statuto municipali cauetur, quod si quis fal sum commiserit aliter, quam lege municipali cauetur, punia tur in ære, vel persona arbitrio potestatis. & videtur, quod iste debeat puniri pœna linguæ, quia in vtraque disiūctiue falsum dixit: & sic est de necessitate falsus, quia hæc oratio, illud, aut illud, est de necessitate falsa, si nec hoc, nec illud, vt ff. de re. du. l. si is, cui ducenta §. cum ita. & §. vtrum. In contrarium videtur

detue mihi, quod sit veritas: nā quotiens scriptura habet duas
partes, debemus ipsam distinguere p ipsas partes, vt ff. de cōd.
& dem. l. hæc scriptura. & ff. de arbitris. l. celsus. §. idem ait. &
ex de dolo. & cōtu. c. dilecti. & ff. de le. 1. l. quidā testō. in prin.
& C. q̃n dies lega. ced. l. ea verbis. Modo accipiamus singulas
partes istius testificationis: & primo primam operis perfecti
in termino: & in hac testis non est falsus, quia super hac non
vult deponere: nihil deponit certū sensum corporis, nec p me
moriam, quæ requiritur in teste. nam vt eleganter dicit tex. ff.
de sur. l. quidam tabularum. in teste requiritur præsentia, ecce
sensus, & memoria, ecce recordatio. vnde si testis dicit se non
recordari, vel non bene recordari, ideo non dicit falsum, quia
non deponit falsum, nec vult deponere falsum. & hoc quo ad
istam particulam, quæ respicit factam in tpe cōgruo. sequitur
alia particula, quæ loquitur de facto post terminum: vbi duo
sunt consideranda. Primū est, quia q̃n tempus est de substan-
tia agēdi, vel defensionis, debet probari factum tpe congruo,
vt ff. de neg. gest. l. cum actum. C. de proba. l. matrē tuam. C. de
pe. hær. l. si post motā. & plene notat p Bar. ff. de noui op. nun.
l. solum. §. sed vt probari. & c. vl. de rescrip. cle. Secundo est cō
siderandum, quod iste testis non deponit falsum in causa: qa
causa fundatur super termino, non super, eo quod est extra ter
minum, vt ff. de fideicō. lib. l. thais ancilla. §. intra. causa. n. su
2 per qua testificabatur, erat causa pęnę: † & quia erat dies, & pę
na, non admittebatur purgatio moræ, vt C. de contrahen. &
cōmit. stipu. l. magnam. & ff. de act. & ob. l. traiectitiæ. §. de il-
lo. licèt l. egentes in cathedra q̃nque teneant opinionē contra
riam, tū in practicando debemus seruare opinionē semper ap
probatam, & citramōtanam: alioquin expressio termini nihil
operaretur: quod est falsum, vt l. 1. ff. de pęnu leg. omnis. n. q
apponit terminum expressum, se astringit ad ipsum: nec enim
æquitas prætoris proficit, nisi in stipulationibus prætorijs, vt
ff. si quis cau. l. & si post tres. hoc ergo præmisso tanquam eui
denter verum, sequitur de necessitate, quod testis deposuit ex-
tra articulum, & extra causam: & consequēter sequitur, quod
deposuit nō iuratus, & lite non contest. super eo, super quo de
ponit. quare istud non est proprie testimonium, sed sunt quæ-
dam verba enunciatiua. & in teste falsitas idem est, quod pe-
riurium. C. de epis. & cle. l. presbyter. vnde de primo ad vlti-
mum concludendo verba decreti hic cessant, quia non depo-
suit in cā. Itē quia non deposuit, vt aliquis condēnetur, vel ab-
3 soluatur. † & dictio, vt significat finalē causam, vt patet in om
nibus quatuor 3ctibus innominatis, vt ff. de præscrip. verbis.
l. naturalis. & in testis, vt ff. de adimen. leg. l. alumnæ. §. seya. &
hoc verum, q̃n apponitur in vim causæ aptę producere suum
causatum, alias esset causa impulsiua, vt ff. de dona. l. a. §. fi. C.
de epi. & cle. l. generaliter. sed interdum ponitur in vim simili
tudinis, & istud nō facit ad propositum, vt ff. de leg. a. l. vt hæ
redibus. Pręterea ista testificatio peccat in forma euidenter ex
actis, & in maleficijs, quę requirunt certam formam, omissio
formę saltem habet maleficium minuere, vt ff. de furtis. l. si is,
qui. §. si tu titium. nisi lex se expresse vlterius extendat, vt C. de
furtis. l. si quis seruo. Non obst. dictum Bar. in l. si quis leg. vbi
dicit, quod testis non excusatur, licèt dictum suum parti non
patrocinetur, vt in testamento, in quo filius est præteritus, vel
omnimodo exhæredatus: nam illud testamentum non est om
nimodo nullum, cum possit confirmari, vt in l. filio pręterito.
cū materia. apparet igitur dictum testē poniri non posse pęna
linguę, sed pęna extra ordinaria arbitrio potestatis. Ego Bal.

CONSILIVM CVII.

1 *Stante statuto, quod nullus det in credentiam militibus, ali-*
*ter non valebunt ab eis exigere.: & quod omni mense fiat*
*proclama de hoc, si decst per vnum mensem, quòd non fuerit*
*facta proclama, pro debitis factis eodem mense tantum Ca-*
*pitaneus tenebitur.*

In Christi nomine. Magnificus dominus Mala testa de
Mala testis Capitaneus Generalis gentis armorum communis
Bononiæ habebat in brigata sua quendam militem Hispanū,
quæ quædam debita contraxit cum singularibus ciuibus Ci-
nitatis Bononię: & deinde dictis debitis non sol. furtiue reces
sit: ante tamē eius recessum pręfatus dominus Capitaneus sin
gulis mensibus fieri fecit proclamationes, & cridas iuxta te-
norem statutorum, & pactorum: excepto quod de mense Iulij
proxime præteriti nō appareat aliqua proclamatio in scriptis,
& hoc ex eo, quia officialis, qui debebat fieri facere proclama
1 tiones, requisitus noluit eas fieri facere. † Quæritur, quid iu-
ris: verba conductæ talia sunt: quod si fieri fecit præconium
per ciuitatem Bononiæ, nullus debeat mutuare, aut credētias
facere alicui de sua Brigata absque licentia ipsius, tunc non te
neatur pro illis de Brigata: de cuius præconij cōmissione, vel
relatione appareat scriptura &c. Item si dictus Capitaneus mi
serit, & fieri fecit proclamationes, & cridas omni mēse, de qui
bus constet penès officiales conductæ, non possint fieri reten-
tiones ad instantiam alicuius &c. prout in statutis, & pactis se
riosius continet. ad quod quæsitum respondeo, quod dictus
Magnificus non tenetur, nisi pro illo mense, in quo non appa-
ret crida, & non pro alijs mensibus, in quibus est seruatū statu
tum, & pactum, & hoc per l. si sterilis. §. fi. ff. de act. empt. non
obstant illa verba, omni mense: quia ad hoc, vt in nihilum te-
neatur, requiritur, quod omni mense, sed ad hoc, vt non te-
neatur, nisi proportionaliter pro tempore moræ, sufficit parti
cularis diligentia ab illius temporis excusationem, vt ff. quo-
rum leg. l. si duæ res. & ff. de his, quib. vt indig. l. rescriptum.
& l. in singulis. ff. ad l. Fal. & in l. vlti. ff. de eo, quod cer. loco.
& ff. de pig. act. l. si necessarias. §. si annua. & ff. de penu lega. l.
3. in fi. & ff. de reb. dub. l. si is, qui ducenta. §. cum ita. quia in
illis legibus requirebatur copulatiue diligentia, & obseruātia
oīum clausularū, & tēporū. & facit. ff. si cer. pe. l. lecta. sed hic
est aduertendum: quia debet constare, quod dicta debita fue-
rint contracta illo mense, quo nō fuit facta crida, quia ille mē
sis tantum est sub obligatione, vt ff. de neg. gest. l. cum actum.
a quo mense non excusatur dictus Magnificus, licèt alteri cō-
miserit, vt ff. mandati. l. idemque. §. si tutores. sed ab alijs men
sibus immunis est, vt ff. nau. cau. stabu. l. fi. §. item si prædixe-
rit. & ff. de institoria. l. sed & si pupillus. §. proscribere. Ex his
apparet, quod quando producuntur dicta debita ad hoc, vt di
ctus sugitiuus possit carceribus detineri, requiritur, quod co
ram potestate Bononiæ ex commissione Illustris, & Serenissi-
mi Principis Domini Ducis Mediolani, seu eius officialium,
Potestans Bononiæ scripturas probantes transmittant: signa
etiam ipsa cum scripturis mercatorum, quæ scripturæ faciant
fidem Bononiæ saltem semiplenam, vt no. ff. de iureiu. l. admo
nendi. & in Aut. de exhib. reis. §. etiam quidam officiales. & q
noluit facere fieri cridas, proculdubio tenet dicto Magnifico,
vt C. de magistrati. conueniendis. l. fi. Ego Baldus.

CONSILIVM CVIII.

1 *Adulta an possit augmentum dotis facere in rebus immobi-*
*libus.*
2 *Soror sorori donari an possit.*
3 *Feudalia bona an possint dari in dotem pro alio.*
4 *An lex. 2. C. de rescinden. vendi. habeat locum in contractu*
*mercedis.*

In Christi nomine. Quæritur, vtrum adulta possit aug-
mentum dotis facere in rebus immobilibus sine decreto iudi
cis: & videtur, quod non, per regulam generalem, quæ dispo-
nit, quod bona immobilia adultorum non possint alienari si-
ne iudicis decreto, vt l. 1. ff. de reb. eorum. cū tota materia sua.
alienatio enim est omnis actus, per quem dominium transfer
tur, vt in l. 1. C. de fundo dotali. Pręterea expressum est in l. lex
quæ tutores. in prin. C. de admi. tut. ibi dum dicit, vel in do-
tem dare, vt ff. de iure dotium. l. siue generalis. in fi. In contra-
rium videtur, quia causa dot. videtur accepta, non solum quā
do adulta dat dotem pro se, sed etiam si frater adultus det do-
tem pro ea eodem patre nata, vt no. C. de admini. tu. l. non om
ni. & ff. de admi. tu. l. cum plures. §. in primis. hanc opin. vide-
tur approbare glo. ord. C. de prædijs mino. l. prędia. & facit. ff.
de tutel. & rationibus distrahendis. l. 1. §. sed nonnullos. solu-
tio prima pars est vera, quia requiritur decretum: nam si mi-
nor

nor non potest sine decreto bona obligare expresse, ergo mul-
to minus dominium alienare, vt no. in l. vl. C. de legi. tute. sed
in hoc alij dicunt contrarium: cum ista hypotheca sit legalis,
& necessaria. Porro constitutio dotis non est legalis, & neces-
saria, sed voluntaria, ergo attenta ratione legis non pot fieri si-
ne decreto. est & alia ratio, quia requiritur causæ cognitio, vt
ff. de minoribus. l. si ex causæ. §. dotis. s. an suppetat facultates,
& an vir si dignus tanta dote. & hec causę cognitio spectat ad
iudicē, vt l. magis puto. §. ne tñ. ff. de rebus eorum. & facit, qd
no. in l. 1. C. si aduer sus dotem. non obsta gl. quæ est in d. l. p̄-
dia. quia allegantes non habent mentem illius gl. nam illa gl.
permittit cū decreto donationem propter nuptias, non simpli
cem donationem, etiam si fiat per sponsalitiā largitatem: quia
super donatione rerum minoris non potest interponi decretū,
2 vt C. si maior factus sine decreto. l. fi. §. cum autem. † Itē sorori
donare non potest, cum sunt adultæ, quia dotare hoc casu est
3 donare, vt C. de don. promissione. l. fi. † Item bona feudalia nō
possunt in dotem dari pro alia, quam pro se: nec vllo cursu tē-
poris alienatio roboratur, vt in c. 1. de prohibita alienat. feudi
per Federicum. nec etiam tenet ratificatio feudarij, quia prohi
bitus est consensus. q autem sit feudum, apparet ex priuilegio
Corradi, quod habet nouare, & cessare priuilegium præcedē-
tis Imperatoris, vt ff. de acqui. pos. l. si quis ante. & ideo cōclu-
do ex prædictis rationibus dictum augmentum dotis fieri nō
potuisse: & hoc verum quantum ad virtutem alienationis. de
euictione tamen, vel ad interesse tenetur, si contractus fuit ce-
lebratus cum ignorante, vt ff. de contrahen. emp. l. & liberi ho
minis. secus si cum sciente, vt no. C. fami. her. l. si cum familię.
4 † Vltimo dubitatur, an lex. 2. C. de rescin. vend. habeat locum,
cum quis est deceptus. i. per errorem vltra dimidiā iustæ mer
cedis: & dicendum est, quod sic, quia. l. 2. C. de rescin. ven. ha-
bet locum in oībus ɔ̄ctibus bonæ fidei. C. locat. l. si olei. C. cō-
munia vtriusq; iudicij. l. maioribus. C. quibus ex causis maio-
res. l. in ɔ̄ctibus. ff. de ver. ob. l. si quis cū aliter. Et cōfirmo pul-
chras allegationes superius factas p excellētem doctorem Ra-
phaelem fulgosium socium, & amicum meum. Ego Bald.

CONSILIUM CIX.

1 *Filia, cui est relicta dos tantum a patre, an dicatur præterita:*
*& an habeat ius accrescendi.*
2 *Substitutus ita, vt toto tempore possit gaudere, an sit substitu-*
*tus in proprietate, an in vsufructu.*
3 *An ipsa teneatur dare libellum hęredi petenti libellum offerri*
*per ipsam filiam ad dictum legatum.*

1 In Christi nomine. † Licèt filię sit reli-
ctum pro dote, non
tamen per hoc est hæres instituta, nec habet ius accrescendi,
si hæres institutus repudiat, argu. ff. de iure dotium. l. mulier
bona. & ff. de hære. insti. l. qui nolebat. C. de hære. insti. l. quo-
tiens. & ita intelligitur filia præterita: nec valet testamentum
2 de rigore iuris ciuilis. & hoc quo ad primum punctum. † Se-
cundo quæritur, cum filia fuit substituta masculo sub hac for
ma, quod succedat tali modo, quod toto tempore vitæ ipsius
filiæ gaudere debeat dictis bonis, & mortua dicta filia prædi-
cta bona debeāt peruenire in fratre, saluo quòd dicta filia pos-
sit testari de fructibus medij temporis: modo quæritur, an di-
cta filia fuerit substituta in solo vsufructu, an in proprietate?
Et dicendum est, quòd donec viuit, est proprietaria, & domi-
na, vt ff. de dona. l. in concubinam. §. species. & ibi ad literam
3 per Iaco. de Are. Tertio † quæritur, an hęres dictę filię tenea-
tur restituere possessionem sine libello, cum petat sibi offerre
libellum: & dicendum est, quod non etiam si intentetur edi-
ctum diui Adriani. nam & in ipso edicto detentatori debet of-
ferri libellus, nec ante tenetur iustificare possessionem suam,
quam oblato libello: quia esset procedere præpostere, vt C. de
edicto diui Adria. l. fi. §. 1. hoc expresse tenet Innoc. & omnes
doc. extra de libel. oblat. c. 1. Ego Baldus.

CONSILIUM CX.

1 *Procurator an possit facere incidere dominum suum in pœnam*
*falsi propter iuramentum per eum præstitum: an videatur*
*habere mandatum a domino, quod contineat iniustitiam, &*
*fraudem: & quando videatur habere mandatum sufficiens:*
*& protestatio protestantibus non nocet.*

In Christi nomine. Decreto domini ca
metur, quod quādo-
cunque aliquis prætēdens se fore creditorem, & ius habere ra
tione alicuius crediti super aliquibus bonis apprehensis noīe
cameræ præfati dñi compareat rōne iurium suorum: quod ip
se talis cōparens, & de iuribus suis docens in cōparitione sua,
& iurium suorū productione, & ostensione iurare tenetur p-
sonaliter, aut p procur. habentē speciale, & singulare mandatū
ad iurandū, vt ɔ̄. videlicet qd in veritate ipsam cōparitionē, &
iurū productionē, & ostensionē non fecit, nec facit p maliciā,
nec in fraudē: sed credens pro certo soluere iustitiam, & quod
iustsa, & iura, de quibus in ea cōparitione, & in scriptis, datio
ne, & productione fit mentio, sunt vera, & non simulata, nec fi
ctat & qd ipse talis cōparens est verus creditor eorū occasione
in toto, vel in parte: possit ēt iurare pro parte. & si pro parte tñ
voluerit iurare, teneatur ipsam partē clare specificare, & decla
rare. & subdit dicens insuper, quod si quis falsum, vel non ve-
rum iurauerit scienter occasione prędicta, vel aliqua earū, q
pro huiusmodi periurio cadat, & cecidisse intelligatur ab om
ni iure, qd haberet, vel prætenderet habere in bonis, quorū oc
casione cōparuisset, vt ɔ̄. vlterius ipso iure, & facto, & absque
alio processu in pœna quadrupli valoris, seu ęstimationis ipso
rum bonorū, seu partis, quam videretur se indebite defende-
re: cuius pœnæ medietas perueniat in camerā, & alia medietas
in accusatorem, seu notificatorem prædictorum. & ēt reputet
semper, & vbique periurus, & falsarius. Modo quidā mercato-
res constituerunt eorū procur. quendam A. & specialiter ad cō-
parendum procuratorio noīe ipsorum coram magistris intra-
tarum dicti dñi, & ad dandam in scriptis, & corā ipsis osten-
dendum quælibet instra, & iura ipsorum constituentium sibi
cōpetentia ɔ̄ quendam confiscatum, & eius bona apprehensa
noīe dictæ cameræ: & ad dicendum, protestandum, quod ip-
sa bona spectant, & pertinent ipsis constituentibus vigore suo-
rum iurium: & quod in ipsis habent potiora iura, q̄ camera p̄-
fati dñi: & ad iurandum super animas eorū constituentiū, qd
dictam cōparitionem, & in scriptis dationē, & ostēsionem nō
faciunt in fraudē, nec p maliciā, sed animo iuris sui conseruan
di. & in oībus, & p oīa, ac de verbo ad verbū, ꝓut ex forma de-
cretorum pręfati dñi iurare debent, & tenentur: & faciēdum,
quodlibet aliud sacramentū inde necessariū occasione prædi-
ctorū. Et est aduertendū, qd non specificant in ipso instro pro-
curatorio, quantā qualitatē habere debeant, nec qd instm de-
bent producere: verum dicto procuratori tradiderunt quod-
dam instm c 300. florē. in quo apparet obligatio confiscati ɔ̄
dictos cōparitores: quæ quantitas reuera non debebatur tota,
sed pars, q̄ procurator iurauit secundū formā decreti. ex quib᷑
obijcitur dictis mercatoribus mēdaciū, & falsitas. Quærit, qd
5 iuris. † Et vr̄ indubitanter, qd dicti mercatores veniunt puniē
di saltē pœna quadrupli. prout in decreto dñi continet. & hoc
tribus rōnibus. prima qa pręcedenti congrua dilatione ad de-
liberandum procuratorem constituerunt, & ei instm tradide
runt, quæ traditio instri habet vim singularis mādati, vt C. de
pac. conuen. l. fi. nā qui tradidit instm procuratori, vr̄ ipsum
instruere, siue instructū reddere, vt instm producat, & eo vta
tur. nec est procuratoris distinguere, quia in facto alieno non
habet aliā certitudinē veritatis, vt ff. de iniurijs. l. sed si vnus. §.
procuratore. & ar. ff. de leg. 1. l. seruum filij. §. cū qui chirogra-
pham. & quod no. p Gul. de cu. ff. de pac. l. postq̄. quod. n. fit p̄
cedente deliberatione, vr̄ fieri ex certa scientia, vt ff. de iureiu.
l. iusiurandū. & ad pecunias. & no. ex̄ de diuortijs. c. ex literis.
Secunda rō pręsumitur ex verbis mandati ibi, dū dr̄, & in om
nibus, & p oīa, ac de verbo ad verbū, prout ex forma decreto-
rū pręfati dñi iurare debent, & tenentur, p hęc. n. verba singu
la vīt specificata, q̄ in decreto dñi continentur, vt C. de sentē-
tijs, q̄ sine certa quantitate. l. hęc scientia. & ff. de re iudi. l. in
summa. C. de pręscrip. 30. an. l. oēs. ff. de ver. obl. l. vbi aūt non
apparet. §. si id, qd a teyo. ff. de hęre. instituen. l. asse toto. Pręte
rea in crimine falsi proceditur ex indicijs ad veritatē inquiren

dam, vt C. de falsis. l. vbi. sed istud est crimen falsi, dicit decre-
tũ ergo saltem p viã torturæ est a dictis mercatorib⁹ veritas in
quirenda, videlicet quo aĩo, & an dolo fecerint fieri prædicta,
nã certe in creditore, q petit debitũ solutũ sibi, præsumitur do
lus, vt ff. mandati. l. si fideiussor. §. in oĩbus. pręsumitur. n. tene
re memoriã eorũ, quæ fecit, vt C. de ↄhen. & comi. stipu. l. ma-
gnã. Præterea si non essent in dolo, essent in lata culpa, quia cer
tionem. l. possibilitatis, ut per Bar. no. ff. de uerb. obli. l. Stipulatio ista. post prin. & ff. de public. l. cæsar. item quia promissor promittit factum suum, non factum naturæ, ut ff. de dã. infec. l. fluminum. §. uicinum. & §. seruius. item quia promissor fecit præparatoria possibilia, onde ei non imputatur impossibile, ut C. qui perunt tuto. l. cum a matribus. & ff. locati. l. si merces. §. uis maior. item quia uerbum reschij, & periculi significat in hoc contractu leuissimam culpam, quæ non ueniebat de simplici natura cõtractus celebrati gratia utriusque partis. item sic, ut leuissima negligentia facit uenire casum, ita per locum a contrario exactissima diligentia facit nõ 4
uenire. Sed casus noster est in maximo casu fortuito, & intolerabili, & extra omnem potestatem hominis, & non reparabilis sumptu consueto, uel ... magno, sed maximo, & nõ supportabili, & contra naturam contractus, & 3 naturalem æquitatem: ergo per ista uerba non uenit casus præfatus, ut no. in d. §. quæsitum. in gl. ord. in fi. magnæ gl. & per conclusioné finalem. ergo e3 teneo dictum conductorem non teneri ad re

sectionem, nec ad pensionẽ interim, donec reficiatur: sed noua conuentione opus est inter prædictos, ac si locus casmatæ, vel hostium incursione perisset, vel quasi: ita quod esset deterioratus vltra dimidiam perceptionis redditu ũ, arg. ff. de cõtrah. emp. l. domum. namq; q̃n emit piscatio in duplo, vltra q̃ alius esset eam empturus, habet locũ lex. 2. C. de rescin. vend. & ita debet intelligi, quod no. Bar. ff. de publicanis. l. quotiẽs. §. qui maximos. Item quia non fuit renunciatum exceptioni casus fortuiti, vt d. §. quæsitum. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXX.

1 *Societas quid sit.*
2 *Fratres si habeant bona pro indiuiso, an inter eos præsumatur contracta societas, vt quicquid extrinsecus acquirũt, veniat communicandum.*
3 *Societas contrahitur non solum expreßè, sed etiam tacite.*

In Christi nomine. Quidam Antonius Zaninus, & Frãcis. fratres steterunt in cõione hereditatis paternę multis temporibus simul familiariter cõueniendo in eadem domo: & mercati fuerunt spacio anno. 24. transfretando, & exercẽdo mercantiam gualdi, nec non diuersarum aliarum rerum: qd gualdũ transfretatum dictis temporibus pro maiori parte emptũ fuit in terra Viguerię, & alijs partibus per ipsum Zaninum, & in domo cõi ipsorũ fratrum repont factum per dictũ Zaninum: & ẽt dictus Zaninus pro maiori parte gessit oĩa alia bona, & dictum gualdum cõe dictorũ fratrum reposuit, seu reponi fecit cõductum p ipsum Ant. extra viguerią̃, & in diuersis alijs partibus: & venditum per ipsum Ant. pro maiori parte, & preciũ ipsius gualdi per eundẽ Ant. receptũ fuit, & debitores occasione dicti gualdi constitui fecit suo noie. Nunc vero prædicti Ant. & Zaninus peruenire volunt ad diuisionẽ omniũ bonorum: petitur per Zaninum ipsum Ant. dare debere tertiã partẽ totius precij dicti gualdi venditi per ipsum cum tertia parte totius lucri, inde sumptiuè debitores occasione prædicta pro tertia parte assignari, & omnia inde secuta debere cõicari, & diuidi. & eidem Zanino assignari ante dotes quondam matris, & vxoris ipsius Io. in domo prouectas, & et dare tertiã partẽ denariorũ expeditorum per ipsum Ant. occasione vnius filij dicti Ant. tam in emptione librorum, q̃ aliorũ, quę emerserunt dicto filio suo: & ea debere dari, quæ continentur in petitione porrecta per ipsum Io. & opponitur per ipsum Ant. lucrũ dicti gualdi non debere cõicari, & peruenisse ex industria sua, & ex pecunijs suo periculo mutuatis. & dictus Zaninus dicit dicta lucra peruenisse ex industria ipsorum, cũ dictũ gualdum per vtrunq; ipsorum negociaretur modo, quo supra. Et ex pecunijs cõibus ipsorũ fratrum, & si quę pecuniæ mutuatæ fuerunt, fuisse redditas de denarijs cõibus dictorum fratrum. Ex his quæritur, quod sit officium arbitratorũ in pronunciando, & procedendo visis petitionibus: & si dictus Ant. teneat reddere rõnẽ de gestis p ipsum: & si dicta bona debẽt cõicari &c. & dictę dotes detrahi ante partem.

1 †Ad euidentiã est p̃mittendũ, qd societas est ɔ̃ctus vltroque citroq; obligatorius lucrorũ, dãnorum cõicatiuus, atq; diuisiuus eorũ, sicut æquitas dictat. v.g. si vnus ponit plus in societate, quã alter, quod hic non prosequor, quia est materia in l. 1. C. pro socio. Itẽ quædam societas est expressa: & de ista statutis pacto expresso. quędã est tacita: & ista p̃supponit, si quidem est societas promercalis, quod vterq; exerceat artem, & non vnus tm̃: tñ non requiritur, quod in isto exercitio vterq; ponat parem industriam, quia inter artifices longa differẽtia est, vt ff. de solu. l. inter artifices. sufficit. n. q vnusquisq; ponat eam diligẽtiam, quam scit adhibere, & caueat a culpa, a qua

2 debet cauere, vt no. ff. de neg. ge. l. si negocia. †Ex his præmissis dico, quod licèt indiuisa bona fratres habeant, tñ quod extrinsecus acquirunt, quæritur acquirenti, & non alijs fratribus, quia aduentitium lucrum est, queadmodum dicimus, cum viuo patre negociantur, vt ff. pro socio. l. cum duobus. §. si fratres. C. de decur. l. licet indiuisa. & hoc est verũ, nisi probetur inter eos contracta societas. nam si illa societas fuit cõtracta ad certa commercia, quæstus, & damnum illorũ commerciorum debet esse cõe. Si vero ad vniuersam negociationem, tunc vniuersaliter: & idem de loco, vt plenè not. Bar. ff. de admi. tut. l. Titium, & Meuium. §. altero. Quia modo videndum est, nunquid hic præsumatur contracta societas negotiatiua. nam tunc quicquid ex illo negocio sequitur, cõicandum est inter fratres, siue lucrum sit, siue dãnum, vt ff. si cer. pet. l. si totius. & qualibet contingit pro parte virili, vt ff. pro soc. l. si non fuerit. Modo videamus, si hic erat contracta negociatiua, societas inter eos, & tũc quicquid ex illa sequitur,

3 quocunq; nomine gestum sit, cõicari debet. †Sciẽdum est. n. quod societas non solum expressè contrahitur, sed tacito cõsensu, qui præsumitur ex actuũ qualitate: vt q̃n oẽs negociantur & ex communicatione lucrorũ, & participatione damnorum. Nã ex promiscuis actibus probatur societas. si igit̃ oẽs dicti tres fratres negociabantur in arte gualdi, licet dictus Anto. poneret maiorẽ operam, q̃ alij: & maiorẽ industriã, qa forte erat magis industriosus, tñ ex ipsa factorũ qualitate tacite apparet societatẽ esse ɔ̃ctã. oã simul negociando ex ipso facto datur voluntas intelligi, arg. ff. ad munic. l. si quis instructus. & C. de insti. & subst. l. reprehendẽda. & maxime propter lõgitudinem temporis, vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & propter præsumptionem charitatis fraternæ, vt ff. de proba. l. 1. §. procu. Et si dicatur, quod dictus Ant. solus subibat pericula, quia periculo suo pecuniam mutuã accipiebat. Respondetur, quod ex quo erant socij, istud dãnum debet esse cõe, videlicet cõicãdum per actionem pro socio. Et si dicatur, quod dictus Ant. fuit negociatus suo nomine nesciẽtibus fratribus, hoc potius arguit eius malitiã, quia debuit cõi nomine negociari, ex quo pręcedebat societas. societas aũt habet instar mãdati: inuicem enim sibi mandare videntur, q ea, quæ fiunt negociatiuè, cõi nomine fiant, arg. ff. de procu. l. licet. §. ex obligatio. licet hoc mandatum non pariat actionem mandati, qa non est gratuitus, vt l. quædã. in princ. ff. de eden. vnde si vera sunt, quæ proponuntur. s. quod oẽs fratres fuerunt negociati reciproce ad vicissim, debẽt iudicari fuisse socij negociatiuis nõ dico aliarũ rerũ, puta dotandi filias alterius ipsorum: nisi de hoc fuisset appositum pactum expressum, vel tacitum: vt quia oẽs habebant filias dotatas de cõi, vt ff. pro soc. l. si socius pro filio. & ratio est, quia iste actus dotandi non est actus negociationis, sed est onus incumbẽs p̃sonæ: & societas non præsumitur contracta, nisi in negociatis, vt ff. pro soc. l. si adijciatur. & ideo vnusquisq; agnoscit onus dotandi filiam suam de propria portione, quia hoc onus non venit ex aliqua negociatione, sed iure naturæ, vt l. qui liberos. ff. de ritu nup. & hoc tñ sum est ad quæsita. fiat ẽt conclusum, quod societas ɔ̃cta in aliquo, cum contractus sit bonæ fidei, excludit omne malum ingenium vnius ex socijs. Item ɔ̃cta in aliquo, vr̃ contracta in omnibus, quæ sequuntur ex illo durante societate, argu. ff. de ser. vrb. præd. l. seruitutes. §. domo. dotes etiã, videlicet matris recepta per patrem, & vxoris recepta per ipsos eodem instrumento obligatis, debentur filio, q̃n pater recepit consignari pro oneribus matrimonij, vt ff. fa. ercis. l. si maritus. Illi tñ fratres, qui obligauerunt, debent consignari indemnes. libri etiã empti de pecunia cõi pro filio alterius istorum debent computari in portione patris, saltem tales, quales hodie sunt, vt ff. fa. erc. l. si filia. nisi probaretur, q inter ipsos fratres interuenisset alia conuentio, quia tunc illa sequenda esset, vt d. l. si socius pro filia. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXXI.

1 *Rescriptum principis contra statutum an valeat.*
2 *Clausula in rescripto, quod non obstante eius contumacia fieri debeat iustitia, quid operetur, & quomodo intelligatur.*

In Christi nomine. Proponitur, quod ex forma statuti verus contumax in non respondendo positionibus habetur ipso iure pro confesso. Modo a principe emanauit rescriptum, q cum defensio nemini sit auferenda, q nõ obstante ista contu-

1 macia debeat partibus iustitia ministrari. † primo quæritur, verũ valeat rescriptum? Et vr̃, q nõ, vt C. vt lite pẽ. in rubro, & nigro. & in Authẽ. in medio litis non fieri sacras formas. Sed 2

contra-

contrarium est verum, cum princeps ex certa scientia lit. motæ, & penden. rescribit, & ita seruat consuetudo principum, licèt non apponatur clausula. non obstante. d. l. vt lite pendente. & dicto titulo in medio lit. Et hoc est verum, nisi principi fuisset obreptum in facti causa: tunc enim rescriptũ non valeret, vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. tutor si petitus. & extra de rescrip. c. super literis. viso de valore rescripti præsuppo
2 sito quod valeat, † quæritur, qualiter dictum rescriptũ sit intelligendum, videlicet ꝙ fiat iustitia contumacia non obstante. & videtur. quod contumacia non noceat in aliquo, quia eã princeps indulget: sicq; onus probandi incumbat partibus, sicut ab initio, quia princeps de sua benignitate hoc statuisse videtur, potest. n. vt extra de dolo, & contu. c. 1. In contrariũ vr̃, quia dolus non debet remanere impunitus: saltem. n. debet onus probandi retransferre in aduersarium, vt ff. de no. ope. nun. l. si is prius. Item princeps non intelligitur sentire, nec velle illud, quod non debet de iure, vel scripta æquitate velle, vt extra de resti. spo. c. audita. Tamen licèt actor nõ probet, fiscus ab eo nihil petere potest, quia fiscus, siue dominus subtraxit ei copiam probationis, ar. C. de proba. l. de possessione. Item non potest ei contumaciã obijcere aduersarius, quia quod quisq; iuris in alterum statuerit, ipse eodẽ iure vtatur, vt l. 1. ff. quod quisq; iur. & de consti. cum accessissent. Item quia æqualitas debet seruari in iudicijs, vt l. fi. C. de fru. & lit. expens. So. ex quo princeps indulsit, & indulgendo contumaciam aboleuit, debet actori statui terminus ad probãdum: & si nõ probat, satis reus fecit suam defensionem, vt C. de eden. l. qui accusare. nisi, vt dixi superius principi in aliquo esset obreptum, quia tunc non valeret rescriptum, & deberet reus tanquam contumax, & confessus condemnari. Ego Baldus.

### CONSILIVM CXXII.

1 *Venter si est institutus hoc modo, si filium pareret, modo mortua matre pregnante puer est extractus ex corpore matris, an talis institutio, vel substitutio facta locum habeat, quia non est proprie natus, sed sectus de ventre. Et vide infra consi. 128.*

2 *Substitu facta per hæc verba, si contingeret filium meum mori ante legitimam ætatem testandi, an sit pupillaris, an compendiosa.*

In Christi nomine. Verba testa. sic dicunt: instituit ventrem vxoris, si grauida esset, filium masculum peperit, seu pareret vnum, vel plures, ipsos æqualibus portionibus sibi hæredes instituit. verum si grauida, vel prægnans non esset, vel si peperit, & pareret, vt præfertur, & contigerit eos mori ante legitimam ætatem testandi, & ad ipsam ætatem non peruenerint &c. Residuum vero omnium suorum aliorum bonorum reliquit operæ ecclesiæ sancti Michaelis: & dedit executores. accidit, quod vxor testator. primo peperit filiam, secũdo in alio ventre decesserit in puerperio, & masculus extractus est de vtero, qui non vixit, nisi vna die vel minus. hinc quæritur,
2 vtrum sit locus dictę substitutioni. † Et vr̃ casus ad literam, ꝙ non, quia falsum est dicere, quod peperit, quæ ante partum decessit, vt ff. de ver. sig. l. anniculus. §. cum. In contrarium vr̃ expressum, quod peperisse dicitur, quæ in puerperio decessit, vt ff. de statu. ho. l. aretusa. cum. l. seq. Super hoc passu dubitant aduocati Lucanę ciuitatis. Ego alias consului, quod dicta substitutio vendicat sibi locum: consilium meum est ipsa ueritas non obstantibus quibuscunq; opinionibus ꝯrijs, quia friuolę sunt. Et considerandum est, quod qñ testator dicit, instituo uẽtrẽ, ille, qui est in ventre, institutus est, siue nascatur uiua matre, siue ex utero excidatur. Nam cum testator dicit, uentrem perfecta est oratio: & quicquid adiungitur, quædam demonstratio est, quæ nõ habet uitiare, licet per aliũ modum, quã per modum demonstrationis, ueram notitiam habeamus. ille est casus. ff. de lib. & posth. l. titius. §. Lucius. secundo hoc probatur, quia interdum fit mentio de partu respectu uiri generantis, interdum respectu mulieris concipientis. primo casu uerissimum est dicere, quod ex semine partus productus est: unde siue uxor decedat in puerperio, siue post partum, ille eodem modo descendit a patre tam naturaliter, quam quoad affectionem paternam, ut ff. de inoffi. testa. l. posthumus. & l. qđ dicitur. de li. & posthu. ff. de neg. gest. l. cum pater. Si autẽ referatur ad matrem, tunc aut ipsa mater profert sermonem, aut quidam tertius: de ipso primo casu dicitur peperisse, licet ex secto uentre puer uiderit solem, ut C. de inoffi. test. l. 3. & est ratio naturalis, quia eadem est affectio secundum naturam, & idem testandi cõsilium, & necessitas, ut testm̃ non rumpatur, ut C. de posthu. hęre. institu. l. fin. Tertia ratio est, quia cum tractetur de commodo posthumi, & eius fauore, posthumus habetur pro iam nato, ẽt dum est in utero quo ad consequendum institutionis effectum, & maxime pp fauorem testamenti, ut no. ff. de lib. & posth. l. a primo hærede & l. Gal. §. instituens. & l. qui in utero. ff. de stat. ho. & sic in specta iuris benignitate primo ille fingitur natus, quam mater decesserit: hoc tenet expresse Odo. in d. l. anniculus. §. falsum. super uerbo extractus. dicit Odo. id est sectus, & extractus de uentre, & filius pro iam nato habetur. ut ff. de inoffi. te. l. posthumus. Odo. in lectura sua, quam ego habeo, & si expedit mittam eam: tñ nõ debet expedire, quia debet mihi credi alleganti autẽticos doctores. cum ergo sumus in filio, ergo habetur pro nato, & manifeste concluditur ex hoc eum institutum esse, & connexè sequitur, quod substitutio ualeat. non obstat dictus. §. falsum. in text. quia ille. §. debet intelligi in extraneo, non in filio. uerbi gratia, qñ testator relinqueret matri, si pareret, vel amico suo sub eadem conditione. sed quando instituit filium, tunc non habet locum ille §. prętetea ibi testator non disposuit erga vterum, hic sic. Et hęc responsio clarissima est. sed posset dubitari, quia masculus non fuit partus immediatus, sed mediatus ex secundo ventre, vtrum includatur in verbis testamenti? & dico, quod sic, primo per casum l. ff. de lib. & posth. l. placet. secundo per casum testamenti, quia ibi testator dixit, vnum, vel plures. nam plures vix vno vtero nascuntur, sed raro: vnde considerato eo, quod cõiter accidit, verba debẽt referri ad successiuas prægnationes: nec debent restringi ad vnam, & eandem, quia mens naturalibus cõuenire debet, vt C. de fideicõ. l. cum acutis. & ff. de condi. & dem. l. cum auus. & C. de insti. & substi. l. generaliter. Item etiã in vno vtero vnus nascitur prius, alter postea: & tñ quilibet est institutus, vt l. 1. § quare. ff. de ventre in pos. mitten. Nec ob quod filia fęmina fuerit pri
1 mogenita, quia de ea fuit facta mentio de per se. præterea separati casus includunt dispositionem, quæ resultat ex connexione membrorum dispositionis, vt ff. de li. & posthu. l. si ita
2 scriptum. & ff. de heredi. insti. l. Clemens patronus. † Demũ quærit dilectus meus a me, vtrũ substitutio facta per hæc verba, si contingerit filium meum mori ante legitimam ętatẽ testandi, sit compendiosa tempore limitata, quæ comprehendat veram pupillarem, & veram vulgarẽ, & vtranq; quasi expressam, an sit pupillaris tm̃: sum consuetus dicere, & est ipsa veritas, ꝙ est compendiosa tempore limitata: vnde si decedit pupillus viuo patre, non euanescit substitutio, quod non est tacita vulgaris, sed expressa vulgaris. & sic non obstat, quod no. ff. de captiuis l. quod filius. & ff. de vulga. substi. l. lex Cornelia. tenendo opinionem Dy. nam illud est verum, qñ testator diceret ita, filius meus hæres erit. quod verbum potest intelligi, nisi superuiuat patri. viuo enim patre constat, ꝙ nõ est hęres patris, vt C. de capti. & postliminium reuer sis. l. nec nos. & C. de pae. l. fi. & C. de sac. san. eccl. Auth. si qua mulier. & hoc si decedit viuo patre, sed si mortuo patre, tunc adita per pupillum hæreditate patris compẽdiosa vertitur in meram pupillarem ex generali forma ipsius, & natura verborum eius, vt dixi in primo consilio. ad hoc etiam facit opinio cõis, quod substitutus ad vniuersitatem bonorum facta mentione pupillaris ętatis, vel quod pro eodem habetur, sit substitutus recta via. i. directa: quia pupillaris ętas est apposita vt tempus, & vt terminus substitutionis: qđ nõ est de natura fideicommissarię, nisi esset fideicommissaria expressa, vt C. de insti. & substi. l. generaliter. & ff. ad Trebel. l. regula & ff. de vulga. substi. l. qui habebat. reddendo singula singulis membris. Si autem testator non expressit hæc verba, si hæres, sed dixit, si in pupillari ętate decesserit, certum est, quod si viuo patre decedit, conditio tamen est impleta, & substitutio purificata est. alia substitutio

autem

notem non potest esse alia, quàm vulgaris, cum sit directa eo casu, quãdo decedit in vita patris: fideicommissaria autẽ non potest fieri per patrem, si filius moritur in vita patris, vt ff. de vulg. substi. l. cohæredi, §. cum filiæ. Præterea hoc vr̃ euidentissima ratione, nam idem est dictum, si decesserit in pupillari ętate, quod est dictum, si quandocunq; decesserit in pupillari ętate: quia ista dictio, quandocunq; subintelligitur, vt ff. de vulg. substi. l. centurio. nemini autem venit in dubium, quod dictio, qñcunq; pertinet ad compendiosam, vt in c. si pater. de testa. li. 6. Et sciendum est, quod ista substitutio vulgaris potest fieri etiam in legato: & potuisset fieri filiæ fœminæ in casu nostro, si testator hoc voluisset, vt ff. de leg. 2. l. v: hæredib⁹. nam vulgaris substitutio potest fieri etiam in legitima, vt ff. de lib. & posth. l. si posthumus a primo. §. quod vulgo perpẽdat, Igitur pro opera ecclesiæ sancti Michaelis me fideliter consuluisset puto, primo propter dei reuerentiam, secundo pp maiestatem rei veritatis. Dubium ergo principale, quod est de l. an niculus. §. falsum, nullo modo est dubiũ, quia ille §. nullo modo tangit casum nostrum: & sic pro opera consului, & qui cõsuleret contrarium, recederet a veritate, & deficeret in vero intellectu legum. nam vt dicit gl. ordina. quia plerunq; leges aliud videntur velle, quam velint, sæpe decipiuntur magistri, & scholares, & maxime quando non ponderant verba testamentorum, quæ in se magnum pondus habent ad cognoscendum quid est. Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIVM CXXIII.

1 *Hypotheca creditoris an sit extincta, si ipse a suo debitore emat, & post ei reuendat bona, quæ prius erãt sibi obligata.*
2 *Creditor, qui prior est, emẽs a debitore bona obligata an teneatur posterioribus creditoribus.*

In Christi nomine. Quidam Alexãder obligauit pro certa summa cuidam Augustino, & eius fratri omnia sua bona præsentia, & futura. & nonnullis alijs creditoribus, qui tandem cesserunt dictis fratribus iura: tandem dictus Alex. fecit venditionem de quibusdam rebus fratribus dictis. Et not. q non fuit datio insolutum pro prioribus creditis, sed simplex venditio. tandẽ dictus Alex. & dicti fratres fecerũt cõpromissum in quendã arbitrũ occasione dictæ venditionis: q arbitrator mãdauit. qd ipso Alexã. dante, & soluente precium dictæ venditionis ĩ. certũ terminũ, quod dicti fratres tenent reuendere dicto Alexand. & facta dicta venditione incontinẽti dicti fratres locauerunt dictas domos, & terras dicto Alexãdro: & postea fecerunt retro venditionẽ de dictis rebus dño Ale. eo saluo, & reseruato, quod per dictam reuenditionem nullum præiudiciũ generet dictis fratribus in aliquibus ipsorum iuribus cõpetẽtibus super dictis rebus retrodatis eisdẽ fratribus oblig. & hypotheca. vt supra sed ipsum ius sit saluum. post prædicta dictus Alex. de dictis rebus fecit venditionẽ, & insolutum dationem dictis fratribus pro prioribus portionibus debitis: quas res dicti fratres tenent. Modo quidam alius creditor dicti Alexandri, posterior tñ dictis fratribus agit hypothecaria contra dictos fratres, est quæstio, vtrum dicti fratres pro dicto antiquo debito, in quo sunt priores tempore, possint se defendere ꝯ nouum creditorem hypotecaria agentem. & quæstio stat in hoc, vtrum hypotheca dictorum fratrum sit extincta, eo, quod emerunt res hypothecatas, & facti sunt domini, vel eo quod denuo reuendiderunt, vel ex eo, quam denuo, &
1 vltimo iterum emerunt, & insolutum receperunt, necne. † Et vr̃ dicendum, q hypotheca antiqua fuerit extincta. & hoc vr̃ probari pluribus rationibus. primo, quia creditor emendo a debitore videtur consentire debitori, q vendat pignus, & sic soluitur pignus, vt ff. qui. mo. pi. vel hypo. sol. l. sicut. §. venditionis. secundo, quia per talem emptionem facti sunt domini, vnde rem propriam non possunt hypothecatam habere, vt ff. de reg. iur. l. neq; pignus. Tertio quia dicta hypotheca peruenit ad casum, a quo non potest incipere, ergo extinguitur, vt ff. de uer. obli. l. pluribus. §. & si placet. & l. existimo. eo. ti. Quarto quia semel liberata est res a vinculo pignoris, & ideo nunquam in illud recidit, vt C. de remis. pig. l. solita prouidem.

Quinto vr̃ lex expresse hoc determinare: nam cum creditor in solutũ acceperit, est extincta obligatio personalis, ergo & hypothecaria eius accessoria, vt legitur, & no. ff. de pac. l. si tibi. & §. de pignore. In ꝯtrium videtur, q dicti fratres, idemq; creditores sibi reseruauerunt iura hypothecæ, quæ reseruatio valet, vt ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. si in venditione. & ibi glo. ordi. determinare videtur hanc quæstionem ad
2 literam. † Quæritur. n. si prior creditor emit a debitore, an tenebitur posterioribus creditoribus? Et videtur, q nõ, cum sit iam solutum uinculum pignoris. In contrarium, quia vr̃ uelle discessisse a uinculo pignoris, si irreuocabilis esset datio a debitore facta, ar. de separat. bonorũ. l. debitor. & est expressum. C. si antiquior creditor. l. 1. in fi. & ff. de exce. rei iudi. l. ex sextante. §. latius. ita dicit gl. ualde no. ff. qui. potio. in pig. hab. l. qui a debitore suo. & maxime, quia hic nõ fuit insolutum datio a principio, sed simplex venditio, & sic non sumus in controuersia doc. de qua habetur in l. libera quidem Theodora. de sen. & interlo. & ff. de pig. act. l. eleganter. in princ. & l. qui res. in prio. ff. de sol. & licet ultima fuerit datio insolutum, tñ fuit cum reseruatione, & protestatione: & sic saluum remansit ius protestantis, ut d. l. si debitor. Ad intelligentiam ueramtis distingue quatuor casus. Nam interdum possidet rem primo sibi obligatam, postea alteri, interdum eã primo obligatã alij, postea sibi obligatam tantum. Primo casu certũ est, quod tuetur hypothecaria, si possidet. secundo casu non tuetur hypothecaria, nisi sibi offeratur debitum. & ita loquitur illa gl. solẽnis superius allegata. Tertio casu adhuc durat sua hypotheca propter ius offerẽdi, donec prior creditor sit dimissus: eo enim dimisso frustra duraret sua hypotheca, cum habeat plenum, & irreuocabile dominium: & res irreuocabiliter facta sua sibi non potest esse hypothecata, ut ff. de captiuis. l. in libello. §. si quis seruum. Quarto, & ultimo casu, quando erat obligata sibi emptori, solutum est ius pignoris, ut nemo possit euincere. Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIVM CXXIIII.

1 *Archipresbyter habet iurisditionem in subditos, & potest eis mandare: & propter tale exercitium iurisditionis ab episcopo suo non potest mulctari.*

1 In Christi nomine. † Archipresbyter habens sub se canonicos habet iurisditionem, & potestatem etiam excommunicandi, ex quo est in plena administratione, de offi. ord. c. cum ab ecclesiarum prelatis. & de maio. & obe. c. cum in ecclesijs per Inn. & hosti. & eo. ti. quanto de offi. archi. cum satis de iudi. decernimus. & ibi per Bar. ubi dicit, q omnes prelati. s. qui sunt in possessione prælaturæ, sunt iudices ordinarij subditorum suorum. Vnde iste archipresbyter sine dubio habet iurisditionem. tamen causa, quę sine causæ cognitione exerceri nõ potest, extra territorium existens exercere nõ potest, ut in l. 1. ff de offi. proconsulis, & legati. & ff. de iuris. om. iu. l. extra territorium. & in c. ut animarum, cum sua materia. nam siue extra existens, siue extraneos iudicans dicit procedere illicite:
2 ut C. de decurionibus. l. duumuiri. li. 10. Sed ubi nõ requirit cãæ cognitio, ut in his, q̃ sunt uolũtariæ iurisditionis, talis iurisditio põt exerceri ubiq; in loco honesto, ut d. l. 1. de offic. proc. idẽ in mãdatis, q̃ faciũt superiores subditis suis in his, q̃ absq; iudicio mandari possunt: puta in his, quæ pertinent ad obseruantiam, uel constitutionem, uel regulæ: maxime quia de nullius præiudicio agitur, ar. ff. de arbitris. l. diem proferre. in prin. & quod no. Inno. in c. 1. de iudicijs. li. 6. His igitur attentis, quia quod iustum est, mandauit, & quia præceptum suum dupliciter iustificauit. s. & posset de iure, & non posset in loco uenire dicẽdum est, q per mandatum iustificatũ nõ inciderit in aliquam pęnam, quia in casu, in quo de iure, uel de loco, uel tẽpore non potuisset fieri, apparet factum non esse, ut ff. de act. & obl. l. non solum. & ff. de manumis. test. l. si quis. locupletior. in fi. Præterea mulcta non potuit induci sine cãæ cognitione, & nõ dato termino ipsi archipresbytero ad faciẽdam suam defensionẽ, vt C. communia. epi. l. præses, & l. inter locutio. & est expressum. ff. de re militari. l. 3. §. si ad diem.

Præterea

Præterea celeritate correctionis intelligitur culpã, si qua fue-
rit, purgasse, vt ff. de adulterijs. l. si adulterium cum incestu. §.
fratres. & §. idem Polhoni. ff. de offi. præsidis. l. illicitas. §. fi. ff.
de in ius vocan. l. quamuis. nam in criminibus extraordina-
rijs habet locum pœnitẽtia re integra, nedum hic, vbi nũ erat
crimẽ, vt no. in l. & hoc edicto. §. pe. ff. de aliena. indi. mu. cau
sa facta. & ibi gl. ordinaria, propter quod concluditur aperte,
q; a dicto archipresbytero dicta mulcta non potest exigi: præ
sertim cum mulctarum seuera compendia non consueuerũt,
nisi propter cuntumaciam extorqueri, vt ff. de ver. sig. l. aliud.
§. inter mulctam. & C. de mõ mulctarum. l. eos. non ob. ca. sa-
cro. de sen. excõ. quia alius est ibi casus. Ego Bald. de Perusio.

## CONSILIVM CXXV.

1 *Contractus ex quibus coniecturis præsumatur simulatus, vsu
rarius, & illicitus.*
2 *Transactio potest fieri super frauda, dummodo in ea non conti
neatur fraus.*

1 In Christi nomine. †Tres fuerunt cõtra
ctus, vnius trecento
rum flo. ex causam mutui: aliter venditionis certæ pro dictis
trecent. flor, & vltra pro flor. tribus. Tertius contractus fuit
transactionis inter prædictos, & nomine transactionis fuit fa-
cta similis vẽditio pro dictis trecen. flo. & confessus fuit vltra
dictos trecẽtos flo. dictus debitor se habuisse a dicto, vt supra.
mutuante lib. cẽtum septuagintaquatuor terziolorũ nomina
dictæ transac. & ad confirmationem dicti instrumenti vendi-
tionis, dicit itaq; debitor qđ oẽs illi contractus fuerunt facti
in fraudẽ vsurarum: & eos rescindi petit: & illicitos, & vsura
rios iudicari: & probatum fuit dictum creditorem fuisse vsu-
rarium manifestum: & de hoc ẽt apparet sua cautio. tñ non
videtur esse specialiter probatum, quod dictus primus 5ctus
fuerit vsurarius: sed presuppono, q; ita fuerit in rei veritate, &
quod dubium non restet, nisi super dicta transactione. Quæri
tur igitur quid iuris? Respõdeo, si obligatio trecẽtorum florẽ.
fuit feneratitia, quicquid ex ea, vel ab ea secutum est, debet in
irritum reuocari, vt C. de legi. & consti. l. non dubium. §. fi. nã
a primordio tituli posterior formatur euentus, vt C. de impo
nẽ. lucrat. descriptione. l. 1. li. 10. & non titulus 5ctus, sed ori-
go debet inspici, vt ff. de do. l. qui id, quod. & ff. de fideiusso. l.
tutor. & hoc apparet manifeste, quia in quolibet posteriore 5-
ctu tacitẽ recapilogata est vsura. & quicquid excedit sorti per
quẽcunq; coloratum contractum, est vsura, vt no. ff. si cer. pe.
l. rogasti. §. si tibi. & confessio facta versus vsurarium est suspe
cta de fraude vsurarũ, vt no. Guil. & Cy. expresse. ff. de pactis.
l. si tibi. 10. milia. in princ. Item ex successiuis cautelis præsu-
mitur fraus, vt no. in l. 6. ff. de condi. insti. in gl. no. Itẽ ista non
fuit transactio, sed sordida concessio: & hoc apparet ex ordi-
ne titulorum, siue contractuum, & ex vacillatione, siue varie-
tate eorum. quod. n. emptio non fuerit a pura fraude, apparet,
quia non consonat, nec se coostontat veritati. nam frustra in
posteriore 5ctu transactionis esset adiectum precium librarũ
centũ septuaginta quatuor, nisi quia prima vẽditio erat asper
sa vsuraria prauitate: & ex varietate 5ctus præsumitur fraus,
2 vt C. mandati. l. ab Anastasio. † Ego non dico, quod super lite
vsuraria non possit transigi bona fide, cum super quolibet do
lo transigi possit, nisi in transactione sit repetitum uicium, ut
C. de plus peti. l. 1. Sed hic fuit repetitum uicium, quia fuit in
clusa usuraria quantitas sub summa trecentorum trium flor.
& alia summa lib. centum septuaginta quatuor, ut ff. de rebus
dubijs. l. si is, qui ducenta. §. 1. pp fermẽtum. igitur usurarum
tota massa corrupta est iuxta illud, modicum fermenti totam
massam corrumpit, ut no. ff. de pac. l. si unus. §. pactus. hoc ẽt
apparet naturali, & ciuili ratione. nã nemo quod emit semel,
pure, & libere. potest iterato emere, ac nouum precium adij-
cere: cum rei factæ suę iam ratio per uẽditionem, & traditio-
nẽ nulla denuo emptio consistere possit, ut ff. de reg. iu. l. neq;
pignus. & ff. de contrah. empt. l. rei suę. Sed si appareret de ue
ra numeratione, bene potuisset 5ctus pignoratiuus transire in
contractum uẽditionis p recessum a pignore, & accessum do-
minij, ut l. ex sextãte. §. Lucius. ff. de excep. rei iudi. Sed in qõ-
ne nostra non apparet de uera numeratione. Itẽ transactio fa-
cta in fraudẽ canonum non tenet. d. l. non dubium. cum sibi
similibus. Ex quibus cõcluditur, q; sup dictis libellis dictus
Vicarius potest cognoscere, imoquodammodo cognouisse t
portu ordo, & conexitas, & sequela rerum gestarum hoc ma-
nifeste declarãt cuilibet recte intuẽri, ut ff. de transa. l. cum hi.
§. ex causa. & §. si pretor. & optime facit. C. de transa. l. cum ea
ẽt. C. de fide instru. l. scriptura. & C. de repudian. hæred. l. 2. &
ex colligantia, & origine successiua contractuum deprehen-
ditur fraus inter prohibitos. de proba. l. qui testamentum.
Ego Baldus. Vide infra in consi. 137. ubi ponuntur aliqua
in fine, quæ hic non ponuntur.

## CONSILIVM CXXVI.

1 *Posthumus, seu venter ex filiofamilias, qui multa bona ac-
quisiuerat ex castrensi, an mittatur in possessionem bonoru m
castrensium sic postulante matre, an auus ipse possidebit, &
an curator sit dandus ventri: & an mater, an auus erit cu-
rator, & natus per trienniam educabitur apud matrem etiã
auo inuito.*
2 *Auus potest substituere pupillariter posthumo.*
3 *Considerare non debemus, quod euenire potest, sed præsentem
statum.*

In Christi nomine. Quidam nobilis fi-
liusfamilias multa
quæsiuit ex stipendijs suis armorũ probitate: & nonnulla alia
discurrẽdo per totum cum alijs armigeris, violando, & extor-
quendo, vt moris est in Italia: decessit iste superstite patre, in
cuius erat potestate: & relicta vxore prægnante: quæ petit se
mitti nomine ventris in posses. bono. quondam mariti. sed pa
ter, in cuius potestate fuerat dictus armiger nobilis contradi
1 cit. † Modo quæritur, quid iuris in castrensibus, & quasi: quia
de aduentitijs non est dubium, quod solus pater dicti nobilis
habet vsumfru. vt C. de bo. quę lib. l. cum oportet. Et arguitur
primo pro patre: nam si posthumus, qui est in vtero, habetur
pro nato, ergo ad patrem pertinet administratio, sicut pertine
ret nato impubere, cum nascatur in eius potestate, arg. ff. de
neg. ge. l. cum pater. Item sicut esset legitimus administrator
bonorum nepotis, vt C. de bo. mater. l. 1. ita debet esse legiti-
mus administrator veteri ratione speciei de nascendo: nã aut
puer non nascetur, & ad ipsum patrem dicti nobilis pertinent
bona, quia succedit filio suo ab intestato: aut nascetur, & ad
ipsum auum pertinet administratio, & vsusfructus etiam bo
norum castrensium filij, vt ff. de acq. hære. l. Paulus. §. fi. Cum
igitur in omnem euentum sit certum ius patriæ potestatis, ha
bita cõsideratione filij, vel nepotis, ergo mater possessionẽ ad
se reuocare non potest: & sic non debet mitti ad talẽ quidem
possessionem ventris nomine. Præterea non debet dari sibi li-
centia, vel habilitas administrandi, vel tangendi, quia in hoc
posset esse periculum patris, ut ff. qui satis. cog. l. si fideiussor.
2 §. fin. † Præterea auus potest posthumo pupillariter substitue-
re, & matrẽ totaliter excludere, si contingeret puerum nasci,
& decedere in pupillari ętate, vt ff. de vulg. substi. l. moribus.
3 §. 1. & l. sed & si plures. §. ad substitutos. † & breuiter contra-
rium vr verius, quia non debemus considerare, quod uenire
potest: sed præsentem statum: quo impleto ille, qui est in ute-
ro, est pars viscerum, & ius matris potentius est in eo, vt ff. de
uen. in pos. mittẽ. l. 1. & no. in d. l. cum pater. & non solum dũ
est in utero, sed ẽt vsq; ad triẽnium dum est in lacte. vnde nec
auus posset interim matri auferre nepotem, nisi transiret ad
secunda uota, ut in c. ult. extra de conuer. infidelium. cum gl.
ualde no. Videtur igitur dicendum, quod mater debeat mitti
in pos. bo. ad consequendum quosdam effectus, quos produ-
cit talis bo. pos. quę ius non tribuit: sic tñ ut detur curator uẽ
tri, uel bonis, qui faciat ea, quæ pertinent ad officium dicti cu
ratoris: ita tñ quod res mobiles, & pecunię stent in tuto apud
qdẽ sacram, ut l. ita autẽ. in princ. ff. de admi. tut. ita quod nec
ueniant ad manus dicti patris, nec dictæ mulieris, donec re-
rum natura ostenderit finem partus. redditus autem dictarũ
pecuniarum per dictum curatorẽ ueniunt disponendi, & ad
ministrandi, secundum quod dicitur in l. j. §. curator. de uen.
in pos.

in pos. mittē. cum si. Consulo tñ dictę matri, & illis, qui habēt
sibi consulere, ꝙ hoc potius tractent amicabiliter, q̄ contro-
uersialiter cum socero, quia multa potest in ista materia, vt ex
superioribus patet: & forte hoc casu dictus auus debet dari
curator, & nō mr, nec alius. de materia istius curæ not. in spe.
de successio. ab intesta. & ego dixi in consilio præcedēti istud
consilium, quod allegatum est infra in consi. 137. Indubitan-
ter igitur dicta nobilis domina tria petere potest. s. se mitti in
possessionem ventris nomine, secundo curatorem dari bonis
uel neutri, vt in l. 2. §. sed si mater. ff. ad Tertu. licèt spe. dicat,
quod non vidit vnquam dari coratorem vētri. sed siue detur
curator bonis, siue ventri, debet facere inuentarium, & cura-
re, quod mobilium, & maxime pecuniæ non occultentur, nec
possint dilapidari ēt per auum paternum, quia nondum est le
gitimus administrator, cum ventrē non editum nō habeat in
potestate, vt l. vltima. ff. de assignandis libertis. & l. fi. ff. de col.
bonorum. Tertium autem petere poterit, cum venter natus
erit, ꝙ licèt puerum apud se per triennium educari ēt inuito
auo, vt plene no. extra de conuersione infidelium. c. fi. nisi con
traheret secundas nup. vt in Aut. de nuptijs. §. omnes quoq;.
Natus antē erit in potestate aui paterni, & desinet cura, cum
ceperit esse in potestate aui: & auus erit legitimus administra
tor, vt l. j. C. de bo. mater. in l. cum oportet. & l. cum non solū.
de bonis quæ liberis. sic tamen quod nec auus, si est male mo
rigeratus, vel suspectus, possit dilapidare. ff. ad trebel. l. Impe-
rator. C. de sen. pas. l. fi. Ego Baldus.

## CONSILIUM CXXVII.

1 *Feudum datum ad renouandum renouandum est, vt ecclesia suum cōsequatur laudimiū, aliter vassallus cecidit in pœnas.*

In Christi nomine. Quidam nobiles re
ceperūt in feudum
quædam prædia pacto apposito, ꝙ ea possint locare, & affictā
re ad certum tēpus, vel ad 10. annos ad renouandum, illi no-
1 biles sic affictauerunt. s. ad 10. annos ad renouandum. † Quæ
ritur, renouatione non secuta, nec facta, vtrum ista prædia ad
monasteriū sint reuersa, an ad dictos nobiles. Et vr, ꝙ ad mo.
Quia pactum est appositum cum mona. & non est obseruatū.
Constat. n. ꝙ ex isto pacto ius mon. acquiritur, vt C. de iu. em-
phy. l. 2. in princ. & in 10. col. quib. mo. feu. amit. §. est & alia.
& est pp feloniam contractus, ipsa enim ecclesia debet habe-
re suæ iniuriæ vltionem. Ex quo enim emphyteuta non cura-
uit pactum seruari, nec interpellauit affictuarios, cecidit a iu-
re suo pp suam culpam, quia tenetur non solum de facto suo,
sed de facto eorum, qui habēt causam ab eo, vt ff. de verb. obl.
l. si seruum. §. de illo. & l. stipulatio ista habere licere. §. 1. Et
igitur in legē committitur, cui ex pacto l. non seruatur: nō. n.
conquereretur de iure tertij, sed de proprio interesse, vt C. de
sac. san. ec. Auth. qui res iam dictas. & ff. loca. l. quæro. §. inter
locatorem. quod deberet hoc facere, & curare, probatur per
id, quod leg. & no. ff. de ver. ob. l. si ita qs is. §. ea. l. & ff. de pac.
l. non impossibile puto. & maxime si pro renouatione debeat
præstari laudimium ecclesiæ, quemadmodū si debuisset præ
stari fictum, Et non esset præstitum, & essent elapsi plures an
ni: quia pœna committitur, ēt si minimum quid non soluat,
vt ff. fa. her. l. hæredes. §. idem iuris. In cōtrarium vr, quia ista
locatio ad renouandum non vr tacite renouata. nam feudum
requirit scripturam, nisi sint testes pares cur. vt in c. 1. de feu-
do guardiæ, & castaldiæ. & vbi requiritur scriptura, nō vr res
tacite reconduci. tex. est no. ff. locati. l. item quęritur. §. qui im
pleto. in fi. §. si ergo dicta affictatio fuit finita tempore, vt C.
locati. l. si cum hæres. non autem reuersa, quia non cōcessat
finito igitur tpe ipso iure redit in primū statū, & sic ecclesia,
non hēt ius vendicandi. Solu. si nihil est in pręiudicium eccle
siæ factū, non redit ad ecclesiam, quia nulla est culpa, sed si es
set factum in præiudicium ecclesię, ut qa ecclesia debet habe
re laudimium de renouationibus fiendis, tunc reuertetur ad
ecclesiam, quia vassallus non seruauit in hoc ecclesiam indē-
nem: imo sua culpa ecclesia incidit in læsionē. & hoc patet ex
presse per iura superius allega. Item contra pactum fuit dicta
res affictata inspecto exitu, ergo ecclesia habet ius reuocandi,
vt in d. §. Est & alia. & §. fi. in ti. quæ fuit prima causa beneficij
amittendi. & in ca. Imperialē. §. illud. de prohibita feudi alie.
per Fed. Ex his sequitur, ꝙ vassallus non solum renouare pōt,
sed renouare dēt, vt ecclesia consequatur laudimiū, si solitū est
pstari, qa tenetur fideliter gerere rē dñi sui quo ad ipsum feu-
dum. Si autem non est consuetudo, ꝙ domino præstetur lau-
dimium pro renouatione, quæ fit a vassallis in suum affictan-
tem tunc non potest conqueri dominus de iure vassalli, vt no.
in l. 1. §. 1. & in l. 2. ff. si ager vectig. vel emphy. petatur. Ego
Bal. de Prusio. Istud consilium sequens tendit ad illud idem,
quod consultum est supra in consi. 122.

## CONSILIUM CXXVIII.

1 *Testamentum, in quo filius posthumus est præteritus, an conualescat de iure ciuili, vel prætorio.*

2 *Substitutio facta ventri, si masculum peperit, & ante legitimam ætatem testandi decesserit, an valeat, & comprehendat solum ventrem, qui erat tempore testamenti: & quæ substitutio sit ista.*

In Christi nomine. Ad intelligentiam
duorum dubiorum
1 est præmittendū, † ꝙ dictū testm̄ fuit nullū: quia filia in pote
state testatoris posita fuit præterita, cui nihil fuit relictum iu-
re institutionis, vt in Aut. vt cum de appel. cogno. § aliud quo
que capitulū. nisi statutū loci disponeret, ꝙ sufficeret quoquo
relicti titulo, sicut erat de iure codi. vt C. de inof. test. l. omni
modo. & licet filia decesserit viuo patre, tamen vr, ꝙ testm̄ nō
conualescat, vt ff. de li. & posth. l. filius, qui in potestate. & in-
sti. de exhæreda. libe. in prin. Sed tñ contrariū est verum hoc
casu, quando filius testatoris fuit hæres institutus, vt ff. de
iniu. test. l. posthumus. ver. idem & circa. nam tunc cōualescit
de iure prætorio quo ad primū gradum institutionis: tñ quia
filius illico decessit, & bonorum possessionem secundum ta-
bulas non petit, institutio filij videtur esse in causa caduci. cū
possessio non transmitatur ad hæredes, si non est agnita, vt ff.
de bo. pos. l. 3. §. & acquirere. de iure vero ciuili testm̄ non cō-
ualescit, vt ff. si tabulæ testa. nullæ exta. l. 1. in fi. & no. ff. de in-
iu. test. l. cum in secundo. & C. de contrata. l. posthu. sequitur
ergo, ꝙ si testm̄ est nullum propter præteritionem posthumæ,
vulgaris substitutio facta filio masculo non teneat. Est. n. vul-
garis: quia testator dixit, si non nasceretur, vt ff. de ven. inspi.
2 l. qui ventri. † Sed dubium restat, vtrum substitutio facta ven
tri, si masculum peperetit, & ante legitimam ætatem testandi
decesserit, habeat locum: & antequam veniam ad hoc, opor-
tet præmittere talem quæstionē, videlicet an testm̄ prædictū
intelligatur solum de ventre, qui erat tempore testa. vt ff. de
leg. 2. l. si ita scripsisset. Contrarium est verum, quia testator
non dixit, si prægnans est, sed dixit, si pręgnans esset: quod in-
telligitur, qñcunq; ex dicto testatore esset pręgnans, arg. C. de
posthu. hęredi. instituen. l. fi. & ff. de lib. & posth. l. pater. nam
in dubio debemus interpretari, ꝙ testm̄ valeat, & ꝙ testator
senserit de casibus necessarijs, vt no. ff. de lib. & posthu. l. Gal.
§. videndum. vnde natis diuersis pręgnationibus filia, & filio,
intelligo testatorem, de vtroq; sensisse, videlicet de filia legan
do, & de filio masculo institutio fuit ista: & dico, ꝙ fuit pupil
laris, quia illa verba, si decesserit ante legitimam ætatem testā
di, hunc sensum exprimūt. i. si decesserit in pupillari ętate, qa
illa est ætas non testandi, vt ff. de testa. l. qua ætate. unde fuit ex
pressa cōditio, si decesserit in pupillari ætate: qua propter sub
stitutio est formaliter, & figuraliter pupillaris. sed tunc statim
quæritur, an dicta substitutio euanescat pp præteritionem di
ctæ fœminę: & gl. dicit, ꝙ pupillaris substitutio non uiciatur
ratione pręteritionis, ut not. ff. de uulg. subst. l. 1. & idē tenet
Bart. licèt Dy. ꝯ opi. glo. puto ueram, qñ substitutio pupillaris
fit instituto, & non pręterito: sicut est in casu nostro. si autē fie
ret impuberi præterito, tunc esset uera opi. Dy. ar. ff. de le. 3. l.
ex filio. C. de fideicom. l. pe. & ideo in quęstione proposita pro
opera ecclesię sancti Michaelis sentio tam in hęreditate pater
na, quę est tota deuoluta ad posthumum, quia soror decesse-
rat in uita patris: quàm etiā in materna, quia solus supererat
masculus, & licèt natus fuerit octauo mēse, qui non potest ui-
uere

uere secundum physicos, tamen sufficit momento vixisse, ut C. de post. hære. insti. l. vxoris abortu. & l. quod certatū. & ita sentio de his punctis, & de clausula codicillari, si expedit tractari, cum substō pupillaris valeat de iure directo. Itē scias, φ instō substō pupillaris valent de iure directo. Itē scias, φ institutio substitutio comprehendunt similes casus. i. vbi est eadē intentio, & ratio, licēt sit aliqua diuersitas in facto, quia reali tatem intentionis inspicere debemus, vt C. de posthu. hæredi. insti. l. fi. & C. de insti. & substitu. l. fi. & l. si mater. Ited extractus de vtero realiter nihil differt a nato, nec est imputādum testatori, si non cogitauit casum insolitum, vt C. de inoffi. test. l. si mater. Item ad confirmationem opi. meæ in l. precibus, facit, quia substitutio sub cōditione, si viuo testatore moriatur, est vulgaris. & idem si sit casus, qui ex verbis concipi possit, vt ff. de lib. & posthu. l. Gallus. in prin. & §. 1. Item facit de vētre inspici. l. qui ventri. & de fideicom. liber. l. thais ancilla. §. splendo sorus. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXXIX.

1 *Substitutio facta a matre pupillariter, & directo filio, an sit inutilis, an valeat iure fideicommissi: & an decedente filio in pupillari ętate uiuēte matre testatrice euanescat substitutio.*

In Christi nomine. Domina Francisca quondā Odonis fecit testamentum, in quo inter cætera hæredē vniuersalem sibi instituit Corradinum filium suum: & si forte dictus Corradinus filius suus decederet infra annos 14. videlicet in pupillari ætate, sibi hæredem substituit Petrinum fratrem suum, vel hæredes suos: & hāc suam vltimā voluntatē asserit esse velle, quod valere voluit iure testi, qd si iure testi non valeret, saltē valeat iure codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis, quo melius de iure valere, & tenere potest, demum decessit dictus Corradinus hæres institutus superstite dicta dña Fracisca eius matre, & dicto Petrino eius auūculo: demum decessit dictus Petrinus superuiuēte dicta dña Francisca, & superstitibus Michilino, & Margarita eius filijs: postea decessit dicta dña Francisca testatrix: demum decessit dictus Michilinus, & Margarita: quibus successit Benedictus, qui Benedictus dicit hęredi tatem dictæ testatricis ad se pertinere. Modo quæritur, quid iuris: præsuppositis duobus statutis ciuitatis Ianuæ, quorum vno cauetur, φ si quis habilis testm̄, seu vltimam voluntatem fecerit, vel aliam dispositionē contemplatione vltimę voluntatis, licēt institutiones, vel substitutiones secundum leges nō fecerit, tn̄ dispositio cōtēplatione vltimę vol. factā sit firma, si quinq; idoneis testibus. &c. alio vero statuto, sic capitulo statutorum continetur sic. Item si pater, vel auus pupilli, vel pupillæ testat° decesserit, seruet, secūdū φ ordinauerit: adeo φ si ipsi pupillo, vel pupillæ in substitutione tacuerit, & non fecerit secundum iura pupillarem substitutionē, intelligatur tn̄ facta expressa vulgaris, & pupillaris: ita φ nec mater, vel aliqua alia persona aliquid petere possit, nisi secūdum quod de iure petere posset, si per patrem, vel auum substitutio pupillaris esset facta: sed post tempora pubertatis intelligatur, & sit talis, qualis fuerit de iure. & de isto secūdo statuto nihil dicā, quia non facit ad propositū, cum loquatur solum in patre, vel

In Christi nomine. Præmissis verbis cuiusdam statuti Mediolani dicentis, ꝙ mortuo aliquo possessio bonorum trāseat in hr̄dem eius ipso iure sine aliqua apprehensione. Et si quis, qui non fuerit hr̄s, ingrediatur possessionem bonorum hr̄ditariorum, ingressus sit oullius momenti &c. Item præmissis verbis cuiusdam statuti dicentis. Si quis de cętero voluerit relinquere in vltima voluntate, vel hr̄dem instituere, hoc liceat facere, nisi alias prohibeatur a iure testari, vel relinquere, adhibitis tñ, & rogatis quinq; testib. & trib. notarijs &c. Item presupponitur quoddam aliud statutum, ꝙ filiatio, & alia proximitas sanguinis possit probari pro instr̄m, vel instr̄a facta, & conscripta a l. annis retro, vel per probationē vocis, & famæ factæ p tres testes bonæ famæ, & opioionis &c. Itē præsupponit quædā constitutio ep̄alis, quæ seruat ad vnguē, siue ad plenū: in ciuitate Mediolani reperit dispositū, ꝙ testā facta per manifestos vsurarios non valeāt, sed sint irrita ipso iure, si facta sunt vsuris non restitutis pro virib. suarum facultatū, & cautione noo præstita: & in qua ponunt hæc verba, illos namq; quo ad prædicta declaramus vsurarios manifestos, de quib. p parrochiā, in qua habitauerint, vel ibi moriens, fama publica fuerit extorsisse vsuras, a quib. iurantibus, ēt in absentia vsurarij coram ipso vicario, vel sacerdote illum vsurarium extitisse, vel de quibus recepisse vsuras per conspectionem ipsorū, aut per idonea argumēta, seu alio legitimo mō apparebit &c. Modo casus talis est A. de ciuitate Mediolani, & dña Berta fuerunt vir, & vxor: ex legitimo matrimonio ioter eos contracto tenuerunt, & tractauerunt C. eorum filium legitimum & naturalem nutriendo, & alēdo a die eius natiuitatis in domo habitationis ipsorum iugaliū, & eum pro filio legitimo edocando, omnia alimenta eidem necessaria præstando, vocantes eum semper filium legitimum & oaturalem, & tractantes eū, prout faciunt veri & legitimi parentes erga filios suos legitimos & naturales: sic publice tractatus, & reputatus est per cognoscentes ipsum: qui A. iam pluribus annis elapsis in ciuitate Mediolani, vbi cognitus erat, suū solēne coodidit testm̄, in qoo post legata per eum ibi disposita dcm̄ C. hr̄dem vniuersalem tanq̄ filium suum legitimū & naturalem descēdentē per hæc verba, dictū C. filiū meum legitimū, & naturalē instituo in oīb. alijs meis bonis. deinde dicta B. cū esset infirma corpore, sed sana mēte, dubitās de morte suū solēne condidit testm̄ p̄nte, volente, & consentiēte expresse dicto A. viro suo: in quo dictum C. tanq̄ filium suū legitimum & naturalē sibi hr̄dem instituit per hæc verba. in residuo vero bonorum ipsius testatricis instituit sibi hr̄dem vniuersalē C. filium legitimū & oaturalē ipsius dñæ testatricis, & ipsius A. & subiungitur in testamēto, & p̄nte semp. & instante ipso A. viro eius testatricis, & ad prædicta distribuēda se obligauit. deinde ipse A. de mēse Februarij, siue Martij 1385. cum iuisset vltra montes pro certis negocijs suis, ibidem decessit, & mortuus est, modo postq̄ fuit certum de morte sua, superuenit quidam nomine D. asserens se fratrē dicti A. & produxit quoddam testm̄ factū extra terram propriam dicti testōris de mense Februarij die 25. mensis, quod asserit factum per ipsum A. in forma solēoi: & in qoo disponit reuocando oīa alia testā per eū condita, in quo apparet dictū D. hr̄dem voiuersalē dicti A. & apparet relictū scm̄ dicto C. p hæc verba. Itē iudico, volo, & relinquo iure instōnis, ꝙ C. quē ego testōr hucusq; nutriui, & alui & nutriri feci in domo mea, post meum decessum habeat, & hr̄e debeat possessionem meā, & oīa bona mea, quæ habeo, & possideo io tali loco, & aliter in dicto testō eum nōiando: nec aliter eum iostituendo. post quæ dictus D. existēte dicto C. in tenuta, siue possessione bonorū testōris asserit, vt s̄. hoc modo: videlicet qoia probatum est, ꝙ añ mortē dicti A. dictus tenebat, & possidebat bona ipsius A. noīe ipsius A. p̄ris sui, & post mortem tenuit, & possedit dicta bona, vsq; quo dictus D. intrauit bona prædicta hoc modo: quia comparuit quidā eius noīe coram vicario potestatis Mediolani asserendo dictū A. mortuum, & probando de eius morte per duos testes, & obtinuit sn̄iam ostenso dicto secundo testō ad executionem dicti statuti disponentis de continuatione possessionis &c. non citato in aliquo ex prædictis dicto C. de intrando possessionem dictorum booorum: cuius sn̄iæ vigore iuit cum nuncio cōis ad dicta bona. Et nuncius, vt retulit in dictis bonis, eum introduxit. & post præceptum fuit colonis, vt ei rn̄derent, qui coloni contradixerunt noīando dictum C. in dn̄m: & qui C. dixit contradicendo prædicta fieri oon debere multis rōnib. & causis: & maxime, quia non citatus. & finaliter qō cōmissa fuit de voluntate partium tribus, quorum duo pronunciauerunt hac forma, videlicet, declaramus cognito ex probationibus factis corā nobis, ꝙ dict' C. filius fuit, & est dicti quōdā A. & p hoc debet ei legitima iure naturæ p p̄fatā sn̄iam. & inde ex ea occasione secuta cōcessa dcō D. fuisse, & esse oullam: in cęteris aūt bonis legitimā ascēdētib. dicimus ipsam sn̄iam, & inde sequuta valere, & tenere: & in eis bonis dcm̄ D. fuisse, & esse possessorē: itē absoluimus ambas partes ab expensis. alter vero pronunciauit io effectu sn̄iam prædictā non fuisse iuridicā, a qua sn̄ia fuit appellatū p alterā partem, dr̄, qđ noo potuit in possessorio maxime in hoc appellari. Replicat, ꝙ imo potuit, maxime cōsiderato, ꝙ dictus testōr erat vsurarius manifestus. Modo quærit, quid iuris?
1 † Et euidentiam est præmittendū primo, ꝙ de iure cano. pōt a quolibet possessorio appellari: licet enim antiquitus fuerit qō, de qua plene no. extra de restit. spol. c. cum ad sedē. tñ ista qō determioata est hodie per cle. primam. de caosa posse. & propterea. videlicet quod a sententia lata in possessorio possit appellari, & tanq̄ a diffinitiua, nam si appellaretur tanq̄ ab interlocutoria, esset oecesse appellari in scriptis, vt ex causis legitimis: & hoc in possessorijs alijs, quæ regulantur a iure cōi. sed ne scriptus hæres in possessionem mittatur fauore executionis testamentorum, siue ista missio dicetur interlocutoria, siue diffinitiua de iure ciuili, oon appellatur, sed de iure canoni. appellatur, si grauamen est manifestum, vel notorium. i. per se notum. Vnde si iudex misit hæredem in possessionem ex testamento, quod iuris rationibus non subsistit: & ex hoc si ante sententiam liquide est probatum, & ex actis apparet, pōt appellari, vt no. in c. Romana. §. si aūt post se. de ap. lib. 6. Considera, quod appellatio a diffinitiua semp tenet: nec est necesse, qđ lex nominatim eā permittat: sufficit enim si nominatim non prohibeat, vt singulariter no. ff. de rei vend. l. qui restituere quō ergo dicit ille. §. si aūt. qđ iudex, ad quem debet cognoscere, cum appellatio est prohibita, interponi. Rn̄deo, quia appellans talem cām allegabat, quæ si esset vera, appellatio procederet: verbi gratia si dicebat se confessum fuisse per metum, vel altera pars dicebat cootra appellantem esse notorium facti, sed appellans negabat ootorium. i. per se notom, vel ex actis indubitanter clarū. cum ergo causa delatioa appellationis, & econtrario eam infringens sunt in dubio, semper pro appellante quo ad iu-

risdictionem differēdam,& ēt de iure ciuili posset peti tolerā-
sio contraria superioris imperio, si quis esset mitti iussus ex te-
stamento,quod prima facie apparet nullum. Est enim iste to-
cursus potius,q̄ appellatio,iuxta ea,quæ leguntˁ,& not.ff.qui
satisſ.cog.l.arbitro.& C.de accu.l.absente.& per Bar.ff.de ap.
l.si expressum. Nam dicta missio requirit, qđ testm̄ saltem sit
apparens,& prima facie existens cortice, licet non sit existen-
tia existens in medulla sine radice solēnitatis, & subsistentiæ.
Quæ enim requirunt altiorem indaginem futuram fieri, non
officiunt huic possessorio, quia est possessorium quasi recupe
randæ possessionis, ac si diceremus, q hæreditas fuerit quasi
spoliata in persona hæredis restituenda,& reintegranda: licet
hæreditas proprie non possideatur, vt ff. si quis testa. libe. esse
iussus fue.l. 1. §. Scennla. nam possessioni defuncti ius quod-
dam inerat, vt ff. vti possi.l. 1. in fin. quod ius hæreditatis ha-
bet, considerando ipsum ius in abstracto intellectus, & non
in concreto actus corporalis, vt ff. de vsuca.l.ceptam.& l.nun
quàm.§. vacuum temporis.ff.de acqui.pos.l.cum hęredes.sic
ergo conclusum, quod beneficium edicti simile sit beneficio
interdicti recuperandę quasi possessionis.& ideo in edicto nō
est plene disputandum de vero iure hæreditario, sed solum de
prima figura, siue apparentia, vt ff de falsis.l.si quis legatum.
2 & ff.de pęn.l.si quis aliquid.§.testamento.† Secundo præmit
to, qđ licet in possessorio recuperandæ non sit disputandū de
dñio, tñ si est disputatum,& probatum, exceptio dñij præua-
let ad exclusionem possessorij. iste est casus no. & vnicus in iu
re extra de rest.spo.c. 1.& ita intelligitur, qđ no.ff.de iu.l.si de
3 ui.in fi.magnæ.gl.† Tertio est præmittēdum, qđ quicquid sit
in simplici edicto diui Adriani, vel Iustiniani, tñ i edicto Me-
diolani.i. in l. municipali, si hæres scriptus vult prætendere
possessionem a se vigore, & fictione statuti continuatam, de-
bet docere de veritate, quod vere sit hęres: & omnis exceptio,
quæ pertineret ad petitionem hæreditatis, habet perimere fi-
ctionem,& beneficium statuti. nam statutum loquitur de hæ
rede, ergo de vero hærede existente, & non de abusiuo, vt l. a.
ff. quemadmo. testa. aper. & ff. de verb. si. l. Paul. l. vnde. de om
ni iure hæreditario vero,& ēt de apicibus iuris debet disputa
ri, si quis nitatur ex dicto statuto.& si dicatur, quod dictū sta-
tutum veniat ad impetrationem iuris cōis, & ideo in eisdem
casibus ēt vt in Auth. de filijs ante dotalia instrā natis.§. si. rñ-
detur, qđ imo est contra ius cōe, & est fictio contraria verita-
ti,& de nulla possessione facit aliquā ficte. & quia est contra-
rium iuri cōi, non pōt regulari secundū ius cōe. Itē si dicatur,
quod istud statutum factum est ad executionem. l. edicto. vt
executio, quæ debebat fieri per iudicē, fiat per legem munici
palem: qđ satis vř probabiliter dictū. Tñ hic vř cōsiderādum
4 subtiliter, q lex non exequitur aliquid iniustū, vel irritū, † qa
oculus legis, sicut oculus dei oia videt, oia intuetˁ, vt dicit lex
illa no.ff.de condi.ob cām.l.si pecuniam.§.si seruum. Et ideo
cōcedo, qđ dictū statutum est ad executionem edictalem, vbi
requirebatˁ decretalis in persona veri hēdis: sed non in psona
hæredis abusiui,& prima facie tm̄. Et ideo statutum pruden-
ter fecit mētionē hēdis, modo talis qualis hēdis, sed in suo po
tiori significato.i. hēdis veri. secus si testator diceret, quisquis
mihi hæres erit, sit hēs filio meo. nā his verbis substantiuis hē-
dis efficacia demostratˁ, vt ff. de vul. sub. l. qui liberis. §. hęc ver
ba. hēs enim est, qui eadem persona cū defuncto est, quod nisi
5 per veritatem contingere non pōt.† Quarto pręmittendū est,
qđ ois articulus vsurarū debet dirimi secūdum ius canonicū
tam in foro ecclesiastico, q̄ in foro seculari: & tam in cā prin-
cipali, q̄ in cā appellationis: quia appellatio mutat forum, &
iudicem, cāe tñ qualitate retenta: & cū leges in materia vsu-
rarum subiaceant canonibus, nec in hoc dedigneantur sacros
canones imitari, vt plene not. C. de vsuris Auth. ad hæc. & in
Auth. de ecclesiasticis titulis. in fin. patet, quod seruādi sunt
canones in quolibet foro, & qualibet cā, vt in c. quāquàm. §. fi.
de vsuris. lib. 6. no. extra de for. cōp. c. q clericus. nemo enim
dixerit testm̄ vsurarij manifesti executionem mereri, cum de-
cretalis non solum dānet testationem mentis, sed ēt testium
pñtiam remoueat: ita quod testm̄ eius dř carere testibus, nisi
superueniat cā confirmans.i. solēnis cautio, quæ hoc casu fin-
6 git retro, vt d. c. quāquàm. in text. & in nouella.† Ex his, quæ
præmissa sunt, concluditˁ euidenter, qđ dicta appellatio habi-
to respectu ad capitulum vsurarum procedit de iure cano. &
ciuili imitante canonicū. Item apparet euidenter, qđ procedit
habito respectu ad statutum Mediolani: cum illud statutum
exigat cām proprietatis. Itē procedere vř quo ad l. edicto. qa
licet non debuerit disputari de meritis testi, tñ si est disputa-
tum,& doctum de nullitate, non pōt iudex contra conscien-
tiam actorum in possessionem mittere præsupposita opinio-
ne multorum, qui dicunt, q testm̄ secundū sit nullum pteri-
tione filiationis. nam de dicta præteritione cōstat per scriptu-
ram, ex coniunctione duarum scripturarum primi testi, & se
cundi satis enim constat, qđ ex coniunctione duarum scriptu
rarum liquent, ar. C. de fid. instru. l. comparationes. Ego hunc
passum libenter pertransco, quia de hoc non est nunc dispu-
tandum: sed dumtaxat, an appellatio sit introducēda, necne.
porro ois appellatio, quæ iustificari pōt, & non peccat in ma-
teria, nec in forma introducenda, est quasi actori in hoc noua
certa hunc, cui fauendum est in prin. causæ potius, q̄ reo. iura
sunt vulgaria. Sed hoc tñ dico, q quia promiscue, & simplici-
te cognitum est de eo, quod cōcernit cām proprietatis, & pos
sessionis, & cām vsurarum, proculdubio debet appellatio in-
troduci, & demum trutinari, & secundū naturam appellatio
nis decidi. Illud non omittam, quod filius, qui tpe pr̄is detine
bat, & habebat quoddā ire, & agere post mortē pr̄is plene prę
sumitur possidere, & immediate, vt no. in d. l. cum hęredes. &
insti. de hær. quali. & diffe. §. sui. & eo non citato decretum iu
dicis fuit ipso iure nullum: tum quia hæres præsumitur, tum
quia præsumitur possessor, vt ff. de ventre inspi. l. 1. §. de nūcia
ri. vbi & expressum est, & ēt regula iuris tam ciuilis, quam ca
nonici, vt est bñ in l. meminerint. & C. si per vim. l. fi. & in c. li
cet epš. de præb. lib. 6. Illud ēt est consideratione dignum, qđ
primum testamentum fuit validum, & solēne, & fauorabile fi
lio: secundū aūt testm̄ non fecit expressam mentionem de pri
mo, sed in gñali clausula, quæ non vř sufficere ad primum te-
stamentum tollendum, vt C. de testa. Auth. hoc inter liberos.
cum primum testm̄ coram tot notarijs, & testibus factum, &
in quo necessaria est scriptura secūdum formā statuti Medio-
lani, debeat quasi inscriptis factū reputari, vt C. de fide instr.
l. contractus. hæc igitur speculanda sunt, & oia consideranda
salua snīa consilij potioris, vt in l. Claudius fęlix. de hac ēt ma
teria aliquid discurrendo notaui in l. 1. C. de secundū tab. post
7 Cy.† illud ēt non omitto, qđ qñ sunt duæ cāe simul compli-
catæ, quarum vna appellationē respuit, alia concedit, & snīa
est simul lata sup vtraq;, pōt ab vtraque appellari, maxime ex
causis expressis in iure: vel qñ snīa est notoria iniusta: quo ca-
su appellatio ponitur pro recursu. nam huic in mero officio
iudicis medendum est per superiorem. iste est text. & gl. ordi.
secundum vnum intellectum, qui cōiter approbatur a doctis
8 sublatis autoritatibus. ff. qui satisſ. cogan. l. arbitro.† & ad præ
dicta facit, quod diximus, q a snīa lata super conditione ex
l. si qbus in tantam. C. vnde vi. pōt appellari, quia excedit no-
tissimos terminos simplicis possessorij. Item iniquum est qđ
locupletari cum aliena iactura, & de bonis alterius: & ista est
æquitas scripta in l. si me, & Titium. ff. si cer. pet. vnde sequi-
tur, q iudex ex officio suo, licet rigor iuris deficiat, debet sup
plere de æquitate, vt ff. de petitio. hæred. l. plane. in fin. & illa
etiam est ratio, quæ mouit glo. in d. l. arbitro. Item qñ iniqui-
tas est detecta maxime per instrumenta substantialia litis, tūc
propter notoriam iniustitiam, cum notorium æquiparetur
declarationi iudicialiter factæ, potest appellari a sententia nō
obstante, q alias sit apposita appellatione remota. hoc dicit
glo. ordina. de restim. spo. c. ex conquestione. in glo. pen. quia
non debent iniuriæ procedere, vnde iura nascuntur, vt C. vn-
de ui. l. meminerint. Sane a primo decreto, quod est detento-
rium, ideo appallatur, quia constituit ius in re, id est pignus
prętorium. Item a Carboniano, & ventris, quia differtur inte-
rim petitorio, nec est momentanea, sed habet temporis deter-
minatæ donationis, vt l. fi. C. de cat. odi. cā ēt filiationis deci-
denda est per ius canonicum tam principaliter, quàm inci-
denter, vt extra de ordi. cogni. c. tua. & c. lata. extra qui fil.
sint legitimi, tam in causa prima, quàm appellationis, vt ibi
patet. Ego Baldus.

### CONSILIVM CXLII.

1 *Compromissum inter duas terras de mandato principis an valeat cum vna ex dictis terris sit protestata, quòd faciebat ex metu principis: & an laudum incontinenti latum post commissionem valeat, vel non: & nu.3.*
2 *Per 40. annos clauditur via dicendi nullum laudum.*
4 *Quādo est q. de territorio & c. an talis controuersia possit compromitti.*

In Christi nomine. Dominantibus magnificis, & illustrib. dn̄is d. Luchino de gloriosis vicecomite de Mediolano in ciuitate Vercellarum, & illustri principe, & dn̄o do. Ioāne Marchione Montis Ferrari in terra Casalis. Ecce, ꝙ lis, & qō super territorio, & finibus dictarum terrarum vertebatur inter ipsos, & hoies ipsorum locorum: vnde vt non veniretur ad rixas, & contentiones vlteriores inter partes prædictas, præfatus dn̄s Marchio mandauit sub pęna duorum milium flo. & indignationis suæ ptāti consilio. & comitatui dictæ terræ Casalis, ꝙ constituerent quendam sindicum ad compromittendum de iure, & de facto dictam cām, ꝙ similiter fecit d. dn̄s Luchinus in cōitate Vercellarum: & facti sunt sindici hinc & inde, tn̄ illi de Casale ante cōstitutionem dicti sindici, & post fuerunt protestati, ꝙ dictum sindicum faciebant per metum dicti dn̄i Marchionis, aliàs non facturi. demum durante eodē metu dicti sindici fecerunt compromissum de iure, & de facto, & arbitri electi incontinenti iudicauerunt, & pronuncia
2 uerunt. Et prædicta fuerunt iam sunt 40. anni, & vltra. † Nūc hoies, & cōitas castri Casalis vult dicere dictum sindicatum, laudum, & compromissum fuisse ipso iure nullū, quia constitutio sindici fuit impressiua, & p metū superioris. econuerso dr̄, ꝙ iustus fuit metus, quū prædicti dn̄i haberent iurisditionem, & ptātem imperādi, ne veniretur ad rixas, & arma, ac ēt pro bono pacis. quædam non solum permittuntur, sed ēt iubentur, vt ff. de vsu f. l. æquissimo. & extra de præb. c. nisi esset. & ff. de no. ope. nun. l. 1. §. & post operis. Præterea isti compromittentes nō compromiserunt de iurisdōne sua, quia iurisdō non est apud ciuitates, sed apud dn̄s ciuitatū secundum Inn. vnde isti, qui fecerunt casum compromitti, erāt illi, quorum principaliter intererat. Subditorum aūt non erat ꝯdicere, sed obedire, quotiēs enim de iurisdōne quæritur, de statu agitur: & qō status pertinet ad superiorē, non ad subditos, vt no. Inn. extra de iud. c. cum deputati. & in c. olim. el 1. de resti. spo. nō si diceretur, ꝙ dn̄ium erat tyrranicum, quia nō erat cum permissu imperatoris. sed huic allegationi non est insistendum, quia totus mundus seruat contrarium. vn̄ venio ad aliam allegationem pro alia parte, videlicet ꝙ dictus sindicatus nō tenuerit: & hoc per l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hær. f. per gl. ibi positam. Sed ad aliam gl. pōt rn̄deri, quia loquitur in eo, qd̄ dependet a voluntate vnius, sed cōpromittere dependet a voluntate duorum. Item sic valet factum a procuratore reuocato, si reuocatio nō deuenit in noticiam, ita per simile debet valere hic, ne dolosa cautela protestantibus prosit, quia dolus nemini debet patrocinari, nec illusio, quæ proprie respicit auctoritatem superioris, vt in c. 1. de renun. in cle. Item factum contrarium protestationi, vt extra de constit. c. cum M. Ferrarien. Item tanto tpe fuit laudum obseruatum post mortem dictorum dn̄orum: & postq̄ cessauit impressio, quia omnia ratificata videntur, vt no. ff. de condi. ob torp. cām. l. si ob
2 turpem. & per Cyn. in l. 2. C. quod met. cau. † Item elapsi sunt 40. anni. per quam præscriptionem clauditur via dicēdi nullum, quæ via est officium iudicis, vt no. de præsc. 30. anno. l. sicut. quinimo ēt querela falsi tollitur tāto tempore, vt legitur, & not. C. de fal. l. querela. Solu. pro conclusione dicēdum est, quod transactio impressiua non valet, & est impressiua illa, quæ fit cogente imperio impressiuo, tex. est. C. de transact. l. si
3 quis maior. † Illud etiam non est omittendum, ꝙ cum nihil de iure transigentium fuerit cognitum, sed ex abrupto, & eadem die fuerit pronunciatum: non videtur valuisse pronunciatio, nisi iura partium essent notoria arbitris, & arbitratoribus: quod non præsumitur, nisi constet, vt not. in l. sed & si per prætorem. §. quotiens. ff. qui ex cau. ma. & hoc verum, nisi partes essent paratæ ad rixas, & arma: quia tunc omnia valent pp publicam vtilitatē. Istæ enim ciuiles disceptationes consueuerunt omnia mala producere: & ideo dn̄t auctoritate superioris compesci, vt no. Inno. extra de proba. c. in pn̄ia. hoc simpliciter est probandum, vel præsupponendum, quia in facto consistit. Porro ille, qui fallit, ne fallatur, dr̄ vti prudētia, non calumnia, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. Titio. & l. fin.
4 C. de pondera. auri. & l. 1. §. nō fuit. ff. de dolo. vbi de hoc. † illud ēt prætermitti non debet, ꝙ cum qō est de territorio, cui inest iurisdō iurisdicendi, decreta interponēdi, & gladij ptās, talis cōtrouersia non pōt compromitti, ut no. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de liberali. nisi tale compromissum autoritas superioris, merum, & mixtum imperium hn̄tis confirmaret, & tunc valeret ptāte confirmationis, & non aliter, vt ff. de of. procon. l. obseruare. §. fi. & in Aut. de defen. ciui. §. interim. nā priuatam iurisdōnem neq; dare, neq; auferre pōt: & maxime perpetuam, vt C. de iuris. om. iu. l. priuatorum. & ibi no. facit quod no. extra de consti. c. cum omnes. & c. cum accessissent. Item iurisdō data per metū est ipso iure nulla, vt ff. de iu. l. 1. §. Nec mirum, quia inest ibi mutatio status naturalis liberi, & illa est ratio. l. 1. §. quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio non datur. Ego Baldus.

### CONSILIVM CXLIII.

1 *Statuta licet fiant ab inferioribus, tamē non valent, nisi demū confirmata a superioribus. & Statuta tolluntur per contrariam dissuetudinem.*

In Christi nomine. Casus talis est. Quidam noie Antoni Bertā accepit in vxorem, quæ per decenniū in mr̄imonio secum mansit, post decennium decessit sine liberis. Frater prædictę Bertæ petit dotem sibi reddi secundū cōem consuetudinem illius loci: opponit maritus dicēs ipsam dotem ad se pertinere vigore cuiusdam statuti antiqui conditi per cōe loci illius sine autoritate sui superioris: quo cauet, ꝙ vxore post decenniū decedente dos sit mariti. Quod statutū nunq̄ fuit allegatum nisi nunc: imo cōis cōsuetudo in dicto loco semp fuit, qd si vxor sine liberis decessisse reperta fuerit qn̄cunq;, dos p attinētes semper fuit recuperata. Sunt ēt statuta noua, in quibus de hoc nulla fit mētio: nec de hoc fuit vnq̄ aliqua lis, vel controuersia: imo semper fuit dos attinentibus restituta. Su-
1 per hoc quæritur, quid iuris? † Secundum ea, quæ præponuntur, dictum statutum non valuit, quia tunc demū valet statutum statuentium, qn̄ ad eos pertinet statuere confirmare, sed quia ad eos, de quib. quęrit, non pertinebat confirmatio statutorū, ideo ab ipso principio statutū fuit inefficax, vt C. de iur. om. iu. l. priuatorū. & vtrobiq; no. Nū ob. ff. de ius. & iu. l. oēs populi. quia ibi non dr̄, ꝙ oīs populus possit facere statutum. Sed dicit, ꝙ ille populus, qui legib. f. proprijs, aut moribus regitur, partim sua &c. illa enim dictio, qui ponitur restrictiue, vt C. de sum. trinita. l. 1. ad hoc facit in Auth. de defen. ciuit. §. interim. & licet statuta facere quandoque sit bassæ iurisdictionis, tn̄ statuta confirmari semper est meri imperij. Et non possunt confirmari statuta, nisi per magistratum habentem merum imperium, vt no. in l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris. & C. de sen. & interlocuto. l. nulli. Præterea cum superior quædam statuta confirmet, quicquid non inuenitur confirmatū, videtur derogatum, vt l. tribunus. §. vltimo. ff. de milit. testa. & not. per Dyn. ff. de lega. 1. l. legata inutiliter. & C. de emenda. Iustin. C. l. 1. Præterea contraria consuetudo præualet, vt ff. de legibus. §. fin. & maxime cum consonat iuri communi, quia de facili redit ad naturam suam, quam lex actioni de dote dedit, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. versicu. quid in specia dotis. patet igitur ex prędictis, quòd dicta dos non cedit lucro mariti, sed debet reddi hæredib. mulieris. Ego Bald.

### CONSILIVM CXLIIII.

1 *Locatores conducti ad incidendam aliquam siluam per tertiam personam, an teneantur nominando ipsum conductorem, an ipse, conductor teneatur confiteri. & vide in consilio 264.*

2 *Culpa in omittendo non venit actione l. Aquiliæ. & ob leuissimam culpam quis nunquam punitur criminaliter, vel pecunialiter.*
3 *Turbare non dicitur, qui non habet intentionem turbandi.*
4 *Statutum dans arbitrium puniendi intelligitur, vbi est delictum.*

In Christi nomine. Præsupposito cōis cōis Papiæ statuto, quod imponit certam pœnam pecuniariā turbantibus aliquē in possessione alicuius rei, quam vere possidebat. proponit, q A. & B. fuerunt conducti p C. ad incidendū quandam siluam re vera possessam per D. iuxta aliud nemus dicti D. conductoris operarum dictorum A. & B. fuerunt exinde accusati dicti locatores operarum, & dictus conductor operū. Modo quæritur, non reuocando in dubium possessionem dicti D. vtrū dicti locatores, vel dictus conductor proinde teneantur ad pœnam statuti, an vero simplici actione legis Aquiliæ, vel inter-
1 dicto quod vi, aut clam. † Et vr, q teneantur ad pœnam dicti statuti, quia statutum non distinguit, vtrum interuenerit dolus, necne, ergo nec nos debemus distinguere, vt ff. de publica. l. de preci. Item non debet sub prætextu erroris fieri alteri iniuria, ne melioris condi. sit stultus, q̄ peritus. vt l. seruus. ff. qđ vi, aut clam. Item quia debuerunt inquirere saltem domestica inquisitione, & inter circum cohærentes cuiusnam esset dicta silua, & quis possideret: nā si inquisiuissent, facile cognouissent, vt C. de ingenuis manumis. l. si auiam. & ff. de fluminibus. l. 1. §. 1. Et non inquirere de eo, de quo consueuit, & debuit inquiri, est species latæ culpæ, vt ff. de nona. l. doli mali. §. fi. præterea ille, qui dat damnum in re aliena non solum tenetur actione l. Aquiliæ ciuiliter, sed etiam criminaliter ad pœnam imponendam fisco, ista est gl. singularis in l. fi. ff. de priua. delic. In contrarium vr, quia nullum damnum datum est, si salua erat cedua, ita tñ quod ligna non fuerint asportata p eos. secus si silua non esset cedua, quia tunc aliquod damnum esset datum, vt ff. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si oliua. & ff. quod vi, aut clam. l. nam & si ramos. Item in interdicto qđ vi aut clam. non distinguitur damnum a non damno, quia ipsa turbatio possessionis hr pro damno dato, vt plene no. ff. qđ met. cā extat. In contrarium est glo. ord. ad literam. ff. de rei vēdi. l. in rem. §. signum. nam isti locatores operarum excusant, quia in talibus consueuerunt operari, & locare operas suas, vt ff. de iniurijs. l. item apud. §. si quis Astrologus. & habito re-
2 spectu ad artem suam dederunt operam rei licitæ. † Item & si aliqua culpa posset imputari dictis opificibus fuit in nō omittendo inquirere: quæ culpa in omittendo non venit in actione l. Aquiliæ, quia leuissima, vt dicit ille tex. no. l. si cuius. §. de præteritis. ff. de vsufr. præterea ob leuissimam culpam nunq̄ punitur quis criminaliter pœna ordinaria, sicut est ista, ēt pœna pecuniaria. hoc singulariter no. Cy. C. de ep. & cle. l. si quis non dicam rapere. Et per hoc excusantur locatores, operæ cōductor tñ non excusatur, quia debuit scire & fines, & terminos rei suæ, nec debuit errare in facto suo, vt C. finium reg. l. si constiterit. & l. fi. ff. pro suo & ff. de acqui. hære. l. duo fratres. Ex his apparet, quod culpa leuissima habet quandam latitudinem, cuius minimus gradus, siue minimum attentatiuum est in non faciendo. ēt ideo de minimis non curandum, quia qui tam modice transgreditur, nō vituperatur, vt l. q̄uis. ff. de cōdi. & dem. Si igitur leuissima culpa non sunt idē, vt §. de præteritis. si subtiliter intelligatur. Porro isti locatores operarū manualium sunt rustici, & rusticitati parcit, præterq̄ in iure naturali, vt C. de in ius voc. l. venia. Credere aūt bono viro eorum operam conducenti, cū quilibet p̄sumatur bonus, nō est facere aliquid contra ius naturale, vt no. ff. de cond. & dem. l. Titio. & facit quod no. C. de ser. fug. l. quicunque. §. pe. ubi cōtractus licitus excusat errantē, & ibi dixi. facit ad prædicta, qa lex dicit sciam, non ignorantia volumus obligari, vt C. de tabularijs. l. gñali. nā plēne non sunt proditæ deceptis propter lubricum ignorantiæ facit. ff. de decretis ab ordine faciendis.
3 l. fi. † Item non dr turbare, q non habet intentionem turbandi vt eleganter no. in l. si duo. in prin. ff. vti possidetis. nisi essent vicini, quia præsumuntur scire, vt l. si ita. ff. de fun. inst. & l. 1. §. 1. ff. de flum. & no. in l. 2. C. qñ fiscus, vel priu. & l. dñs horreorū. ff. loc. & l. 1. C. vbi de rōcinijs agi oportet. & per Bar. in l. 1. ff. si cer. pe. Illud non omittendū, q si isti operarij excesserunt fines mandati in mittendo falcem in messem alienam, dñs non tenet, qa non mandauit, nec ratū habuit, vt ex̄ de ref. spo. c. cū ad sedē. Nec obst. c. vlti. de homicidio. li. 6. quia ibi mandatarius excessit modum in offensa personali, hic in reali. Itē ibi modus non poterat in ingressu gladij limitari, quia gladius magis obedit corpori, quàm animæ, & alia alijs mortifera esse solent: & mors atrocitati vulnerum est connexa, & inseparabilis: & ideo inspicitur, quod nocet, quia dolus casum præcedit: alias secus, vt ff. ad Sil. l. qui posthumos. nec ēt ipsi operarij propter ignorantiam, vt prædixi, & si dicatur,
4 quod imo debent puniri pœna arbitraria, quia † statutum dat arbitrium. Respondeo, arbitrium puniendi nunquàm intelligitur concessum, vbi funditus nullum est delictum. arbitria enim cadunt in electionibus pœnarum inter pœnam, & pœnam, vt ff. de pœnis. l. hodie. Sed vbi est delictum, ibi non est pœna aliqua, & ideo non cadit electio, seu arbitrium inter pœnas: cum ipsa innocentia reus sit tutus: & fides innocentiæ maximam habeat securitatem, vt C. de iniurijs. l. si non conuicij. At vbi genus criminis qualitati pœnæ non conuenire, ibi de necessitate fit disgressio a pœna ordinaria ad pœnam arbitrariam ascendendo, vel descendendo ad pœnam, vel a pœna, prout congruit gradibus culpæ. Item & ratione subiacentis personæ fit similiter permutatio, vt C. vt infra certum tempus crimi. quæstio termini. l. 2. & ff. de pœn. l. hodie. & ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. & videatur, quod no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. si quis testa. liber. esse iusg. fuit. Item absurdum esset dicere, q ille, qui locat operas suas pro vna die, vel paucioribus, teneretur inuestigare possessorem, quia maius tempus occuparet inuestigatio, quàm opera, vt ff. de damn. infec. l. inter quos. §. si dominus. ipse etiam mandans excusaretur, si non mandauit certitudinarie de loco, quia non intelligitur mandasse ea, quæ iuri non conueniunt, vt l. si pater. ff. quæ in fraudem credito. & l. si procura. ff. de condi. indeb. & ibi not. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXLV.

1 *Substitutus moriens ante euentum conditionis an transmittat substitutiones ad hæredes suos.*

In Christi nomine. Albertus a lege ciuis Veronæ parrochiæ sanctæ Mariæ in clanica decessit testatus, & in eius testō instituto Antonio eius filio legitimo, & impubere hærede vniuersali, eidemq; substituto dño Cansegnorio de la Scala tunc dño ciuitatis Veronæ per hæc verba, videlicet, si Antonius filius meus legitimus, & hrs vniuersalis infrascriptus decesserit sine filijs ex legitimo matrimonio natis, tunc, & eo casu instituo Cansegnorium dictum meum hrdem uniuersalē. Nūc est, quod prælibatus dñs Cansegnorius substitutus, vt s̄. decessit per 12. ann. ante mortem prædicti Antonij instituti, & tūc impuberis: demum prædictus Anto. mortuus est sine filijs legitimis. Nunc quæritur, nunquid prædictus Anto. ex hæreditate prædicta testari potuerit, an ipsa hæreditas iure iure substōnis prædictæ pertineat ad hæredes prælibati dñi Cansegno-
2 rij modo, quo supra substituti? † Quia ista quæstio determinatur per illam solennem, & notabilem l. ff. de acqui. hær. l. qui patri. cum gl. sua ideo decidendo qōnem dico, quod duo sunt casus, nam interdum substituitur impuberi cohæres eius, & tunc licet decedat viuo impubere, transmittit ius substitutionis pupillaris, si pupillus decessit postea in pupillari ætate, & hoc operatur vnio substitutionis pupillaris, & iuris accrescendi, quod trahit substitutionem ad naturam suam magis fauorabilem, quia in transmittendo est fauor. aut substitutus, & non fuit datus cohæres impuberi, vel institutus decessit adulta ætate: & tunc nulla fit transmissio, quia substitutio est effecta caduca, vt C. de cad. tol. §. pro secūdo. & l. sed & si plures. ff. de vulg. subst. ex quibus apparet, quod dictus dominus Cansegnorius ad hæredem suam dictam substitutionem non transmisit, vt plene in l. 2. C. de his, qui ante apert. tabu.

Non

Non ob. de lega. 2. l. quod principi: quia iste non est ille prin
ceps, de quo ibi loquitur, quia eius solũ nulla perpetuitate vi
get. item apparet ex prędictis, quod si dictus pupillus decessit
in adulta ætate, potuit libere testari, quia euanuit substitutio,
vt d. §. pro secundo. cum materia sua. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXLVI.

1 *Legitimatus iura legitimorum an plenè consequatur, & an le
gitimatio cohæreat territorio.*
2 *Filius tam præsens, quàm absens, an possit legitimari de volũ
tate patris tam præsentis, quàm absentis.*
3 *Spurius potest institui cum conditione, cum capere poterit.*
4 *Spurio potest fieri vulgaris substitutio.*
5 *Auus an nepotem legitimè natum ex filio spurio possit hære
dem instituere, vel substituere? & de cautela ad hoc.*
6 *Cautela qualiter habens spurios possit excludere transuersa
les sibi odiosos.*
7 *Forma institutionis filiorum spuriorum legitimatorum, qualis
debeat esse.*
8 *Absens, & ignorans an possit legitimari.*
9 *Legitimatio an valeat, si testator habet duos filios spurios eius
dem nominis, & ex diuersis concubinis natis, nec apparet in
priuilegio legitima, de quo senserit.*

In Christi nomine. Titulus Principis
Achaiæ Amadeus
de Sabaudia princeps Achaiæ &c. Inscriptio, siue Titulus,
quo se intitulat Comes Sabaudiæ, talis est: videlicet Ama-
deus Comes Saubaudiæ, Dux Cablasij, & Vugustæ in Italia,
Marchio, & princeps, ac Imperialis Vicarius generalis. Præ-
supposito, quod dñs Comes Sabaudię, & princeps Achaię ha
beant, prout habent, priuilegia efficacia ad legitimandũ natu
rales filios, spurios, manzeres, incestuosos, adulterus, seu adul
terinos, vel ex alio quocunq; incestuoso, seu damnato coitu
natos, & qđ legitimationes sint factæ in forma: Quæritur pri-
mo, nunquid institutiones, & substitutiones, factæ in dictami
ne testamenti sint validæ, & procedat de iure, an ne. Secundo
quęritur, nunquid testator in casu, in quo præmissa oia cessa-
rent, possit filios alterius spurij hæredes suos vniuersales in-
stituere, & substituere quos voluerit, an ne. Tertio quæritur,
nunquid ipse testator ex illis causis, ex quibus pater põt filiũ
suũ exhęredare, aut aliqua ex eisdẽ, vel ex alia cã possit in suo
testõ, aut codicillo, vel aliter exhæredare, & priuare totaliter
sororem suam, & filios sororis suæ ab omni successione, & hę
reditate, ac bonis suis, ita & taliter, quod siue testm̃ sit validũ
siue ad causam intestati reuocaretur, non possit ipsa soror, & fi-
lius sororis quicquam petere, nec requirere in bonis, & hære
ditate testatoris. Quarto quęritur, nunquid filij testatoris legi
timati possint per alium, puta per d. Ducem Mediolani, vel
comitẽ Palatinum, vel alium habentẽ super legitimando ple-
nam potestatẽ ab imperiali culmine &c. legitimari: & an per
secundã legitimationẽ vincetur prima legitimatio, vel ne: &
an vna per aliã roboretur, & validetur? Quinto quęritur, quę,
vel qualis est meliori, tutior, & clarior via, & modus tenendi,
& faciendi, per quos testator, & eius filij spurij, quia filijs le-
gitimis & naturalibus, & etiam naturalibus tantũ caret, pos-
sint habere, obtinere, quod intendunt? quia pater vult omni-
no vniuersa bona sua ad dictos filios spurios peruenire post
mortem suam. Sexto, & vltimo videtur quæri, si testator ha-
beat duos filios spurios eiusdem nominis ex diuersis concu-
binis natis in diuersis partibus agentes, nec appareat in pri-
uilegio legitimationis, de quo fuerit sensum, an talis incerti-
tudo viciet legitimationem? Item an declaratio patris volen-
tis declarare, de quo senserit, admittatur, siue recipi possit?
Respõdeo ad dubia, siue puncta superius formata, ac melius
formanda considerans. Præmitto ad euidentiam, quod quan-
doque status personæ oritur de nihilo, vt in filio adoptiuo,
nam adoptio non inuenit aliquem filium, sed de nouo facit
ciuiliter, & fictè natura cooperante: & de hoc nihil ad casum
nostrum. quandoque status personæ transfertur in oppositũ
statum, vt de spurio in legitimum: & iste est casus noster,
1 † vbi considero, quod talis legitimatio si sit facta solenniter,
& iure imperiali priuilegio, vel consuetudine permittente,
cuius consuetudinis contrarij memoria non existat, talis le-
gitimatus iura legitimorum plenè consequitur: tamen hac
distinctione, quod aut legitimans habet potestatem legitimã-
di ratione territorij suis finibus circumscripti, & non potest
legitimare extra territorium suum neque personaliter, neque
realiter, vt extra qui filij sint legitimi. cap. per venerabilem.
vnde non posset Comes Sabaudiæ legitimare Florentinum ad
successionem rerum alterius Florẽtini extra principatum Sa-
baudiæ existentium. aut habet authoritatem legitimandi ex
priuilegio Imperiali simpliciter: & tunc potest legitimare in
toto Romano Imperio, quia authoritas legitimandi non co-
hęret territorio Sabaudiæ, sed est per se, & in genere subsistẽs.
ad hoc facit, quod not. dominus Dyn. in l. ergo. §. 1. ff. de ac-
2 quiren. rer. domin. † Item præmitte, quod de voluntate patris
tam præsentis, quam absentis potest legitimare filius iam prę
sens, quàm absens: dum tamen consentiens, vt in Auth. quib.
mod. natu. effi. sui. §. & generaliter. nã legitimatio, prout prin
cipi supplicatur, est quędam supplicatio, quæ potest fieri no-
mine absentis, etiam sine mandato, dummodo habeat ratum,
sed prout residet in principe legitimante, ibi propriè consistit
realitas legitimationis, quæ est meri imperij, & plusquam me
ri, si plus dici potest, quia non potest fieri sine derogatione le-
gum communium, vt in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. fi. col. 7.
3 † Item considera, quod si pluribus potest institui sub conditio
ne, cum capere poterit, quantum ad excludendũ interim suc-
cessores intestati, tamen institutus non poterit hæreditatem
adire, donec subsit habilitas ad succedẽdum, vt ff. de le. 2. l. si
4 ita quis. † Item præmitte ad euidẽtiam, quod spurio potest fie
5 ri vulgaris substitutio, tex. & gl. no. est C. de hęr. insti. l. 2. † Licẽ
licet sint diuersę opiniones, an auus nepotem legitimæ natũ
ex filio suo spurio possit hæredem instituere, vel substituere,
quidam. n. dicunt, quod non, quia non habet legitimam ra-
dicem, nec ordinatam consequentiã tanquam genitus ex radi
ce abhominabili, & damnata, vt C. de naturalibus liberis. l. fi.
tamen illa ratio respicit successionem intestati. vnde alij di-
cunt, quod potest institui, & substitui, quia licet pater sit spu-
rius, ipse tñ est legitimus, & habilis ad honores, & successio-
nes, & ad omnia: quia in eis nõ est macula, & potius debet in-
spici persona immediata, q̃ persona mediata, quia magis co-
hæret causato causa proxima, quã causa remota, vt ff. de con-
di. & dem. l. cum tale. §. pen. & no. in l. si mulier. ff. rer. amot.
non ob. quod nepos diligatur propter filium, vt ff. de ver. sig.
l. liberorum. quia hoc, quod naturale est, eradicari nõ potest,
& obesse non debet nepoti. item capit, vt quilibet, cum nõ in-
ueniatur lex prohibens, neq; ratio prohibitionis vrgens. ista
quęstio breuiter tangitur in glo. in d. l. fi. & fuit disputata per
Rofredum. veritas est, quod virtus matrimonij est permissa,
& ideo institui, & substitui potest, quia nõ debet nepos odio
paterno excludi, vel inhabilitari, vt ff. de contra tab. l. non tan
tum. §. si emancipatus. d. Bar. quod bonum consilium erat ap
ponere clausulam, quod patri illius nepotis nullus acquirere-
tur vsusfructus: & ego laudo istud consilium, vt euitetur oĩs
pręsumptio fraudis: & induco, quod not. in simili in l. 1. in
fi. ff. de autho. tut. Ex prędictis apparet, quod non est opus ex-
hęredare sororem ipsius in testamento aui, quia non est tur-
6 pis persona instituta, vel substituta. † Item apparet quędam
cautela, qualiter habens spurios possit excludere transuersa-
les sibi odiosos, dum tamen spurius postea legitimetur, aliàs
non excluderentur spurio mortuo in spurietate sua: poterit
etiam assignari spurio terminus ad faciendum se legitimari,
argumen. ff. de hęred. instituen. l. si quis instituatur. porro il-
le, qui apponit conditionem, videtur consentire, & velle
eam existere, vt not. in l. 2. C. de condit. incer. dictus testator,
qui apponit illam clausulam, cum capere poterit, videtur
consentire principi quandocunque legitimanti, quia dicta
clausula non habet certi temporis determinationem, text. est
not. in dicta l. si ita quis. Caueant tamen se legitimari facien-
tes a veri suppressione, & falsi expressione, vt l. fin. C. de his,
qui a non domino manumittuntur. iuxta illud, si curam me
dicantis expectas, oportet, vt vulnus detegas tuum. & idem
præstant leges negocijs, quod medicamenta morbosis, vt

dicit text.in Authen. quibus mod. natur.effic.sui. Caueant
tñ sibi testatores, qui apponunt hanc clausulam, quia legata
relicta sub tali forma non valerent, nec mererentur executio-
nẽ aliquã ante legitimationem filij, etiam ad pias causas, vt ff.
de le. 1.l.hæc verba. vbi dicitur, qđ conditio apposita institu-
tioni vẽ repetita in legatis, & ideo legata pariter non deberen
tur in terminũ rõne conditionis pendentis, non tũnc hẽdita-
tis non adire. sed omissis omnibus supradictis nunc nouũ cõ
silium incipiã, & quibusdã nouis punctis per partẽ mihi for-
7 matis rñdebo magis congruenter, & ordinato modo. † Et pri-
mo, qualis debeat esse forma institutionis, vtrũ pater debeat
dicere tales meos filios naturales. respondeo, non debet hoc
modo loqui, primo, quia nõ spurij, ex quo sunt legitimati: &
ideo non debent institui cum ignominia. Itẽ non debet dice-
re naturales, quia nunc statũ mutauerunt, nec sunt deinceps
turpes personę, vt C.de nup.l.Imperialis. sed debet loqui, ꝓut
veritas iacet: dicendo tales filios meos legitimatos hæredes
instituo: & satis laudo, quod ad cautelam relinquat etiã mo-
dicum iure institutionis: licet hoc fiat ad cautelam. Itẽ lau-
do, qđ pr natos nepotes ex dictis spurijs substituat eis tam na-
tos, quàm nascituros vulgariter, & per fideicõmissum: & qđ
8 prędicta sint vera, patet per ea, quæ superius scripsi. † Et ad-
uerte, quod absens, & ignorans potest legitimari authoritate
principis: quia partis absentia in eo, quod est vtile absenti, dei
pręsentia repletur, vt C.de emã.lib.l.fi.quę dicit, quod infans
authoritate principis potest emancipari propter suum fauo-
rem. ad hoc. ff. de iureiu.l.labeo. & quod ibi not. similiter di-
co, quod potest legitimari, & tñ infans non põt cõsentire, sed
patris, ac principis authoritas oẽm defectum abstergit, vel po
test dici, qđ fiat legitimus: tñ non in pţãte, nisi consentiat. Itẽ
põt dici, quod filius tacitè intelligitur habere ratũ, arg. ff. sol.
ma.l. 2.§. voluntate. Nam de suo mero fauore tractatur. vnde
concluditur, quod siue expresse ratum habeat, siue tacitè, qđ
capax est, nec est necesse, qđ in legitimatione interueniat con
sensus sororis, vel alterius transuersalis, vt plenè no. per Bart.
& per me. ff. de lib. & posth.l.Gallus. presertim, quia nec tur-
pis persona est ex quæstione legitimatus, vt C.de nup.l.Impe
rialis. & est expressum de ritu nup.l. Quia in prouincia.§.di-
uus. Consulo tñ, quod de istis ratificationibus fiant publica
instrumenta tam per patrem, q̃ per filios, & melius esset, si de-
nuo legitimarentur patre, & filijs consentientibus coram di-
ctis magnificis, & illustribus dñis ad oẽ dubium remouẽdũ:
9 & post legitimationes fiet testm̃ nouũ. † Si pater habeat duos
filios spurios eodem nomine, ita quod incertitudo oriatur ex
nomine, de quo senserit, non valet legitimatio, nec statur de-
clarationi eius, quia non est actus ipsius tantũ, s. ipsius, & prin
cipis. ff. de test.tut.l.duo sunt Titij. oportet igitur, quod a pri
mę legitimet clare, & aperte: vel dicat duos filios meos, quo-
rũ quilibet vocatur Ioannes, vt sic ex nomine nulla fit dubita
tio, quid ipse senserit, aut princeps, legitimatio.n.est quędam
dispensatio, quę debet esse clara, & dilucida, vt in c. 2.de filijs
presby.lib. 6.& in c.quia nonnulli.extra de rescri. Si aũt cum
sint de diuersis concubinis geniti, exprimitur nomen concu
binę, satis est clarum, vt ff. de lib. & posth.l.& si pepercerit.in
princ. & ideo non impedit disputare de dubio nostro viso in-
strumento legitimationis, vbi exprimitur nomen matris, qđ
ita reddat legitimationem certam, sicut nomẽ patris: & plus,
quia certius, nam mater semper certa est, vt ff. de statu homi.
l.vulgo. Ego Baldus.

*CONSILIUM CXLVII.*

1 *Statutum prohibens iuramentum deferri minori, & si defe-*
*ratur, ꝙ non seruetur, an valeat.*
2 *Iuramentum est personale, & ad hęredem non porrigitur.*

In Christi nomine. Statutũ, quod sup-
ponitur in facto qõ
nis, quę sequitur vigens in Papia. Rubr. quod sacramentũ nõ
deferatur minoribus. 18.ann.& de pœnis ꝯfacien. Itẽ statui-
mus, qđ aliqua psona nõ deferat sacrm̃ alicui minori 18.ann.
in aliquo ꝯctu, vel distractu: & qđ aliquis notarius de aliquo
sacrõ, qđ præstetur, vel fiat p talem minorẽ in aliquo ꝯctu, vel
distractu, nõ cõficiat, nec reddat instrm̃. Et si ꝯ factum fuerit,
puniatur, quicunq; dederit dictũ sacrm̃, vel qui iurare fecerit
minorẽ prędictum, & notarius, qui instrm̃ fecerit, & quilibet
ipsorũ in li. 25. Papi. pro quolibet ipsorũ, & qualibet vice: &
sacrm̃ taliter datũ, & factũ non valeat, qđ quilibet, q notifica-
uerit, & notificari fecerit iudici ecclesiastico dictum sacrm̃
pro cõpellendo minorẽ prędictũ, & ad obseruantia iuramẽti,
puniatur pro quolibet, & qualibet vice in lib. 25. Papiẽ. & vl
tra ipsi minori teneatur ad restitutionẽ dãni, qđ ppeadictus
minor pro eo, qđ molestaretur per iudicẽ ecclesiasticum, vel
eius mandato ad obseruationẽ sacramenti: qđ statutũ locũ nõ
habeat in sacrõ pacis, quę fieret de guerra capitali. & quod de
cętero auth. sacramenta puberũ. non habeat locũ in ciuitate
Papię, & eius districtu: nec ẽt alia qualibet iuris dispositio, q̃
idẽ, vel similiter disponeret. Præsupposito dicto statuto sequi
tur talis casus. Quidã Gianninus decessit iam sunt plures an-
ni superstite Iacobo eius filio legitimo & naturali minore 18.
ann. hęrede dicti sui patris, & Francischinę eius mris, & An-
toniæ eius auiæ paternæ: qui tutore, & curatore carens tenuit
certo tempore dicta bona, & anno curso 1395. ductus fuit ad
terram Stratellæ, quæ est de districtu Papiæ, sed tñ in tẽpora-
libus, & spiritualibus est domini episcopi Papiæ: & ibidẽ in
præsentia potestatis dictæ terræ repudiauit dictas hẽditates
paternas, & auitã: & iurauit ipsam repudiationem, & absten-
tionẽ ratam, & firmã perpetuo habere, & tenere sub præiudi-
cio animæ suæ, & bonorũ suorum obligatione, protestans se
fore puberem, & minorem 14.an. & in ipsa repudiatione idẽ
potestas pronunciauit eundẽ minorem dicta ætate: postquã
pronunciationem donauit dictas hæreditates præstito corpo
rali iuramento de non veniendo contra: deinde ingressus est
religionem ordinis fratrum hæremitarum: nunc fratres dñt
dictum iusm̃ nõ ualere, ac prædicta oĩa esse nulla, vel saltẽ in-
ualida: dicunt ẽt dictas successiones ad eorũ ordinẽ pertine-
1 re, & ipsas successiones volunt aduocare. † Quæritur, quid iu
ris? Rñdeo dictum iusm̃ non tenere, nec dictos fratres teneri
ad obseruantiã dicti iuramenti, neq; auth. sacramenta pube-
rũ. habere locum in isto casu. & ad verã intelligẽtiã prædicto-
rum considero tres casus, nã interdum iusm̃ prohibetur pstari,
interdũ prohibetur recipi, interdum prohibetur tam præ-
stari q̃ recipi. & aut consideramus ius ciuile, aut ius canoni-
cum, aut vtrunq; tam ciuile q̃ canonicũ. Siquidem considera
mus ius ciuile indistinctè, non valet iusm̃, quod iure publico
prohibetur, ut ff. de leg. 1.l.si quis inquilinos.§.fi. secus si iu-
re publico permitteretur, & ita loquitur auth. sacramenta pu
berum. & est ratio, quia cum iusm̃ prohibetur, naturalis ætas
consideratur: nec repræsentat minorem esse maiorẽ, qa fictio
ista ætatis remota est per statutum, ar. C. de his, qui ve. æta. im
pe.l.fi. Si vero loquimur de iure canoni. aut statutum vult in
totum derogare iuramentis minorum cassando dictam auth.
sacra puberum. in totũ. & non põt, quia sacrm̃ est de iure na-
turali, cui ius diuinũ cooperatur, ut insti. de iu. natu.§.natu-
ralium. & quia lex principis est potentior, q̃ sit statutũ muni-
cipale, & magis rationabile in suo genere. Si vero statutum di
stinguit illam auth. sed non tollit, vt distinguendo adultã æta
tem, ut quia limitat illam auth. distinguendo inter plenã pu-
bertatem 18.ann. vel 20.& non plenam, ut ab inde. infra tũc
bene valet statutum: ne minores male vtantur substantia sua,
& maxime tota, uel maiori parte: & presertim donando, nam
donare idem est, quod perdere: & reipublicę interest, ne quis
vtatur male substantia sua: & tunc absq; dubio dictum statu
tũ valet, quia est bonum, & ęquũ. vnde cõpetit ei propriè le-
gis diffinitio, vt l. 1. in prin. ff. de iust. & iu. & plenè no. p Bar.
ff. de fidei.l.si quis pro eo. & per me. C. de legi.l.non dubiũ. ad
hoc facit. ff. de trãs.l.cũ aquiliana. in rõne sui ibi, dũ dicit, ca-
ptiosã liberalitatẽ interpretatio prudẽtũ fregit. Pręterea iusm̃
habet duo extrema, unũ ex parte iurãtis, & hoc pertinet ad re
ligionẽ: aliud ex parte eius, cui iuratur: & hoc est mere tpale,
& statũtũ põt prohibere, ne recipiatur, ut in l. 2. C. ne fideiuss.
2 se ɔ̃ctus, per se obligatio, & actio. †scriptura per se non est modus inducendæ obligationis, sed est modus probandi ipsam obligationẽ, vt plenè leg. & no. ff. de actio. & oblig. l. non figura. Item licèt aliud sit continens, aliud contentum, tñ sub cõtinente clauditur contentum, v. g. sub chirographo includitur obligatio, vt ff. deposi. l. publia. §. fi. Item liberatio, vt ff. de pac. l. postquam. Item traditio, vnde traditio instrumento videtur tradita possessio, vt C. de don. l. 1. Item præmitto, quod subscriptio est vltima pars scripturæ, quæ sua antecedentia præsupponit tanquam vera, sine quibus efficax esse nõ potest. Idem dicimus in sigillo, vnde subscribens videtur confiteri omnia vera esse, vt ff. de pig. l. si fideiussor. §. pater. Item sigillans, vt C. de reb. alie. non alienan. l. 2. & ibi not. Item subscribens omnia approbare videtur, vt ff. de test. milit. l. tribunus. §. vlti. vnde testis, qui subscripsit. omnia, quæ eo loco, & tempore geri potuerunt, videtur asserere esse vera. sicut dicimus in testibus, qui scribuntur testamento in scriptis, postquã ea, quæ in seriæ testamenti scribuntur, ignorant. non. n. oportet testem explicite scire, & memorari ea, quæ in scriptis geruntur, sed satis est, ꝙ scripturã suam recognoscat, vt ff. de test. l. hæredes palam. in prin. & l. qui testã. §. fi. nam subscriptio est, exitus, & conclusio totius actus, de quo quæritur, vt C. de fi. instru. l. contractus. ex his apparet, ꝙ cum sit probata subscriptio p tres testes, ipsa subscriptio meretur effectũ subscriptionis, nec ferendus est testis, qui partem dicit se legisse, & partẽ dicit audiuisse: tum quia non est vis, ex quo debuit audiuisse, & vidisse: tum quia de substantia non est aliud, quàm subscriptio, & singularis testis probat subscriptionẽ suam cum vno alio tñ conteste: quia ꝙ solennitas trium testium interfuerit, potest probari per duos, quia verisimiliter lux veritatis assistit, vt leg. & no. in l. 2. C. de secun. tab. & no. in l. 1. C. de test. & l. 1. §. fi. ff. quemad. test. ape. Ex his sequitur etiam alia conclusio: nam probata subscriptione ipsa subscriptio probat cætera, quæ continentur in chirographo subscripto, saltem per modum confessionis: quia tota est vna scriptura, & tendit ad vnum finem postremum, vt ff. de transa. l. non est ferendus. licèt ergo alia sit solennitas chartæ, siue chirographi, alia contractus, siue negocij, vt no. ff. de eden. l. 1. § editiones. tñ cõnexa sunt, & præsumitur vtrunq; verũ, ex quo reperitur scriptũ: & non solum præsumitur verum, sed solenne, ut no. ff. de pac. l. iurisgentium. §. quod fere. & ff. de ver. obl. l. sciendum. Item ex quo obligatio est vera, & hypotheca præsumitur vera, vt no. C. de falsis. l. satis aperte & præsertim quia de condi. cõsuetudine apponitur hypotheca. ergo &c. ut ff. de edil. edic. l. q̃ritur. §. si venditor. Item certè non ob. quod dicitur, ꝙ testes non fuerũt iurati super hypotheca. nam cum fuerint interrogati super veritate causæ. i. chirographi, etiam super hypotheca examinari potuerunt, vt expresse no. ff. de iudi. l. si quis intentione. & econuerso, si principalis est quæstio de hypotheca, possunt examinari super obligatione principali, per quam deuenitur ad hypothecariam: quia ista sunt inuicem connexa, & oritur vnum ex altero. Item iuramentum recipit interpretationem extensiuam necessariam. Item qui iurat vnum, potest examinari super eo, & super appenditijs, ut expresse no. ta. C. qui legi. perso. l. momentariæ. & extra de probat. c. licèt causam. Itẽ ut dixi iuramentum implicite resoluitur explicite in omnes articulos, qui sub illo implicito possunt dinumerari, ut C. de præscr. 30. ann. l. omnes. in princ. ff. de lega. 3. l. si chorus. ff. de ser. vrb. præd. l. si seruitus. ff. qui, & a quibus. l. si optio. ff. de leg. 2. l. meuius. §. duob. Quare tum pp generalitatem, tum propter coniunctionem causæ, tum ex natura continentis, & contenti, tum ex eo, quod ita assuetum est fieri. dico, qđ probata subscriptione, ut est probata, esset probatũ sufficienter omne, qđ in subscriptionibus est contẽtum. & id hr pro viua uoce, qđ in subscriptione continetur, vt C. de nõ nu. pec. l. generaliter. & extra de proh. c. per tuas. nec põt testis resilire, ex quo cõfitet subscriptũ propria manu factum, vt ff. de fal. l. j. & l. filius. §. 1. & C. de nõ nu. pe. auth. ɔ̃ qui proprias. & si ex tribus testis unus uariat a duobus, creditur duobus, & subscriptione triũ, & viuę voci duorũ, q̃ vacillationi unius testis, quia uox unius scripturæ suæ ɔ̃riæ est vox nullius, ẽt quo ad simplicẽ præsumptionẽ, vt C. de testi. l. iusiurandi. & extra de testi. c. in nomine domini. Itẽ ex quo duo probant de veritate hypothecæ, non sumus in materia auth. Si quis uult cautè deponere. sed sumus in materia probationis uiuę uocis, per quam in dubio probatur hypotheca, & eius prælatio, si duo testes deponunt de hypotheca de tpe, de quo subscribẽtes intelliguntur deponere, secũdum tunc tẽporis, quo subscripserant, ut no. Inn. extra de prob. c. qm̃ ɔ̃ falsum. Non ob. si allegatur, qđ non reddunt cãm dicti sui super hypotheca: qa imo reddunt, nã causa est, quia ita cõtinetur, in instrumento, ut ff. de fideius. l. fideiussores magistratuum. §. 1. De primo igit ad ultimũ concludendo constat esse probatã hypothecã cũ tempore, & prælatione, & ideo iudicandũ est pro dicto excipiente prætendente dictę hypothecę prioritatẽ, quia qui prior est tpe in personali, & hypothecaria, potior est in iure, ut in regula qui prior. nam duo sunt fundamenta hypothecariæ, debitum, & hypotheca: & unum est fundamẽtum prælationis, s. tempus, ut ff. de prob. l. ante omnia. & C. qui po. in pig. hab. l. assiduis. cum sua materia. Ego Baldus.

### *COSILIVM CLXXVI.*

1 *Mulier, quæ aufugit a viro, an & quando potest petere cautionem*

*tionem præstari ab eo: & an interim ali debeat. & nu. 4. et 5.*
2 *Quę sint iustæ causę, ex quibus iudex potest arbitrari, an sint*
*dandi fideiussores, vel ne.*
3 *Semel inimicus an præsumatur semper inimicus.*

In Christi nomine. Cæcilia recessit a
Francisco opus vi
ro, & liberis ex eo susceptis: & stetit extra domum pluribus
annis: vult ad virum reuerti, dum tamẽ vir præstet ei bonam
1 securitatem de non faciendu ei malũ. †Quæritur, an, & qua-
lis securitas sit præstanda: & vr̃, quod non sit pręstanda, quia
aut recessit absq; culpa ipsius mulieris, & rationabiliter non
debet timere, qa q fidem innocentię gerit, maximá habet se-
curitatẽ, vt C. de iniu. l. si nõ conuicij. aut cũ culpa sua, & tũc
iniquũ esset, qđ vir astringeretur ad onus cautionis pp culpá
vxoris. Itẽ iniquũ esset, qđ culpa sua esset sibi proficua, vt ff. de
neg. ge. l. siue hæreditaria. Item vir debet, & põt corrigere vxo
rem suá correctione competenti, vt l. 1. C. de emendatione p-
pinquorũ. nec põt compelli ad cauendũ de non corrigendo
malos mores ipsius, & si expresse hoc promitteret, non vale-
ret promissio, quia esset 3 bonos mores, & daret vxori materiá
2 delinquendi. arg. ff. de ver. ob. l. si plagij. †Solutio, leges, & ca
nones dicunt, ꝙ cautio est pręstanda, si iusta subesset causa ti-
moris, itellige si iusta. i. si legitima, vel verisimilis. istud. n. est
iuste timere, ꝙ ẽt constantes timent, vt ff. quod me. cau. l. me-
tum. non vani timoris, quod totũ arbitrio iudicis committi-
tur inspecta qualitate personarũ, & causis suspitionis, vt nor.
in fi. l. 5. §. idẽ ait. ff. de ripa munienda. Iudex ergo debet inter-
rogare mulierem, quę timet, quare timeat, vt causas, quibus
strangulatur, nominatim exponat. ar. in l. 1. C. de præd. curia.
li. 10. possunt. n. plura occurrere, nam interdum occurrit se-
uitia viri, vt ff. so. ma. l. si cum dotem. §. si autem in sęuissimo.
& ista seuitia potest esse secundũ plus, & minus, sicut species
furoris. Item potest esse pp malam consuetudinem viri, quia
consueuit eam malè tractare, de quo statur famę vicinorũ, ar.
ff. de quęst. l. de minore. §. tormenta. l. non omnes. & raro cor
rigitur, quod transiuit in consuetudinem, vt l. non omnes. §. a
barbaris. ff. de re mi. aliquando hoc contingit, quia vir est Ze-
lotipus, & vane suspicatur: tñ vxorem flagellat. sed quidquid
sit, bonus vir varię ex personis, causisq; constituet, ar. ff. de rei
ven. l. in fundo. & illam medelá adhibebit, quę possit verisimi
liter hunc morbũ sanare, vt extra de testi. spo. c. ex transmissa.
& c. literas. §. fi. & in Auth. de mo. §. si vero intra terminum,
col. 1. vnde hoc est satis arbitratium, vt no. Gul. de Cu. genera
liter in materia istarũ cautionũ de nõ offendẽdo in l. illicitas.
ff. de os. pręsi. facit. C. de his, qui ad eccle. confugi. l. denuncia
mus. & l. pręsenti. §. fi. Et si iudici vr̃, quod sufficiat iuratoria
cautio cum appositione pęnę, non debet compelli vir satisda
re cum fideiussoribus: quia graue est inuenire fideiussores, vt
leg. & no. in l. 2. §. si dubitetur. ff. de iu. & ne inter vir. & vxor.
qui malè secum viuunt, maioris odij materia oriatur, C. ne fi-
dei. do. den. l. 1. & 2. & C. de furt. l. manifestissimi. §. fi. Si autẽ
rei qualitas fideiussores desiderat, & vir satisdare põt, tenetur
fideiussorem dare: sed si iurat se fideiussorem dare non posse,
stabitur, vt supra iuratoriæ cautioni, vt no. in l. 1. ff. qui sat. co
gan. Item si vir est homo discretus, & emendatæ vitæ, credo
eius iuramentum sufficere, arg. illius no. gl. quæ est in l. 1. su-
perius allegata. nam cautiones, quæ non interponũtur ex edi-
cto prætoris, sed extra ordinem ex varijs figuris causarum. i.
earum qualitas, & cauendi modus committuntur arbitrio iu
dicis, vt C. de indi. vidui. auth. cui relictum. Et secundum p-
dicta intelligo glosas iuris canonici prudentissime allegatas p
alios consulentes. 17. q. 4. c. G. vaut fecit. & facit. ff. de in inte-
grum resti. l. oẽs. vbi inquiritur causarum iustitia, & veritas.
3 †Sciendum est tamen, quod inimicitia grauis pręsumitur cõ
tinuata, & non deposita, præsumitur enim ex præterito in prę
senti in his, quæ habent radicem odij capitalis. vnde semel
inimicus semper præsumitur inimicus, nisi probetur recon-
ciliatio, vt l. 3. ff. de adim. lega. & ff. de arbit. l. licèt. & extra de
accu. c. cum per mantanella. C. fam. erci. l. in omnes. C. de in-
offi. testa. l. omnimodo. sed inimicitiæ ortæ ex leuibus causis
non præsumuntur durare, quia non habent originẽ, nec fun-
damentum: cum processerint ex animi leuitate, vt l. 1. C. si
quis impera. maledi. & non sint magni ponderis. nam hoc di-
ctat discretio naturalis, quæ præsumitur inesse cuilibet homi
ni: alias homo non esset homo, sed quædam bestia: vt dicit
gl. in Auth. de mon. in prin. super verbo dicẽtem. nam inimi-
citiæ prouenientes ex animi leuitate sunt potius quidam im-
petus animi potius momentaneus, quàm duratiuus, quia ra-
tionabiliter non debet durare: & homo ex propriu esse est ani
mal rationale. & ideo de modica inimicitia leges non curant,
vt in legibus superius alle. hoc dico pro tanto, quia si mulier
in corpus suum deliquisset, ista esset inimicitia capitalis, radi
calis, & duratiua, vt ff. de leg. 2. l. codicillis. §. pœnam. ex hac
causa contrahitur indignatio vehemẽs, & odium plus quam
capitale, & magis afflictiuum, quam mors filiorum, vt dicit
ibi litera, & Iac. de Ara. si autem ex moribus multum remotis
a complexu, non esset inimicitia capitalis, tamen mali mores
essent corrigendi. arg. in l. 1. C. de sec. nup. & facit quod not.
in c. tua nos. extra de spons. per Bart. & si mulier dicat, quod
fuit verberata semel in 10. ann. ista non fuit seuitia, sed corre-
ctio, vt no. in 7. q. 1. c. sicut alterius. & 23. q. 1. duo ista sicut ẽt
prudenter allegauit alius consulens, imo certè sapiẽs vir de-
bet dietim malos mores corrigere, ne transeant in cõsuetudi-
nem delinquendi. porro vix tollitur vitium, quod consuetu-
dine radicatur, vnde scribitur: Principijs obstat, sero medici-
na paratur. &c. & dicit Arist. in Iconomicis, quod vxor sem-
per debet esse sub timore, & reuerẽtia viri, hoc igitur dixi de
4 cautione, & de qualitate eius. †Sed quæritur, quid de dote, &
fructibus dotis: ecce, quod mulier non confidat reuerti ad vi
rum, quia nouit eius capitale odium, & naturam eius sine mi
sericordia esse, nam sępe natura ministrat animi vitia, vt ff. ad
Maced. l. 1. in prin. Et breuiter quo ad fructus dotis sic consi-
derãdum est, quod vir debet sustinere onera matrimonij, quæ
onera competunt viro, vt C. de iure do. l. pro oneribus. & ecõ
uerso vxor debet subire onera, quæ competunt vxori, vtin ca.
vlti. extra de conuer. in fide. C. qui po. in pig. hab. l. assiduis. &
etiam si vxor commisisset adulterium, debet alia viro ex fru-
ctibus dotis, donec cõdemnata sit, vt l. rei iudicatæ. §. 1. ff. sol.
ma. & ar. ff. de inof. test. l. si instituta. Sed postquã est condẽna-
ta, tanq̃ deposita non debet percipere fructus, nec alimenta,
indigna est enim per sententiam declarata. arg. extra. de dolo,
& contu. c. veritatis. tamen ad vnum est aduertendum, quod
ipsa debet operari viro in operibus obsequialibus, & familia-
ribus, vt no. in l. sicut. ff. de ope. lib. vnde si propter culpã suã
est extra domum viri, sicut non laborat, ita non manducet. di
co quod operari, vel per eam non stare: dicitur autem per eã
stare, si causam dedit edicto, sicut scribitur de calfurnia, vt l.
illa. ff. de postulan. si autem culpa cepit a marito, dicitur stare
per maritum, arg. C. de ser. fug. l. quicunque. §. fi. Item dicitur
stare per maritum, si in eo seuitia deprehenditur sine causa:
necè vult satisdare, quinimmo idem si non potest inuenire fi-
deiussorem, non sibi imputet, quia se posuit in necessitate, ar.
C. de sec. nup. l. hac edictali. §. & quod no. in l. 1. in fi. C. de na.
lib. In vidua autem, quia soluta est a lege operarum, & a lege
uiri, ut ait Apostolus, dicimus, ꝙ debet ali de dote sua, ut no.
C. rẽ in pręsenti. §. exactio. & ff. de uen. in pos. mitt. l. curator.
Concludamus igitur in oĩbus supradictis sic breuiter. nam si
quęratur, an uir simplici cautione teneatur cauere, dicendũ,
quod sic, sed si quęratur, an cũ fideiussore, dicendũ est, qđ nõ,
nisi ex qualitate factorum iudex aliter duxerit arbitrandũ, ut
dixi superius. & hoc dictat æquitas, nã cauendo simplici cau
tione non læditur, quia in potestate sua est seruare promissa,
& alteri prodest. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. item Varros. sed
fideiussorem date difficile est, & extra naturam matrimonij.
5 †De fructibus autem dotis an debeat, talis est conclusio, ꝙ
manente matrimonio in suo statu ali debet, quatenus patiun
tur uires dotis partiendo fructus inter se, & uirum solum.
onus autem alendi liberos non competit uxori, quia mater
non tenetur alere filium legitimum post terminum suppeten
tibus uiri facultatibus. ff. famil. erciscun. l. si maritus. persua-
deo igitur, quod reconcilientur inuicem bona gratia, & om
nia sint supposita, ut not. ff. de his, qui nota. infam. l. furti. §.
pactus. & si dicta mulier competenti cautione recepta arbi-

trio boni viri nolit reuerti, facit se ab alimentorum beneficio alienam, ar. ff. de fideic. l. si legatario. §. 1. Ego Baldus.

## CONSILIUM CLXXVII.

1 *Præbenda non expectans ad collationem, prouisionem, vel aliam dispositionem episcopi communiter, vel diuisim vigente consuetudi. &c. non comprehenditur sub rescripto Papæ rescribentis &c.*
2 *Clausula derogatoria an deroget consuetudini.*
3 *Filius an possit detrahere legitimam in una re.*
4 *Arbitrium, licèt detur liberum alicui, intelligitur æquitate seruata.*

In Christi nomine. In Ecclesia Regina est statutũ rationabile, quod antiquior canonicus residentiam faciens, & in sacris existens prębendam vacantẽ valeat acceptare: & hoc statuto vigente quidam impetrauit canonicatũ dictæ Ecclesiæ præbenda, si qua vero tunc vacabat, vel cũ vacauerit, de mandam Papæ executor, sibi reseruauit, inhibens episcopo, & capitulo, vel ad quos ipsa præbendarum collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet communiter, vel diuisim, ne de dicta præbenda disponere quouis modo præ-
1 sumant. † Quæritur, vtrum ex istis literis præiudicetur antiquiori canonico, quo minus valeat optare prębendam iuxta statutum Ecclesiæ prælibatum. & consuetudinem vigentem in dicta Ecclesia ad executionem dicti statuti. & videtur præiudicari, quia antiquiori canonico non competit ius aliunde, nisi ex statuto, vel consuetudine. sed huic statuto, & consuetudini est derogatum tum per reseruationem, tum p clausulam derogatoriam non ob. nam illa consuetudo nõ videtur
2 habere locum in prębẽdis reseruatis de mandato Papę. † Item quia clausula derogatoria consuetudini: nec oportet, quod Papa faciat mentionem de forma consuetudinis, sed de consuetudine in genere. nam Papa non potest formaliter scire verba statuti, vel consuetudinis. hoc totum probatur in c. licèt Romanus. de consti. lib. 6. & in c. fi. de consuetu. eo. lib. Contrarium mihi videtur, quia Papa non scribit, nisi de præbendis spectantibus ad collationem, vel prouisionem, sed ista p̃benda non spectat ad collationem, vel prouisionẽ, vel aliam dispositionẽ episcopi, vel capituli communiter, vel diuisim: quia ipsi prouidere non possunt de ea obstante dicta consuetudine, quę ligat manus ipsorum: ita quod collatio, prouisio, vel dispositio non est eis aperta, vnde cum casus iste non sit literis comprehensus, gratia Papę nõ tangit hunc casum, vt in c. susceptũ. de rescr. & ar. ff. de lib. & posth. l. cõmodissimè. & ff. so. ma. l. si cum dotẽ. in prin. & ff. de leg. 3. l. hoc legatũ. & l. nuper. ff. de vino leg. l. fi. §. cui dulcia. ff. de pe. leg. l. nam qđ liquide. §. si quis penus. & in c. 1. de pręb. in cle. Illa. n. verba ad collationem &c. declarant intentionem Papæ in præcedentibus hanc fuisse, vt solum loquantur de beneficijs ad collationẽ &c. quia species enumeratæ post genus hñt restringere ipsum, vt ff. de uer. sig. l. cum fundũ. & plenissimè no. in l. q̃sitũ. §. ult. ff. de fun. instr. facit. C. fa. erc. l. quoriens. & ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui plures. ff. de hær. instit. l. qui nõ militabat. §.
3 Initio. † Nota, quod ęquiparo filium dño, ut ff. de lib. & posth. l. in suis. & ideo sicut dñs põt detrahere omne, quod sibi debetur de peculio in una re, ita & filius potest detrahere legitimam in una re alteri non legata: cum legitima consistit in genere, uel quantitate, de hoc no. in l. si peculiũ. §. 1. ff. de pec. le.
4 in uerbo pro rata. nã solus tex. facit in ꝯtriũ. † & no. istam ęquiparationẽ, licèt detur alicui liberum arbitriũ, intelligitur tñ ęquitate seruata: & ideo si media uia est equa, & extrema sunt uitiosa, media uia debet seruari, ut not. in l. cũ certũ. in l. ulti. gl. ff. de uino leg. Item si arbitri tenentur concordare, inutilis discordia non impedit, quin possint, & debeant concordare, ad quod debent cogi, uel condemnabuntur ad interesse, ut ff. de adopt. lega. l. seruo. generaliter rerum dinumeratio inducit pluralitatem, ut ff. de pec. leg. l. si peculium. §. planè. & facit ad quęstionem, q̃ in donatione singulorum bonorum attẽdantur res singulæ, non coaceruatæ quo ad insinuationem nihil potest crescere, uel decrescere cõtra ipsius rei naturam, seu diffinitionem, ut d. l. si peculium. §. 1. Ideo Romanũ Imperium non potest crescere, vel decrescere quo ad iuris dispositionem: species derogat generi, nisi eius declaratio cõsistat in eadem spẽ, vt ff. de lega. 1. l. si dominus Sticho. quia non videtur de intentione disponentis, vel sub genere complecti, quod est specialiter, & præcisè determinatum, vt ff. de optio. leg. l. cum ita. §. quæsitum. & ff. de fun. instruc. l. cum delatio nis. §. cui spes. tamen inutilis non videtur detracta de genere, vt ff. de aur. & arg. leg. l. medico. §. mulier. nisi sit detracta per eum, in quem conferebatur generalis dispositio, vt ff. de pec. leg. l. cum dominus. §. filius. Ego Baldus.

## COSILIVM CLXXVIII.

1 *Inquisitio an vicietur, si aliqua sint in ea non vera, & aliqua vera: & an sit nulla propter incertitudinem loci.*
2 *Credibile est iudici, quod populus credit.*
3 *Solum probare tenetur ille, qui intentat, aliàs succumbet.*
4 *Statutum, quòd potestas teneatur de delicto familiæ, si familia committat furtum in villa sancti Marci, & ita fuit probatum, tamen erant duæ villæ eiusdem nominis, & non erat probatum in qua, an potestas teneatur.*

In Christi nomine. Præsupposito statuto de inquisitionibus fiendis, præsertim de delictis clandestinis, vt de incendijs nocturnis, & quibusdã diurnis, proponitur, non tamẽ conceditur, quod potestas loci inquisiuit contra quosdam, contra quos tunc non procedebat infamia, nec clamosa insinuatio inquisitoris aures promouebat: tandem capellanus villæ, siue sindicus denunciauit eosdẽ de maleficio antedicto: postmodum vero dicti inquisiti fuerunt absoluti tanquam innocentes: agitur contra dictum inquisitorem de dolo, & culpa, & petitur puniri criminaliter, & ciuiliter de iniuria, & inter-
1 esse. † Quæritur, quid iuris? Rñdeo, in inquisitore non præsumitur dolus, quando tenetur inquirere, nam officij necessitas eũ excusat, vt plenissimè no. ff. de his, qui not. infa. l. athletas. §. calumniator. nec videtur perperam processisse, qui per sequentia coadiuuatur, vt C. de iud. l. rem non nouam. §. fi. nisi cum sui motus cõcurrit cum pluribus, & inquisitor nihil asserit ipse, sed fama publica, quã sufficit verificare quo ad ex-
2 cusandum, sed non quo ad condemnãdum. † credibile enim est iudici, q̃ populus creditur, vt in c. qualiter, & quando. de accu. in c. licèt heli. de simo. arg. C. ad Macedo. l. Zenodorus. & ff. eod. l. 4. ff. de acquir. hæred. l. Cum quidam, quod dicitur. nec obst. si dicatur, quòd iudex falsum asseruit, scilicet famam publicam præcessisse, & non præcessit, nam ista negatiua, quod non præcesserit, non est probata: & cum ex negatiua surgit delictum, oportet ipsam probari, vt no. Inn. extra de accus. c. super his. & Cy. C. de iure emphy. l. 2. Item & si infamia non præcesserit in iudicio, tamen potuit præcedere extra iudicium: licèt infamia ad aures iudicis non deducta non sit promotoria inquisitionis. Præterea ex post facto verificatur, quod a priui. prædicatur, & inspici debet tempus rei iudicandæ, vtrum quis sit de calumnia puniendus, vel non, vt ff. ad tur. l. 1. §. calumniatoribus. Item ciuilis, & criminalis actio non possunt cumulari, nisi forte quis dicat, quòd illa regula fallit in extraordinario sindicando officiales, vbi non est curandum de iuris apicibus, sed sola inspecta veritate, vt procedatur, & expediatur causa breuissimo tempore, vt ex non scripto, vt not. Inno. in c. 1. de offi. iudi. Solutio, nisi probetur dolus, debet sequi absolutio, quia ad probandũ dolũ nõ sufficiũt hoc casu coniecturę: nã coniectura, quę est pro iudice, maior est, q̃ coniectura, quæ est ꝯ eum: & quia iudex est compulsus, & ideo non consumitur dolus, vt l. 3. ff. quod fal. tu. auct. dolum autem iudicis probare non difficilimum est: cum ad excusationem iudicis plurima concurrant: inter quæ posi. est habere manus mũdas, vt in Auth. vt iudices sine quoquo suf. §. necessitatem. odium ẽt nõ persumitur: quia oĩa odia ꝯ natu-
3 rã pugnãt, vt ff. de iust. & in. l. vt vim. † Illud nõ omitto, q̃ intẽtat dolũ, astringit ad probandũ dolũ: & debet succũbere, si nõ probat ipsum. qđ p̃bo tali rõne: quia dolus est species culpæ. nã p̃dicatur de dolo, & de nõ dolo, & ille, q̃ astringit se ad speciem,

ſpeciem, debet eam probare, non genus, vt l. igitur. ff. de lib.
cauſa. dicit ēt, quod omnis dolus eſt culpa, ſed conuertitur.
Item ſcias, q inquiſitio generalis ſimilis eſt actioni negociorũ
geſtorum, quæ proponitur ꝫ geſtorem negociorum alicuius
domini. vnde reſpublica videtur offerre libellum generalẽ tã
criminalem, q̃ ciuilem pro ſe, & ſubditis ſuis. & in libello ge
nerali non eſt neceſſaria ſpecificatio ſingulorum, nec coarcta
tio loci, & temporis: quia ſi non neceſſaria ſpecies, ergo nec
indiuidua ſpeciei. ſi tamẽ indiuidua eſſent deducta in forma
differentiæ, oporteret ea probari, vt no. C. de iud. l. licèt. & l. ſi
cum tibi. Ex his apparet, q in ſindicatibus officialiũ, qui vo-
cantur digeſtio officij: quia tũc officialis digerit, quod antea
deglutiuit ſufficit libellus inquiſitionis generalis de generib.
ſingulorum, ſi poſtea ſequatur, probatur ſpecialis de ſingulis
generum: & præſertim ſi in inquiſitione ponantur quędã ca-
pitula ſpecialia. Caſus eſt expreſſus de dolo, & contumacia ve
ritatis in verbo alijsq; criminibus. vidi dubitari, qñ erã puer
4 in ſcholis. † Dicit ſtatutum, quod poteſtas teneatur ex delicto
familiæ: modo familia poteſtatis fecit furtum in vil. S. Marci:
& ita fuit probatum, tñ erant duę villæ eiuſdẽ nominis, & nõ
erat probatum in quo cõſilio Bar. fuit poteſtas abſolutus pro-
pter incertitudinem loci. & fortè malè, quia in generali libel-
lo ſufficit probatio generalis, quæ diſtincta per ſpecies nõ ha-
bet plus operari in vna ſpecie, quàm in altera, arg. ff. de acqu.
hære. l. qui ſi dubitet. Ego Baldus.

## CONSILIVM CLXXIX.

1 *Mater tenetur filios inſtituere, nec poteſt eos legitima priua-*
*re. nec ad hoc aliquid operatur clauſula codicillaris.*
2 *Præteritio matris olim, & hodie an valeat.*

1 In Chriſti nomine. † Quædam domi. Catherina cõdidit
teſtñ, in quo filios pręterijt, matremq; ſuam dom. Richado-
nã ſibi in dicto teſtõ hęredem vniuerſalẽ inſtituit per hęc ver-
ba, in omnibus aũt alijs bonis ſuis, & rebus mobilibus, & im
mobilibus pręſentibus, atque futuris, iuribus, & nominibus
debitorũ, & maximè, ac ſpecialiter in bonis ſuis paraſernali-
bus, veſtibus, partis, & denarijs cõuertẽdis in veſtibus ad ſuũ
portare, & per eam ad maritũ portatis, & quæ ſibi quocunq;
modo, & cauſa debentur: & hic oĩa vltra dotẽ ad maritũ por-
tatã inſtituit ſibi hſdem vniuerſalẽ dom. Richadonam matrẽ
ſuam, & relictã quondã do. Franc. &c. Et appoſuit dicta teſta
trix in dicto teſtõ clauſulam codicillarem in forma, quæ ſeq-
tur, videlicet. Hanc aũt ſuam voluntatẽ aſſerit dicta teſtatrix
eſſe velle, quam valere voluit, & iuſſit, ac vult valere debere
iure teſtamenti nuncupatiui: & ſi iure teſtamenti nuncupati-
ui non valeret, vult, quod valeat, & teneat iure codicillorum:
& ſi iure codicillorum valere non poſſet, vult, q valeat, & te-
neat iure cuiuſlibet vltimę volũtatis, & omni mõ, via, iure, &
forma, quibus melius poteſt &c. Modo quęritur, qd iuris de
2 teſtamento pdicto? † Sciendum eſt, q præteritio matris habe
tur pro exhęredatione: & olim valebat teſtamentum matris
pręterauntis filium: ſed erat neceſſaria querela, vt inſtitu. de
inof. teſt. §. mater. & pręlata reſcindebantur oĩa legata, & fidei
commiſſa. & ẽt reſcindebatur clauſula codicillaris per quęcũ
que verba facta tanq̃ facta a de mẽte, vt ff. de inoſ. teſt. l. Titia.
hodie aũt ſecundũ ius nouiſſimũ authẽticorum teſtm̃, in quo
mater pręterijt filiũ ſine cauſa, eſt ipſo iure nullum, vt pleniſ-
ſimè no. in Auth. de hęr. & fal. §. exhęredatos. & per Dyn. in l.
gallus. in magna diſtin. vnde abſque dubio teſtm̃, de quo q̃ri-
tur, quo ad inſtitutionẽ hęredis eſt ipſo iure nullum. Et ideo
dicta mater a ſua filia inſtituta hęres vniuerſalis non eſt hęres
vniuerſalis, ſed filij teſtatricis ab inteſtato. ſed dubium eſt, an
filij teſtatricis teneantur reſtituere hęreditatem auię ſuę? &
oritur dubium pp clauſulam codicillarẽ. & in hoc ſunt duę
opiniones maiorum noſtrorũ. Nam gl. ordi. in auth. ex cauſa.
C. de lib. pręte. vel exhęr. tenet, quod dicta clauſula nihil va-
let, ſi hęredis inſtitutio eſt nulla ex cauſa pręteritionis, vel ex-
hęredationis, quia iudiciũ teſtatoris eſt iniuſtũ: ſed vbi eſſet
inſtitutio inualida propter defectum alterius ſolennitatis, tũc
bene valeret dicta clauſula. & in hoc ſe firmat gl. dictę auth.
ex cauſa. & ita tenebant omnes antiqui docto. & aduocati. &
Mod. hoc tenet Gul. de Cu. in l. vlti. de codicil. licèt dominus
Dy. tenet contrarium, videlicet q poſſit peti reſtitutio hęredi
tatis ex cauſa fideicommiſſi, vt plenè refert Cy. in d. auth. de
hoc not. in l. 2. ff. de leg. 3. Nec ob. l. Titia. ſuperius alleg. quia
illa l. eſt correcta quo ad legata, & fideicõmiſſa etiam vniuer-
ſalia, vt ff. ad Treb. l. ita tamen. §. quotiens. per Dy. & alios. &
hoc apparet ex eo, quia ratio. d. l. Titia. eſt correcta videlicet il
la ratio, quod teſtm̃ fingatur factum a demente, & correcta ra
tione legis eſt correcta legis ſubſtantia. hanc opi. tenent Bart.
& multi moderni, & ideo iſta queſtio eſt multum dubia. Ego
conſidero, quod tacita exhęredatio matris eſticioſa, & con-
tra ęquitatem naturalem, & ideo quòd vna via eſt denegatũ,
non debet alia via concedi. Item dico, quod nullo iure caue-
tur, q illa l. ſit correcta in ſuo caſu, etiam legum correctio eſt
vitanda. Non ob. §. aliud quoq; capitulum. in Auth. vt cum
de appel. cog. quia ibi loquitur in alijs capitulis teſtamẽti, nõ
in capitulo inſtitutionis transferendę in fideicommiſſum vni
uerſale per codicillarem clauſulam. Itẽ quia illa clauſula eſt
interpretata a gloſatoribus, quando eſt defectus extrinſecę ſo-
lennitatis, puta teſtium: vel qñ ex teſtamento non aditur hęre
ditas ex alia cauſa, q̃ ex pręteritionis, vel exhęredationis cauſa
nam cum dicta inſtitutio fuerit odioſa, non eſt interpretatio-
ne iuuanda; quamcunq; opinionem teneas, habes multos pa-
trocinantes viros eximios. Sed ſi autoritatem conſideramus,
maior eſt autoritas gloſatoris in tãto diſcrimine opinionum,
bona eſſet concordia partium. ar. extra de probat. c. ſi. Quid ſi
dicta mater eſſet inſtituta in re certa? rñdeo, dicta inſtitutio
non poteſt trahi ad vniuerſum propter vicium pręteritionis,
& ideo habetur loco ſimplicis legatarię: & valet in illa re tan
tum, vt no. in l. liberis. ff. de excep. doli. Illud non eſt dubium,
quod dicti filij debent habere legitimam, quicquid ſit de co-
dicillari clauſula, vt C. de inoſ. teſ. l. omnimodo. & l. ſancimꝰ.
& in Auth. de trien. & in ſemiſ. §. 1. col. 3. extra de teſt. c. Ray.
c. Raynaldus. & c. ſi pater. Ego Baldus.

## CONSILIVM CLXXX.

1 *De intelligentia duorum ſtatutorum Mediolani ſequentium*
*in materia præſcriptionis.*
2 *Decimæ quanto tempore præſcribantur.*
3 *An in præſcrip. quis vtatur acceſſione ſui autoris tam de iure*
*ciuili, quàm municipali ſtatuto, &c. & nu. 4.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſitis ver-
bis cuiuſdam ſtatu-
tis Ciuitatis Mediola. quo cauetur, vt infra. videlicet, de iure
communi præſcrip. 10. vel 20. anno. currit in rebus immobi
libus, & corporalibus poſſeſſionis cum titulo, & bonafide.
iure noſtro municipali tantum præſcriptio annorum 30. lo-
cum ſibi vendicet. & verbis cuiuſdam alterius ſtatuti in for-
ma, quæ ſequitur diſpoſitionem. Item ſi qua decima poſſeſſa,
uel quaſi, ſeu detenta per aliquem fuerit per ann. 30. cõtinua
to tẽpore ſuo cum tpe datorum, ſeu anteceſſorum ſuorum, p-
ſumatur ſua, & habeatur, & cenſeatur pro poſſeſſore legiti-
mo quo ad defenſionem proprietatis, & omnes effectus poſ-
ſeſſionis, ſeu quaſi ipſius decimæ &c. Sequitur talis caſus,
quod quidam Antoniolos de Lampugnano probauit ſe poſ-
ſediſſe, uel quaſi per quadraginta annos continue, compu-
tato tempore datoris ſui, ſiue auctoris, & anteceſſoris, & ſuo-
rum decimam quandam, ſeu ius decimandi ſibi competens
occaſione cuiuſdam uenditionis eidem factæ de dicta deci-
ma per quoſdam fratres de Birago, ad quos ius dictæ deci-
mæ primo ſpectauerat pleno iure: modo quidam Nicola de
Landriano petit coram iudice competenti declarari ius de-
cimæ prędictæ non pertinere ad dictum Antoniolum: & hoc
prætextu cuiuſdam euictionis factæ de quibuſdam iuribus
dictis fratribus de Birago per anteceſſorem ipſius Nicolę, &
pręſupponitur, q iura, ex quibus ſecuta fuit ipſa euictio, fue-
runt confecta ante uenditionem factam dicto Antoniolo de
decima prędicta. Quęritur ex his, quid iuris? ſ. an debeat An
toniolus prędictus turbari in poſſeſſione, ſeu quaſi, & iu-
1 ribus dictæ decimæ, † Et ad euidentiam prædictorum præ-

mittendum est de intentione dicti primi statuti, quod reducit decennalem præscriptioné ad pręscriptioné 30. ann. nunquid præscriptio hypothecaria contineatur in isto statuto? Et vr, q̃ dicta præscriptio est in rebus immobilibus corporalibus, nam hypothecaria nudã possessionem aduocat rei hypothecatæ, vt ff. de euict. l. cum venditor. in princ. Item verba statuti latè patent in rebus mobilibus, & corporalibus. vnde sequitur, quod contra hypothecariam non præscribatur minori tempore 25. annor. sed hic non fluxerunt. 30. anni, sed 16. vel circa, ergo non est p̃scriptio completa de iure municipali, licèt esset completa de iure communi, vt plenè leg. & nota. C. de præscript. 30. anno. l. cum notissimi. in princ. In contrarium videtur. quia ille, qui præscribit contra hypothecariam, non præscribit rem: quia est dominus, vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. lana. ff. de cap. & postl. reuer. l. in bello. §. si quis seruum. & no. in l. 2. C. q̃ me. cau. Exceptio autẽ est contra actionem personalem, vnde non est in re, sed in iure, quod est incorporale, vt ff. de exce. rei iud. l. ex testante. §. Latinus. & hoc patet ex diffinitione exceptionis: quoniam exceptio est exclusio actionis, igitur ista exceptio respicit quoddam ius incorporale, s. ius agendi ratione hypothecaria: sed in ista præscriptione iuris incorporalis nõ loquitur statutum: ergo sumus in iure communi, vt ff. ad municip. l. constitutionibus. ff. de acqu. hære. l. si seruum. §. non dixit. & sicut præscribitur hypothecariæ ita præscribitur pacto de ingressu: quia illud pactum est accessorium hypotheca. vt C. de pign. l. 3. & ff. de pignor. actio. l. qui ratione. ff. de furtis. l. si creditor rem. Et si præscribitur accessorio, vt C. de vsuris. l. eos. in princi. Dicet aliquis, ista hypothecaria non potuit intentari, antequam esset apertum ius agendi hypothecaria, vt no. ff. solu. matrim. In l. facere posse. per Iaco. de Aret. & alios: quia impedito agere non currit præscriptio, vt C. de annali excep. l. 1. in fi. & C. de pręscript. 30. annor. l. cum notissimi. §. in his. nam non læditur ex temporis mora, qui negligens non fuit, vt no. in Authenti. de appel. post princi. non ob. ff. de ser. rust. præd. l. & athilicinus. quia fons, qui exsiccatur, æquiparat debitori existenti non soluendo: non autem æquiparatur debitori non obligato: an debitor, licèt sit non soluendo, præscribere potest, licèt inanis sit actio, quod præscribens similis est soluenti, vt ff. de admin. tut. l. si pupillus. & l. fi. §. fi. ff. rem rat. hab. Porro ista ratio non ob. quia licèt hoc sit verum in facto, tamen de iure sufficit pręscriptio decennalis decursa, postq̃ hypothecaria pure, & libere poterat intentari: & satis est esse pręscriptũ, licèt non sit plus q̃ præscriptũ; vt no. in l. 2. C. de ser. fu. nã rei p̃fectę p̃fectioné adijcere frustra est, vt no. in l. pf. ff. de ca. pec. & ff. de ver. obl. l. quibus idẽ. solutio, in hoc primo puncto vr dicendũ, qd q̃ præscribit hypothecariæ, non præscribat rem immobilẽ, quia aliud est res, aliud exceptio, nisi per consuetudinẽ sapientum Mediol. statutum esset aliter interpretatũ, vt ff. de legi. l. si de interpretatione modo venio ad sequens statutum de præscriptione decimarum, & præmitto ad euidentiã,
2 † q̃ aut quæritur de præscribendo contra ecclesiam, aut quæritur de præscribendo contra priuatum, qui haberet hoc iura ex priuilegio, vel consuetudine, non reuocando in dubiũ valentiam consuetudinis. primo casu sufficeret de iure cõi præscriptio 30. ann. cum titulo, & bonafide. Secundo casu requireretur pręscriptio 30. anno. vt hæc distinctio satis colligitur ex notatis per Inn. in c. bonæ. de postu. præla. & no. per Barto. ff. de publi. l. si publicanus. §. in vectigalib. vnde sequitur, qd absq; præiudicio ecclesiæ priuatus contra priuatum põt pręscribere decimas spacio 30. ann. vt C. de præsc. 30. an. l. sicut.
3 sed hic occurrunt duo dubia † primum est de iure cõi, vtrum si vtatur accessione temporis auctoris, debeat vti cum causa, suisque vicijs, id est mala fide autoris. Respondeo, si vult inchoare præscriptionem ab auctore, inspicitur origo præscriptionis, vt l. clam possidere in prin. de acq. pos. l. Pomp. §. cum quis. si autem vult inchoare scriptionem ex sua persona propter suam bonam fidem, tunc non ob. sibi conscientia auctoris, si ipse præscribens habet bonam fidẽ, vt no. Dy. in c. malęfidei. de reg. iu. lib. 6. de præscri. long. tem. auth. malæfidei. & ff. de diuer. & tem. præscrip. l. an vitium. §. ex facto. qui §. singulariter facit ad hoc, & l. cum hæres. eo. titu. & ff. de reg. iu. l. quòd ipsis. vnde in quæstione nostra de iure cõi est fundata
4 intentio præscribentis per 30. annos. † Secũdum dubium est de iure municipali, quo videtur caueri, q̃ in p̃scriptione decimarum requirantur 40. anni. nam statutum speciale derogat generali: sicut exceptio derogat regulæ, vt in c. generi. cũ sua materia vulgari. In contrarium videtur, quia illud statutum de decimis non est factum odio præscribẽtium, sed in eorum fauorem: ergo non debet conuerti in eorum lęsionem, videlicet vt auferat eis ius cõe, sed potius tendit ad augendum, & plura remedia concedendum, quàm cõferat ius cõe. vnde augetur effectus, nõ minuitur, vt patet ex forma statuti, vt C. de legi. l. q̃ fauore. & ff. eo. l. nullum. ea. l. tertia. in prin. ff. de mil. testa. Item si circa idem sunt inductę plures p̃scriptiones, vna tanquam generalis, alia tanquã specialis, in potestate pręscribentis est eligere, quam vult, arg. ff. de re. iur. l. quotiens duplici. Præterea statutum hoc nõ dicit, quod de necessitate requirantur 40. anni. vnde per formã alterius statuti sufficiunt 30. anni ad consequendum effectus, qui surgunt ex simplici pręscriptione 30. anno. vt C. de præscript. 30. anno. l. si quis emptionis. in prim. nam statutum, quod non mutatur, stare non prohibetur: quia legum correctio est euitanda, vt l. præcipimus. cum sim. Amplius gl. ord. decreti hanc quæstionem determinat, vt infra. sed contra est, quod legitur. ff. de acq. poss. l. Põp. §. vlt. vbi dicitur, quod viciosa possessio non continuatur non viciosæ. Respondeo, illud verum est in longa præscriptione, secus est in longissima. 16. q. 2. §. hęc de pręscriptionibus decennij. quæ gl. est valde singularis, & conclusio hic est, quod tam de iure ciuili, quam de iure canonico si ille, qui cõpleuit præscriptionem longissimi tẽporis, est bonæfidei, prodest ei possessio auctorum suorum ẽt viciosa, & per hoc, vt dixi, videtur sopita nostra quęstio, quia cõputato tempore suo, & auctorum, fuerunt decimæ possessæ per vltra spacium 40. ann. & hanc partẽ puto veram, salua ratione recti sermonis, vt l. claudius fœlix. non obstante dicta hypotheca, de qua supra in euictione. Ego Baldus.

## CONSILIUM CLXXXI.

1 *Missio in possessionem an sit nulla parte non citata.*

In Christi nomine. Casus talis est, cauetur statuto cuiusdã ciuitatis, q̃ possessio bonorum hæreditariorum transeat ipso iure in hęredem sine alia corporali apprehensione. modo quidam condidit testamentum, in quo filium hęredem instituit in legitima, in reliquis bonis fratrẽ. mortuo testatore, dictus frater petijt coram iudice cõpetenti sub his verbis, quatenus omni iure, officio, & actione, quibus melius põt, & debet de iure, ponat, & inducat ipsum petentem se hęredem asserenté, & poni, & induci faciat, positumq;, & inductum conseruet, & defendat in possessioné rerum, bonorum, quæ fuerunt talis defuncti tempore mortis. & q̃ possessio bonorum hæreditariorum ex forma statuti transeat in hæredẽ, tamẽ ad cautelam pro tuitione, & defensione, & conseruatione dictę possessionis iurium suorũ, & ad omnem alium finem, & effectum, qui melius ipsi prodesse potest, prædicta petijt. qui iudex viso testõ, & audita petitione p̃dicta cum causæ cognitione, vt dixi, inter loquẽdo pronunciauit, commisit, & imposuit cuidã nuncio publico, quatenus ponat, & inducat decreto ipsius iudicis incorporalẽ possessionẽ bonorum dicti defuncti pręfatum petenté, & ipsum positum defendat, & conseruet. & p̃dictis verbis visus fuit dictus iudex. postq̃ orta fuit cõtrouersia inter p̃fatos fratré, & filium de dicta missione in possessioné, quę fuit petita reuocari. Et est verũ, q̃ ad dictam interlocutoriam, vel missioné non fuit citatus dictus filius, qui iudex tãdem pronunciauit prædictam licentiam, de qua s. fuit facta mentio, & inde secuta eatenus, quatenus dicta licentia concessa est pro tuitione, & defensione dicti petẽtis se tueri in possessione in ipsum ipso iure translata vigore statuti dictę terrę, valere, & tenere: quatenus autẽ esset cõcessa aliter, quàm pro tuitione, & defensione ipsius possessionis in ipsum translatæ vigore dicti statuti, ipsam licentiam annullauit. Ex his quęritur, vtrum rebus sic se habentibus dicta licentia sit reuocata,

2 cata, an potius confirmata. †Et videtur, ꝙ sit confirmata, quia
potius cõfirmatio refertur ad aliquod cõfirmabile, quatenus
constat de cõfirmato, & cõfirmante, & inuicẽ consonat. certũ
est, ꝙ cõfirmatio hẽt confirmationis effectum, vt ff. de pact. l.
legitima. & ff. de libera. leg. l. Aurelius. §. testõ. Sed hic constat
de confirmabili, & confirmãte, ergo nulli dubium, ꝙ talis cõ
firmatio valet, vt C. de decurio. l. si quos spontaneos. li. 10. In
contrarium videtur, quia neq; de iure cõi, neq; vigore statuti
patuit prima missio cõfirmari, vt pote nulla ipso iure. & quod
nullum est, confirmari non potest, vt ff. de act. & obli. l. obliga
tionis. quæ proprijs viribus non subsistunt. & legitur, & no.
extra de elec. ca. in causis. breuiter hoc est verum, quia verba
sic dicunt, vigore statu. No. istam dictionem vigore: sed mis-
sio non potuit fieri vigore statuti parte non citata: filius. n. de
buit citari, cum & in ipsum de iure cõi possessio cõtinuetur,
vt no. ff. de acqui. pos. l. cum hæredes. Et si non vis dicere pos
sessio, dicas effectus possessionis, vt legitur, & no. in l. cum mi
les. in prin. ff. qui. ex cau. ma. & C. de vsucapio. l. pro hærede.
& l. nihil. Item filius est certus, & legitimus cõtradictor, ergo
citandus, vt ff. de ven. inspicien. l. 1. §. denunciari. Itẽ remissio
in possessionem corporalem est actus fori contentiosi, & sine
citatione etiam peremptoria non potest expediri, vt C. de his,
qui ad ecclesias confu. l. præsenti. §. 1. & C. si per vim, vel alio
modo. l. fi. Nec potest confirmari, imo debet reuocari, quate-
nus de facto processit, vt not. ff. de euic. l. minor. in prin. & C.
vnde vi. l. meminerint. & iudex, qui fuit facilis in mittẽdo, de
bet esse facilis in extramittẽdo, vt l. 1. §. 1. ff. si mu. ven. no. Cũ
igitur vigore statuti nõ sit effectus possessor, nisi hoc debet le-
gitime parte citata, sequitur, quod dicta missio autoritati sta-
tuti non iuuatur: & maxime, quia vt dixi in alio cõsilio, istud
statutũ loquitur de vero hærede, & existente filio: sed non con
stat, ꝙ frater sit verus hæres, nisi in productione testamenti fi-
lius sit citatus, vt extra de probatio. c. qm̃ contra falsam. Item
in dicta sentẽtia sunt ista verba, ipso iure translatæ. sed de ista
translatione non constat: nec constare potest, nisi constiterit a
prin. quia interlocutoria facta sine iuris ordine nunquã potest
ex posterioribus actitatis confirmari, vt in c. appellanti. C. de
appellatio. in cle. Qua ꝓpter de necessitate sequitur, quod di-
cta licentia non fuit concessa pro tuitione, & defensione, dico
de defensione, & tuitione iuris, nõ de tuitione rationabilis fa-
cti. ff. de re iud. l. 3. §. cõdẽnatum, & no. ff. de acqui. pos. l. iuste
prius. ergo reuocandum est, quicquid non rite actum est: ita
quod dictus frater non gaudeat commodo missionis, vt in c.
cum, qde præbẽ. li. 6. & c. licet episcopus. 1. q. 1. c. in primis.
& C. si per publi. pensita. l. si deserta. Quare si verba cõditiona
lia dictæ vltimæ pronũciationis rite, & recte intelligant, sonãt
non ad propositũ dicti fratris, sed ad eius oppositũ. Ego Bald.

COSILIVM CLXXXII.

1 *Locator locauit rem cum pacto, si rem alienaret, teneretur ad damna ipsius conductoris, eueniente casu alienationis quaeritur, quæ damna veniant: & est aureum consilium.*
2 *Damnum, & lucrum proprie quid sint.*
3 *Impediens lucrum an dicatur damnum dare.*
4 *Estimatio fructuum an debeat fieri secundum tempus præsens, an secundum futurum. & nu. 5. & 7.*
6 *Ad naturam contractus, & dispositionis recurrere debemus, quando de mente contrahentium dubitamus.*

In Christi nomine. Locata fuit quædã
possessio titio vsq;
ad octo annos pro annua pensione soluenda, in qua locatione
inter cætera interuenerunt duo pacta: primum videlicet, ꝙ si
dictus locator dictam possessionem in totum, vel in partẽ do
nabit alicui, ꝙ debeat curare, vt dictus conductor teneat di-
ctam possessionem vsq; ad finem dicti termini ipso conducto
re soluente pensionem ipsi, cui esset donata dicta possessio: &
si aliter factum foret, quod damnum ipsius conductoris esti-
mari debeat per estimatores, & restitui eidẽ cõductori. Aliud
pactum extitit subsequenter, videlicet quod si dictus locator
partem dictæ possessionis donaret, vel alienaret, vel diminue-
ret, ꝙ teneatur ipse locator remittere eidem conductori mer-
cedem, seu pensionem pro rata. Euenit casus, ꝙ dictus locator
post certos annos post dictam locationem ipsam possessionẽ
donauit totã vni suo militi: dictus vero conductor petit dam-
num, & interesse suum, et in lucro: asserendo, ꝙ si tenuisset ip
sam possessionem vsq; ad finem termini sui, omni anno vltra
mercedem lucratus fuisset mille flo. ponamus, vel certũ quid
1 &c. †Quæritur, quid iuris? In hac quæstione considerandum
2 est, † ꝙ damnum strictè, & proprie loquendo dicitur diminu
tio patrimonij, vt C. de condi. l. fi. & C. de imponen. lucrati.
descrip. l. 1. li. 10. vnde in diffinitione interesse ponitur dam-
num emergens de per se, & lucrũ cessans ex altera parte: sunt
enim ista duo membra valde discrepantia, vt plene legitur, &
no. in l. 1. C. de sen. quæ pro eo. & ideo sub vno vocabulo non
continetur aliud, quasi distinctum voce, & significatione, pa-
cto, & obligatione, ut legitur, & no. ff. de re. iu. l. in eo ꝙ vni-
uersalis, ꝙ petit. amplius. Sciendũ est, ꝙ non intelligitur dam-
num dare illi, qui iu. suo vtitur bona fide, & sine fraude, ut ff.
de aqua plu. ar. l. 2. §. itẽ varus. & ff. de dam. infec. l. proculus
& ff. de re. in. l. non fraudantur. & nemo damnũ facit, nisi qui
3 id fecit, quod facere ius non habet. † Et ut sciamus an ille, qui
impedit lucrum, dicatur inferre damnum, dicendum est, ꝙ
aut aufert lucrum debitum ex pub. & vr̃ damnum inferre, vt
l. 2. §. me. ver. dam. ff. ne quid in loco pub. Et est ratio, quia qui
illicite facit quem perdere lucrum, damnum dare vr̃, quia du
pliciter dicitur damnum. s. re, & spe: sicut patet in actione le-
gis aquiliæ, in qua venit damnum spei cohærens corpori, vt ff.
ad l. aquil. l. proinde. §. 1. & l. inde neratius. & l. in l. aquil. §. si
deletum. Nec enim licitum est priuato auferre alicui iura pro
ueniẽtia ex publico. & ista est ratio dicti ver. damnum autem
est lucrũ proueniens ex priuato, & tunc aut ex re propria eius
qui patitur damnum, vel ex re sibi debita pleno iure. & idem
qñ tale lucrum erat in apparatu, & ordine lucrãdi, vt ff. de bo
nis lib. l. liberto octuaginta. & ff. de eo, quod cer. loco. l. 3. §. fi.
& C. de sen. quæ pro eo, quod interest. l. vnica. in fi. Aut est lu-
crum proueniens ex contractu celebratu simul cum impediẽ
te: & tunc aut impediens facit per dolum, & fraudem, & hoc
non est licitum, maxime in contractu bonæfidei, quia omnis
dolus, & fraus ꝯ naturam pugnat: & remedia proinde prodi-
ta sunt, vt l. 1. ff. si quid in fraudem patroni. & l. 1. & 2. ff. quæ
in frau. credi. aut facit iure licito ex tenore contractus, & non
est dubium, quia non tenetur: cum ex conuẽtione licitum sit
facere: & ꝯctus ex conuentione legẽ accipiunt, vt ff. depositi. l.
1. §. si conuenerit. aut intentio ꝯhentiũ est dubia, & tũc refert,
aut erat lucrũ factũ, aut in fieri. primo casu, qui perdit lucrũ,
sentit dãnũ, quia lucrũ iam erat in bonis suis, & radicatũ ibis
& erat effectum vnum, & idem patrimonium. ff. de sepa. bo-
norum. l. 1. §. illud sciendum. & ff. de vulgari subst. l. sed & si
plures. §. ad substitutos. aut lucrum non erat factum, sed erat
in fieri: & tunc licet præcederet apparatus ad lucrũ, istud non
dicitur damnum: iste est casus expressus, & notabilis in l. si pe
cuniam. in princ. ff. de cond. ob causam. per quam. l. determi
4 natur qõ nostra pro Principe nostro: † non. n. debet considera
ri, quod species poterat pluris vendi, nisi species esset formata
de præsenti: puta quia frumentũ erat in herbis. nã tunc q̃ntum
valeret in herba, tm̃ estimaretur: & non plus. porro multa ac-
cidere possent, quæ impediunt fructus ad maturitatem, & ef-
fectum produci: puta niues, grandines, incursus hostium, &
similia, vt ff. de ꝯhen. emp. l. fistulas. §. frumẽta. & ideo de om-
nino futuris non potest certum iudicari, vt est expressum. C.
de vsur. l. si a pactione. & ff. de act. emp. l. si iactum retis. & ple
nissime no. per d. Bar. ff. de pub. l. coten. §. qui maximos. Porro
nec ex futuro crescere potest damni præteriti estimatio, vt ele
ganter dicit tex. ff. de re. in. l. omnis hæreditas. §. nunq̃ crescit.
Ex his apparet, quod hi termini damnum, & lucrum, sunt ter
mini distinctiui, & quasi aduersatiui. & ideo quod statuitur
in vno per ar. a ꝯrio sensu, quod habet locum in cõtractibus,
vr̃ in alio denegatum, & cõtrarium statui, vt ff. de pac. dotali.
l. inter socerum. §. cum inter. Interpretatio enim, quæ quando-
q; fit ex bona fide in contractibus, locum habet de similibus
ad similia. sed ad contraria extensio fieri non potest, quia duo
ꝯria simul stare non pñt, ar. ff. pro suo. l. si ancillam. & no. in l.
si cum dotem. in prin. ff. so. ma. Non ob. de cond. ob causam.
l. si extra-

l. si extraneus. quia ibi in casu matrimonij non contracti non
agitur ex vi stipulationis, sed ex defectu finalis causę. & iste est
vetus intellectus illius. l. Ex prædictis itaq; quasi summatim
repilogãdo dico, quod quatuor sunt. s. lucrum per se. & istud
aut est positum in forma, aut in patrimonio, aut est in spe de
futuro, aut nec in forma, nec in certa spe. Secundum vero est
damnum de per se, quod deperdito iam quæsitorũ, non sub-
iectorum casibus, sed in re præsenti. Tertium est neq; lucrum
neq; damnum. Quartum est permixtum damnũ cum lucro.
istud enim membrum manifeste apparet in contractu socie-
tatis, vt ff. pro soc. l. mutuis. & l. de illo. & l. sed si adijciantur.
vbi expresse patet, quod quæstus de negotiatione nondum fa-
cta, sed futura proueniens dicitur lucrum: & non damnum.
In nomine Domini. Casus talis est, prior, seu Abbas sancti Cypriani de Murano Torcelanen. dioc. quandam ecclesiam ad honorem sancti Ioan. in loco suo vocato costa. edificauit, cui loco intuitu religionis, & propter reuerentiam sancti Io. Bapti. Episcopus Adriensis tertiam partem dicimæ concessit: sibi prædicto Episcopo, & suis successoribus reseruauit tertiam partē pro defensione trium partium datarum dicto pio loco, Item prædictus Episcopus prædictæ ecclesiæ concessit baptismum populi illius terræ: & in prædicta concessione sibi, & Episcopo patruo suo reseruauit, vt omni anno in festo sancti Petri clerici ecclesiæ. supradictæ vnam candelam cum duobus Veronensibus super Altari Adriensi ponere debeant: reseruauit etiam sibi, q in die Iouis sancta clericus ecclesię ad episcopatum pro Crisma. debeat accedere, vt alij clerici faciebant. postea subiungitur in priuilegio narrando, cū enim contigerit Episcopum Adriensem inde transitum facere, vel nuntios ibidē honorifice pro qualitate loci suscipi debere, & honeste tractari. Subiūgitur in priuilegio, si vero monachus, vel professus in prædicta ecclesia morabitur, sit sub correptione prioris, si autem alterius fuerit conditionis, sub potestate Episcopi manebit. Modo Episcopus prædictus visitationē a prædicto præsbytero, seu conuerso petit, quæritur, nunquid hoc de iure facere possit: præsupposito, q Abbas prædictus sit exēptus, vt patet per priuilegia nobis data.

1 *Præscribi an possit, vt aliqua ecclesia visitetur ab episcopo, & sic an iura episcopalia præscribantur.*

1 In Christi nomine. †Exempta ecclesia, & clericis, populus tamen non intelligitur exemptus, vt in c. per emptionem. de priui. lib. 6. exemplum, de priuile. c. cum capella. tñ ad aliud, ad quod se non extendit priuilegium, potest extendere se consuetudo, & præscriptio. nam licet subditus non possit præscribere, ne visitetur, & ne det procurationem annexam in præscriptibili visitatione, vt extra de pręscrip. c. cum ex officij. tamen Abbas exemptus potest præscribere in populo suæ capellę nō exempto visitationem, & procurationem: quia exempti possunt

possunt præscribere iura episcopalia, vt extra de præscri. c. cū olim. vbi dicitur, quod Abb. in capel. præscribere potest episcopalia iura, & sic vbi deest priuilegium, supplet prǽscriptio. ex quo ergo Abb. ipse semper fuit in possessione. i. eius prædecessores nomine monasterij semper tenuerūt illā cappellā, & visitauerūt eā, & populū eius, & ipse similiter iura episcopalia exercuit in capella, & populo: quod episcopo præscriptio abstulit, & Abbati concessit, episcopus petere nō potest, ff. de le. 1. l. quod in rerum. §. si quis. & ibi no. Iac. de Are. quod tamen insuetatio alicui Abbati vī episcopo denegata, mihi tamē durū videtur, quod ista prǽscriptio possit fundari, tñ Abbas non habuerit titulum: loquor quo ad populum. Item aliud dico, ꝙ si probaretur, quod nomine procurationis aliquid accipere episcopus consueuit, & non plus, illo deberet esse cōtentus, ar. ff. de vsuris. l. qui semisses. & not. per Bart. & Io. An. in d. c. cum ex officij. super verbo, procurationem. in casu nostro nihil recepit episcopus, vt proponitur, prǽter candelas quolibet anno. visitationem, & aliud totum dicūtur fecisse Abbates antiqui, & nouelli; ex antiquitate autem prǽsumitur bona fides, vnde si hęc probantur, præscriptio præcessit, iuxta no. per Inno. in c. cura. de iure patro. nam præsumitur in bona fide ille, qui nonnullos prędecessores suos fuisse in pos. probat. secundum Innocen. Ego Baldus.

## CONSILIUM CXCII.

1 *Legatum factum filiabus per testatorem, si vna moriatur in vita testatoris, an deueniat ad aliam. & nu. 2.*

3 *Substitu. compedio. an possit fieri in legato.*

4 *Substitutus vulgaris in caducis, & quasi caducis succedit.*

5 *Refutatio non praeiudicat substitutioni, nec vltimae voluntati.*

In Christi nomine. Casus talis est, ser Leonardus de portu habens in bonis ducatos quingētos, & vltra, & habēs duas filias suas infrascriptas, suum condidit testm̄: in quo quidem testō inter cętera legata, quę reliquit, sic dixit. Itē reliquit Marga. & Bar. sororibus filiabus suis, & cuilibet aliæ filię, seu filiabus legitimis & naturalibus seu posthumis nascituris li. 250. pro vtraq; pro suis dotibus causa maritādi ipsas tunc tēporis, qñ erunt ad tempus eas maritandi: in quibus ipsas, & vtranq; ipsarum sibi hęredes instituit, & ipsas voluit esse tacitas, & cōtentas pro earum legitimis, & portionibus iure institutionis, ratione, modo, iure, & forma, quibus melius potuit. cum hac condictione, quod si vna, uel aliqua ipsarum decederet in pupillari ætate, uel qñcunque ante tempus ꝯcti matrimonij, qd uiuens succedat morienti, & habeat dictas li. 250. quas decedens hēre deberet pro eius dote. & si dictæ ambæ sorores decederent ante tēpus ꝯcti matrimonij, quod dictę li. 250. dari, & distribui debeāt p infrascriptos suos cōmissarios pauperibus, & miserabilibus personis, secundū discretionē suorū fideicōmissariorū pro eius aīa, & suorū. & si ipsę sorores, & altera ipsarū ꝯcto matrimonio, & consummato decederet sine legitimis filijs ex ipsis natis: qd uiuens succedere debeat morienti, & hēre debeat partē dotis desunctę, q̄ peruenire deberet in suos ꝓximiores parētes, seu testatui. & si ambę ꝯcto matrimonio, & consummato decederēt sine legitimis liberis natis ex ipsis, qd dictę partes testituēdę dictarū dotiū dari, & distribui deberent pauperibus Christi, & miserabilibus psonis pro eius aīa, & dictarū filiarū. & c. Mō sic in processu tēporis pr̄, & testator p̄fatus maritauit vnā dictarū filiarū videlicet Mar. & dedit sibi li. 250. in dotē, & fecit sibi pscruptari per dictā filiā per instr̄m finis, & remissionis, ꝓut in ipso legit. & postea altera filia sua prædicta, videlicet Bartholomea ante nubilē ętatē, & in pupillari ętate cōstituta, & viuēte testatore prædicto decessit. demū postea dictus testator decessit sibi i dicto testō hęrede vniuersali instituto Fran. eius fratre. ex præmissis quęrit̄ inspectis verbis, & mēte dicti testi, & legati, & dicto instr̄o finis, an dictū legatum dictarū li. 250. relictarum dictę dn̄æ Bartholomeę per modum supradictum remanere debeat ad hęredē vniuersalē, an vero accrescere debeat alteri filiæ. s. Margaritæ vigore alicuius coniunctionis, vel substitutionis: & ponatur hic tenori instrumēti finis, & remissionis: cuius tenor est, videlicet Margarita filia ser Leonardi de portu pro lib. 250. per quas dictus Leonardus eius pater constituit pro dote ipsius Margaritę dā da Tardinello eius marito futuro ante desponsationē meā factam per dictum Tardinellum, dicens, confitens se esse maiorem 12. annorū sponte, & exercita sciētia, non coacta, nec per errorē, fecit idē ser Leonardo eius patri pro se, & suis hæredibus, finē, & remissionē, & quietationē de omni paterna hęreditate, & de omnibus, & singulis bonis paternis, & de omni, & toto eo, quod eidem ser Leonardo eius patri pro se, & suis hæredibus recepit occasione paternæ hęreditatis; & bonorū paternorū in prǽsenti, & in futurum qñcunq; dicere, aut petere posset q̄ finem, & remissionem, & omnia, & singula supradicta Margarita promisit dicto eius patri pro se, & suis hæredibus recepit, ac ēt iurauit ad sancta dei euāgelia tactis scripturis semp de cætero firmā, & ratā hr̄e, & tenere, obseruare, & adimplere, & non ꝯfacere, vel venire accasione minoris ętatis, seu aliqua ratione causa, vel ingenio de iure, vel de facto: & nunquā aliquid ꝯ prędicta, vel aliquod dictorū dicere, vel opponere: nec se lęsam, seu deceptam dicere in prædictis, vel
1 in aliquo prædictorū. & c. Consiliū Alberici. † Et breuiter pro parte Margaritæ allegatur, & facit, quia legatū Bartholomeæ pp mortē ipsius mortuæ post testm̄ conditum, & ante mortē testatoris fuit effectum in causa caduci, vt dicit tex. C. de cad. tol. §. & triplici. ver. ea, cui vel viuo testōte. & c. ergo transit ad Margaritam duplici iure, vel altero, quo voluerit, & elegerit. secundū tñ no. pro gl. & doc. in l. si quis hæres. in primo casu, ff. de aqui. hęre. dixit duplici iure, & meritotiam ista Marga. & Bartho. legatarię prędictę fuerunt coniunctę saltim verbis pp copulā positam supra in dicto legato eis relicto, vt l. si ita quis hęres. ff. de hęre. insti. & not ordinarie in §. interdum. ut Ray. de vsu. l. adire. & Bart. in l. coniunctim. de le. 3. & aliqua extraordinarij, in l. simplici. de uerb. sig. igitur ad dictā Margaritam tanquam cōiunctam saltim uerbis accrescit dictum legatum, per d. §. & triplici. C. de cad. tolen. reprobata opi. Io. ut plene recitat Ray. in d. §. interdum. circa finem repetitionis illius §. item quia dicta Marga. fuit substituta dictę Bart. ergo. & c. ut d. §. pro secundo. non attento, nec allegato §. sin autē aliquid sub conditione. & extra eo. tit. cum forte dictum relictū Bartho. debeat censeri purū per l. qm̄. in fin. C. de inof. test. l. & sic iste. §. sin autē nō facit. In ꝯtrium facit l. quidā. te. ff. de uulg. & pupi. item quia per instr̄m finis sublatū est ius dictę Marga. quare. & c. l. postq̄. cum si. C. de pac. maxime vallatum iuramēto: quare & c. ut in c. quamuis. extra de pac. li. 6. & plene per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. & facit extra de iureiu. c. cum contingit. & c. licet. eo. ti. vnū nolo omittere contra, primo ꝙ forte dicta Margarita nō potest dici collegataria ipe mortis Bartholomeę, cum iam habuerit in dotem a patre illud, quod sibi relictum fuerat primo, vt l. filia. C. de leg. & plene no. Dy. & Ray. in l. huiusmodi. §. cum pater. de leg. 3. & sic non habet locum prędictum auxilium ius accrescendi, de quo. s. in principio dixi. item quia instrumentum finis facit, quia per ipsum taliter qualiter loquendo, non remittitur ius dictę substitutionis: tunc quia ignorans dicta Margarita de dicta substitutione, & legatis remisit, quæ ignorantia præsumuntur, ut l. uerius. de probationibus. & maxime dicta remissio temporis adhuc uiuentis patris, & sic nondum inspectis uerbis testamenti, ut l. fi. §. fi. de lega. 2. quare & c. ut l. nec ignorans. de dona. & l. mater decedens. de inoffi. test. ff. & facit. l. de his. & quod ibi Gul. ff. de transac. & Bart. in §. duo fratres. Item quia opposito, quod remisset forte adem, ut recitat ibi Barto. & c. Albericus.

2 In Christi nomine. † De iure substitutionis tractandum est hic potius quam iu. ac. nam qñ testator instituit filias suas in certū, & qualibet certū inter eas, non est locus iuri accrescendi ipsum, qui separata, & distincta quātitas cuilibet assignat. & in aduersis rebus nō contingat ius accre. ut ff. de le. 3. l. huiusmodi. §. quibus. ita & ibi formaliter hoc ponit Barto. uide-
3 mus ergo de substitutione. & est sciendū, † ꝙ substitutio compendiosa potest fieri in legato, sicut in hęreditate. ut ff de leg. 2. l. ut hęredibus. includat in se uulgarem. & ideo licet in uita testatoris moriatur is, cui facta est substitutio, tñ substitutus uocatur:

vocatur, vt no. C. de impub. & alijs subst. l. precibus. per Cy. in ar. ff. de ventre insp. l. qui venter. Ex quo in casu nostro vr, q determinata quoad dictum relictum factû illi puellæ, quæ decessit viuo patre, veniat soror substituta: quia vt sapienter
4 allegatum † est in caducis, & quasi cadu. succedit substitutos vulgaris, immo etiam si esset substitutus per fideicômissum, quia remanet penès hæredem cum honore fideicommissi. C. de cadu. tol. §. pro secundo. & §. in nouissimo. in casu autê no
5 stro vulgaris substitutio est ista, † Ex qua notatur margarita. ista est ipsa veritas. nô obstat refutatio facta pro margarita patri suo: quia talis refutatio nô præiudicat substitutioni: quia pater, cui facta est renuntiatio, potest relinquere refutanti: nam quod iudicio paterno capit, non includitur in refutatione generali, vt l. fi. C. de pac. vbi dr, seruanda est vltima voluntas patris, nec debet impediri libertas testandi. ff. de verb. ob. l. stip. hoc modo concepta. Et ego latius. C. de col. l. pactum. dico de hac materia, licet Bar. in d. l. stipu. hoc modo innuat, quod si fit refutatio patri, excludatur omni modo, sed si fit fratri, impediatur agere ex testamento patris, ne auferatur libera facultas testandi patri. sed ego dico, quòd ius substitutionis non videtur remissum. ff. de leg. 3. l. Paulo Calimaco. §. Pomponius. nec videtur patrê sibi legem imposuisse, nec possit relinquere filiæ. ff. de fideicom. l. Lucius. §. Lucius.

CONSILIVM CXCII.

1 *Executor fideicommissa. ad diuidenda bona inter pauperes an possit in vltima voluntate disponere.*

In Christi nomine. Do. Nicolaus condidit testamêtum, in quo sibi hęredem instituit dñm Auliuerium eius filium in bonis mobilibus tm̃, & Nicolaum eius nepotem ex filio præmortuo in bonis îmobilibus tm̃, & reliquit dñm Auliuerû eius filiû tutorem, & administratorem d. Nic. nepotis sub tali conditione: q si vnus ante alium sine legitimis hæredibus decederet, q pars decedentis in alium superstitem debeat peruenire, seu in eius hæredes saluo eo, quod pro eius anima voluerit iudicare. Demum ipse Nico. hæres institutus factus pubes veniens ad mortem suum testm̃ sic ordinauit. & inter cætera dixit, in omnibus aût suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus ser Auliuerium patruû suum hæredem instituit, cum hac conditione, quod si casus accideret ipsum ser Auliuerium mori sine hæredibus ex legitimo matrimonio descendentibus, quod infrascripti sui fideicommissarij teneantur, & debeant medietatem dictæ hæreditatis dispensare pauperibus Christi, & pro missis cantandis, & celebrandis pro eius anima &c. Commissarios autem suos ad prędicta expedienda elegit dominum fratrem Simonem de Parma priorem sancti Nicolai ordinis Prædicatorum de Triuisio in sua vita, & si decesserit, priorem dicti monasterij, qui pro tempore fuerit, & ser Auliuerium sortectam eius patruû; & ser Ioannem de mandico, & quemlibet eorum insolidum. Mortuus est dictus ser Ioan. de mandico commissarius prædictus, antequàm esset aliquid executû de dicto testamêto. postea dictus ser Auliuerius alter cômissarius in suo testamêto sic ordinauit: videlicet q schola sanctæ Mariæ de Batutis de Triuisio sibi hęredem vniuersalem instituit, & esse voluit, cum hac côditione, q ipsa schola, seu castelliones dictæ scholæ distribuant dicta bona sua inter pauperes Christi, prout in testamento suo continetur. non exprimendo aliquid de testamento dicti Nicolai nepotis sui. Modo prior sancti Nico. qui modo est, petit medietatem dictorum bonorum dicti Nico. qui tanquàm cômissarius solus superest, & insolidum dicens se velle dicta bona distribuere secundum formam dicti testamenti Nic. cum per alios commissarios, nec per se sint distributa, vt asserit, dicta bona. ex alia parte dicit schola, q bona iam sunt distributa per dictum ser Auliuerium commissarium etiam insolidum: ex eo q dictus ser Auliuerius instituit scholam suam hæredem vniuersalem cum conditione, q dicta schola, seu castelliones eiusdem scholæ distribuant dicta bona pauperibus Christi: vt in testamento dicti ser Auliuerij continetur. replicat prior, q hoc non potuit facere d. ser Auliuerius: quia conditio legati nôdum extiterat tempore, quo dictus ser Auliuerius condidit dictum suum testamentum. super isto passu petit schola consilium vestrum, si prior prædictus debet distribuere medietatem dictorum bonorum hęreditatis dicti Nico. an ipsa schola, vel sui castelliones.

1 In Christi nomine. † Mihi prima facie videbat, q ista executio pertineret ad istum priorem sancti Nico. etiã q dictus ser Auliuerius non potuit facere executionem eius, quã post mortem suam erat restituere rogatus, vt ff. de leg. 1. l. filius. §. diuus. item quia non nomine executoris, sed tanquàm testator de rêbus proprijs ser Auliuerius locutus, & testatus est. arg. ff. de solu. l. & magis. nam inspicitur augmentum tam in his, quæ possunt pluribus modis fieri. ff. de adop. l. si pater. ff. loca. l. si quis domû. Item non prius cedit dies officij executoris, q̃ cedat dies relicti: cû relictû sit principale, & officiû sit accessoriû. sed dies huius relicti non cessit, nisi post mortem ser Auliuerij, ergo nec dies officij. & sic antequam ser Auliuerius esset quoad hoc in officio, non potuit facere executionem, nec eligere scholam. Item officium executoris finitum est morte, & non potuit ad tempus conferri, in quo finitur. ff. de cura. fu. l. cuius bona. ff. de tute. l. pe. propter quæ prima facie sic videbatur. sed subtiliter intuenti veritas apparet in côtrarium. nam Auliuerius non erat merus executor, sed mixtus: quia erat hæres, & executor. modo lex dicit, q hæres rogatus de restituendo pauperibus post mortem suam instituêdo paupere ex vr eos eligere, & executores restitutioni officio simul fungi, vt ff. de leg. 1. l. vnû ex fami. §. si duos. & ibi hoc formaliter ponit Bar. quare sic est in proposito, nam ser Auliuerius sciens testamentum nepotis videtur eos elegisse pauperes, quos instituit hæredes, vt C. de secundis nupt. l. hac quis prioris. §. illud. hoc etiã ex rône institutionis patet: quia pro anima sua, & suorum anteriorum dixit se ita relinquere. ex quo animi motus, & ratio declaratur, quæ est compêsiua, seu inclusiua executionis, & satisfactionis omnium testatorû præcedentium: quia igitur insolidum quis executor erat, & iste non solum executor, sed hæres: merito non est ammodo de alia executione tractandum, quia iam facta est. sic ergo schola habet ius in isto facto, & non dictus prior sancti Nicolai. & ita teneo, & ista est veritas. sicut enim episcopus non dato alio executore est legitimus executor, & tamen excludit per electionem prædictam: ita etiam alius executor testamentarius datus cum clausula, q quilibet insolidum, nã melior est conditio occupantis in pluribus insolidum constitutis, & prima electio totum ius eligendi consumit, vt ff. de procurator. l. si is, qui stichum. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCIIII.

1 *Consuetudine stante in ecclesia, quod possit concedi ius vtile de aliquo fundo, si fuerit concessum, & ille archipresbytero cedat, an potuit alteri concedi per dictam ecclesiam.*

In Christi nomine. In causa vertente inter nobilem, & honorabilem virum dominum Ioannem canonicum Paduanum. ex parte vna: & nobiles, & honorabiles viros dominos mirum de senis, & danielem de sala Anto. torquatum &c. ex altera parte: occasione cuiusdam possessionis, & redditum eius, & quarundam domorum, commissa mihi per magnificum, & excelsum dominum Paduanum. Motiua mea contra dictum dominum Ioannem sunt ista. in primis cum dicatur, quod dominus archipresbyter, & canonici residentes in dicta ecclesia vendiderût dicto dño Io. vnam domum capituli Paduani positam iuxta porticale ipsius ecclesię Paduanę, quę olim dr fuisse dñi Nic. de viculo, & postea dñi Ia. de Leone canonicorû dictæ eccl. Padu. pro certo pretio, prout côtinet in instr. pub. scripto manu notarij 1373. die 5. mensis Ianua. locus eius domus dr postea ad figuram dicta possessio, de qua côtenditur inter partes prædictas. & ego nô inuenio, q dicta domus posita iuxta dictum porticale tunc vacaret, vel ad dictum capitulum perueneret, sed potius ad dictum dñm Iaco. de Leone. sic patet pub. instrumenta scripto manu dicti notarij, sub

di, sub 1373. die 8. mensis Decembris. manifeste apparet, q propter dictum Ioannem de hensemel locari non potuit: & per consequens nec vendi eidem: iuxta consuetudinem ecclesiæ Paduanæ. & ex hoc sequitur aliud, q si non tenuit locatio nec venditio domus per consequens, nec fundus, seu prediũ potuit succedere eius loco. & quia quasi tota vis qõnis pẽdet in maiorem præpositionem, videlicet an dictus a dicto dño Iacobo de Leone, vel non. apparet, q hoc dilucidetur, nam rebus existentibus claris in facto ad iuris notitiam de facili peruenitur. & vere ista qõ potius est facti q̃ iuris. & propter reuerentiam, quã vtriq; parti debeo, & habeo, est mihi multũ ponosa. pro tanto longo tpe distuli, vt partes haberẽt materiã concordandi, & non facerent tam magnum tonitruũ de pro-

1 nare. nunc ad propositum reuertor. † Et præsuppono cum instrumentis vtriusq; partis, qd ista domus fuit olim dñi Iaco. de Leone, tanq̃ canonici Paduani, & secũdum consuetudinẽ ecclesiæ Paduanæ, hoc ex instr̃is apparet, quia per instrumẽta probatur, dum tñ sint super titulo, & possessione perfecta, & hincinde producta, vt supra de rei ven. l. cum super verius. & C. de proba. l. proprieta. ff. de acqui. pos. l. prædia cum seruis. de rei vend. l. quædã mulier. & qd no. p doc. extra de fid. instr. c. inter dilectos. in fi. secundo pũcto, q q olim fuit dñs, semp ꝑsumitur dñs, nisi ɔ̃trium probetur, vt C. de prob. l. siue possi-de. tertio præmitto, q venditor, q precium recipit, vel fidem habuit de precio, non põt ex aliqua sua Auth. contractum rescindere, supposita contractus valentia, nedum collegiũ, sed nec ciuitas, nec princeps, nisi fieret hoc ab eo, q iurisdictionẽ habet & ex iusta cã ille, qui iurisdõnem nõ habet, hoc facere non posset, vt hæc probantᷣ in collegio, & ciuitate. ff. de decre. ab ordi. fa. l. q semel. & in principe notatᷣ per Cyn. l. digna vox. C. de legi. & in priuato est certũ, q in ɔ̃ctibus noiatis non habet locũ pœnitẽtia, vt C. de rescin. ven. l. de ɔ̃ctu. C. de act. & ob. l. sicut. cũ sua materia. Quarto ꝑmitto, q per simplicẽ renunciationẽ dñij non perditur dñium, vt C. de acqui. pos. l. si quis vi. §. dñia. & C. qu bo. ced. pos. l. si quãtitatẽ. præsertim qñ verba sunt prolata temere ab hoie irato, & calore iracundiæ, vt ibi est tex. ad lřam. Quinto præmitto, q oportet, q emptio facta per dñm Ioan. fundetur in occasione, & consuetudine ecclesiæ Paduanæ, an de iure cõi contractus iste est nullus, vt C. de sac. san. ecc. l. iubemus. nam continet saltim alienationem vsusfructus, quæ est prohibita, vt in §. fi. eiusdem legis. Sexto præmitto, q qñ in instr̃o aliquis dicit aliquid enunciatiue, quamuis non dispositiue, si tñ illud est de substantia actus, vel habet actum qualificare, nõ põt postea allegari, vel confiteri contrarium, vt C. de contra. stipu. l. optimam. nã qd quis sua voce dilucide protestatus est, id postea negare nõ potest, vt C. de non nu. pec. l. gñaliter. C. arbitrium tute. l. fin. his ꝑmissis sequitᷣ ista ɔclusio, qd dictus Paduan⁹, q̃diu fuerit canonicus Paduanus, & p ɔñ p aliũ optari nõ potuit, cũ. n. procedit alia possessio, q sequitᷣ, recipere nõ põt, vt ff. de bo. lib. l. qui si ius. §. cum ius. ver. & sine dubio. vbi tex. hoc dicit formaliter. & si dicatur, qd dñs Ia. renunciauit. Rñdeo, hoc mihi non constat, quia per instr̃m publicum factũ post tps quo, dr renuntiasse, scriptum manu dicti mũdi notatis sub 1364. die prima mensis Ianua. apparet, qualiter dñs archipresbyter cessit quædã iura tanq̃ sibi tunc & ante competentia contra dñm d. Iac. de Leone, occasione partis ꝑij dictæ domus, quã etiam dictum instrumentum asserit eo tempore esse dicti domini Iac. de Leone. si enim renuntiatio facta fuisset, resolutus fuisset contractus hincinde, vt ff. de pac. l. ab emptione. & l. 1. & 2. quando licet ab emp. discedere. & sic nõ potuisset ius prædij cedi. vnde cessio, & renuntiatio implicant cõtradictionem. Itẽ posito, q dicta renuntiatio fuisset facta, ex supra præmissis apparet, quod non potuit reuocari pro. c. dicta venditio, & traditio facta d. dño Iacob. Item in manibus dicti dñi archipresbyteri solius non potuit renuntiari, quia non est verũ, q in eo resideret autoritas totius capituli, & maxime ex instrumentis apparet. cum ibi erat aliquis vocem habens in capitulo dicto tempore in sacris constitutus: si dñs Iacob. forzatus, vt apparet in dicto instrumento. 1374. die 1. mensis Ianua. qui etiam nũc ratificauit prædicta. & etiam considerandum, quod consuetudo, quæ loquitur in domibus, cum sit contra ius commune, non videtur ad prædicta res ... da posse transferri, argu. ff. de re milita. l. milites a g... & de permissis ad prohibita nulla habet locũ translatio, vel pronuntiatio, sed potius precij repetitio, vt ff. loc. l. si f... ff. de lega. 2. l. qui solidum. §. cum post mortem. Et ita di... & consulo ego Baldus.

### CONSILIUM CXCV.

1 *Sequestrum manu tertij confitentis se debitorem alterius an valeat.*

In Christi nomine. Punctus talis est, quædam domina Anto. fuit hæres cuiusdam Catharinæ ex testamento putans, q dicta dña Catharina esse debeat hæres cuiusdam gualuani ab insti. & tanquam proximior cepit agere petitione hæreditatis ad hęreditatem dicti gualuani. quidam grautius allegãs se esse hæredem ex testamento dicti gualuani se opposuit dictæ dñæ Catherinæ, & contradicit sibi dicens se esse hæredẽ ex testamento, tandem pronuntiatum fuit per arbitrium, vel arbitratorem ipsum Fran. esse hæredem dicti gualuani, qui arbiter, condemnauit ipsum tanq̃ hæredem ad dandum dictæ dñæ Ant. 4. lib. pal. vel eius hęredibus vsq; ad certum tps sub certa pęna. ante tps prędictum quidã creditor cuiusdam. Io. Marci, quõdam mariti dictę d. Catharinę in 200. du. facit citari dictum Fran. debitorem coram vno iudice dicens, q dictus Fran. erat debitor dictę Anto. hęredis, & hęreditario nomine dictę dominę Catharinę hęredis, & hęreditario nomine Io. eius mariti mediante persona Nico. eius filij, qui Fran. confessus fuit se habere. 4. lib. pal. penès se tanquàm de bonis dictę dominę Anto. hęreditario nomine prędictorum, & sic petijt sequestrum de dicta pecunia fieri debere. & iudex audi-tis prędi. commisit dictum sequestrum. postea elapso termino solutionis fiendę per dictum Fran. dictę dominę Anto. ipsa domina Anto. intromisit de bonis dicti Fran. coram quodam iudi. qua intromissione facta ipse Fran. cõparuit contra dicturus, excipiẽdo allegauit sequestrum penès se factum de ꝑcepto iudi. Respõdebatur, quod sequestrum non potuit fieri, cum regulariter sit prohibitum. & posito quod hoc nõ obstaret, quod sequestrum esset factum ob aliud debitum, vt cõstat. quęritur, quid iuris: primo vtrum sequestrum valuerit, adeo quod tenuta postea impetrata, & facta, & commissa debeat reuocari, vel non, & nunquid pęna sit commissa. secundo vtrum sint duo debita, vel vnum tantum.

1 In Christi nomine. † Dictum sequestrũ nõ impedit executionem dicti laudi, & ideo dicta intromissio dictæ dñæ Ant. valuit. & dictum sequestrum nullum fuit rõnib. maxime infra scriptis. & primo ex gñali sequestrationum prohibitione. C. de prohi. seque. l. 1. & ẽt prohibita interdictione, ne debitũ soluatur creditori, quia hoc est prohibitum. nec iudex facere debuit, nisi in casibus expressis in iure. & si extra casus præmissos fecit, non debet, nec oportet agi de remissione renunciationis. C. depositi. l. pe. & no. p Inn. de offi. del. c. sane. & ex inordinata interlocutione. & hoc patet multipliciter, & primo, quia debitor ẽt debitoris non potuit confiteri creditorem suum esse hæredem, vel non esse. nã de iure alieno nemo põt confiteri in præiudicium alterius. ff. mã. l. quamuis. C. res vel inter alios acta. per totum. secundo, quia ad nomina non potest deueniri facta excussione bonorum, quæ debitor principalis possidet. nam res debita, quæ est in nomine, est quasi res tertij possessoris, licet obligati. & ideo vltimo prouenit ad ipsam. de re iu. l. a diuo. §. sic quoq;. C. qñ fiscus, vel priuatus. l. non prius. quia tempore sequestri non apparet, quod domina Catharina fuit hæres Nic. & Ni. fuit hæres Io. sui patris. hoc enim probari debuit ante omnia. ff. de interroga. actio. l. 2. & ff. solu. matr. l. cum dotem. §. transgrediamur. & ibi glo. ordi. quarto, quia iura hr̃dis etiam veri nedum prætensi non venerũt in obligatione defuncti. ff. de pig. l. Paulus. quinto, quia iudex, cui nihil erat probatum rite, nil mãdari potuit, de sen. excom. ... solet. per Inno. item quia nihil põt facere iudex, nisi sibi prius liqueat de causa facti, & iuris. l. hæc autem. in prin.

quibus

quibus ex causis in pos. ea. Septimo, quia inciuiliter factum est de facto reuocandum, nec impedit id, quod postea sit de iure. ff. de re iud. l. si cum nulla. Ex quibus concluditur dictam intromissionem nullam esse. Praeterea dico, quod ista sequestratio non causatur a pena, quia fuit facta ad voluntatem debitoris, qui non debuit confiteri de facto tertij. & ideo factū contra se procura. nō iuuat: quia aliàs iuuaret eum, ff. de le. 2. l. si seruus plurium. per la. ff. de lege commissa. l. fi. ff. de stipu. l. si stipulatus. §. si Lancem. cum ista distinctione debet intelligi, quod no. in c. quicquid mandato perdi. praeterea confessio Fran. confitentis se debitorem dñae Ant. vt dixi, haeredis Ioānis mediante persona dñae Catharinae, & Nico. eius filij non respicit tenutam dictae dñae Anto. quia vr diuersa causa ex diuersitate haereditatum. nā alia est haereditas gualuani, & alia Ioan. vnde causa iniqua est factum sequestrum, videtur alia causa causa ex qua est accepta tenuta. vt C. de pet. haer. l. haereditas materterae. cum suis si. Ego Baldus.

CONSILIVM. CXCVI.

1 *Substitutio facta in defectum filiorum naturalium an habeat locum in ingressum monasterij.*

Testamentum Puciareli ventumcellae, item relinquit Franc. suae siue quartam partem oīum bonorum suorū, vel 12. & qd sit in electione illorum suorum hēdum. in oibus aūt suis bonis mobilib. & immobilib. praesentibus, & futuris, & vbicunq; sunt, & inueniri possunt, Simonem, & Marinum suos filios sibi haeredes vniuersales instituit aequis portionibus. Item voluit, qd si eius filius, & filia morerentur qñcunq; sine filijs legitimis, & naturalibus: quod bona morientis veniant in superuenientem, vel eorū haeredes. & si dicti sui filij morerentur sine legitimis, & naturalib. qd medietas oīum bonorū suorū dicti testatoris perueniat, & peruenire debeat pleno iure ad hospitale misericordiae de porta sancti Petri. & alia medietas veniat in dicto casu in vaguarellum, & Petrum suos fratres in vita, & post mortem eorum dentur pro anima testatoris, & suorū haeredum, per suos fideicommissarios.

In Christi nomine. In hac qōne contrariae sunt opi. nā Ia. de Bel. disputando † dixit, qd vbi testator fecit mētionem de naturalib. liberis filijs: noīe filiorum non includitur monasterium, nec excludit monasterium substituens. & ita ponit in sua publica disputatione in d. §. sed hoc p̄senti. & ita antiqui aduocati tenebāt, quia monasterium, qū excludit substitutum, excludit solum ea rōne, quia hr loco haeredis, & filij, extra de proba. c. in praesentia. sed ista rō cessat, vbi testator de filio vero, & naturali locutus est. & licet regulariter noīe filij non cōtineatur ciuilis filius, hoc fallit in monasterio. tn̄ haec exceptio de monasterio fallit, vbi testator cōtrarium expressit: quia tn̄ in verbis &c. vt in §. cum in verbis. sed Ric. Dy. Cy. & Bar. dicunt ingredienti monasterium fideicōmissi onus remitti: vt metu oneris retrahatur ad vitam contēplatiuam, sicut remittitur conditio nuptiarum: vt in Auth. nisi rogati. ad Tre. per Cy. & ita consuluit Bar. in consilio, quod incipit, quaeritur an monasterium. & nouissime idem fuit consulium per quendā valentem doctorem de Bononia in quadam ardua cā in ciuitate Florentiae. mihi vr cōsiderandū, qd hic testator substituit filium legitimum, & naturalem fratri, vnde hic rō naturalis fauet substituto. quae duae rōnes vincunt vnā. l. ciuilē, ne imagine naturae veritas obrumperet, ar. ff. de lib. & posth. l. filio. & ita dico fratrem defuncti, & filium testatoris praeferēdum monasterio. nec legitima, & Trebellianica, quia prudens consilium &c. ar. ff. de haere. insti. l. Lucius. & ita tenuit Fran. adest etiam alia ratio, quia in casu nostro superest persona, quae ex praesumptione iuris excludit substitutū: quia testator praetulit filios animae suae. i. pauperibus, ergo filij excludunt pauperes, & pauperes excludunt monasterium. §. sed hoc praesenti. & ideo filij arguunt, Si ego vinco vincētem te, vinco & te, nam testatoris voluntas, & iuris autoritas est pro filijs. & pridie ita consului Triuisij, & ita fuit iudicatum: quia maior est charitas suorum, quàm tacita iuris interpretatio. & not. ff. de vulg. subst. l. Lucius. & in l. precibus. in vltima gl. Ego Bald.

CONSILIVM CXCVII.

1 *Debitor an possit soluere tutrici inuitis substitutis pupilli.*

In Christi nomine. Quidam habēs debitorem suū in mille decessit, relicta vna filia impubere haerede, & alijs duobus consanguineis suis haeredibus substitutis: & relicta vxore, matre dictae puellae tutrice dictae puellae filiae suae. dictus debitor vult soluere dictae tutrici autoritate iudicis, haeredes substituti puellae contradicunt. quaeritur, an dictus debitor possit soluere dictę matri tutrici puellę, adeo quod liberatus, & tutus sit.

1 In Christi nomine. †Nullo colore, vel ingenio dictus heres, seu dicti hęredes possunt detrahere, quo min⁹ dictos mille flor. mandato iudicis dictę tutrici soluant, per talē enim solutionem sunt perpetuo, & plenissime liberati: vt ff. de min. l. ait praetor. §. permittitur. etiam si tutrix talem pecuniam consumeret, vel dilapidaret. C. de admi. tut. l. sanci. & no. C. si aduersus solutionem. l. 1. & soluere detractantes tenēntur ad interesse puellę. C. in quibus cau. in inte. re. l. in mino. ff. de leg. 2. l. Titia Seyo. §. vsuras. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCVIII.

1 *Priuata scriptura, aut trino teste notata an, & quāda probat, hypothecam.*
2 *Fraus in hypotheca in priuata scriptura quando praesumatur. & nume. 8.*
3 *Si priuata scriptura continet hypothecam, quatuor sunt consideranda.*
4 *Qua scriptura praeualeat in hypotheca, & de viribus scripturarum.*
5 *Scriptura publica facit, quod non credatur priuatae.*
6 *Excussio in hypotheca an sit semper necessaria.*
7 *In contractibus duorum reorum an sit fienda excussio contra vnum, an contra duos.*
9 *Si notorium est bona non extare, an sit necessaria excussio.*
10 *Hypotheca constituta a procuratore an trahatur ad diem mandati.*
11 *Duo rei an videantur inuicem fideiubere.*

In Christi nomine. Ad intelligentiam hui⁹ materię oportet pręmittere intellectum legis, scripturas, & authenticę ibi 1 positę. C. qui pot. in pig. habe. † distinguendo, nam aut priuata scriptura producit contra scribētem conuentū personalis, vel hypothecaria: & hñs suum .i. solidum robur, vt habebat iure veteri. pro constanti enim ponitur, q erat valida, & ad probandum sufficiens, si debitor cōfitebat eam se scripsisse, licet cętera negaret, vt ff. de pig. l. cum tabernā. §. idem quę sijt. & l. fideiussor. §. pater. & l. si his, qui bona. §. 1. vnde ex tali scriptura surgit contra scribentem probatio valida eorum, quę scripta sunt in ipsa, vt C. de non nu. pe. l. gñaliter. ff. de cō sti. pec. l. quidam. ff. depositi. l. publia. §. fi. & cum est facta inter pręsentes: pręsumūtur omnia tam vera, quam solemniter acta, vt ff. de verbo. obli. l. sciendum. ff. si cer. pet. l. lecta. & in §. scriptum. & C. de contrah. & commit. stip. l. 1. & no. in l. 2. C. de vsu. Recte ergo iudex pronuntiauit contra scribentem pro ser Iac. mani, & rite, & tandem processit discussio: quia habuit in se ordinem, & veritatem iuris, & facti. & hoc determinatur in d. l. scripturas. in 1. par. l. interdum priuata scriptura debitoris producitur contra cōtrarium debitorem, qui similiter nititur ex priuata scriptura. & quia ille non est casus noster, non discutio ipsum. interdū producitur contra extraneum possessorē, vel alium creditorē, qui habet pro se publicum instrm, & tunc aut priuata scriptura non continet hypothecam, aut continet hypothecam. Primo casu aut alienatio, vel noua obligatio est contracta in fraudem, licet non possit agi hypothecaria: quia non est hypotheca, tn̄ potest actione in factum reuocatoria cum distinctione, de qua leg. & not.

2 insti. de actio. §. item si quis in fraudem. † oportet tñ probare
cõsilium fraudis: si extraneus possessor, vel creditor possidet
ex causa onerosa, quia fraus regulariter nõ præsumitur: vt ff.
3 de prob. l. quotiens. §. qui dolo. † si vero priuata scriptura cõ-
tinet hypothecam: tunc quatuor sunt consideráda. primum
est literarum figura. secũdum est personalis obligationis sub-
stantia. tertium est hypotheca. quartũ est tempus. Dico, quod
prima inspectio est figura literarum. ff. de actio. & ob. l. non fi
gura. est aũt figura ipsa oratio scripta. & de hac non credo, qđ
reus neget ipsam esse scriptam manu scribẽtis. & ita mihi prę
supponitur. secunda inspectio est personalis obligationis, vt
ff. de prob. l. ante omnia. & nec ista negatur per aduersarium,
quia non põt negare sine rubore: cũ appareat per codices tõ-
oum, & maxime cum secundum consuetudinem marcatorũ
codices eorum habeantur pro publicis instrũis, vt not. Bar. ff.
de dona. l. nuda ratio. Tertio inspectio est hypothecæ, & hić
ét prę̃suppono, q nõ negatur hypotheca, sed tempus, qđ erat.
Quarto inspiciendum est tempus, tempus aũt põt negari du-
pliciter, primo modo quia ante vř vendita, & tradita, q̃ obli-
gata, & sic in obligatione non potest venire, quod alienatum
est prius, quia non est in bonis obligantis. vt ff. de pig. l. si his
qui. §. q dr. & iste emptor habet publicum instrũm vẽditionis,
& præcariæ traditionis, quæ sufficit ad dominium transferẽ-
dum, & præferendum. vt ff. de acqui. pos. l. quod meo. & ple-
4 ne no. ff. de pac. l. ab emptore. † Secundo modo, quia emptor
habet hypothecam expressam ex publico instrõ, quæ præfer-
tur hypothecæ ex instrõ priuato, quia credibilius est publicũ
instrũm, q̃ priuatum: quod optima rõne statutum est duabus
rõnibus, primo, quia certior probatio est præferenda, vt ex̃ de
prob. c. licet causam. Secũdo, ne sit in potestate debitoris, prę
lata debet tollere ius creditoris. vt ff. de fid. instr. l. reperita. C.
de fal. l. si creditor. ff. ad Velle. l. Seya mancipia. ff. de fide. l. 1.
§. editiones. C. de prob. l. exemplo. est & tertia ratio, ne res in-
ter alios acta præiudicet, vt C. res inter alios acta. per totum.
& ff. de iuris & fac. igno. l. iniquissimum. & videtur expres-
sum in d. l. scripturas. §. fin. & Authen. ibi posita. quòd nisi
priuata scriptura sit subscripta, vel scripta manu debitoris,
& trino teste subscripta tanquam vera, & gesta in præsentia
subscribentium: quod scriptura publica derogat fidei priua-
tæ scripturæ, & eam reddit inualidam inualiditate probatio
nis, & inualiditate essentiæ, & maxime circa temporis præro
gatiuam, nã si scriptura publica est omni exceptione maior,
est excepta exceptione falsitatis, & simulationis, & causæ nõ
secutæ. sed priuata scriptura non est omni exceptione maior,
quia de facili potest colludi, sicut dicimus, qđ propter timo-
rem subornationis interdum impeditur veritatis probatio,
vt in Auth. de testi. §. quia vero. sed his non obstantibus in ca-
su nostro vř alia consideratio adhibenda. nam si emptor viti-
tur ex dominio aliquam cãm a venditore, debet vti cum sua
cã suis vitijs, & cum post positiua tẽporis, vt no. C. si alie. res
pig. da. sit. l. cum res. & ff. de publiciana. l. siue aũt. §. si duob.
nam non debeo esse melioris cõditionis, quàm auctor meus,
vt ff. de regu. iur. l. in his. §. non debeo. Item non debet esse in
potestate debitoris facere difficiliorem, & deteriorem proba-
tionem creditoris. vt ff. de iur. & fac. igno. l. iniquissimum. &
ff. de pact. l. si vnus. §. & in summa. vnde dicit Iac. Bu. quod es-
se contra finem concedentem dicta priuata scriptura probat,
sicut contra ipsum debitorem scribentem: vt ipse ponit in d.
l. scripturas. scriptura igitur, quæ faciebat fidem contra debi-
torem, facit fidem cõtra quemlibet successorem, siue vniuer-
salem, siue particularem. argumentum ff. de vsucap. l. id tem-
pus. §. 1. ff. de acq. pos. l. Pomponius. §. cum quis. & ff. de pig.
l. si separatus. §. 1. & ff. de except. rei iudic. l. si a re. §. Iulianus.
5 † Non obstat, si dicas, & publica scriptura facit, q non creda-
tur priuatæ: quia hoc verum est, nisi constet, q priuata sit ve-
ra. quia l. scripturas. se fundat super præscript. quia publica
censetur credibilior. sed præsumptiones cessant, vbi veritas
apparet in contrarium, vt ff. de in inreg. resti. l. diuus. hic au-
tem veritas apparet: quia non reuocatur in dubium veritatis
robur. i. valentia scripturæ priuatæ. non enim dicit emptor,
quod scriptura priuata non sit vera: sed dicit, quod scriptura
priuata nõ valet, quod falsum est, & immo valet, si vera est. ff.

de pigno. l. contrahitur. & C. de fide instrum. l. in exercendis.
non enim est hic scriptura de substantia, cum veritas de faci-
li probari põt, vt ĩ. dicam in cõclusione quã pono. Item q nõ
prosunt singula, multa iuuant, quæ admixtionem collecta fidẽ
faciunt, vt extra de proba. c. causam. Item in causa mercato-
rum, vbi de bona fide agitur, non congruit de iuris apicibus
disputare, vt ff. mand. l. si fideiussor. §. quædam. & ex hoc po-
no talem conclusionem, q si dicta scriptura ser Iaco. ante con-
tractum emptionis, & vẽditionis fuisset visa, & lecta per tres
testes literatos, & intelligentes, & scripturam cognoscentes,
antequàm venditio fieret, q talis scriptura sit verificata, suffi-
ceret contra emptorem, & quemlibet possessorem, vt no. C. ẏ
C. de eden. Auth. si quis in aliquo. & probatur extra de censi.
c. cum olim. nec obstat, si dicas, testes debent esse subscripti,
quia illud verum in testimonio vocis mortuæ, sed non est ne-
cesse in testimonio viuæ vocis, vt ff. de testibus. l. vbi nume-
rus. & optime facit quod legit. & not. ff. de nego. gest. l. si actũ
est. l. atqui natura. §. Sceuola. & in c. vlt. de rescrip. in cle. & ve
risimile, q ser Iac. habet multos testes, p quos possit probari.
Item per ipsum scribentem adductum in testem, vt ff. finium 1
regund. l. eos. & ff. de procur. l. si actor malit. sed & illud non
est omittendum, q hic nõ est quæstio de duobus hypothecis,
quia emptor nullam habet hypothecam in re empta. vnde est
quæstio inter præsentem hypothecam, & priuatam scriptu-
ram, & nullam hypothecam habentem: & sic præfertur ha-
bens hypothecam. q probatur tribus rationibus. primo, quia
res sua nemini est obligata regulariter, vt l. neque pignus. se-
cunda quia res empta nõ est hic obligata pro traditione: quia
res fuit tradita, vt ff. de solut. l. in numerationibus. tertia,
quia non est obligata pro euictione, quia in illius obligatione
non cedit dies, antequàm res euincatur, & possessio auoce-
tur, vt ff. de eui. l. habere licere. & probatur per Iacob. de Are.
ff. soluto matrimo. l. facere posse. vnde nisi ser Iacob. euincat
rem, & habeat possessionem, non habet emptor hypotheca-
riam: quia nondum extitit conditio. & hoc certo certius est,
q hic non sunt duæ hypothecæ rebus sic se habentibus, &
huic rationi non potest responderi. Viso de viribus scriptura-
6 rum, videndum est de discussione, an sit necessaria. † Et ad
intelligentia sciendum est, q in contractibus duorum reorũ
sociorum quilibet tenetur pro parte: quia societas, quæ obli-
gatur ex tali contractu, distribuitur in partes viriles, sicut hę-
reditas in parte hæreditatis, vt ff. pro socio. l. si non fuerit. ob-
ligãtur igit̃ socij per medium societatis, & sic in partes: quia
non potest esse societas sine intellectu distribu. excepta socie-
tate leonina. & hoc videtur, nisi actum sit, vt quilibet tenea-
tur insolidum, vel nisi per vnum administrẽt, vt ff. ad l. Falc. l.
in l. Falcidia. si hoc obseruãdum. & ff. de exer. l. ne in plures.
nam quãdo vnus est procurator plurium, & pro indiuiso res
geritur, & societas administratur per ipsum procuratorem
nomine cuiuslibet insolidũ, quẽlibet insolidũ obligare põt.
Considera ergo, aut sumus in casu, in quo quilibet sit obliga
tus pro parte, & nõ requiritur discussio alterius: quia pro par
te illius non agitur, nec agi potest. vt ff. de duobus reis. l. reos.
§. cum in tabulis. aut sumus in casu, in quo quilibet teneatur
insolidum: & tunc aut quatenus vnus non fideiubet pro alte
ro, sed pro se promittit, & idem: aut quatenus fideiubet: &
7 tunc sunt opinio. † vna q necessaria sit excussio catenus, qua
tenus: alia, q non sit necessaria excussio: quia non dicuntur
proprie fideiubere, cum sint æquè principales, sed inter ipsos
bene possunt plures obligati insolidum fungi mutuis fideiu-
bendi officijs. ita q ille, ad quem principaliter pertinet nego-
tium, dicatur reus, & alter fideiussor. vt C. si cert. pet. l. si non
singuli. & subtiliter not. ff. ad Velle. l. vir vxori. §. fin. & ff. de
his, qui no. infa. l. furti. §. qui alieno. & ff. de pactis. l. fideius-
sore. & l. si vnus. in prin. & l. 1. C. de duobus reis. & C. de tran
sac. l. 1. & in Auth. de duobus reis. §. 1. nihil igitur cõe habet
in duob. ęquè principalibus hypotheca vnius cũ hypotheca
alterius. & ipsæ obligationes inter se sunt diuersæ. vt l. si plu-
res. ff. de pac. & ideo de vno separatorum ad aliud non gerat̃
impedimẽtũ, cũ creditor eligere possit. vt ff. mã. l. creditor. in
prin. & no. C. de pa. l. si creditores. & hãc tenet Ia. de bel. i Au
thẽ. de fidei. & est rõ manifesta: qa cũ teneat̃ agẽs iura cedere,
si debet

si debet excutere, nunquam teneret actioné cedere, nisi inanem propter inopiam debitoris: quia ridiculú est dicere, q̄ sola actio inanis sit cedenda, & non actio plena, & valida quod ridiculum est dicere. C. de col. Auth. qd locum. & ff. de pa. l. nisi. & ff. de sol. l. stichú. §. si mandato. excussio igitur pertinet ad possessoré cessis sibi iurib. quia sufficere debet ei bñficiú cedēdarú, cui cedēda sunt iura, nó ad cedenté. vt ff. qui po. in pig. ha. l. mulier. finaliter pót dici hoc casu discussionem non esse necessariá: q̄a nullo iure cauet. & de hoc est gl. or. i Auth. de fideiuſ. in prin. in gl. no. dñam in fi. gl. vbi sic ait, hic finis gl. habet locum, qñ vnus post alium obligatur, secus si plures simul insolidú: quia tunc essent duo rei. nã nemo cogitur agere contra duos reos, anteq̄ perueniat ad possessores pignorú vnius. cum liberum sit creditori ȝ vnum agere, & ȝ nullum non agere. & finis gl. illius fuit additio. hæc ēt opi. ex tex. probatur: quia tex. dicit, excutiendos accessorios, fideiussoré, mãdatorem, aut pro alio spondenté. vt ff. de pac. l. in personá. §. q̄ pecuniá. sed reus debēdi pro se principaliter, & insolidú obligatus non est accessorius: cú sit pro se insolidum principalis apud creditorem, vt d. l. gñaliter. & ideo nó est de illis tribus personis enumeratis, nec de simi. sed abundãtiore cautela obstrictus, & maxime in contractibus argentariorú, in quib. fit clericor, & promptior executio. vt est tex. no. in d. Auth. de fideiusso. §. argentorum. quorum etiam scripturæ tanq̄ priuatę ex gñali consuetudine reputant quasi authenticæ, & credibiles propter mercatorum præcipuam fidelitaté, & ex parte legalitatem, vt ff. de eden. l. quædam. §. númularios. & maxime qñ iuuantur adminiculis propter publicam vtilitatem. vnde concludo, q̄ non est necessaria excussio æque principaliú debitorum, ar. ff. de condi. indi. l. dñs testamento. & ff. si cer. pe. l. cum fundus. §. 1. vt circuitus euitetur, & creditori sine tot
8 anfractibus consulatur. † Porro de alio puncto. s. de articulo fraudis præsumendæ non pót dari certa doctrina, & ideo recurrimus ad argumenta, vt ff. de re mili. l. non oés. §. a Barbaris. de quibus no. in l. oés. §. Lucius. quæ in frau. cre. ff. de leg. 3. l. nomen. §. 1. ff. de dona. l. post contractum. & ar. ff. man. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. & ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. superuacuum. C. de pig. l. fi. C. de dona. ante nu. l. sed iam necesse. C. plus valere quod agitur. l. emp. ff. de aqua plu. ar. l. emptor. C. de pig. l. fi. C. de dona. l. data iam pridem. ff. de acqui. hær. l. si is. C. de repu. hære. l. 2. & quod ibi per Cyn. in Auth. de æquali. do. §. illud. & de isto vltimo plenissime scripsi in alio consilio meo: & ideo non repeto, sed pro certo fraudem interuenisse coniector, & maxime ex insolita, & repentina alienatione prima facie omnium bonorum. & quia in talibus fraudulentis mercatoribus fraus est pręsumenda, vt in regula semel malus. & ex euentu præsumitur cósilium, vt C. de adul. l. si quis. Illud etiá circa prędicta non est ommittēdum,
9 † q̄ non requiritur excussio, vbi bona notorie sunt non soluendo, & debitor latitat, vt legitur, & not. ff. de verb. ob. l. decem. & ff. si cer. pe. l. fi. §. sed si cum Seyo. quia inanis excussio, quam excludit inopia debitoris. & l. nam is. ff. de dolo. & nota. C. quando fiscus, vel priuat. l. non patet. & iste, de quo quæritur, secundum mihi asserta nudus de ciuitate recessit, & bene notorium est in populo ipsum non esse soluendo. ff. de actio. emp. l. emptorem. in prin. & not. in l. 1. C. qui, & aduersus quos. qui larisda. cog. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. Item considera, q̄ istæ excussiones, de quibus ius nouum loquitur, corrigunt ius antiquum, vt patet in tex. dictæ Authenticæ de fideiuſ. & vbi legum correctio vertitur, ibi debemus stare contenti verbis legis corrigentis, & non extēdere nos vl
10 terius, vt no. C. de sa. san. eccle. Auth. quas actiones. † Aliud punctum, de quo quæri potest, tale est, vtrum hypotheca constituta a procuratore trahatur retro ad diem mandati. & vr̃, q̄ sic, quia substantia istius obligationis consistit in mandato. Item ista obligatio fuit facta ex causa de p̄terito, arg. ff. de pig. actio. l. si rem. §. fi. Item mandatum forte non posset reuocari, quia necessarium, vt ff. de acqui. poss. l. fundum. §. 1. Item ad hoc facit pro, & contra. ff. de fideiusso. l. si vt proponitur. in contrarium, q̄ non trahatur retro, est, quia inspicitur tempus contractus. Item quia tunc, & non prius interuenit consensus procuratoris, vt ff. de acqui. possess. l. qui absenti. §. 1. Item quia tractatur de præiudicio tertij, cui interim erat facta venditio, & traditio. ff. de solu. l. cum decem. & l. si offerenti. & l. fin. ff. rem ra. habe. Item quia ista fictio non haberet extremú, a quo res tunc non sit in bo. debito. vt ff. qui pot. in pig. ha. l. potio. & l. qui balneum. Item ratihabitio, quæ æquiparatur mandato, trahitur ad diem contractus: ergo & mandatum: istum articulum non determino, quia ser Iacob. habet ius in omnem euentum, secundum quod promissum est, cum ipse habeat hypothecam, & non emptor: & non sit necessaria excussio, & maxime cum notorium habeatur pro excussione.
11 † Quæro, an duo æquè principaliter videantur inuicem fide iubere: quæstio est difficilis, nam si hoc esset pro parte dimidia alterius, competeret soluenti actio mandati. quod gl. negauit, quia dicunt, quod competat vtilis actio negotiorum gestorum. Quæritur ergo, an teneor pro parte tua. Respondeo, non: ideo quia pro te promittam, immo pro me solo. sed quia tibi est solutum de uoluntate mea, videtur mihi solutum, sicut si numeraturus mihi solueres alij mea voluntate, & ideo non habeo beneficium de fideiussoribus. nec possum petere mihi cedi actionem agendo insolidum cótra promissorem, quia principaliter, & nomine meo tantum teneni partim ex vera numeratione mihi facta, partim ex impetratiua, vt ff. de pig. act. l. solutum. §. solutam. quia in mea propria obligatione sum solus, & insolidum obligatus, & alter in sua: licet vna solutio finalis sufficiat vtrique obligatio. & hoc facit ad declarationem primi puncti de excussione. Ego Baldus.

## CONSILIUM CXCIX.

1 *Confessio facta se habuisse bladum sub spe tamen habendi, immo cum promissione sibi facta de dando sibi bladum post confessionem, quam actionem inducat, & quem contractum: vide supra consilio 131.*

In Christi nomine. Petrus tenebat cuidã Perono de laude, conductori certi territorij dicti Pe. consignare certã quantitatem blandi in illo territorio seminandam. cum aũt d. Petre vera dictam consignationem non fecisset: tñ ex certa scientia dictus Peronus fuit confessus dictam consignationem sibi factam eo tñ prætextu aliter non facturus, nisi quia d. Pet. promisit dicto Perono interesse tam ante dictam cófessioné, q̄ post. ex hac promissione noua, & ēt ex veteri dictus Pero-
1 nus vult agere, opponitur, † q̄ istud pactum est nudú, ex quo non datur actio. replicatur, quod istud pactum est vestitum, quia facta relatione cófessionis ad interesse promissum resultat, contractus est noiatus, videlicet facio confessioné, vt des interesse. & in cófitendo factum est impletum, ergo est pactú vestitum rei interuēm, vt ff. de præscr. verb. l. naturalis. & le. not. ff. de pact. l. si intra. Item allegatur, quod dictus sermo, si promittis interesse, confiteor numerationem, sapit stipulationem: quia quædam interrogatio est, vt sit sensus. promittis interesse, vt faciam confessionem: & ille dicat, promitto: quasi oía præsumantur inter præsentes solēniter acta. Item confessio interueniente scriptura vr̃ esse quidam cótractus solēnis: vt insti. de litera. ob. & l. in contractibus de nõ nu. pe. vnde pactum appositum est vestitum cohęrentia contractus, vt plene no. post gl. per Pet. & Cy. C. de pac. l. petens. In contrarium allegatur, quod dicta confessio fuit iuramento vallata, contra quam non licet venire, vt C. de transact. l. si quis maior. Item & si non esset appositum iuramentum, non licet contrauenire post 30. dies, vt d. l. in contractibus. Sol. multú refert, vtrú dicta confessio fuerit facta spe futuri implementi, an non. primo casu cum de implemento sit appositum pactú expressum etiam post 30. dies, potest excipi, quia talis promissio expressa non finitur spacio 30. dierum: vt ff. si cert. pet. l. qui pecuniam. & C. de præscri. 30. anno. l. sicut. Si autem confessio est facta non spe futuri implementi: tunc considerandú est, qualia verba sunt apposita in dicta confessione. nam si quidē fuit facta simplex confessio, tunc parit exceptionem pacti, & non liberat ipso iure, vt ff. de pac. l. tale pactú. in prin. & singulariter no. ff. de so. l. si ex pluribus. & ideo cú nó sit sublata prima obligatio ipso iure, sed ope exceptionis, per pactú de petēdo

elidimr exceptio, & datur replicatio, licet sit pactũ nudum, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. & hoc est certissimum in iure. si autem sunt talia verba, quæ liberent ipso iure: nunc est considerãdum, quia verum est, quod ex nudo pacto non nascitur actio, tamen quia altera pars non seruat pactum, elidit cõfessio ope exceptionis doli, quia videtur circũuentus ille, qui confessus est. ff. de pac. l. si cũ re. & l. seq. vbi est quasi expressum. & ff. loc. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de resc. ven. l. fi. amplius considerandum est, qd duo proponunt pacta fuisse, vnum ante cõfessionem, alterum post. & licet primum fuerit nudum, tamen secundum pactum cadit in constitutam pecuniam, quia præcedit debitum naturale. quo casu agitur ex nudo pacto, vestito mitione prætoris, vt instit. de ac. §. si constituta. sed certe qd dr de vestimento implemẽti, satis est dictum, quia fundamentum contractuum innominatorum est implementum, vt C. de rer. perm. l. ex placito. & ff. de pac. l. iurisgen. §. 1. & §. quinimmo. & d. l. naturalis. de præscrip. verb. & si dicatur, ista pacta non sunt probata. Rñdeo, imo sunt clare probata, & in hoc acta loquantur. & quod dr, quod testes non sunt idonei, parcat reuerẽtia allegantis, quia istæ allegationes sunt friuolæ, nec sunt dignæ respõsione alia: cum testes de iure non sint prohibiti, & sunt personæ non suspectæ, & memores salutis æternæ, vt l. vlti. C. ad l. Iul. repe. & l. 1. ff. de testibus. Item allegatio de iuramento non obst. quod tacitam habet conditionem. C. de non nume. pecu. l. fi. & ibi est proprie casus istius puncti. Ego Baldus.

## CONSILIVM CC.

1 *Aditio hæreditatis an præsumatur, eo quia filius creauit procuratorem ad mouendas actiones hæreditarias.*

In Christi nomine. Barta sciẽs patrem mortuũ, facit quendam procuratorẽ ad mouendũ hrditarias actiones. † quæritur, vtrum p hoc intelligat hrditatem pñam adire, seu se immiscere: & vr, q sic, vt le. & no. ff. de acq. hær. l. Pau. & insti. de rerũ quali. & diffe. §. fi. nã iste actus non põt geri citra ius, & nomẽ hrdis: vñ non solum præsumptiue, sed ẽt necessario infert aditionẽ hrditatis: vt ff. de acq. hæ. l. pro hrde. in prin. & §. Papi. In ꝯtrium vr, qd licet habuerit sciam mortis, non tñ cõstat, qd sciuerit, vtrum pr decesserit testatus, vel intestatus, nec præsumit ista scia in suis, & necessarijs hrdib. vt ff. si cer. pet. l. eius, qui in prouinciam. & no. per Bar. in l. cum hæres. ff. de lib. le. Item & si appareret scisse eum testatum, vel intestatũ, tñ quia non expressit, ex quo capite adeat, vel immisceat. & ideo non valet aditio, vel immissio: vt no. in l. illud. ff. si pars hære. pet. & ff. de acqui. hær. l. gerit. Sol. aut pr fecit testm, & non valet aditio: quia non dicit ex quo capite: & qa non præsumit scia: aut nõ fecit testm, & valet aditio: quia certũ est, qd ex vno capite tñ erat delata hæreditas. vñ non põt voluntas eius alternari inter duo alternatiua: quia pecuniæ non est nisi vnum remedium. Aut est dubium: & in dubio nemo præsumit decessisse testatus, quia facta non psumimr, & sic in casu dubij talis aditio debet haberi pro valida. & sic distinguendo soluantur contraria. vel dic, qd cum ista verba sint dubia: cum possibile sit testatorem decessisse tã testatũ, quã intestatum: tñ nisi declaret quo aĩo, & ex quo capite adierit: ista aditio incerta, & obscura non debet admitti, quia non constat ex ea ius esse quæsiturũ ille, qui gñaliter loquitur, & confuse compellitur: nisi declaret aduersario opponẽte. Præterea iudex põt in hoc supplere ex officio suo, interrogando ne procedat super æquiuoco, vt ff. de interrog. actio. l. vbicunq;. C. de anna. except. l. fi. simile est, quod dicit lex, quod obscura exceptio pro nulla hr. ff. de le. 1. l. Titiæ textores. item petitio obscura non procedit, nisi declaretur, cum obscuritas pẽdet ex facti causa, vt ff. de rei vendi. l. item Pompo. scribit, si frumentum. §. fin. item qua mente aliquid dicatur, animaduerti conuenit, vt ff. ad exhiben. l. pen. item ad prædicta facit. ff. de rei ven. l. si in rem. & ff. de iure fis. l. ita fidei. & l. certum. in prin. ff. de confessis. prædicta etiam probantur per l. si is, ad quem. & l. clodianus. ff. de acqui. hære. cum ibi not. & ista ultima opinio magis mihi placet, quia est remota ab omni calumnia, & duplicitate sine captione. aditio enim hrditatis debet esse, & talis, & taliter, quod adiens hæreditatem possit ex ea conueniri sicut agere, vt no. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. soluto matrimonio. & ideo non debet esse alternatiua, vel conditionalis. text. est. ff. de reg. iur. l. actus legitimi. Ego Baldus.

## CONSILIVM. CCI.

1 *Minor prohibitus alienare sine consensu duorum ex proximioribus, si alienauit cum consensu duorum ex non tam proximioribus, cum proximiores essent absentes, an valeat alienatio. & quid operatur iuramentum in talibus alienationibus. & nume. 2. 4.*

3 *Masculinum an comprehendat fœmininum.*

5 *Iudex aliquando supplet locum absentis.*

In Christi nomine. In prouincia Anconit. est generalis cõstitutio ecclesiæ, in qua continetur, quod donationes, alienationes, cessiones, & quietationes quarumcunq; personarum, rerum, actionum, iurium, sub quacunq; forma cõtractuum, vel verborum a puberibus, seu adultis factæ sine iuro corporaliter præstito, ac ẽt sine consensu duorum, vel trium proximiorum consanguineorum, si extant, vel saltem affinium, si consanguinei non existant, & sine decreto iudicis competẽtis, & insinuatione facienda in actis, non valeant, & præsumãtur, & fingantur doluse extortæ, & nullam obtineant firmitatem. Item in terra Fabriani dictæ prouinciæ viget quoddam statutum teno. vt infra vtilitati minorum prouidere volẽtes, & ne tales minores male vtantur eorũ substantia: statuimus, & ordinamus, q non liceat alicui minori 18. annorum vendere, seu alienare aliquam possessionem immobilem alicui sine præsentia curato. ipsius minoris, & absque præsentia, & voluntate eorum consanguineorum ipsius minoris proximiorum, nec facere aliquem contractum super aliqua re sine præsentia, & consensu prædictorum. & si quis contrafecerit, qd factum fuit, sit nullius valoris. modo factũ tale est. Pet. maior. 24. ann. & minor. 25. existens coram iudice cõi Fabriani, cum cõsensu, & autoritate curatoris sui, & duorũ suorum proximiorum consanguineorũ ex his, qui tunc reperiebãtur, & haberi poterant in terra Fabriani, vt ipse, & contrahens secũ asseruerunt: & cũ autoritate, & decreto iudicis, & insinuatione contractus, & iuro dicti adulti fecit contractum transactionis, quietationis, ratificationis, & remissionis cum Martino de certis petijs terrarum, & iuribus & ac. actionibus, & debitis, & creditis sub certa forma. & recepit idem Pet. p viã transactionis a dicto Martino in eodem contractu quietationem, & absolutionem de quibusdam debitis eidem Martino a dicto Pet. Nunc dictus Petr. existens maior. 30. annis vult dictum contractum dicere nullum, quia patruus dicti Pe. nõ consensit, nec mater dicti Pet. Sed ad hoc respondetur, qd dictus patruus erat absens a terra Fabriani per 40. miliaria, & lõgo tẽpore fuit absens tanquàm suspectus ex causa partialitatis, nec erat ei tutum reuerti. Item dr, quod etiã mater erat

1 absens a dicto districtu. † Quæritur, quid iuris. & videtur, qd dictus contractus fuerit, & sit ipso iure nullus, quia initus contra generalem consuetudinem ecclesiæ Romanæ: ut C. de legibus, & consti. l. non dubium. & C. de pac. l. pacta, quæ cõtra. & ff. eod. l. iurisgentium. §. & generaliter. & ff. de leg. 1. l. si quis inquilinos. §. fin. nam sicut non valet iuramentum contra bonos mores, ita non valet contra bonas, & æquas leges, & constitutiones, vt ff. de iu. pa. l. adigere. §. fin. & C. de arbitris. Auth. decernimus. & C. qñ mulier tutelæ of. fungi põt. Auth. sacramentum. & C. de nup. Aut. quod eis & in c. non est obligatorium. de reg. iu. li. 6. sed constitutio ecclesiæ est bona, & æqua, ergo est seruanda: quia ius publicum pactis priuatorũ conuelli, i. mutari, vel alterari nõ põt, vt ff. de fideiusso. l. cum lex. & ff. de pactis. l. ius publicum. & l. inter debitorem. q autem tam constitutio, quàm statutum vigeat æquitate, apparet ex eorum proœmio: per quod probatur ratio finalis, vt ff. de hæred. insti. l. Pacumeuius Androienus. & quod no. per Cyn. in Auth. sacramenta puberũ. non ob. si dicat, q duo cõsanguinei pximiores essent abñtes: qa debuerũt requiri, & expectari. ff.

ti.ff.de dam.inse.l.4.§.totiens. nam legitur in vsibus feud. q
noua inuestitura feudorum nõ põt fieri, nisi pñtibus parib.i.
vassallis eiusdem dñi.Modo dicit tex. q si ipsi nõ sunt pñtes,
sunt expectandi:& aliter non põt fieri inuestitura. sed si non
essent in rerum natura, tunc posset fieri coram alijs testib. in
10.colla. de consuetudine recti feudi.c. sciendum.§. qd aũt.
dictum ibi, dum dicit, expectandi sunt.per quẽ tex. vr̃ deter-
minari qõ ista.pterea ẽr apud exulẽ stat autoritas cõsentiẽdi,
vt ff.ad Tre.l.ex facto.§.ex fcõ.vbi est expressum. & pñt adhi
bere consensum suum per procuratorem. vt ff.de mino.l.Pa-
piniana.exuli.si ergo hæc solẽnitas omittitur, non valet con-
2 tractus,† nec iusm, quia iusm nunq̃ validat contractum, vbi
est defectus solẽnitatis.licet enim dicat̃, q repñtat quem ma-
iorem, tñ alias solẽnitates non supplet. item nec ætatem, qñ
ętas requiritur per modum solemnitatis:quia oẽs solẽnitates
sunt publici iuris. & ideo p priuatum remoueri non pñt. vt
ff.de le. 1.l.nemo põt.item quia iusm repñtet quem maiorẽ,
est quædã fictio, sicut venia ætatis, vt C.de his, qui ve.æta.im
pe.l.fi.& tanta est virtus, & ptás legis, & maxime canonis, q
põt istam fictionem tollere, vt C.de his, qui ve.æta.impetra.l.
eos.In contrarium vr̃, q ista transactio, & conuentio fuerit ali
qua multis rõnibus euidentibus.& primo. considero statutũ
spãle in loco, q debet attendi magis, q̃ constitutio prouinciæ
gñalis.tex.est in l.fi.C.de testa.attendi igitur debet statutum.
& hoc dupliciter, primo quo ad tps ætatis. nam cum loquat̃
de minore 18.annis, & maiore 18. annis, non loquitur pro-
hibendo, nec annullando, vt ff.de postulan.l.1.§. pueritiam.
secundo quia prohibendo vsq; ad 18.annum, vr̃ a contrario
sensu post 18.annum permittere, gl.est ord.in l.2.ff.de eo, qd
cer.lo.Itẽ per ar.a contrario sensu, quod validũ est in statu, vt
ff.de testa.l.q testõ.§.mulier.& no.C.de fur.l. apud antiquos.
& ar.ff.de le.2.l.statuliberum.§. stichũ. Item & quia post di-
ctam ætatem redit ad ius cõe dictæ auth.sacra pube. Item ad
ius naturale ipsius iusi, vt extra de pro.c.in pñtia.& de facili
res reuertitur ad suam naturã, & ad ius cõe, quod natura ap-
pellatur. vt ff.de pac.l.si unus.§.pactus.versi. qd & specie do.
Præterea considerandum, q dictum statutum requirit pñtiã,
& ideo consensus non põt præstari inter absentes. vt l.1.in fi.
ff.de aut.tut.Item pñtia intelligitur de possibili, nõ de impos
sibili, vel minus difficili, vt extra de rescri.c.sciscitatus. vt in
c.prudentiam.de offi.dele. ar.ff.de verbo. sig.l.nepos procu-
lo.hoc dico loquendo de persona patrui: quia non dr̃ compa
rere posse, q̃ aduersarij potentiam perhorrescit. præsertim cũ
habeat perpetuam cám perhorrescẽtiæ, & metus, vt extra de
rescri.c.statutum.§.1.& ibi per Io.An. in nouella. & extra vt
lit.non contes.c.accedens.& quod no.ff.ad Tre.l.de ętate.&
si citaretur, citatio nõ arctaret eũ, sed haberet̃ pro nulla.Qua-
re dicendum est, q patruus similis est mortuo quo ad hũc ar-
ticulum pñtiæ.non enim dr̃ pñs, nec viuens, qui pro mortuo
3 hr̃, vt ff.de ver.ob.l.ex ea parte. †Itẽ quo ad articulum de ma
tre dicendum vr̃, q nulla mulier continetur in dicto statuto,
cum loquatur per verba masculini gñis.nã mulieres non hñt
integrũ consiliũ, & ideo non est eadem rõ in ipsis, quæ in ma-
sculis.& cũ masculinũ, & fęmininũ discrepant rõne, tunc ma
sculinum non concipit fęmininum, vt l.1.§.si ea.ff.de ven.in
pos.mit.& ista est materia differens. vt l.quidam decedens.in
prin.& l.Titium, & Meuium.in prin.ff.de adm.tu.ff.de neg.
gest.l.qui aliena.§. quamq̃.ff.de procu.l.fęminis.ff.de sol.l.si
sij.apparat igit̃ ex prædictis manifeste, q statutũ Fabriani non
officit dicto Ↄtui: imo fauet ei a Ↄrio sensu, & cessat constitu
4 tio gñalis ecclesiæ, p ea, quæ dicta sunt. †Modo ponamus, q
constitutio gñalis ecclesiæ deberet seruari in terra Fabriant,
tñ vr̃ dictum contractum valere: quia est verum consangui-
neos non existere.sed ad hoc, de quo quæritur, non pñt assiste
re, vt in l.2.de vi bo.rap. sed patruus ad hoc non poterat assi-
stere, ergo non vr̃ existere, vt ff.de tutel.l.quæsitum.& si tu di
cas, debuit citari, quia poterat consentire per procuratorẽ.nã
gñalis constõ ecclesiæ non facit mentionem de pñtia, sed so-
lum de consensu, qui per procuratorem explicari põt, vt l.Et
licet.ff.de consti.pecu.& l.1.§.vsus.ff.pe procur.rñdeo, q ab
sens, qui habet solum interesse extra territoriũ illius iurisdi-
centis, citari nõ debet.ista est gl.or. in l.hæc aũt.§.1.& l.2.ff.

qui.ex cau. in pos.ea. & probatur expresse.C.de decurionĩ.l.
obseruare.lib.10. & facit.ff.de iudi.l.si longius.§.fin. & C.de
colla.Auth.q locum.& quod legitur, & no.C.de bo.quę lib.
5 l.fi.§.necessitate.†Item iudex supplet locum absentis, qui cõ
parere non valet, vt C.de iure deli.l.si infanti.§.fi.nã illius ab-
sentia dei præsentia repletur, vt C.de iudi.l.properandum.l.
fin.autem.C.qui admitti ad bo.pos.honorum.C.de epi. au.l.
tam dementis.ff.de iure do.l.profectitia.in prin. non obst.c.
allegatum de vsibus feu. quia illa intelligitur, quando pares
sunt habiles, & non absentes a loco territorij. prætereа ibi.l.
vltra procedit, hic non.ex his igitur aperte concluditur dictã
transactionem valere, cum per interuentum maxime tot ho-
nestarum personarum, & iudicis præsumatur facta pro vtili-
tate minoris.ut C.de transa.l.transactionem, quæ.& no.C.de
his.quib.vt indi.l.polla.hæc, quæ dixi, videntur probari per
l.multa non committitur.de cond.& demon. Ego Baldus.

CONSILIVM CCII.

1 *Filia, cui per patrem fuerunt relicta mille in casu nubendi, si*
*postea accepit ab eo pater quingenta, refutando de amplius*
*non petendo cum iuramento, an poterit tamen omnia inte-*
*gra petere. & an refutatio facta super contentis in testa-*
*mento valeat.*

In Christi nomine. Pater legauit filiæ mille casu nubẽdo.
deinde dotauit eam in quingẽtis, & recepit ab ea cum vincu-
lo iusi refutationem gñalem de amplius non petẽdo ex testõ,
vel ab intestato.modo mortuo patre ista vult repetere reliqna
1 quingenta. †Quæritur, quid iuris.& vr̃, q possit, quia testm̃
qñcunq; factum vr̃ factum tpe mortis, vt l.2.C.de testa.tuto.
nisi esset reuocatum, vt C.de test.l.sancimus. sed si pater pri-
mo donasset, postea legasset, posset agere, & ad integram quã-
titatem, vt plene leg.& no C.de le.l.filia legatorum. aduerte,
istud non vr̃ verum, qñ legat in casu nubendi: quia conditio
non põt existere, nisi secundo matrimonio, vt ff.de conditio.
& demon.l.si iam facta. sed si esset legatum simpliciter, tunc
loquitur materia dictæ.l.filia.Idem si esset legatum pro dote,
nam dos põt constitui, etiam pro matrimonio præterito, vt
no.in l.obligamur.§.1.ff.de actio.& obli.Item posito, q testa
tor receperit refutationem, tñ per hoc non vr̃ sibi imposuisse
legem non ligandi, ut ff.de fideicom. libe.l.Lucius. cum nec
uoluerit, nec potuerit, sibi auferre liberam facultatem testan
di. unde dicta refutatio non officit filiæ, quin possit agere ex
testamento paterno, ut diai.C.de colla.l.pactum. In contra-
rium: nam pater, qui recepit dictam refutationem, vr̃ tacite
reuocasse, & adiuisse legatũ. unde obstat filiæ doli exceptio,
ut instu.de adem.legatorum.& C.de legatis.l.datum.& C.de
fideicom.l.fideicommissarium. & C.de pact.l.fin. sed si non
esset illa refutatio cum iuramento, filia, quę minorem dotem
consecuta est, non impediretur petere ab hæredibus patris re
siduum, vt ff.de lega.2.l.Lucius.l.prima.nec minuitur lega-
tum certæ quantitatis per insertionem causæ. ut ff.de ali.leg.
l.Lucius.Solu.si filia sciebat testamentum, nocet ei iuramen-
tum, idem si debebat scire.alias neque pacisci, neque transigi
potest de his controuersijs, quæ ex testamento proficscuntur,
ut ff.de transa.l.de his cõtrouersijs.& plenissime no.per Bar.
ff.de uerb.obl.l.qui Romæ.§.duo fratres. Ego Baldus.

CONSILIVM CCIII.

1 *Stante statuto, quòd illa teneatur resarcire damnum, ex dam*
*no dato singuli fuerunt citati, & tandem condemnati, an va*
*leat sententia, & si post sentẽtiam depopulator fuit captus,*
*& furca suspensus, an villa sit liberata: & hoc, quia fur non*
*solum suspenditur, sed damnum cauetur resarcire. & nu.4.*
2 *Ciuilis querela an proponi possit coram iudice maleficio.*
3 *Citatio facta ad domum an valeat in causa vniuersitatis.*

In Christi nomine. Præsupposito statu
to, quo cauet̃, q vil
la teneatur emẽdare dãna data, & furta facta i suo territorio,
nec distinguit de die, uel de nocte.Itẽ nec distinguit̃, utrũ uil

la fuerit in culpa, vel non. talis proponitur qõ. Quædam vineę
fuerant ampuiatæ de nocte a quodam depopulatore agrorũ,
& quis erat iste, sciebatur, vel ignorabatur. fuit proposita que
relam contra villam ciuiliter coram iudice maleficiorum. ci-
tati fuerunt hoĩes de villa ad domum singulorum: constitue-
rũt syndicum, qui comparuit ad defensionem villæ. finaliter
ptãs ciuitatis dictæ villæ cum consilio dicti iudicis maleficio
rum condẽnauit dictam villã in centũ. & est statutũ in dicta
ciuitate, qd a dicta appellatione non possit appellari, nec dici
nulla. demum dictus depopulator fuit captus, & decessit in
carcere & quia corpus eius videbatur iã esse reipublicæ, fuit
laqueo suspensus. tandem petitur executio dictæ condemna-
1 tionis contra dictam villam. quæritur, quid iuris. † Et præmit
to ad euidentiam, quod si non esset dictum statutũ, dicta vil-
la, quæ in aliquo non deliquit, & pp iustam ignorantiam non
potuit prouidere, non tenetur ex dicto damno. nam licet te-
neatur ad custodiam loci sui, nõ tamen tenetur hoc casu pro-
hibere, cum non poterat, cum nesciret. vnde dicit text. scien-
tiam non ignorantiam volumus obligari, vt C. de tabularijs.
l. generali. ff. de decre. ab ord. faci. l. fi. nam etiam dñi non te-
nentur de facto subditorum, nisi qñ ipsi delinquunt in mini-
sterio, in quo dñi vtuntur opera eorũ, vt ff. de publ. l. 1. §. fami
liæ. vnde iudex ex sua iurisdictione, si non esset statutum, non
posset villam propterea condemnare. tex. est cum gl. ordin. in
Auth. vt nulli iudicum. §. qm̃ vero. colla. 9. sed quia statutum
ciuitatis hoc dictat, tale statutũ valet, quia licet non sit æquũ,
est bonum propter securitatem territorij. tex. est in l. ne quid.
ff. de incen. rui. & naufra. & præsupponendum est, quod illud
statutum valet casu, & forma, de quo expresse loquitur. nam
omnia statuta cum modis, & temporibus singificãt agere, vel
pati: nec debent vlterius extendi. ff. soluto matrimo. l. si vero.
§. de viro. præsupposito igitur, quod dictum statutum valeat.
2 † Quæritur, vt infra. Primo verum coram iudice maleficio-
rum potuerit proponi querela ciuilis. & videtur, quod non.
vt ff. de iudi. l. solemus. §. latrũculator. in contrarium vr̃, quia
ista querela est criminalis, quia descendit ex crimine, licet ten
dat ad pecuniariam condemnationem. nam respectu villæ cõ
tinet meram vindictam. Item latrũculator põt cognoscere de
interesse proueniente rõne delicti, vel quasi, vt ff. de fur. l. in-
terdum. §. qui furem. & l. pe. ff. de calumniatoribus. & l. agra-
ria. de termino moto. sed dubitatur, quia sñia non fuit lata a
iudice, sed a ptãte, vtrum valeat. & vr̃, ꝙ non, vt l. 1. ff. de offi.
consulis. in contrarium vr̃, quia idem est auditorium, vt in c.
3 a. de consue. lib. 6. † Sed vlterius dubitatur, vtrum citatio fa
cta singulariter ad domos valeat. & glo. ordin. determinat, ꝙ
in cã vniuersitatis, vt eleganter, & plene no. ff. de re. iur. l. non
põt dolo carere. & hoc verum est, ꝙ citatio tenuit, præsertim
quia statutum vult, ꝙ bannatur in platea, vt no. in c. causam.
de elec. in cle. & ibi citatio nõ est rite facta: licet sit taliter qua
liter facta, sñia est ipso iure nulla. glo. est ordin. C. de accu. l. si
accusatoribus. vnde si dicta villa esset condemnata in absen-
tia, est ipso iure nulla. sed dubium est, quia syndicus fuit præ
sens, & certe hoc etiam non vr̃ sufficere, quia declinatoriæ ci-
tationis syndicus non potuit renunciare, cum nec solus pos-
set citari conscientiam vniuersitatis. ergo nec solus compare-
re: minus forte instructus ab vniuersitate, vt dicit gl. in dicta
4 regula iuris. † sed posito, ꝙ omnia ista cessarent: iste depopu-
lator peruenit in forciam communis, & in captiuitatem cre-
ditoris. satis ergo vr̃ satisfactum, cum crimen plene sit puni-
tum, & obligatio villæ sit extraordinaria, vt ff. nau. cau. stab.
l. licet. §. possumus. & not. insti. si quadru. paupe. fe. dica. in fi.
nam de benignitate iuris villa exhibẽdo malefactorem, libe-
ratur, vt ff. de publica. l. 1. §. quod nouissime certe. nec refert,
a quo exhibeantur, nam idem esset, si sua sponte irent ad sup-
plicium. argumen. ff. quemadmo. ser. amit. l. qui fundum. &
ff. de verbo. oblig. l. cum seruus. Item contentus debet esse dã
num passus, ex quo malefactor luit in corpus. casus videtur
in d. §. qui furem. satisfactum enim ei videtur in corpore lo-
co pecuniæ, vt ff. de iuiurij. l. sed si vnius. §. si añ. & sicut absο
lutus liberatur, ita & is, qui in proprium corpus luit pœnam
cum executionis effectu, vt ff. de iure patr. l. diuus Vespasia-
nus. in verbo absoluitur. & ista defensio superuenit post con-
demnationem villæ. & constat, ꝙ except. satisfactionis factæ
post sententiam potest opponi post ipsam, vt l. 1. C. de re iudi
cata. Illud etiam est considerandum, ꝙ damnum passus pro-
curando mortem inimici sui fecit, vt iura efficacia contra ip
sum cedere non possit, vt ff. de fideiusso. l. si debitori deporta-
to. hæc vltima ratio non multum placet: quia cedat taliter
qualiter potest contra bona, & contra fiscum, qui tenetur ad
interesse damnum passi, si qua sunt bona: & si nõ sunt bona,
sufficeret cedere, in Auth. actionem. abg. C. de colla. Auth. qđ
locũ. in verbo manẽ. ista quæstio parua est. respectu summæ,
sed non est parua in iuris dispõne, & finaliter omnibus consi
deratis, vr̃, ꝙ villa a dicta cõdẽnatione sit immunis: vel quia
non legitime citata, uel quia ordinarium auxilium executiũ
contra delinquentem facit cessare extraordinarium remediũ
contra villam in sontẽ. & hęc opi. vr̃ mihi naturalis, & æquas
licet verba statuti non distinguant. & quamuis nõ dicatur sa
tisfactum per solam sñiam, ut ff. de fun. instr. l. nepoti. tñ hic
fuit satisfactum, quia in carcere diem obijt, & infamiam fur-
carum corpus, licet mortuũ, pertulit. sed id de iure fieri non
debuit, quia corpus mortuum pœnam non sentit, nec emen-
dari potest homo mortuus, ut ff. de pœn. l. si pœna alicui. di-
cet aliquis, nos uidemus, quod fur suspenditur, & nihilomi-
nus furtum resarcit, siue resarcitur super bonis eius, ut nota-
tur. C. qñ ciuilis actio præiudicet criminali. in rubro, & ni-
gro. & in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio. §. eos. quin-
immo ĉi furti pœnalis cum his concurrit, ut ff. de condi. fur.
l. si pro fure. §. furti actio. nec una alteram consumit, quia nõ
competunt ad idem, ut in Auth. ut iudices sine quoquo suf-
fra. §. oportet. ad hoc rñdeo: q̃a tu opponis de actionib. quo-
rum una est ad uindictam, altera non, sed in casu nr̃o, utraq;
est ad uindictam: quia ad uillam nil prouenit. & quotiẽs plu
res actiones tendunt ad meram uindictam, una tollit alterã,
ut ff. de iniur. l. quod seruus. & si tu dicis, illud est uerum,
qñ competunt contra eũdem. Rñdeo, idem vr̃, si cõtra diuer-
sos, qñ agitur ex quasi maleficio. villa enim tenetur ex quasi
maleficio, licet depopulator teneatur ex vero maleficio. vnde
mitius agitur cum uilla, quàm cum depopulatore, vt ff. de
his, qui deiece. vel effu. l. perceptione. & ibi not. ff. de iurisdi.
om. iud. l. si quis id, quod §. si melior. tamen consideratio est,
quia prohibito delinquẽte uilla liberatur, sicut si cepisset ma
lefactorem in crimine, & eum exhibuisse, ar. C. de malefic. &
mathematicis. l. fi. & in Auth. vt nulli iudicum. §. si quia vero
comprehensorum. & ad hoc optime facit de prohibita alie.
feudi. per Fede. c. imperialem. §. insuper. & de pace tenenda,
& eius violatoribus. capitu. si clericus. §. si iudex clamorem.
Ego Baldus.

## CONSILIUM CCIIII.

1 *Stante statuto, quòd mulieri nõ possit legari nisi 15. annuatim,*
*& testator legauerit quadam bona vni, et vsumfructum eo*
*rum bonorum vxori, aggrauando hæredem in eam vxorem*
*in dicto legato, quod tamẽ legatum excedit summam 15. quæ*
*ritur, quid iuris: adde infra, consilio 230.*

In Christi nomine. Testõr legauit cui-
dã Benigno quod-
dam petium terræ, & quasdam domos, deinde eiusdem petij
terræ, & domorum in eodem testamento vsumfructum lega
uit vxori: donec se pro uidua gesserit, & caste uixerit. demũ
uerbis directis ad hæredem hæc uerba adiecit. quòd mei hæ
redes monachi dictam dominam in dictis legatis, uel aliqua
eorum parte molestare non possint, nec imbrigare: sed patiã-
tur eam habere, & tenere, & in pace frui, uti, & possidere su-
pradicta iudicia, & legata. præsupponitur, quoddam statutũ
Pisanum, ꝙ non liceat relinquere uxori ultra 15. lib. dena. an
nuatim. Modo quæstio inter dictum legatarium rerum, & le
2 gatariam usus fructus, & hæredem uniuersalem. † Quæritur
enim, ad quem pertineat usus fructus, utrum ad dictum lega
tarium terræ, & domorum, an ad dictam legatariam, an uero
ad hæredem uniuersalem. Et arguit, qđ ad legatariũ rerũ per
tineat id, qđ mulier capere non potest. nam qui ab initio non
admittit ad partem, nõ faciat partẽ, ut ff. de leg. 1. l. plane. §. si
duobus.

duobus. In contrarium vr, quia qui capere nō potest facit partem. ff. de leg. 2. l. si titio, & ei. & sic dimidia vsusfructus pertinet ad legatarium rerum, & quatenus vxor capere non potest, pertinet ad hæredem vniuersalem, sed immo vr, quod de dicto vsufructu nihil pertineat ad legatariū rerum: quia dictus vsusfructus attento iudicio testatoris videtur in totum ademptus ei, & collatus vxori. & licèt non teneat collatio, tamen tenet ademptio. primum probatur. ff. de adimen. lega. l. sicut. & ar. ff. de pecul. leg. l. cum dominus. §. fin. secundum probatur. ff. de adimen. leg. l. licèt transferan. vbi dicitur, quod inutilis translatio perimit legatum. Nun obst. ff. de hære. insti. l. Iulianus. quia aliud in institutione hæredis inualida, quæ non tollit validam, cum ex inualida non possit adiri hæreditas. vt ff. de lib. & posth. l. si filius, qui ptāte. aliud in legato, q nuda voluntate admittitur, vt plene no. ff. de adimen. leg. l. ex parte. ꝓbatur ista differentia. ff. de testa. mili. l. similiter. codicillis. §. veteranis. non ob. ad hoc ff. de leg. 3. l. si iure facto testamento. quia hic fuit translatio expressa, & per consequens ademptio censetur expressa, co. ibi vero tacita, quæ non insurgit ex voluntate inualida. Et ideo videtur prima facie sic concludēdum, quod dictus legatarius rerum habet totam proprietatem, & dimidiam vsusfructus. aliam autem dimidiam non haberet quasi ademptam, vt ff. de vsufructu leg. l. si alij fundum. & l. sempronio. in princ. eo. ti. & ibi no. Porro dicta medietas, quæ non debetur vxori, non accrescit legatario proprietatis: quia debetur alij. s. hæredi vniuersali, donec viuit mulier. argu. ff. de vsufru. lega. l. vxor vsumfructum ville. & ff. communia prædio. l. si in venditione. & si illud, quod est legatum vxori, vltra quàm statutum patiatur, dicitur pro non scriptum: remanet apud hæredem, quatenus adaptari potest hæredi, & prout patiuntur sines legati: vt C. de cad. tollen. §. & cum triplici. & no. ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. §. Lucius. & ff. de hæredi. insti. l. 2. & ff. de do. l. pe. legatarius itaque rerum non debet plus habere, quam ei ascriptum sit. Intelligitur autem ei ascripta sola dimidia. præterea licèt mero iure istud legatum non debeatur vxori, tamē ex benignitate hęredis potest ei præstare dictāte naturali ęquitate, vt C. de necessa. seruis. l. quidam. §. ille. quę naturalis ęquitas impedit ius accrescendi, vt ff. de leg. 1. l. plane. §. si coniunctim. Preterea istud statutum non debent sequi Monachi hæredes instituti. nam ex sua conscientia debent implere votum testatoris, vt patet in legenda Sancti Siluestri. Itē quia nō sunt subiecti legibus laicorum, sed legi dei, secundum quam hoc legatū valet, & merito, quia remunerāda est castitas, vt in Authen. de non eli. se. nu. §. Gregoria. & quædam de facto fieri debent, licèt de iure non teneant, vt ff. de ver. ob. l. quidam cum filium. ff. de cap. dimi. l. legatum. ff. de adimen. leg. l. seruos ad custodiam templi. Non ob. l. 1. C. de secundis nup. quia illud est pp impudicitiam nubentis. ]. annum. sed ista, quæ mandat testator, & honorē eius custodit, digna est remuneratione, arg. ff. de manu. test. l. mensa. Solutio illius quæstionis non stat in aliqua istarum allegationum: sed aliud est considerandum. Et præmittendum est, quod olim quatuor erant genera legatorū, inter quę erat vnum genus, quod appellabatur finendi modo. quę genera non sunt sublata, sed sunt sublatæ differentię generum, vt insti. de leg. in princ. Et ideo si testator mādat hæredi, vt sinat titium pacifice habere possidere, vel frui: illud ei legare intelligitur & in totum, vel in partem, prout scriptura sonat: vt C. communia de leg. l. 1. & pro illo competunt omnes actiones, quæ competunt pro legatis. Quia modo nos sumus in ipso legato, quod vocatur finendi modo. quia hæres iussus est sinere legatariam in totum habere, & tenere dictum vsumfructum, & in pace frui, vti, & possidere, & in totū, vel aliqua parte non impedire dictam legatariam. per quod expressis verbis designatur, quod dicta mulier est relicta legataria in toto, & solido vsufructu per illud legati genus, quod appellatur finendi modo. ex quo sequitur talis conclusio, quod siue istud legatum vocetur translatio, siue vocetur declaratio voluntatis non legandi vsumfructum dicto legatario rerum, nihil debetur dicto legatario de vsufructu prædicto viuente muliere. vel ideo ademptum, vel ideo quia nō videtur legatum dicto legatario. non ob. ff. de condi. & demon. l. nam ad ea. quia ibi loquitur, quando sunt plures legandi formæ circa eundem legatarium. & sunt formæ per alternationē compatibiles, vnde cadit electio. sed in casu nostro non est sic, quia sunt diuersi legatarij: & cum mulieri sit relictus totus vsusfructus, & testator cogitauerit de perceptionis effectu, merito dicto proprietario nihil de dicto vsufructu debetur, quia non videtur testator hæredem grauasse de duplici præstatione, vt C. de cad. tol. §. sin autem disiunctim. & ff. de leg. 2. l. titia. §. qui in vita. Repetita igitur conclusione concludo fructus dictarum rerū viuente dicta muliere ad dictum proprietarium nudæ proprietatis nullatenus pertinere, diligēter inspectis, cognitisque verbis dicti testamenti, vt ff. de transac. l. de his controuersijs. Illud autem non putarem recte dici, q legatarius rerum videretur grauatus de dicto vsufructu præstādo: quia onus legati in dubio videtur appositum, & iniunctum hęredi, argu. ff. de le. 1. l. si seruus. §. qui Margaritam. non obst. C. ad tre. l. fi. quia ibi loquitur in fideicommissario vniuersali: quando testator testādo seruauit hunc ordinem, quia primo instituit, secundo de vniuerso grauauit. tertio singularia legata fecit. hic aūt nō sic. & ideo non obstant. Consilia aūt in ista materia lata commendo, quia subtilia sunt, & bona: cum per hoc, q disi veritas clarius, elucescit. Super alijs punctis iam non expedit consulere, quia est appositus gladius ad radicem. Ego Bal.

CONSILIUM CCV.

*De hoc consilio fuit consultum in consi. 121. & ideo aliter nō summatur, licèt hic subtilius, & magis hac excogitate loquatur. Vide tamen etiam supra consi. 199.*

In Christi nomine. Instrumentū dicit, quod locator consignet in agro seminatum vnum corbem frumenti. iste corbis fuit consignatus in quodam salario distanti, & per consequēs non seminatus in agro, quia est impossibile, quia in salario nō potest seminari frumentum. Subsequitur confessio coloni, quod locator consignat in solario dictum frumentum, quod postea seminatum fuit. ista sunt verba cōfessionis. testes dicūt, vt s. volendo probare, quod non fuit consignatum, nec seminatum. sed altera pars subtiliter dicit ad euadendam promissionem interesse, vel ad declarandam de minori interesse, qd dato, quod nō fuerit consignatum, seminatū, possibile est, qd primo fuit cōsignatū, & postea seminatū. nā talis nihil deponit de seminato postea necne. confessio aūt instrumētalis diuidit tempus, quia primo dicit, quod consignatū, secūdo quod seminatum. distingue tempora, & concordabis scripturas, vt C. de fur. l. apud antiquos. & extra de testi. c. cum in filij. Quæritur quid iuris. nam locator bene vult offerre interesse: quia ipse non seminauit, sed non quia ab aliquo nō sit seminatum. nam a quocunque sit seminatum, cessat interesse totale, & remanet interesse particulare expensarum. simile. ff. rem ra. ha. l. si sine. & ff. de procu. l. qui absente. Quæritur quid iuris. Respondeo, fortis est opposito. & in primo consilio quod dedit, fuit mihi dictum verbo, quod quęstio stabat solū in nudo pacto. Et ideo non consideraui vlterius consulere. oportet igitur de nouo considerare: quia quę de nouo emergunt &c. Considero igitur, quod testis non intelligitur fatue loqui, sed secundum quod loquitur homo naturalis, & discretus. oportet igitur inspicere rerum naturam. testis igitur dicit, quod non consignauit in salario seminatum. aut testis intendit de seminato prius, & fatue loquitur: quia seminatum est in agro, quod nō potest cōsignari in solario. oportet igitur, quod testis loquatur per negationem seminati in agro. i. quod consignatum in solario non fuerit tunc seminatum in solario, quod est impossibile: nec postea seminatum in agro. nam hanc negatiuam optime tex. potest probare: quia potest videre. ita. n. videtur agere non seminatus, sicut seminatus: & maxime per rusticos. & idō ex magna necessitate, quę est magistra veritatis, appatet, quod testis probat expresse, quod ager non fuit seminatus tempore confessionis instrumentalis, nec postea. & quod necessitas sit magistra veritatis, dicit tex. C. de epis. & cle. l. omnes, qui vbique. §. si. præterea dicta confessio est incerta, quia non dicit, a quo fuerit seminatum. vnde per hoc non probatur, quod defecerit interesse conductoris: quia potuisset seminare quidam tertius,

tertius, qui haberet actionem negociorum gestorũ contra cõductorem ratione seminis, & operarũ. ista ratio m. hi non placet. per l. vltimam. C. de alimen. pupillo. & per no. per Bart. ff. de verbo. oblig. l. cum seruus. sed prima ratio placet: quia amica veritatis facti, & iuris. cum dicta confessio conductorũ fuerit facta sub spe prȩstationis interesse, non consignati frumenti. quia concernit principale, non autem expensas, quæ veniũt incidenter. alioquin contrahentes expressissent de expẽsis. vnde generalis locutiõ in prõptũ trahit periculum, vt C. de don. promiss. l. fi. in fi. & verba referẽda sunt ad verisimile. Item ista indefinita non seminatorum equipollet vniuersali negatiue. i. nunquam vel nullo modo seminatorum. & ista verba fuerunt verba prolata a locatore, qui promisit interesse occasione non consignatorum seminum. i. nullo modo consignatorum, nec ullo modo seminatorum. nam si essent consignata tantum, vel seminata tantum, ista negatiua, quæ ex uniuerso sumitur, esset falsa, ut ff. de te. du. l. si is, qui ducenta. §. utrum. Itẽ nec potuerunt consignata seminari, si non fuerunt consignata. primum enim est consignatio. secundum seminatio. & si incipis a primo negando, de necessitate infertur secũdum. videlicet quod non fuerunt consignata, ergo nec consignata seminata nõ possunt referri ad eundem locum: quia non ad solarium, & non seminata. vnde illa uerba, consignata seminata ad agrum. vnde nec in solario, nec in agro fuit seruata fides. & alias exponẽdo uideretur fatua dispositio, ut superius declaraui. Confessio instrumenti dicit, quod fuit cõfessus conductor sibi fuisse cõsignatum in domo. Testes reprobant hunc primum passum, videlicet quod in domo non fuit factã cõsignatio. & non allegatur nisi vna consignatio, non plures: nec præsumitur pluralitas, vt in capitu. cum Ioan. Hæremi. de fide instrumento. ergo ista confessio reprobatur tanquam non vera. & hoc primo fundamẽto prȩsupposito impossibile est, quod hoc frumentũ, de quo dicit confessio, fuerit seminatum: quia quod non est, seminari non potest. tunc arguo si est non fuit cõsignatum, nec seminatum, ergo cõsignare, & seminare debens tenetur ad interesse totale. Præterea confessio non dicit, quod fuerit seminatum totum, vel pars, nec tempore seminandi, vel postea. vnde non apparet, quod desierit interesse. debet concludenter, & necessario hoc probare, sicut quilibet, qui habet probare intentionem, vel exceptionem suam: vt extra de proba. capi. in præsentia. non obstat, quod subtiliter dicit, quod testes dicunt, qd non fuit consignatum, seminatum: quia verba testis debẽt intelligi sane, & ad bonum intellectum. i. quòd non fuit consignatum in domo, nec seminatum in fundo. nam ista duo adiectiua consignatum, & seminatum, resoluuntur in duo substãtia, quia unum non potest alteri inesse per modum qualitatis, nec loci, vel temporis. Item satis apparet, si non fuit consignatum, ergo nec seminatum. hoc etiam expresse dicũt testes ibi, & postea repertum fuit, quod deficiebant ad summa ipsorum blandorum, non dicit ad seminationem ipsorum blandorum, sed ad summam. & ista dictio ad summam, significat substantiam, & mensuram, vt ff. de verbo. obligationi. l. triticum. ff. si cer. peta. l. certum. manifestum est ergo, quod propter defectum summæ, & mensuræ non fuit granum consignatum, seminatum, nec non seminatum: quia negato principio negantur omnia, quæ post principium sunt. & facti veritas ita se habet, quæ veritas est inuanda interpretatione sapientiam. & in dubijs causis debemus amplecti id, quod verisimilius est. Itẽ nemo venenum seminat, sed frumentum, vt C. de alimen. pupillorum. l. fina. & ff. de actio. emptio. l. si sterilis. §. cum per venditorem. Et hæc dico salua reuerentia. Item placeat considerare, quod confessio vnius correorum non nocet alteri, quando est facta per modum voluntariæ iurisdicionis: quia non plus operatur confessio, quam pactum, vt ff. de pac. l. tale pactum. in princi. & l. si vnus. in prin. & est expressum in confessione. C. de noua. l. non abstulit. nam sine mandato nemo potest alteri præiudicare confitendo: quanquam confiteatur solutum. licèt possit prȩiudicare recipiendo veram solutionem. & ratio differentiȩ est, quia solutio venit de natura obligationis, sed confessio venit extra naturam obligationis. vnde in cõfitendo non sunt duo rei credendi propter rationem prȩdictã. & facit quod plenè no. Bar. ff. de duo. reis. l. ex duobus. in 9. q. & plenius in 6. quȩstione. vbi determinat, quod quando sunt correi ex causa onerosa, confessio vnius ex correis cedendi nõ prȩiudicat alteri: neq; pactum in portione sua. & in hoc non puto insistendum. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCVI.

Allegationes pro fratribus minoribus.

1 *Clericus non potest trahi ad iudicem secularem, etiam si ipse consentiat.*
2 *Via publica an possit prescribi.*
3 *Ex patientia 40. anno. præsumitur concessio viæ publi.*
4 *De intellec. l. viam. ff. de via publi.*

In Christi nomine. Præceptum fuit factum fratribus minoribus per dominum Girar. de Bobio uicarium Bon. domini. Ioan. de Repusano, vicarij Illustris, & Magnifici Principis, Domini nostri Ducis, quod debeat ĩ. 10. dies aperuisse quãdã
1 stratam uiarulam, quæ dicitur esse cõmunis Papiæ &c. † Quȩritur, an dictum præceptum potuerit emanare, necne. & breuiter dicitur, quod non, quia prȩfati dominus Girardus, & dominus Ioan. super hoc, nec ordinariam iurisditionem, cũ sint iudices seculares, nec delegatam habent, cum careant speciali mandato Illustris domini nostri. nam licèt haberẽt generalem commissionem, de qua tamen non constat, non tamen intellĩgitur dominus noster committere, quod religiosi, & monasteria trahantur ad uetitum examen. ut C. de iuris. om. iudi. l. in criminali. nam id demum uidetur mandari, quod de iure potest mandari. ff. de condi. indebi. l. si procurator. §. celsus. Item communitas Papiȩ nullam habet iurisditionem cõtra dictos fratres: etiam si dicti fratres uellent se summittere eius iurisditioni. nam hoc non possent, immo punirentur a iure, ut extra de iudi. c. at si clerici. extra de foro compe. c. si diligẽti. & hoc dicunt cum reuerentia quantum ad iurisditionem. quantum uero ad negocium principale dicunt dicti fratres se habere iustitiam, & ueritatem, quam ostendent coram iudice competẽti, uel coram quocunque, cui dominus noster committet. & ex nunc protestãtur omnes eorum exceptiones, & iura saluas, & salua fore. & protestantur dicti fratres cum reuerentia, sed pœnis regularibus, & cau. ne vlla nouitas fiat contra ipsos fratres, qui longissimo tempore possederunt iustoq; titulo, & bona
2 fide. † Oportet respondere ad l. viam publicam. ff. de uia publica. quȩ dicit, quod populus non utendo non perdit uiã publicam, sicut nec perdit ius eundi ad Sanctum Sepulchrum, uel ad Sãctum Iaco. & sic uidetur expresse dicere, q uia publica nullo tempore prȩscribatur: etiam spacio centum annorũ, ut ibi dicit gl. & dico, quod illa lex non ob. pluribus rationibus. primo, quia ista non est prȩscriptio, sed est cõsuetudo. fratres enim minores non possunt aliquam proprietatem prȩscribere: quia non possunt habere proprium, sed bene potest per consuetudinem introduci, ne populus utatur via, in qua fiũt turpitudines, & scelera, quæ sunt contra deum, & honorem beati Fran. & statum fratrum minorum. ista. n. consuetudo est rationabilis. immo plus, quia ipsemet populus videtur ipsam consuetudinem præscribere, vel saltem approbare propter iustitiam publicæ honestatis, immo & publicȩ vtilitatis: quia quod est publicæ honestum, est publicȩ vtile. tot enim turpia, & tam nephanda fiebant olim in dicta stricta, quod iustũ fuit, & licitum, vt dicta stricta, seu viazola clauderetur. non enim debent prostibula stare inter medios hortos fratrum minorũ, sicut olim erant, vt C. de re mili. l. cum supra vireutes. lib. 12. vnde consuetudo claudendi dictam strictam, quæ tunc non erat via, sed vilipendium, & dedecus ciuitatis, iustum, & secũ
3 dum deum habuit initium. † Prȩterea dicta stricta stetit ita reclusa per tempus 40. anno. & vltra ex populi Papiensis concessione, & hoc est notorium in ciuitate Papiæ, & etiam notoriũ iuris: quia prȩsumitur concessio ex tanta patientia, & tãta desuetudine populi, vt no. ff. de vsu. l. cum de in rem verso. & est glo. ordi. etiam iuris canonici. 16. q. 3. c. dilecto. prætęrea cessante ratione legis, & superueniente ratione contraria, cessat lex, vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. sed ratio. l. viam publicam. est publica vtilitas, ergo cum hic non versetur publica

blica vtilitas, uec publica vtilitatis ratio, cessat illius l. disposi
rio.& hoc videmr expressum. ff. de diuer.& tempo. præscri. l.
4 si quisque.& ff. de vsuca. l. fi.† præterea l. viam publicam. de-
bet intelligi, donec est publica, sed quando cõsensu expresso,
vel tacito populi redacta est in figuram priuatæ, certe talis via
bene potest vsu acquiri, saltem fauore religionis, vt ff. de relig.
l. si quis Sepulchrum. in princi.& ff. de vsufructu. l. locum.&
quod ibi nota. præterea dicti fratres nominanr dominum Pa-
pam in iudicio, cuius omues possessiones fratrum minorum.
& protestantur, ne quid in hoc articulo tantum fiat cu in con-
sulto, vt extra vt lite non contesta. c. quoniam frequcntet.& C.
vbi in rem actio. l. 2.& licèt istæ allegationes sint claræ in iure,
& in facto: tamen suppleant, & orant humiliter intuitu dei,
cum non deceat seruos dei litigare, vt extra de iudi. c. cum de
putatis non impediatis eus, præsertim quia auferre res ecclesia
rum,& monasteriorom est quoddam sacrilegium, vt extra de
foro cõpe. c. cum sit generale. hę allegationes pręrogant vene-
rabili,& sancto consilio institiæ domini nostri. Ego Baldus.

*CONSILIUM CCVII.*

1 *Domicilium patris an transeat ad filium.*
2 *Filius habitanda domum patris an videatur adire eius hæreditatem.*
3 *Testamentum in scriptis requirit, q scriptum sit nomen hæredis per testatorem.*

1 In Christi nomine. †Quæritur, vtrom domicilium patris
transeat ad filium. respondeo, sic quo ad sortiẽdum forum ex
persona patris, vt ff. de indi. l. hæres absens. in princ. Item quo
ad onera, ad quæ pater se obligauit, vt ff. ad muni. l. incola. iã.
& C. de inco. l. ciues. quo ad cætera potest filius mutare domi
cilium accidentale paternum transferendo ipsum realiter, &
lares paternos. vt ff. ad municipa. l. domicilium. cum si. prodẽ
rissime allegata per dominum signorium. conclusio, quando
domicilium est contractum sua,& alterius voluntate, cui est
adiuncta obligatio: tale domicilium paternum uon sequitur
2 filium. †Quæritur insuper, vtrum filius habitando domũ pa-
ter nam præsumatur se imiscere hęreditati paternæ. respõdeo,
sic, quia fructur domus est habitatio. sed iste, qui percipit fru-
ctur rei hæreditariæ, videtur adire, vt insti. de hęredum quali.
& diffe. §. fi.& l. 1. C. de repu. hęre. item præsumitur quis pos-
sidere ex titulo præcedenti, vt C. de acq. pos. l. 2. nisi aliud ap-
pareat ex paterna missione continuata per filij, pręsumitur im
3 missio, si subsit alia ratio possidendi.† De tertio quæsito est ca
sus. C. de testa. l. iubemus.& l. cum antiquitas.& authẽ. quod
sententiæ subscriptione. si loquimur de testamento iu scriptis
proprie,& stricte loquendo.& l. hac consultissima. testamen-
tum in scriptis. i. non per nuucupationem requirit, q scriptũ
sit nomen hęredis per testatorem, vel per alium eius mãdato,
vt C. de testa. l. iubemur.& authent.& eo non obseruato. non
autem requirit, q testes, qui subscribunt, sciant nomen hære-
dis, vt C. de test. l. hac cõsultissima. necesse est tñ, q testes, qui
subscribunt, nomen testatoris exprimant, cũ debeant ab ipso
esse rogati, vt insti. de test. §. testes. Ego Bald.

*CONSILIUM CCVIIII.*

1 *Stantibus statutis de compromissis fiendis, & quod a sententia arbitri non potest appellari, an possit saltem peti restitutio in integrum.*
2 *Locus præsumitur appositus instrumento propter coniunctionem causę.*
3 *Sententia confirmans laudum an sit velata lata culpa arbitrorum.*

In Christi nomine. Pręmissis tribus statutis ciuitatis lau-
1 dę.† primo q a præceptis, arbitrijs, & arbitramẽtis latis inter
agnatos, vel cognatos non possit appellari, vel quærelari rõne
nullitatis, vel iniquitatis. secundo generali, q si pro arbitramẽ
a uersis locis, in hærẽdo poti⁹ sensui, q̃ tõni, tñ 3riũ verũ est: † q põt quis duas habitationes, & duo domicilia simul habere: vnũ in quo magis, aliud ĩ quo minus cõuersetur, vt ff. ad munici. l. eius. §. celsus. & poterit citari ad vtranq; domum, tanq̃ ad domũ habitationis, vt no. in c. causam. de eloc. in cle. Ex quibus euidenter concluditur dictũ Michilinũ expelli non posse. maximè quia domus sunt ita cõiunctę, quod ex vna patet aspectus ad alterã, & sic habitatio retinetur viu, & habilitate habitandi simul iunctis. arg. ff. de 3hen. emp. l. chuibus. & ff. de acq. pos. l. 1. §. si sufferim. & ff. de sol. l. si pecuniã. q & subtiliter, & vtiliter intuẽdo ita vr mihi veritas. facit c. 1. extra de locato. Preterea manifestum est, q quis potest eandẽ domum habere pro habitatione diei tm̃: & dico, q ab illa habitatione non põt expelli: quia sufficit, q quantolibet tẽpore habitet, ad hoc vt habeat locũ decretum dñi: quia verba decreti sumuntur ex aliquo, non ex vniuerso: sed non est dubium, q de die plenam habitationem habuit cõductor: quia fecit omnes actus, qui fiũt ab habitatore, nec dicitur istud meritoriũ, quia meritorium est, quando quis exercet ibi de die aliquam artem, & de nocte clausis ostijs recedit, nec ibi prãdet, nec ibi dormit, sicut sunt stationes vendentium pannos. Et hoc patet per simile, quod ibi ponit de stabulis equorũ vendentiũ pannos. Ista autem apotheca erat nõ solum deputata speciariæ vẽdendę, sed erant ẽt ibi penu, & solaria cum lectis, quæ sine dubio nõ sunt meritoria: & plus quia supra cenaculum erat aditus continuus de domo dicti Michilini ad domum locatam. ex quo ostenditur manifeste, q fuit locata ad plenam habitationẽ, & ita consequenter tenta, & habita. de hoc est casus in d. §. domum. Item qui per alium habitat, per seipsum habitare vr: quãdo alius habitat ad eius commodum. immo nõ est fictio, sed ipsa veritas, ut l. certè. §. procurator. ff. de præca. C. de præscrip. 30. anno. l. malè agitur. C. si per vim, vel alio modo. l. 1. de acq. poss. l. peregr. §. n. C. eod. l. vlt. ff. de contrahen. emptio. l. fistulas. §. 1. ff. de dolo. l. cum quis. & multa alia iura sunt vulgaria, & infinita: & non potest negari nec in facto, nec in iure: quin familia dicti Michilini pro dicto Michilino habitauerit dictam domum: & quod sic domus habitationis patet, quia est tutissimum refugium, vt l. plerique. de in ius vocan. non obst. §. domum. quia ibi loquitur in eo, qui in statione non residebat, nisi quatenus artem exercebat: non in diebus festis, nec continue, vt l. eius. §. celsus. ff. ad munici. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCXXXV.

1 *Legatum factum vni pauperi annuatim pro necessitatibus suis si petierit, & istud legatum steterit occultum per 25. annos, an quando postea petierit, debeatur pro omnibus annis præteritis, an pro eo anno, quo petierit.*

In Christi nomine. Bartholomæus legauit fratri Andreę ordinis seruorũ Sanctæ Mariæ, dum dictus frater Andreas naturaliter vixerit, omnẽ quantitatem pecunię, quam ipse frater Andre. habere voluerit pro necessitatibus suis, & petierit ab hæredibus ipsius testatoris: ita tñ q non petat, vel recipiat vltra summam 33. lib. Boneninorum in anno, quod legatum stetit occultum dicto fratri Andreæ per 25. annos, & vltra, nũc
a petit dictum legatum. Quæritur, † an debeat solui pro tẽpore, a quo incepit petere, an a tempore aditæ hæreditatis. & videtur, quòd a tempore, a quo incepit petere, & habere voluerit pro necessitatibus suis: & non ante, quia istud legatũ conditionale est, vt ff. de lega. 1. l. si ita legatum. §. illi si volet. Quæ conditio est potestatiua: & ideo non trahitur retro, vt l. 1. §. serui. ff. ad Sille. Item quia tot sunt legata, quot anni, & ex quo sine isto legato vixerit, & sterit, apparet ipsius necessitatem non habuisse. ergo deficit causa finalis legati: & sic non debetur legatum, vt ff. de condit. & demon. l. illis libertis. in contrarium videtur: quia hęc verba, pro necessitatibus suis, adiecta certę quantitati non minuunt legatum, vt ff. de alim. & ciba. lega. l. Lucius. Item in eo, quod subijcit, & petierit ab hæredibus, similiter ista verba non faciunt conditionem: sed munitionem, vt ff. de verbo. oblig. l. si decem cum petiero. & quod no. ff. de verb. ob. l. cum stipulatus sim mihi a proculo. Præterea ista conditio fingit retro, ut no. in c. 1. de reg. iu. lib. 6. per Dyn. Præterea hæres fuit in dolo non notificando hoc legatum: sed potius occultando, ex quo infero pro legatario tribus rationibus. primo, quia dolus nemini debet patrocinari, secundo quia stetit per hæredem: vnde videtur conditio impleta, vt ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. tertio si hęc omnia deficerent, videtur competere restitutio in integr. ex clausula generali propter istum errorem, vt not. Dy. ff. de ver. ob. l. ad diem. & si dicatur, q quadrienniũ est elapsum respectu antiquarum præstationũ a quatuor annis retro? Respondeo, q istud quadriennium non currit ignoranti, ut no. C. de temp. in integ. rest. l. superuacuam. Item & si videretur aliquibus istud legatum captatorium, quod non credo, tamen valeret ad pias causas, ut extra de testamentis. c. cum tibi. & si testator hũc casum cogitasset, proculdubio idem disposuisset. Quęstio ista satis est dubia inspecto vigore verborum, & natura conditionũ, tamen inspecta ęquitate, quia ad pias causas, & pro anima testatoris, cum quęratur ecclesiæ, & beatæ virgini, credo, & teneo, q sufficiat semel petere, ut pro oĩbus annis debeat, vt C. de fideic. l. 1. & at. ff. de vsur. l. mora. esset ẽt valde iniquũ, q propter dolum hæredis occultantis periret pia dispositio testamẽti, quod fuerit relictum pro necessitatibus. nunc surgit mihi magnum dubium, quia certum est, q iste frater non habebat proprium, & quod multæ necessitates interuenerunt pro tẽpore: & quod pauper, qui ex alimentis pẽdet, semper eget successiuis diebus, & horis. ff. de transa. l. cũ hi. in verbo obsequiorum vitæ. & ibi no. & ff. de oper. liber. l. suo victu. & his persuasionibus breuiter sum cõtentus, & maximè propter conscientiã, quia deus non debet defraudari, & facit. ff. quib. ex cau. mai. l. si quis Titio. & l. si quis stipulatus. ff. de acq. hær. l. cum quidam. in prin. C. de testa. mil. l. si Valerianus. ff. ad Sylle. l. qui posthumos. ff. de mil. testã. l. ex militari. §. fi. cum l. sequenti. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCXXXVI.

1 *Statutum prohibens appellationem, & exceptionem, et nullitatem a sententijs, an prohibeat restitutionem in integrum.*

2 *Statutum non distinguẽs, an dicatur corrigere ius commune, vt sic indistinctè debeat intelligi.*

In Christi nomine. Statuto Ciuitatis
Lau. cauetur, q si
arbitria, vel arbitramenta fuerint dicta iniqua, vel iniusta in-
fra tẽpus comprehensum in statutis cõis Laudę, & pro senten
tia arbitri fuerit pronuntiatum, ab ea pronuntiatione nõ pos-
sit appellari, supplicari, nec de nullitate agi, nec aliquo modo
excipi, si fiat executio: prout in statutis communis Laudę cõ
tinetur. Modo fuit quoddam laudum latum contra minorẽ:
deinde fuit dictum iniustum, & iniquũ: demum iudex illud
sentẽtialiter approbauit: nunc minor petit restitutionẽ in in-
tegrũ aduersus probationes omissas, quas corã arbitro, vel iu
1 dice nõ produxit: & probat hoc, & ẽt enormẽ læsionẽ. † Quę-
ritur, quid iuris? & vr, q restitutio in integr. peti non possit;
qa a quo remouetur finis, intelligitur remotũ principium, &
õis modus puniendi ad finẽ, vt ff. de spons. l. oratio. sed hic ꝓ-
hibetur sñia iudicis retractari quouis mõ: ergo non põt peti
in integ. resti. cum p eã sñiam retractaretur. Itẽ non solum est
prohibitũ agere, sed excipere: ergo omnis defensio contra ip-
sam sñiam est sublata, vt no. C. de transac. l. nec intentio. In cõ
trarium vr, nam iste minor, cuius iura non fuerũt producta,
fuit idefensus: & de iure cõi absq; dubitatione debet restitui
2 in integ. vt l. minor a 5. annis omissam. ff. de min. † Vnde non
restat aliud hic videndum, nisi an statutũ in isto articulo cor-
rigat ius commune. & vr, q sic, quia loquitur indistinctè, vt
ff. de publ. l. de precio. nam vbi statutum non distinguit, nec
nos debemus distinguere, vt l. in fraudem. ff. de milit. testa. In
ꝯtrium vr, nam per ius cõe Ciuitatis nunq̃ videtur tolli singu-
lare beneficium restitutionis in integrum, vt plenissimè not.
in l. 1. C. si de momen. pos. item statutum non facit mentionẽ
de ætate, nec de beneficio ætatis: vnde non videtur ei deroga
re, vt l. cum minor. §. fi. ff. rem rat. hab. item iste libellus perti-
net ad veniam ætatis: non ad sententiæ iniquitatem: vt ff. de
min. l. si præses. item hoc dictat æquitas naturalis, vt ff. de no
ua. l. doli mali. item in pacto generali non videtur renuntiatũ
beneficio resti. in integ. ergo idem in statuto: cum statutum
dicatur esse quædam ciuium conuentio, vt ff. de reg. iu. l. nec
ex prætorio. & not. C. de decre. decurio. l. 1. ff. de legibus. l. de
quibus. in fi. & l. sed ea, quę. Ego de isto puncto multum aliàs
dubitaui: sed nunc inclinando in sententiam humaniorem,
& magis probabilem de iure puto hunc casum in statuto nõ
comprehendi: & ideo ius cõe esset seruandũ: & restitutionẽ
in integrum concedi debere minori. ff. de iureiu. l. nã postea,
§. si minor. & ff. de in integ. resti. l. fi. & C. si aduer. rem iudi. l.
cum & minores. Ego Baldus. Adde in consilio 239.

CONSILIVM CCXXXVII.

1 *Legata facta vxori de oĩ vsufructu, & q vestiatur, & alimen-*
*tetur in bonis mariti, an transfundantur vnum in altero.*
2 *Aes alienum an diminuat legata.*
3 *Soluere quis debeat æs alienum hæreditatis, an hæredes lega-*
*tarij, an vsufructuaria.*
4 *Legatum factum filiæ causa nubendi an statim petatur, an*
*non: & an interim habeat alimenta, vel vsumfructum, qui*
*veniat ex tali dote legata. & adde consil. incip. quæritur de.*
*legatis. &c. in 6. parte.*
5 *Verba occasione dotis quomodo intelligantur.*
6 *In legitima, & fructibus legitimæ non cadit grauamen.*

In Christi nomine. Titius in testamen-
to suo voluit, & ius-
sit, q Seya vxor sua sit vsufru. omnium bonorum ipsius testa-
toris, & disponere prout libet, & habeat victum, & vestitũ, &
alimenta in bonis ipsius testatoris absq; aliqua rõne redden-
da de dictis vsufructibus, & absq; aliqua satisdatione pręstan
da, & absque aliquo iuramento fiendo: quo facto instituit hę
1 redes vniuersales duos sibi extraneos. † Ad euidẽtiam pręmit
tẽdum est, q aliud est legatum vsusfructus, aliud est legatum
alimentorũ: nã vsufructuarius debet cauere de viendo fruen-
do arbitrio boni viri: & debet habere plenum vsumfructũ,
vt no. in l. 1. c. si secundo nup. mu. & auth. ibi posita. & ff. de
vsufr. leg. l. vxori. sed legatarius alimẽtorũ nõ tenetur cauere.
Item non parcit nisi, vitæ necessaria. item dixerũt in nomine,
item de alimentis non põt transigi sine prętore: sed de vsufru
ctu sic: quia est pars dominij, nisi vsusfructus sit expresse le-
gatus in alimenta, vt ff. de transf. l. cum hi. §. qui transigit. & §.
si vni. cum §. seq. & ideo vr dicendum, q ista tanq̃ diuersa le-
gata non transfundantur vnum in altero. sed debeãtur alimẽ-
ta, & præterea vsusfructus, vt d. l. cum hi. §. si idem. Item co-
pula posita inter res diuersas habet ampliare, vt ff. de leg. 3. l.
hoc legatum. quapropter vr, q vtrunq; debeat consequi, vt ff.
de vsufr. leg. l. Sempronio. In cõtrarium vr, quia alimenta reli
cta ex bonis debent pręstari ex fructibus bonorum, si fructus
sufficiunt, ut ff. ad Tre. l. Imperator. & per Iac. de Are. ad hoc.
ff. de vsufru. l. si in pendentes. §. si quid cloacarij. ad hoc. ff. de
iud. l. si fideicommissum. §. qui tñ. nam si testator voluisset hę
redem duplici pręstatione onerare, hoc dixisset, ut ff. de lega.
2. l. Titia. §. qui inuita. habebit igitur alimẽta ex vsufructu, nõ
ex vẽditione proprietatũ: ita vt continẽs. i. vsusfructus ample
ctatur suum contentum. i. alimenta, vt sic species nõ amplier
genus, cum sit posita post genus, ut ff. de leg. 2. l. in legatorũ.
§. qui plures. & ff. de vino leg. l. fi. §. cui dulcia. & ff. de penu le
ga. l. nam quod liquide. §. si cui penus: potest igitur agi ex du-
plici capite. s. vsusfructus, & alimentorum: sed non põt con-
sequi plenum vsumfructum, & plena alimenta: quia non vi-
detur hoc fuisse de intentione testatoris. Solut. de rigore ver-
borum est dicendum, q vtrunque debeat cõsequi, sicut si es-
set legatum diuersis legatarijs, non facerent sibi partes per cõ
cursum quasi legatarij diuersarum rerum, ut l. si alij. §. rei si.
ff. de vsufru. & quod a rigore verborum non sit recedendum,
patet. ff. de vsufr. leg. l. si alij. aliàs sequeretur, quod si esset le-
gatus vsusfructus vnius fundi, imputaretur in legato alimen-
torum, quod est falsum. Item sequeretur, q legatarius videre-
tur grauatus sibi ipsi: quod etiã caret veritate, quia legata in-
2 telliguntur apposita ad onus hæredis, ut C. ad Treb. l. fi. † Se-
cundo quæritur, vtrum æs alienum diminuat ista legata, & 2
dicendum est, q sic: quia non debetur legatum nisi soluto ęre
alieno, ut C. de leg. l. si vniuersę. ff. de inoffi. testa. l. Papinian. §.
quarta. & ẽ expressum. ff. de iudi. l. fideicõmissum. §. tractatũ.
unde solus hæres tenetur ad soluenda legata actione ex testa-
mento: & non legatarius: quia quasi contractus celebratur
inter legatarium, & hæredem, & non inter legatarios. itẽ quia
bona ære alieno purgata non dicuntur hæreditas, ut ff. de le-
ga. mino. l. non amplius. §. cum bonorum. & per hoc dico, qđ
licèt æs alienum diminuat legata, attamen diminuitur, & di-
minuere debet ipsa in effectu in præiudicium hæredis: cũ hę
res teneãr legatarium, & legatarios indẽnes conseruare aliàs
ad ipsum totaliter damnũ omne spectet, si bona sunt soluẽdo:
& pręsertim si non fecit inuentariũ: vel eius beneficio non
3 habet. † Tertio quęritur, ꝑ cuius manus debeat solui ęs alie-
nũ, verũ per manus hęredis, an per manus vsufructuarij: & di
cendũ est, q per manus hęredis, qui est obligatus: cũ vsusfru-
ctuarius bonorum nõ est obligatus creditoribus, sed vsusfru
ctuarius hæreditatis bene teneretur creditoribus simul cum
hęrede vniuersali, non solus, quia non est onus fructuum, sed
onus totius patrimonij, ut ff. de usufr. lega. l. fi. onus autẽ fru-
ctuum sustinet solus legatarius prædiorum. arg. ff. de impen.
4 in re. dota. fac. l. neq; stipendium. † Vlterius quæritur, si lega-
tum est filiæ, & verba testamenti dicunt occasione dotis con
stituendæ, utrum possit petere legatum statim, an non, ita ta-
men quòd interim habeat alimenta iuxta mensuram legati,
prout videtur dicere lex cum anus. §. fina. de aliment. legat.
nam si possit petere dotem statim, non haberet alimenta: sed
5 ipsum legatum: sed vbi testator dixit, nubenti filiæ. † In
proposito autem dixit, occasione dotis. quæ verba signifi-
cant causam remotam, vt l. si mulier. ff. rerum amotar. Item
causam impulsiuam, uel quandam demonstrationem, & pa-
ternum consilium factum fauore solius filiæ. argu. ff. de con-
di. & dem. l. Titio centum. in prin. non enim testator dixit in
dotem, uel pro dote, & sic nec conditionem, nec finalem cau
sam de futuro sonat, & hoc teneo. unde non ob. in Authen. de
sanctiss. episcopis. §. sed hoc præsenti. & d. l. Titio. §. Titio. &
interdum etiam immature nuptias placet parentibus pro fi-
liorum utilitate, ut ff. quod fal. tuto. autho. l. an etiam in pa-
trem. eodẽ modo non ob. C. de nup. l. sancimus. item non ob.
ff. de

ff. de vsuris. l. in fideicommissi. §. cum pollidius. quia ibi alius
6 fuit electus minister interim.† De legitima, & fructibus legi
timæ non est dubium, quia debet habere sine onere, vt l. quo-
niam nouella. item interim ista dos destinata erit in fructu: &
ex alimẽtis puella melius nubet, qood votis patris congruit,
vt ff. ad Trebel. l. mulier. §. cum proponeretur. & si sponsus nõ
esset aliàs ducturus, nisi lucraretur fructus dotis destinatę: &
hoc casu non augent dotẽ, aliàs sic. ff. sol. mat. l. si ante. & istud
vltimum dictum non facit ad propositum: tamen est verũ, &
notabile. Ego Baldus. Allegationes pro illis de palantia.

*CONSILIVM CCXXXVIII.*

1 *Publicæ functiones velo leuato exiguntur, nec libellus datur.*
2 *Cessor iurium potest agere ad vtilitatem cessionarij.*
3 *Statuta non indigent probatione, nec productione in loco, in quo vigent.*
4 *Debitum præstatur per longissimam prestationem.*
5 *Mandatum potest incipere ab executione.*

In Christi nomine. Ad veritatem eun-
dum est tã de iure,
1 quàm de facto.† & præmittendum est, q non est necessarius
libellus, nec lit. contestatio, quando petũtur publicę functio-
nes, sed proceditur compulsiue leuato velo tam de iure com-
muni, quàm de consuetudine generali, vt est Auth. de mãda.
princ. §. coges. ff. de publi. iud. l. commissa. C. de exactionibus
tributorum. l. 2. & l. missi opinatores. li. 10. & no. per Inno. ex
presse extra de offi. in c. j. & de hoc nunquam fuit dubitatum,
quia si publicani haberent in omni causa offerre libellum, nõ
inuenirentur conductores vectigalium. vnde pro libello ipsi
offerunt capturam, & carcerem, & rerum retentionem, vt ff.
locati. l. pen. §. nauem. & ideo si petitur coactio, recte petitur:
quia expressum est in d. §. coges. Præterea hoc factum est noto
rium. vnde super statuto legis non debet libellus offerri: quia
in notorijs non requiritur ordo iudiciorũ, vt extra de iureiur.
c. ad nostram noueris. & per hoc patet, q impertinens est alle-
gatio de libello, vel quod non sit petita condemnatio, quia in-
cipi potest ab exequutione, & coactione: & licet iudex adeat,
non fit deterior conditio adeuntis, vt not. in l. 2. C. de iur. em-
phy. & per hoc patet, quod allegatio ineptitudinis libelli est
impertinens cum omnibus consequentijs suis, quas ego repu
2 to friuolas omnino.† Ad aliud, quod allegatur, q sindicus cõ
munis non habet mandatum a publicanis, & q res inter alios
acta, etiam respõdetur, q egit nomine communis, & publica-
norum, & publicani habent ratum, vt in l. licet. cum materia
sua. item commune est cessor iurium, & publicani sunt cessio
narij: & certissimum est, q cessor iurium potest agere ad vtili
tatem cessionarij: quia remanserunt apud eum directę ad vti
litatem cessionarij intentandæ, & exequendę. vt ff. de procu. l.
si actor malit. vt C. de noua. l. 3. & plene no. ff. de pac. l. si cum
emptore. nec dicitur res esse inter alios acta: vt ff. de pigno. l.
si superatus. quia vnus est dñs, alter procurator in rem suam,
qui reputantur eadem persona, vt l. 1. in fi. ff. vsufru. quemad.
3 caueatur.† Ad aliud, quod dicitur, q non est productum sta-
tutum, respondetur, q immo & originale. Præterea statuta in
loco, in quo vigent, sunt notoria: nec indigent productione:
sicut non oportet producere codicem, vel digestum vetus, vt
C. de legit. l. leges sanctissimæ. & in Auth. vt factæ nouæ con-
stitu. post prin. & in Auth. vt cum de appel. cog. in prin. & ple
no no. in proę. clemen. Item de iure scripto non fit positio: er
go nec est necessaria probatio. no. ff. de aur. & arg. le. l. ornamẽ
4 torum.† Ad aliud, quod dicitur, & quod non est probatum,
respondeo, immo est probatum de iure exigendum, & effectũ
consequendum per pręstationem longissimam, per quam pro
batur debitum per conditionem ex consuetudine, vel per offi
cium iudicis ex cõsuetudine præscripta, vt ff. de vsuris. l. cum
de in rem verso. & ibi no. hoc tenet omnes Moder. ff. de publ.
l. si publicanis. nam si territorium istam iurisditionẽ præscri-
bit, vt C. de agri. & cẽsi. l. domini prædiorum. li. 11. & huius-
modi redditus inter mobilia computãtur. C. de sac. san. eccl.
l. iubemus. & pro ipsis competit etiam possessorium iudiciũ,
vt extra de elec. c. querelam. Præterea ad literas dñi nõ est de-

re, rursum etiam palliatum, vel coloratum. vnde ius clientulo
rum nostrorum de palantia certum est: quia consonat rescri-
pto, vt ff. de pecu. leg. l. si peculium. §. sicut. in fi. §. & ista est ip
sa veritas. Ad aliud, quod dicitur, quia petitur exequutio ex
5 sententia nulla, nec fuerunt partes citatę.† respondetur, q ista
non est proprie sentẽtia: sed quoddam mandatum, in quo po-
test incipi ab executione, vt not. ff. de no. ope. nun. l. de pupil-
lo. §. meminisse. Item mandata, quæ sunt iustificata in seipsis
per apertam naturam nogocij, non indigent alia probatione,
nec causæ cognitione secundum Inno. Ego Baldus.
Idem consilium continet idem, quod cõtinet consilium 237.
licet per diuersa verba, & diuersas allegationes.

*CONSILIVM CCXXXIX.*

1 *Copula, &, quandoque ponitur inter genus, & speciem: quandoque inter duo genera: quandocunque inter duas species: quandoque inter duo significata: quãdoque inter fundum, & vsumfructum: quandoque inter substantiam, & qualitatem: quãdoque inter prædicatum, & subiectum: & in istis casibus quid operatur.*
2 *Differentia inter vsumfructum, & alimenta.*
3 *Legatarius vniuersalis vsusfructus tenetur cum hærede cõferre ad legatum alimentorum alteri relictorum.*

In Christi nomine. Testator ita dixit,
hærede extraneo in
stituto, qui liberos non habebat, nisi quandam filiam nuptã,
quam iussit esse dote contẽtam, & fecerat refutationem patri,
relinquo beatrici sorori meę, vel vxori meę vsumfructum om
nium bonorum meorum, & alimẽta dictorum bonorum, vel
in dictis bonis, modo dicta vxor petit integrum vsumfructũ:
& insuper tãto plus ab hærede de bursa hæredis, vel proprie-
tatum hæreditatis, q inde habeat alimẽta: ex aduerso dicitur,
q alimenta tanquam minus corpus dñt euelli de maiori cor-
pore. s. totius vsusfructus, & confunduntur in ipso: ita q si ha
bet integrum vsumfructum, qui sufficit ad alimenta, non pos
1 sit petere seorsum alimenta.† Quæritur, quid iuris: & ad eui
dentiam præmittendum est, q interdum copula, &, ponitur
inter genus, & speciem: interdum ponitur inter duo genera:
interdum ponitur inter duas species. interdum ponitur inter
duo significata, quę possunt euelli de eodem corpore. interdũ
ponitur inter fundum, & vsumfructum: interdum ponitur
inter substantiam, & qualitatem. primo casu copula ponitur
inter prædicatum, & subiectum, de quo remitto ad Cy. C. de
leg. l. cum quæstio. & ad Bar. ff. de verb. obl. l. doli clausula. &
ad Dy. in c. generi. & iste non est casus noster, nam hic non est
genus, & species, quod patet ex diffinitione, nam nomen vsus-
fructus non ponitur in diffinitione alimentorum: genus autẽ
ponitur in diffinitione cuiuslibet speciei, & quælibet species
repræsentatur in genere suo, vt l. 1. ff. si cer. pe. sed magis posset
dici, q ista duo legata haberent se vt excedentia, & excessa. nã
interdum vsusfructus est latior alimẽtis: vt in magnis faculta
tibus interdum minus continẽs: vt in paruis. secundus, & ter
tius casus princip. est clarus: quia copula habet ampliare lega
tum: non dico duplicare, quia duplicatio esset, qñ idem per
idem, vt ff. de fun. instr. l. si cui. & l. seyæ. §. Caio. ff. de lega. 3. l.
hoc legatum. & l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 2. l. sed ex duo-
bus. Quarto casu qñ ponitur inter duo corpora, vel voces vni
uersales, quorum vnum est aptum natum euelli de corpore al
terius, & etiam non euelli, tunc quæstio est multum dubia,
quid testator senserit: & si de sensu testatoris probatum fuerit
iudici, statur declarationi testium, vt C. de fideicom. l. volun-
tas. si autem nihil est probatum extrinsecus, ita q non habe-
mus iudicare, nisi secundum verba, statur naturæ verborum:
& quia natura copulę est ampliatiua, & etiam quia in testamẽ
tis fit latior interpretatio, dico, q vtrunque debetur de rigore
verborum: nec vnum confunditur in altero per modum con
fusionis. sicut si testator diceret, lego Petro centũ, & quinqua
ginta, vel medietatem, & quartam talis rei: ita q copula sit ex
pressa, ut plene iste articulus examinatur in d. l. cum quæstio.
Modo sic est in casu nostro: quia alimenta possunt intelligi de
corpore vsusfructus: & possunt intelligi de p se. & q sint duo 2
legata,

2 legata, patet, quia vnum potest amplecti, aliud repudiari. † Itē quia vsusfructus finitur rei mutatione, alimenta non. Item in vsufructu simplici habet locum ius accrescendi, sed nō in alimentis, vt ff. de vsufructu. l. dominus. Item in vsufructu debet præstari cautio de vtendo &c. in alimētis non. Item in vsufructu consti. capi. vsufructuarius de manu sita, sed alimenta de manu hęredis, vt ff. de vsufru. l. si quis ita. & l. solent. ff. de adi.
3 lega. hic tñ est considerandum, † q̀ legatarius vniuersalis vsusfructus tenetur conferre cum hærede ad legatum alimentorū relictorum alteri, vt ff. de vsufru c. lega. l. fi. licet alij dicant, q̀ immo tenetur in totum, quia alimenta ex fructibus pręstanda sunt, vt ff. ad Treb. l. Imperator. in fin. sed probabilior opi. est q̀ etiam hæres conferat: & si hoc est in diuersis personis legatariorum, idem in eadem persona dicendum est, ar. ff. si cert. pe. l. singularia. videlicet vt alimentarius pro parte dimidia accipiat a seipso de suo vsufructu: & pro alia dimidia ab hærede ad similitudinem duorum reorum, vt ff. ad Treb. l. nonnūquam. & ar. ff. de duo. reis. l. reos. §. cum tabulis. ista enim obligatio alimentorum vt hæreditaria: & ideo inter successores vniuersales. s. hæredem, & legatarium vniuersalem diuidēda. arg. ff. de act. & obli. l. hæreditariarum. Porro si ex primo matrimonio essent liberi, vel etiam ex secūdo, fauore liberorum verbum, vsusfructus, poneretur improprie, vt plene nota. C. si secundo nup. mu. autem. ibi posita. ergo si non sunt liberi, ponitur verbum, vsusfructus, proprie: & verbum, alimentorum, proprie: & non euellitur vnum de corpore alterius per viam resecationis, sed per viam soluēdi debet participare vsufructuarius generalis omnium bonorū in onera soluendi hoc onus simul cum hærede. nisi dicamus, quod solus hæres tenetur ad soluenda legata actione ex testamēto, & non legatarius quia quasi contractus celebratur inter legatarium, & hæredē, non inter legatarios. Item quia bona ære alieno purgata non dicuntur hereditas, vt ff. de leg. 1. l. non amplius. §. cum bonorum. Alij dicunt, q̀ ibi nō omnia bona, sed pars, vt ff. de le. 2. l. si quis seruum. §. fi. Finaliter istud dubium stat in d. l. vlt. de vsufr. le. Et mihi videtur finaliter, q̀ testor non grauauerit vsufructuarium sibijpsi in aliquo: vnde nec per cōfusionem liberatur hæres, quia solus, & non pro parte. & sic non ob. ff. de le. 2. l. miles. §. pro parte. quia non sumus in casu illius legis, sed potius in ratione. l. legatum. §. hæredi. ff. de leg. j. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCXL.

1 *Donatio facta in carcere, & postea ratificata an valeat.*
2 *Arbitratores debent sequi veritatem notam qualitercunque.*

In Christi nomine. Donatio facta per Antonium Francisco fuit facta tempore, quo dictus Anto. erat detentus in carcere: & fuit facta benemeritorum: & ratificata post relationē
1 a carcere: & fuit dicta domus possessa per plures annos. † vñ non est dubium, q̀ dicta donatio tenuit, vt ff. quod met. causa. l. metum. §. sed licet. & ff. de dona. l. si pater. C. quod met. l. 2. solum est hoc videndum, vtrum dicta donatio sit probata, vel non: & est probata absque dubio per vnum testem de veritate. s. per Andream, qui attestatur de dicta donatione facta inter præsentes dicto teste præsente. Item est probata confessio, licet in absentia per multos testes. Itē est probata fama: ex quibus omnibus debet credi testibus tanquam vehementer adminiculantibus, vel saltem debet deferri iuramentum ipsi donatario in supplementum probationis: quod verius credo cō siderato, q̀ pretium dictæ domus non est magnū: & q̀ dictus Antonius sit persona fide digna, vt extra de succes. ab intestato. c. cum dilectus. & ff. de iureiuran. l. admonendi. & in c. 1.
2 §. sacramentum. de consuetudine recti feudi. Et † maxime coram arbitratoribus, qui debent sequi veritatem eis qualitercūque notam, vt no. Inn. extra de iureiu. c. quintauallis. & ita de iure potest defendi: & multo magis de equitate naturali istud iuramentum potest peti in quacunque parte litis, ut extra de iureiurando. c. ex literis. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCXLI.

1 *Illa verba, & in casu, in quo dicta hæreditas perueniat in dictum consortium, faciunt conditionem expressam: qua deficiente deficiat legatum, & clausula codicillaris ius erdum nō habet locum.*

In Christi nomine. Casus talis est, uidelicet A. in testamento suo solenni instituit hæredem B. filium naturalem & legitimum, cui filio substituit consortium sancti Bernardini locū pium, & a iure approbatum in casu quo ipse B. decederet sine filijs masculis: in casu, quo dicta hæreditas dicti A. testatoris perueniat in dictum cōsortium, dictus A. legauit titio centū. Modo dicto mortuo apprehensa hæreditate per dictum B. decessit dictus B. institutis hæredibus suis duabus filiabus legitimis & naturalibus, uidelicet I. & N. & non relictis filijs ma-
2 sculis: quæ filiæ hæreditatem dicti B. adiuerunt repudiato fideicommisso per dictum consortium substitutum dicti A. testatoris: qui in suo testamento adiecit istam clausulam, si non ualet, uel ualebit iure testamēti, ualeat iure codicillorum, uel iure cuiuslibet alterius donationis. Modo titius prędictus petit centum a dictis filiabus iure legati: opponitur ei per filias, quod legatum ei non debetur, quod per dictum substitutum repudiatum fuit fideicommissum, & hęreditas ipsi consortio non fuit restituta: & quia legatum relictum est a cōsortio prædicto, & non ab ipsis filiabus. nunc quæritur, uunquid dictū legatum debeatur modo prędicto, an ne? Pręsuppono, q̀ dictū
1 consortium solenniter repudiauerit fideicommissum. † Quæritur ergo de dicto legato centum, utrum debeatur, & dico, q̀ non: quia illa uerba, & in casu, quo dicta hæreditas perueniat in dictum consortium. faciunt conditionem expressam, qua deficiente deficit legatum, ut C. de cad. tol. §. pro secundo. nec remanet apud hæredem cum onere: quia deficit conditio, ut prædixi. Præterea illa clausula, si non ualet iure testamenti. nō hēt hic locū, quia dictum legatū non ualet nec iure testamenti, nec iure codicillorum: cum fuerit appositum ad onus consortij tantum: & defecerit conditio, ut ff. de condi. & demon. l. quæ legata. C. de cad. tol. §. sub conditione. ff. de uerb. sig. l. cedere diem. Decet aliquis, immo hæc conditio tacita, quæ non facit legatum conditionale, ut ff. de leg. 1. l. hæc uerba. Respōdeo, ibi conditio, si hæres erit. apponitur institu: & est conditio necessaria, hic fuit apposita fideicommissaria: & est conditio uoluntaria, quia poterat testator simpliciter legare efficaciter absque illa conditione. diligenter autem uerba testamenti inspiciantur, utrum consonent cum puncto formato. nam ut dicit Scęuola, omnis, qui consulit, secundum ea quę proponūtur, consulit. Ego Baldus. Vide de hoc in consilio 234.

### CONSILIVM CCXLII.

1 *Conductio domus si non appareat ad quid, præsumitur facta ad plenum vsum, & habitationem.*
2 *Stante statuto, q̀ familiares amici domini, qui conduxerunt domos pro eorum habitationibus, non possint expelli a proprijs dominis, an habeat locum in statiunibus, & in specialis conductis per ipsos familiares.*
3 *Parte retenta totum retineri dicitur.*
4 *Verbum, teneant, quid importat.*
5 *Domus quid sit.*
6 *Dictio, pro, quid importet. & nu. 10.*
7 *Vsus quid sit.*
8 *Habitatio quid sit.*
9 *Qui per alium habitat, per seipsum habitat.*
11 *Hæc verba, pro vsu, & habitatione. non requirunt copulam, quia vnum sufficit.*

In Christi nomiē. Quia ueritas stat in uno uerbo, non eundo per
1 multiloquium. † pręmittendum est ad euidentiam, q̀ vbi apparet conductio alicuius domus, nec apparet, ad quid præsumitur facta ad plenum vsum, & habitionem: neq; refert, utrū conductor ibi habitet, uel alij locet: quia sufficit, quod potest habitare, & uti pro libito uoluntatis: neque potest locator habitationem prohibere de iure communi nisi ex certis casibus. sed de iure rescripti magni dñi in nullo casu familiaribus &c.

2 † cum

2 † cum igitur videatur stationem ad habitandum, & vtēdum
conduxisse, & a primordio locationis fundetur omne, quod
prorogatur ex ipso principio, merito cum Michilinus cundu
xerit simpliciter, locator omne ius suum locauit eidem tam
ad habitandum, quàm quocunq; modo. nec enim imposita
est sibi aliqua lex, nisi bene vtendi: non autem qualitas sic, vel
sic vtendum, puta ad artē speciarię, & non ad habitandū: uel
econtrà: quia pensio succedit loco plenæ habitationis, & ple
ni vsus: nec datur pro altero tantum, qui est in possessione cu
3 iuslibet modi vtendi, & habendi: † quia per partem retinetur
totum. ista probantur ad literam. ff. de vsufru. l. item si fundū.
§. fi. ff. de vsuf. de pig. ac. l. solutio. §. vnde si domum. ff. quæ ad
feu. amit. l. si, cui via. Qua propter hic ex facultate ius oritur,
& ius habitandi nascitur, & natum est sic rescriptum domi-
ni, literaliter sine alia interpretatione verificatur. non obst. §.
domum. in eo, quod ibi dicit de meritorijs. quia ibi loquitur,
quando meritorijs per locationem præcedentem non est con
iuncta habitatio: quod apparet, cum dicat ibi, vel stabularia.
prætera ibi loquitur in seruientibus, qui stant ibi ad mercedē,
non in eo, qui conduxit habitationem, vt ff. de iudi. l. hęres ab
sens. §. at si quis. & §. at si quo cōsistat. vbi est expressum, q ibi
potest citari tanquam ad domum habitationis: immo & do-
micilium habet ibi: cum habeat magnam partem fortunarū
suarum. & hæc iudicio meo sunt indubitatā pp multas ratio-
nes assignatas in cōsilio meo. & propter casū in. l. cum seruus.
4 ibi allegatæ. Verba decreti domini nostri principis † dicunt,
qui teneant do nos pro eorum vsu, & habitatione: in quibus
verbis singula sunt ponderanda. primo est ponderandum ver
bū, teneat. & non est dubiū, q ille tenet, qui per aliū tenet ad
vtilitatē, & cōmoditatē suā ppriā: hinc est, quod nomina do-
minum suum in iudicio, vt l. 2. C. vbi in rem actio. Solutio.
5 est ponderandum verbum, domos. † est autem domus edifi-
cium constans ex area, tecto, & parietibus. ff. de vsuca. l. eum,
6 qui edes. † Tertium est dictio, pro, quæ significat animum, &
causam, & animi motum, vt not. ff. de vsufru. leg. l. dominus
7 sticho. † Quartum est verbum, vsu. i. ad vsum qualemcūque:
quia nō refert, qualiter quis vtatur, dūmodo vtat sine iniuria
8 alterius, vt ff. de vsufructu. l. hactenus. §. fi. † Quintū est, & ha
bitatione est aūt habitatio intum receptaculum, & requies ha
bitantis, vbi facit locū, tenet lectū, cōcedit, & bibit, qn sibi pla
cet. nā habitatio in facultate, nō in necessitate consistit. vt l. ha
bitationū. de peric. & cōmo. rei ven. & qui habitare facit per
alium pro se, & ad suam vtilitatem, ipse habitat. alioquin etiā
in vna domo non habitaret quis, nisi quatenus tenet pedes, &
corpus, quod est tuliculum. & dominus noster non habitaret
& castrum, nisi quatenus ipse dormit in vna camera: quod est
fatuum dicere: & si dicatur in continentibus ędificijs verum
est, q habitat per alium, Ego dico idem in non continētibus:
quia familia sua pars sui corporis est. nobiles habēt plures ha-
bitationes non continentes se in vno conclaui: sed vnam in ci
uitate, aliam in villa. ff. de acquirē. pos. l. 4. §. saltus. & sufficit,
q habitent aptitudine, & facultate potentię: nam id, quod est
in aptitudine, representat actum, vt ff. de dolo. l. cum quis.
9 † Quia ergo qui per alium habitat, per seipsum habitat: sicut
qui per alium possidet. vt ff. de præcario. l. certe. §. procur. ita
10 in pposito. † Prætera ista dictio, pro significat potentiam, vn
de qui conducit domum ad possidendum habitare, dicitur
conduxisse pro habitando. sed Michilinus cōduxit domum,
in qua conductione continet posse habitare, ergo habitatio
includitur. Aduersarij faciunt pondus in dicto Bart. quod nō
meretur citari: quia loquitur in statione, in qua non est habi-
tatio. nihil enim prohibet esse stationem sine habitatione, &
econuerso, nec non simul coniunctam esse stationem, & habi
tationem: sicut nihil prohibet habitare, & texere, vt ff. de
oper. liber. l. duorum libertus. Apparet igitur, quod potest ea-
dem domus habitationi, & arti spectare, & deseruire. nec di-
citur solum meritorium, immo dicitur meritorum, & habi-
tatio, hoc enim manifestum est, quod non debet in controuer
11 sia poni, quod oculis patet. † Item illa verba, pro eorum vsu,
& habitatione. non requirunt copulam: quia alterum suffi-
cit, vt insti. de leg. §. si quis ancillas. & maxime quia vnū inest
alteri, vt C. de vsufructu. l. cum antiquitas. Cętera suppleat in-
tellectus, qui videtur acutissimus, & discretus. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCXLIII.

1 *Bannitus ex crimine lesæ maiestatis fecit testamentū, & pen-
dente condemnatione mortuus est. Demum facta pace inter
dominos guerra, propter quam fuerat bannitus, omnes condē-
nationes per antea facta fuerunt remissæ, & cassæ: quæritur,
an testamentum reconualescat. & nu. 2.*

3 *Faciens testamentum debeat esse certus de suo statu, qualiter
intelligatur.*

4 *In crimine criminaliter intentato non potest condemnari hæ-
res defuncti.*

5 *Testamentum factum tempore intestabilitatis an reconuale-
scat testabilitate superueniente. & nu. 2.*

In Christi nomine. Quidam nobilis no-
mine Antonius de
Placentia fuit condemnatus de crimine lęsę maiestatis per po
testatem dictæ terræ, eo quod rebellauerat quoddam castrum
contra excelsum dominum d. Galeam. qua condemnatione
durante decessit condito testamento: post eius vero mortem
fuit facta pax, & remissa bona, & condemnationes eorum, vi-
delicet, qui nominarentur debere venire in dicta pace. Hic
1 † primum quæritur, vtrū dictum testm̄ valuerit? & in hoc di-
cendū est, q non valuit: quia condemnatus fuit crimine per-
duellionis. nam si potest condemnari memoria defuncti, mul
tofortius potest condemnari absens. & istud est expressum in
extrauaganti Henrici. & patet insti. de hæredi. ab intestato. §.
2 per contrarium. & ff. de acu. l. ex iudiciorum. † Sed dubita-
tur, vtrum dictum testamentum conualuerit per restitutionē
bonorum, & memorię factam post mortem. & dicendum est,
q sic, quemadmodum memoria potest damnari post mortē,
ita econtrario, & fortius, quia fauorabilius potest restitui post
mortem: quia contrariorum eadem est disciplina, vt l. & si cō
tra. ff. de vul. substi. sed hic oriuntur duo dubia: vnum ratio-
ne bonorum, quia iste condemnatus nulla bona in ciuitate re
liquit, vnde hæredem habere non potest, vt no. dicit tex. ff. de
vul. substi. l. lex Cornelia. Sed ad hoc respondetur, quia per fi
ctionē restitutionis pacis reintegram. omnia a principio iste
fingitur bona in ciuitate dimisisse, vt ff. de inio. testa. l. si quis
filio. §. pen. & ita vidi obseruare in Ciuitate Perusij tempore
3 guerræ inter ecclesiam, & Perusinos. † Secūdum dubium est,
quia ille, qui facit testm̄, debet esse certus de suo statu. sed ad
hoc respōdetur, quia illa regula fallit hic pp virtutem restitu-
tionis in integrum. potest & moueri tertiū dubium: quia iste
mortuus non fuit nominatus, nec acceptatus inter cæteros:
ergo non includitur in beneficio pacis, quia nec in forma ver
borum, qua forma cessante nemo post mortem recuperat bo-
na: sicut nec Lazarus, vt ff. de capti. l. non vt a patre. & l. qui li
bertinus. §. posthumus. ff. de ope. liber. nisi dicamus, q ista re-
strictio nominandi non cadit in mortuis: quia esset pro non
scripta, vt C. de caduc. tol. l. 1. in princ. & ff. de iure cod. l. qui-
dam referr. & ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. §. Lucius. nec vitiatur
vtile per inutile, quia non est oppositum animo vitiandi. ff. de
4 hære. insti. l. si mihi meuia. † Sequitur alius casus, quia eadem
guerra durante dictus Antonius consilio suo fecit, q quidam
alij acceperunt quoddam aliud castrum cuidā Bartholomeo
adhærenti dicti magnifici: & inde fuerunt postea condemna-
ti in 10. milibus flore. quilibet in solidum: quæ tn̄ condemna
tio fuit facta post mortem dicti Antonij, cuius condemnatio-
nis exequutio petitur contra possessores bonorum dicti Anto
nij, uidelicet contra quendam Bernardum, qui possidet certa
bona sibi relicta. quæritur, quid iuris? Respondeo, dicta con-
demnatio nulla fuit ipso iure: & ideo non meretur exequutio
nem, ut ff. de re iudic. l. 4. §. condemnatum. & ff. de iudic. l. de
qua re. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. si decesserit. ff. quę sententia sine
ap. rescin. l. Paulus. Item quia ex crimine criminaliter intenta
to non potest condemnari hęres defuncti, ut C. si reus, uel ac-
cu. mor. fue. l. defunctis. & ff. de pœnis. l. si pœnæ. & ibi poni-
tur ratio in textu. & C. si pend. appel. mors interuenerit. l. 4.
non obstat. C. si ex delictis defunctorum. l. 1. quia ibi ex crimi
ne ciuiliter agebatur principaliter, & secundario, hic crimi-
naliter,

5 naliter.† Sed uidetur, q; immo testamentum factum tempore
intestabilitatis nõ conualescat testabilitate superueniẽte, quia
ipsum testamentum in ciuitate non sumpsit exordium, nec
fuit factum a ciue Romano, vt ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. ver. hæc vti
que. nec potest operari fictio, vbi subiectum fictionis. i. perso-
na extinctum est, vt ff. ad l. aquil. l. huic scripturæ. & subtiliter
no. per Pe. & Cy. in l. fi. C. de senten. pas. nam fictiones non pos
sunt trahi ad impossibilia de iure, vt no. ff. de leg. 1. l. talis scri
ptura. Sed ad hęc respondetur, q; speciale est in ista conuentio
ne legitima, quæ fit propter pacem: nam quicquid paciscen-
tibus placet inter se, legis habet vigorem, vt ff. de pac. l. legi-
tima. & hoc sumptum est ex iure gentium, scilicet quantum
ad abilitatem, quæ per fictionẽ pacis retrotrahitur, non ad ini-
tium. i. ad præambulam horam guerræ, tam Papa, quam di-
ctus illustris se retulerit, vt l. quid ergo. in princ. ff. de his, qui
notantur infamia. vbi. n. Papa autoritatem interponit, ibi om
nis potestatis interuenit plenitudo. Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIUM CCXLIIII.

1 *Notarius, qui commisit falsum non dolose, absoluendus est. & numero. 4.*
2 *Parlatorium vbi dicatur.*
3 *Aliud est tractatus, & aliud conclusio.*
4 *Fictio excusat a pœna falsi.*

1 In Christi nomine. † dubitatur de quo
notario iuuene
parum practico in arte, qui vocatus, vt conficeret instrumen-
tum sindicatus, dixit actum in loco parlatorij, cum moniales
essent congregatæ in alio loco, quam parlatorij vsitati: intra
2 tñ clausuram monasterij, verũ instrum ad hoc sit falsum. † Et
dicẽdum est, q; non quia ibi est parlatorium, vbi moniales de-
terminant facere parlatorium intra septa mon. etiam in eccle-
sia: vel claustro. non enim sic est ibi locus de substantia, q; nõ
possit eligi alius locus pro parlatorio, vt ff. de iudi. l. si locus
coniuncta. ff. de arbitris. l. si cum dies. §. qui tñ. & de offi. ord.
c. cum episcopus. li. 6. & C. de sen quę sine certa quanti. pro. l.
quamquam. in fin. glo. Dubitatur secundo, & illud est maius
dubium: quia cum essent 7. moniales in tractatu, qui fiebat
de ordinãdo sindico, antequam rogaretur instrũm sindicatus,
tres moniales recesserunt dicentes, nos sumus contentæ de
sindico, quæ faciet abbatissa: & scribas, & notarius scripsit in
testes illas tres moniales, quæ non interfuerunt completioni,
hoc enim facere non potuit, vt C. de te. l. cum antiquitas. §. si
tñ. nunquid iste notarius debeat puniri de falso? Et videtur, q;
sic, quia falsitas non est aliud, nisi mutatio veritatis. Sed iste vi
detur mutasse veritatem: quia licet illæ tres moniales fuerint
3 pręsentes tractatui, non tñ fuerunt præsentes cõpilationi. † nã
aliud est tractatus, aliud cõclusio, vt no. in l. elegantet. in prin.
4 ff. de cond. inde. † Solutio, in falso requiritur dolus, vt C. de fal.
l. nec exemplũ. & in qua ętate, qua mẽte aliquid fiat, animad-
uerti cõuenit, vt ff. ad exhibendum. l. pen. C. ad l. Cor. de sica.
l. 1. C. si quis impera. maledixe. l. vnica. cõsideratis igitur om-
nibus cõsiderandis dico id, quod dicit alibi textus: pęna legis
Corneliæ tibi remittetur, in quã te credo magis errore, quàm
malitia incidisse. C. de his, qui sibi scribunt. l. quod adhibi-
tus. pręsertim quia ex illis tribus non augebatur effectus, cum
sindicatus constaret ex abbatissa cum [illegible] ijs tribus moniali-
bus, quæ astiterunt: quia non solum hic maior pars, immo
5 maxima facit capitulum. † Item illæ tres recedentes commi-
serunt v[illegible]ces suas abba[illegible]: vnde fictione iuris intelliguntur
fui[illegible] p[illegible]s[illegible]ntes, qu[illegible] fictio [illegible]ata pœna falsi, vt eleganter
no. [illegible] arr. ff. si cer. pet. l. singularia. ex quibus cõcluditur, q; ab
ac[illegible]usatione, prout [illegible]ndatur in dolo, & a pœna [illegible]si venit to-
taliter absoluendus. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCXLV.

1 *Exercens nomine alieno non potest facere testamentum.*
2 *Stante st[illegible], q; mulier transiẽs ad secunda vota nõ succedat filio, an [illegible]ius poterit eam instituere, saltim in bonis existentibus ext[illegible] te[illegible]ritorium statuentium? [illegible] an verbum, succedat, intelligatur ex testamento, vel tantum ab intestato? & quid si statutum loquitur de matre, quæ sit de territorio statuentium, & mat[illegible] sit a[illegible]. de oriunda, sed ibi nupta. & nu[illegible]*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum
ille, qui exercet pu-
blice fœnus nomine alieno, possit non præstita cautione fa[illegible]re
testm. Et breuiter dicendum est, quod non. Casus est 46. dist.
2 c. nec suo conuiuio. c. quamquam. de vsuris l. b. 6. † Secundo
quæritur, statuto cauente, q; mulier trãsiens ad secunda vota
non possit succedere filio vllo modo, vel ingenio, an fi[illegible]u[illegible] pos
sit eam hæredem instituere præsupposito, q; nõ esset vsurari[illegible]
manifestus. Et videtur, q; sic, vt in Aut. de nup. §. di[illegible]ponat. [illegible]
trarium est verum: quia verba statuti sunt præcisa, & d[illegible]
ctionem non recipiunt, vt l. in fraudem. ff. de mili. test. [illegible]n.
est statutum non solum fauore filij, qui fecit testm̃, sed etiam
3 fauore aliorum filiorum, vt C. de testa. ordi. l. fi. † Tertio q[illegible]
tur, quia statutum loquitur de matre, quæ sit de terra [illegible].
Modo mulier non erat oriunda de masia, licet esset [illegible] nu-
pta, ergo non comprehenditur in statuto, itaque poterit succe
dere filio ab intestato simul cum fratribus in virilem por[illegible]io-
nem, vt in Auth. defuncto. & in §. 1. in Auth. de hære. ab inte-
sta. In contrarium videtur, quia statutum non solum ponde-
rat originẽ, sed stare, & habitare: sed ipsa stabat, & hab[illegible]bat
in terra masij, & ibi nupsit secũdo viro, ergo no potuit in[illegible]ui
in bonis, & terris masij: sed in bonis existentibus in Ast[illegible]n
alio territorio, qñ potuit institui. licet de hoc sint opiniones,
tamẽ cõiter ista practicatur, & seruatur opinio Ia[illegible]. de R[illegible].
quam ponit Cy. in l. cunctos populos. de summa Trinitate. &
sic accidit casus contra regulam, q; quis decedit pro parte te-
status, & pro parte intestatus. nam sicut miles potest hoc [illegible]ce
re, ita leges, & statuta. Concluditur ergo, ex te[illegible]tamento di[illegible]a
mulier non succedit in aliquo, quia ma[illegible]itus fuit publicus [illegible]u
rarius: sed ab intestato succedit in virilem partem omniũ bo-
norum. excep. bonis de masio, in quibus non succedit in [illegible]-
quo propter statutum dictæ terræ. & est conclusio secund[illegible]m
vnam opi. satis æquam considerato eo, q; dictum testm fuit
factum in terra masij. Non obstat aliud statutum de testamen
tis, & vltimis voluntatibus executioni mandãdis: quia loqui-
tur de factis a legitimo testatore, sed non testatur legit[illegible]i
testatur in personam non capacem, vt est hic. iste passus [illegible]tus
est dubius: quia statutum prohibens non facit mentionem
de testamento, tamen quod dixi, credo verius, argu. l. 1. C. de
secundis nup. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCXLVI.

1 *Monialis an possit cedere habitationem paternam fratri suo.*
2 *Statutum an possit disponere contra ingredietes monasterium.*
3 *Intestatus an dicatur, qui facit testamentum nullum.*

1 In Christi nomine. † Monialis cum au-
toritate abbatissæ,
& conuentus cessit fratri suo omnia bona, & iura, quæ h[illegible]
bat in hæreditate paterna, uel materna: quęritur, an ualeat [illegible]
sio? Respondeo, bona immobilia non possunt alienari sine [illegible]e
creto superioris: ut in c. monasteriorum. de reb. eccle. nõ alie.
licet si hæreditatem non adijsset, posset eam cum autori[illegible]to
prædictorum repudiare: sicut adultus cum autoritate [illegible]
toris, ut C. de iure delib. l. potuit. ad prædicta facit, quod no.
2 do. Dy. in l. potuit. de auto. tuto. & ita consuluit Bar. † Secu[illegible]
do quæritur, nunquid statutum possit disponere cõtra in[illegible]re-
dientes monasteria priuando, uel mutando earum succe[illegible]io-
nem? dicendum est, q; non, quia tale statutum est contra [illegible]ber
tatem religionis. vt in Auth. de san epi. §. sed hoc præsenti. nã
quæ spiritu dei aguntur, non sunt sub lege mundana, ut di-
cit apostolus. Alij dicunt, quod aut statutum loquitur de in-
gressura, aut de ingrediente, aut de ingressa. primo, & secũdo
casu habet locum statutũ, quia loq[illegible]itur inter subiectos. ter
tio casu non. ego dico, q; etiam in primo, & secundo casu non
valet, quia statutum illud non reprobatur tunc ratione perso
narum, sed ratione finalis causę, quæ reputatur turpis, & im-
possibilis: & tendit contra salutem animarum, & hæc est veri
3 tas. † Tertio quæritur, si frater, vel filius repudiauit hæredita-

tem

tem prædictam, verum accrescat moniali. Et dicendum est, q
sic. & hoc est clarum de iure communi, vt C. de ca. tol. §. his
ita. nec ob. statutum, quia dixit non ualere fauore religionis.
4 †Quarto dubitatur, quia pater substituit masculis fœminas
in medietate bonorum, si masculi decederent sine filijs inte-
stati, substituit sorores decedentium pro medietate, decessit ul-
timus condito testamento, tamen nullo, quia erat usurarius
manifestus. quæritur, quid iuris? Respondeo, ista substitutio
requirit duo copulatiue, scilicet sine liberis, & intestatus, ut
C. de insti. & substi. l. generaliter. quę ambo sunt uera: & ideo
habet locum substitutio: quia statutum uult, quòd in hoc ca-
su ualeat testamentum. Ego Baldus. Ad illud idem, quod
est in consilio præcedenti proxime.

## CONSILIVM CCXLVII.

In Christi nomine. Pręmissu statuto, in quo disponit, q si
qua persona ingressa fuerit aliquam domum regularem, & de
cętero ingrederetur, uel aliter se deo dedicaret, uel deo dedi-
cata esset, & fecerit professionem, nihil ipsa, nec domus, quã
ingrederetur, uel ingresse esset, petere possit a parentibus, uel
fratribus, vel sororibus, vel agnatis suis vltra data, vel promis
sa sibi pro receptione de ea facta, & quod ei per potestatem cu
manum, nec per eius iudices, nec per consules cumanos iusti-
tiæ, reddatur ius, nec audiãtur contra prædicta: & si certa quã
titas non esset promissa, vel data specialiter, q non possit habe
re de hęreditate, & bonis paternis vltra lib. 200. tertiolorum:
& si vltra prædictam hæreditatem vel possideret, & teneret, q
hęredes, vel consortes masculi possint sine autoritate sine ban
no aliquo, vel pœna criminis ingredi possessionem, & tenere
prædicta. modo accidit casus, q quædam dña Philippina Mo-
nialis cessit fratri suo cum consenso Monialium, & ministri,
sine tñ autoritate diœcesani. quæritur, an valeat, quia non ap-
paret vtiliter contractum ipso monasterio: eo quia pecunia
tota remissa fuit per moniales, & ministrum ipsi dñæ Philip-
pinæ. Secundo quæritur, nunquid dicta tu cessio effectualiter
fieri potuerit obstante statuto pro parte conuenienti vigẽte in
Ciuitate cuman. & specialiter statutum disponẽs super ingre
dientibus monasterium, & deo inde dicantibus, præsupposi-
to q istud statutum non sit contra libertatem ecclesiasticam,
& etiam q dictum statutum nũquam fuit practicatum, quia
non extitit casus. Tertio quæritur, q dicta monialis in hæredi
tate matris suæ habebat cohęredem fratrem suum, qui deces-
sit relicto sibi superstite patre, suo qui pater renunciauit hęre
ditati sibi delatæ per filium dicta domina Philippina iam exi
stente ingressa, nunquid dicta portio repudiata per patrem
accreuerit portioni dñę Philippinę? ista puncta cõsistunt prin
cipaliter in duobus, primo in successione: secũdo in iuris ces
sione; quantum ad successionẽ pertinet, certum est, q ista mo
nialis de iure communi succedit, vt C. de epis. & cle. l. deo no
bis. & extra de proba. c. in præsentia. Restat respõdere ad statu
tum, & non disputando, an dictum statutum valeat: quia in
puncto pręsupponitur statutum valere, solummodo conside-
randum est, quid statutum sentiat, & quid importent verba
statuti, & quidem statutum habet duas partes, prima pars est,
quando certa quantitas est data, vel promissa pro receptione
de ea facta: & ipsa pars est generalis. secundo qñ nihil datum,
vel promissum pro receptione, & ista non loquitur nisi in hę-
reditate paterna: vnde in materna stamus iuri communi. suc
cedit ergo matri de iure communi, nam si non succederet, nõ
posset in bonis matris petere ducentas lib. & excluderetur in
totũ: nam statutum non loquitur de petendis ducentis lib. su
per bonis matris, sed super bonis patris. Cum igitur nõ posset
habere auxilium statuti, ergo nec habet grauamẽ statuti: quia
quem non honoro, non onero, vt C. de fideicom. l. ab eo. Item
certum est, q statutum non corrigit legem, nisi in caso expres
se, vt C. de colla. l. illam. in verbo eo quod vlla constitutio &c.
Ad hoc faciunt iura vulgaria: quia quod non corrigitur stare
non prohibetur. Item quia similitudine non procedimr ad le
gum correctionem. Item quia de viro lex loquitur. Item quia
ista monialis est capax tribus temporibus: ergo nec statutum,
nec ius commune obstat ei. Item ista ante ingressum mon. ac-
quisierat hæreditatem maternam, vnde semel hæres nõ potest
desinere esse hæres, vt ff. de mino. l. & si siue. §. sed quid Papi-
nianus. vt ff. hęre. insti. l. ei, qui soluendo. & hoc de primo pun
cto. Venio ad secundum punctum de cessione: & dico, q di-
cta cessio valet, quia iura consistentia in pecunia, & ipsa pecu
nia possunt alienari sine decreto cum autoritate pręlati sicut
minor potest cum autoritate curatori, vt not. ff. ad Treb. l. 1.
§. fuit quæsitum. & l. potest. de auto. tut. per gl. & Dy. secus es-
set in cessione immobilium rerum quia requiritur decretum,
vt C. de prędijs min. l. si ad resoluendam. & not. in l. 1. C. si ad
uer. transac. nam quod in nomine est, tale intelligitur esse, qua
le est in substantia rei debitæ, vt nu. in l. mouentium. ff. de ver.
sig. non obst. testes, qui videntur velle reprobare instrm dicẽ-
tes, q non interuenit numeratio: quia dictum eorum non con
cludit de necessitate. nam ad positionem minoris summæ nõ
excluditur maior, nisi adijciatur dictio taxatiua, vt not. C. de
prob. l. rationes. Item quia inter coniunctas personas non prę
sumitur cessio simulata, vt no. do. Dy. in l. patrẽ. ff. quę in frau.
cred. Item quia pecunia potest solui in sacculo: & dicitur nu-
merata, si partes confitentur, licet tabellio cautius faceret, si
videret actum numerationis, & ipsam pecuniam, vt ff. de vsu
fru. l. sed & siquis stipuletur. alias incipit, adhuc interest. ver. si
vero simul in sacculo. his igitur omnibus atten. & considera.
dico dictam cessionem valuisse, & ex ea agi posse. De iure au
tem accrescendi non est dubitandum, quia portio repudiata
accrescit agnitę etiam de necessitate in hęreditatibus, licet in
legatis accrescat de voluntate, nisi esset annexum, quod por-
tiones redderet inseparabiles, vt nu. ff. de acqui. hære. l. si ser-
uus communis ab extero. & C. de cad. tollen. §. is itaque. cum
§. sequen. & iura sunt vulgaria. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCXLVIII.

1 *Donatio facta a milite & duce mediolani concubine sue an va*
*leat. & adde quod postea consuluit consi. 456. in quinta par.*
*& adde infra consi. 267.*
2 *Contractus celebratus cum eo qui potest legem condere habet*
*vim legis.*
3 *Exceptio Cęsare & liberis regibus nullus habet supremam ori*
*ginem potestatis.*
4 *Leges loquentes de militibus non habent locũ in militibus no*
*stri temporis.*

1 In Christi nomine. †Quæritur, verum donatio facta quon
dam per Magnificum Principem, & dñm. d. Bernabouem
in personam. d. dnę eius concubinæ, & quæcunq; sequuta ob
tentu dictę donationi valuerint, necne? videtur. n. ipso iure nõ
valuisse dicta donatio: quia notorissimum est, q dic. do. Bar-
nabos fuit miles, & quidem illustris, & dicta dña fuit eius cõ
cubina vxore viuente. Item certum est, q miles armatę militię
non potest donare cõcubinę, vt C. de don. inter vi. & vxo. l. 2.
adeo q res donata ipso iure remanet donatori, vt ibi patet. ad
hoc facit. ff. de test. mil. l. miles. §. mulier. vbi dicit, q vbi tur-
pis suspicio cadere potest, talia mulier capere non potest. In cõ
trarium facit, quia dictus Magnificus miles non solum erat
simplex miles, sed etiam erat princeps, & dominus ciuitatis,
& omnia agebat, & faciebat vt dñs saltem in effectu. dicitur
etiam, q erat priuilegiatus in Vicariatu ab Imperatore. Ex qui
2 bus omnibus constare videtur, q poterat legẽ statuere. †Mo-
do arguo sic; contractus celebratus cum eo, qui potest legem
condere, habet vim contractus, & legis: vnde nihil obijci po-
test, vt C. de quadr. pręscrip. l. bene a Zenone. ff. de publi. l. Cę
sar. & est expressum in l. pe. C. de dona. inter vi. & vx. Item di-
cta donatio cum fuerit facta ex certa iuris, & facti, & ex certa
scientia principis, habet vim dispensationis, vt l. quidã cõsule
bat. de re iu. vnde si princeps, qui haberet supremã potestatẽ,
instituetet hæredẽ spuriũ suũ, valeret institutio, quia de iure
positiuo est inductũ, q non valeat. sed ipse princeps est super
3 oẽ ius positiuum. sed ad hoc rñdetur, †q excepto Cęsare, & li
beris regibus vel similibus nullus vr habere supremam origi
nẽ potestatis, vt in l. 2. in princ. §. nouissime. ff. de origi. iur. in
Aut. qui. mo. na. eff. sui. §. si. col. 7. & fortius delinquunt illu-
stres,

ſtres, q̃ alij, vt C. de dato. lib. l. 1. & C. ad orfi. l. ſi qua illuſtris.
4 Sed † certe alia ratione vr, quod donatio valeat, quia ſecundũ cõem opi. leges, quę loquuntur de militibus non habent locũ in militibus noſtri tẽporis, quia non iurant ſe non euitaturos mortẽ pro republica populi Romani. ff. ex quibus cau. maiores. l. pe. Ad hoc facit litera. d. l. 2. de don. inter vi. & vxorẽ. in verbo, milites tñ in eos. vbi loquit de militibus ad ſeruitiũ cęſaris creatis. & alij nõ creant in forma debita ſecundũ ius Romanum, ergo non ſunt milites Romani: & per conſequẽs nec in fauoribus, nec in prohibitionibus continent appellatione militũ. nec obſtat, quod vulgo vocent milites: qa vſus loquẽdi nõ dat priuilegia. mihi videret, ꝙ eſſet bona cautela, ꝙ primo fieret decretũ, ꝙ poſſet donari, ſecundo ſequeret donatio, vel ſi fieret primo donatio, ſecundo ſequeretur confirmatoria donatio per modũ legis. Nos tñ videmus quotidie, ꝙ principes, & dñi faciũt de bonis ſuis illud, quod placet, & quod uoluntas eorũ ſeruaret pro lege de conſuetudine generali, facit. l. j. ff. de conſ. prin. Itẽ & cõſiderato tẽporis curſu, quo res fuerunt poſſeſſę a bonafide poſſeſſoribus, & pro parte a fiſco ſatis uidetur dicendum, ꝙ uxor pro ſua dote retinere poſſit, ut ff. de bo. damn. l. quinq; legibus. extra de pigno. c. ex literis, nec ego audeo, nec auderem ponere os in cęlum ad conſulendum contra potentiam principum, quia multa ex hac opi. poſſent ſequi ualde mala, & periculoſa, & cauenda: quia generarent ualde magnum ſcandalum, ut extra de pręſcrip. c. 2. finaliter concludo donationem ualere propter eximiam Principis poteſtatem, & per conſequens hypothecariam competere uxori, de qua quęritur. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCXLIX.

1 *Nouatio vera, vel ficta de vno creditore in alium creditorem quando fieri dicatur: & ex quibus coniecturis præſumatur ſimulata: & ex quibus vera. & nu. 3.*
2 *Quis præferatur de pluribus creditoribus.*

In Christi nomine. Super libris theſaurarię primo reperiebatur deſcriptus Antonius in mille: deinde fuit illa ſcriptura tranſlata in Bernardum in quingentos: demum dictus Bernardus feſellit: & per biduum, antequam falleret, fecit illam tranſcriptam in ſe de quingentis retranſcribi in dictum Antoniũ. nunc creditores dicti falliti dicunt, quod quantitas illius ſcriptę uenit diuidenda, & cõpartienda inter eos, & hoc ex formã ſtatuti mercatorum decreto domini approbata, quo cauetur, quod qd repertũ fuerit, uel qcquid cõſeq, ac haberi poterit ex bonis alicuius fugitiui, uel quod tenebat, & poſſidebat tpe fugę, uel per ſex menſes ante, cõpartiat ęqualiter inter eius creditores, ſiue ſint creditores, vel eſſe appareãt per chartã publicam, vl condemnationem quantum ad bona fugitiuorum, & inter tales creditores non ſit cauſę, vel temporis priuilegium.
1 † Quęritur, an dicta trãſcripta in parato fugę per duos dies ante dicto Antonio patrocinetur in totum, an vero veniat inter cęteros cõpartienda. & allegatur pro parte creditorũ iſtius falliti, quod debet inter creditores cõpartiri, nã lege cauetur, quod peculiũ, quod inter creditores particulares eſt cõpartiẽdum, continet non ſolũ res corporales peculij, ſed ẽt noĩa debitorum, h. d. tex. expreſſe. ff. de peculio l. q̃ tuberonis. §. in peculio. pręterea ſcriptura theſaurariæ præſumitur vera, & nõ ſimulata. & hoc tã de iure generali oĩm publicarũ ſcripturarũ, vt not. C. plus valere quod agi. l. emptione. Sed ẽt de iure ſpeciali archiui publici, & regiſtri antẽrici, vt C. de non nu. pe. l. in 5ctibus. C. de apocis pu. l. 1. li. 10. C. de inſt. aut. ad hęc. & in corpore vnde ſumitur. Præterea per iſtam tranſlationẽ ſcripturę facta eſt delegatiua nouatio, per quam theſauraria liberata eſt ab A. & obligata Bernardo, vt ff. de nouat. l. 1. immo plus, quia Antonio videtur fuiſſe ſol. vt ff. man. l. inter cauſas. §. abelle. & ff. ad velleya. l. quamuis. §. interdum. & ff. de noua. l. delegare. ff. de dona. l. vt tuihi donarem. & obligatio ſemel per ſolutionem extincta nũquam reſurgit, vt ff de ſolu. l. Qui res. §. aream. Præterea iſta retranſlatio de Bernardo in Antonium eſt contractus nouus, qui non debet præiudicare alijs creditoribus, arg. ff. de pac. l. ſi. & C. loca. l. ſi cum hermes. vnde initium poſtremæ conuẽtionis inſpici debet. nam nouum pactum nouum facit eſſe 5ctum. vnde Antonius non primus, ſed tertius reperitur, vt ff. qui po. in pig. haben. l. creditor. §. ſi primus & §. ſi tecum. Pręterea niſi eſſet facta retranſlatio trãſlationis ſcripturę, proculdubio cęteri creditores ius haberẽt, quia vt dixi, non eſt recedẽdum a theſaurali ſcriptura, ad quã recurritur tanquam ad ſpeculum, & tanquam ad fontem veritatis, vt l. 1. C. de exactoribus tributorum. vt in Auth. de mã. principium. §. publicorũ. col. 3. Igitur his, & alijs rationibus videtur dici poſſe talem retranſlationẽ non tenere in præiudicium aliorum creditorum, vt ff. de tutelur. l. nam poſtea. §. ſed & ſi quis in frau. credi. Item ex modico interuallo fugæ videtur fraus præcogitata: quia quod incontinenti fit, videtur ineſſe, ar. ff. de priuil. credi. l. ſi uentri. §. fi. & plene no. per Bart. ff. de dona. l. poſt contractum. Præterea non præſumitur color quęſitus in ſcribendo, niſi probetur ex perſpicuis indicijs, vt ff. ad velle. l. vir vxori. nec aliud videtur actum, quam ſcriptum, vt ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſores magiſtratuũ. §. pro Aurelio. C. de proba. l. cum præcibus. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. quod ferrè. & §. pactorum quædam. iſta ſunt, quæ poſſunt allegari pro cetu, & vniuerſitate creditorũ. Aequitas etiã naturalis vr hoc perſuadere, quia iſti poſſent prælato die mẽtiri, vt C. de falſis. l. ſi creditor colludẽs. ff. ad vell. l. ſi ia. ff. de ede. l. 1. §. editiones. C. qui poto. in pign. habe. l. ſcripturas. quia iſti falliti faciles ſunt ad mentiendum, & maxime quia poſſint colludere: quod eſt abſurdum. nam cũ non poſſint huic rei teſtificari ſolenniter in iudicio, ergo multofortius in cõtractu. alioquin ipſi poſſent conuenire de quota, & certe non debet dari materia delinquendi. Item quia ſunt infames, & infamoſi, qui more antiquiſſimę legis deberent tradi creditoribus laniandi, vt no. l. 1. C. qui bo. ce. poſ. adeo quod propter dolum ſuum non videntur ceſſionis beneficiũ habere, quod eſt ſubſidium miſeriorũ, ſed non pręſidiũ gloſarũ, vt l. fi. §. fin. ff. quæ in frau. cre. & ar. in l. pe. ff. de iu. do. Item quia ſtatu mutato ẽt bonam fidẽ non licet agnoſcere in præiudicium tertij, nedum qñ fides eſt ſuſpecta. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. in verbo, humilis. & deploratus. & ff. man. l. quintus. Item quod verbum iuſtũ ſonat, illud debet haberi pro veritate, & ſine calumnia debet obtinere, vt extra de priuile. c. porro. C. de lib. præte. vel exhęre. l. 3. ff. indi. ſol. l. iudicatum ſolui. Stipulationes enim inſtrumentales perhibẽt teſtimonium veritati, vt ff. de pig. l. 5hitur. Quia ecce quomodo laceramus tam fallito, q̃ iſtum Antonium. Sed econtra ad maiorem lucẽ vertamus intuitũ. Et oſtẽditur intuenter, quod Antonius habeat ius in tota dicta tranſcripta cum cæteris creditoribus non compartiendũ vllo modo. Et hoc oſtenditur pluribus rationibus, & legibus, & etiam naturali iuſtitia, ac æquitate fauentibus. & ad euidentiam pręmitto,
2 † quod interdum aliquid ſimulatur agi, & nihil agitur: & iſte eſt proprie 5ctus ſimulatus, vel chirographũ ſimulatum, tñ hoc non poteſt allegare quis allegando turpitudinẽ ſuam, vt l. ſi creditoribus. C. de ſer. pignori dato manumiſſo. & l. tranſactio. C. de tranſac. interdum ſimulatur vnus 5ctus, & alius celebratur, & tunc non valet 5ctus ſimulatus, ſed valet contractus uerus. Sí tale eſt genus contractus ſimulatus, quod perficiatur conſenſu, ſecus ſi uerbis, quia non interuenerunt verba, uel ſcriptura: quia non interuenit chirographum, ut ff. de uer. obl. l. quicquid aſtringendæ. & C. de fid. inſtru. l. 5ctus. fallit ẽt, qñ re contrahitur obligatio: & res non interuenit, ut C. ſi cer. pe. l. ſi ex pretio. quia ubi eſt defectus ſubſtãnalis formę, uel qualitatis materię, non habet locum illa regula. plus ualere quod agitur, q̃ quod ſimulate concipitur. ſed debet trahi regula hoc modo, nihil ualere quod agitur, quia ſimulate concipitur. Inter dum nulla eſt ſimulatio reſpectu obligationis: ſed circa perſonam ſtipulantis, ſeu chirographantis: & hoc poteſt eſſe pluribꝰ modis. primo modo quia ab initio quis non uult nominari in ſtipulatione, uel chirographo: ſed facit ſtipulationem, uel chirographum cantare in perſonam amici. ſæpiſſime enim hoc fit etiam bona fide ceſſante dolo, uel fraude. ff. de hære. inſti. l. quidam cum filium. & eſt expreſſum. C. de contrahen. & commit. ſtip. l. optimam, aliqñ tamen fit cum fraude, qñ uidelicet fit fraus legi: ut C. de ſecũdis nup. l. hac edictali. uel creditoribus, q prius contraxerãt, etiam

etiam sub conditione, quos glo. appellat creditores futuros, vt not. C. de donat. ante nup. aut. Sed iam necesse. vel quando confringitur aliquid contra mandata legum, vt ff. de legibus. l. fraus. C. de naturalibus liberis. l. 1. ff. de autoritate tuto. l. pupillus. §. per interpositam. l. 1. ff. de aqua plu. arcen. l. emptor. interdum ex postfacto nomen alterius inserimr cõtractui, vel chirographo: & hoc potest esse pluribus modis. primo modo quod adijcitur solutioni, & iste adiectus obtinet vicem procuratorum: & inter adijcientem, & eum oritur actio mandati, vt ff. de ver. obl. l. Iulianus. §. qui fundum. quo casu iste procurator tenetur, si dominus vult retransferre iura in dominũ, vel in quẽcunq; vult dominus. hoc dicit lex illa notabilis. ff. mandati. l. idem quæ. §. si cui. Interdum tertia persona adijcitur ad stipulandum, vel chirographandum, & tunc aut stipulatur inutiliter, & idem, quod habet vim simplicis mandati. h. d. lex illa vnica in iure. ff. de sol. l. cum si Cornelius. Interdũ transfertur in eum obligatio, vel chirographum vtiliter, & efficaciter, Et hoc tripliciter. Nam interdum fit, vt succedat in eum ius obligationis: & solus interueniat in debito, vel credito, & tunc fit nouatio: vt ff. de nouatio. l. aliam. interdum vt adijciatur in debito, vel credito: & non fit nouatio, vnde primus creditor adhuc durat creditor, donec soluatur alteri eorum: interdum dubitatur, & in dubio non fit nouatio: sed aggregatio. vnde licet tu quod mihi debes, facias promitti per campsorẽ, non statim liberatus es a me: sed secuta satisfactione, vt no. Bar. licèt sub dubio forte. ff. de nouatio. in l. delegare & ff. de solutio. l. si debitor. quando ergo fit nouatio, seu delegatio, & hoc pluribus modis potest fieri. s. apparenter, & existẽter, & tũc obligõ noua est in bonis posterioris creditoris, & nõ creditoris primi: vt ff. de le. 2. l. fi. §. filia. vbi est casus solennis. interdum translatio fit apparenter, sed non existenter, vt qñ hoc agitur inter primum, & posteriorem stipulantem, & tunc eodem modo remanet commodum penès primum creditorem, sicut quando est purus procurator adhibitus. v. g. vxor, quæ timet, ne maritus cogat eam ad testandum, facit transponi obligationem dotis restituendæ in quẽdam amicum ipsius mulieris: nam per hoc non desinit esse dotata, vt legitur, & no. ff. sol. ma. l. 2. §. nec cogitur. si igitur transmutatio chirographi potest fieri secundũ diuersas intentiones, & aliter operatur secundum diuersitatem mentis agentium, vt ff. si cert. pe. l. non oĩs. interdum est dubium, qua mente chirographũ, siue stipulatio transfertur, tunc refert, aut cum secũdus creditor incipit, primus desinit, aut non desinit. si quidem desinit, facta est nouatio inter creditorẽ primum, & debitorẽ. Si vero non desinit, est facta nouatio, vt C. de nouatio. l. fi. Sed tñ eo casu, quo desinit, quęritur, ad quem pertineat finale commodũ ꝯctus, vtrum ad nouum creditorẽ, an ad veterem: ita quod si quid nouus exigat, teneat id restituere. super quo mihi sic vr̃ dicẽdum, quod cum chirographum impletur numeratione, aut non interuenit noua numeratio, & tunc pertinet ad eũ creditorem, quæ primo numerauit, quia ad eum principaliter pertinet res, & fundamentum crediti, nec pręsumitur ius suũ donasse, sed pepigisse, vt plene legit, & notat. ff. sol. ma. l. quæ dotis. si vero interuenit noua numeratio quod nõ est pręsumẽdum: vt extra de fi. instru. c. cũ Iannes heremita. tunc secunda cautio nõ esset secunda: sola, nec esset descendẽs, sed per se. cũ igitur qõ nostra quęrat de obligatione descendẽte ex fonte primę numerationis, & illa transfusa appareat in aliũ, tñ non aĩo donãdi. Ista secũda cautio est affecta, & supposita oneri retrãsferendi chirographi, vel liberãdi, prout potest melius adaptari in ipsum Antoniũ primũ creditorẽ, & in eius bonis est, & semper permansit. Itẽ non posset vniuersitas creditorũ venire ad cõpartiendũ, & diuidendũ, nisi cũ suis vitijs, & oneribus, vt ff. de actio. emp. l. in venditione. ff. de manumis. l. Gayus. Itẽ teneri cedere actionẽ est teneri ad factum, & forte statim tũ non loquitur in actionibus fact. Item est arg. ad hoc ff. de iure do.
3 l. si mulier. §. ex aste. †Vlterius præmittendum est ad euidentiam, quod aut id, quod debetur Bernardo, soluitur Antonio, & Antonio nihil debetur vel non, & tunc creditores Bernardi possunt illud retrahere, qui soli sunt creditores, vt C. de iure delibe. l. fi. §. licentia. Aut reperiuntur omnes esse creditores, & tunc refert. Aut inter eos est ius potioritatis, aut est ius ordinis, aut prætendunt simplicem ęqualitatem: primis duobus casibus qui potior est, antefertur, vt ff. de priuilegijs credito. l. priuile. Ideo dicimr potior alijs, quia sine prælegatione nulla posset potioritas assignari. Tertio vero casu quando simpliciter prætendunt æqualitatem, & constat de æqualitate, tunc aut ille, cui est prius solutum, prætẽdit gratificationem: vel vi, aut dolo extorsit pecuniam, vel debitum: & debet communicari, seu compartiri cum cæteris creditoribus pro rata. aut per iudicẽ legitime est exactum & tũc aut bona erãt prius possessa ex iudicis decreto, & idem, vt ff. de bonis auto. in. possiden. l. cum vnus. quia prætor vult beneficium suum esse omnibus apertum, argu. ff. de contratabu. l. si post mortem. §. fi. aut bona non sunt possessa: quia mercator de plano cõfitetur, & sic præceptum, & tunc iste non tenetur cõicare: quia nihil de alieno percepit: sed solum sibi debitum, vt ff. quæ in frau. credi. l. pupillus. & ibi per Iaco. de Are. & Bar. interdum vniuersitas creditorum prætendit æqualitatem. Sed aliquis est, qui prætendit soliditatem, & potioritatem: & iste est directe casus nostræ quęstionis. nam si quidem omnia sunt paria, pręsumitur æqualitas; Si vero sunt disparia, quia pro eo, qui prætendit soliditatem, sunt indicia vehementia ex vehemẽti præsumptione, & thesaurarius testificatur, qui est testis multum solennis, tunc ex vehementibus adminiculis causa deciditur, ar. extra de suc. ab intest. c. cũ dilectus. si igitur pro Antonio sunt ea, quæ supponuntur in themate, & iudicis motus cõcurrit, sicut cõcurrere dẽt cũ eo, nec est directe ꝯ tenorẽ scripturæ: sed quędam eius interpretatio, & declaratio, iudicãdũ est pro ipso Antonio: quia dictum nomen non est in bonis fugitiuorum, vt ff. de solu. l. fugitiuus. & maxime inter mercatores, inter quos non conuenit de iuris apicibus disputare: sed de mera veritate, & consuetudine mercantiæ, vt ff. mand. l. si fideiussor. §. quędã. sed & illud non omitto, quod si Antonius post istam transcriptam percipit a thesaurario commoda crediti, & non dictus Bernardus, quod dictum transcriptum pręsumitur factum fallaciter, & non realiter: quia Anto. semper fuit in quasi possessione, vt ff. qui. mo. pig. vel hypo. so. l. sicut. §. superua. sunt etiam scrutandi codices rationum diligenter, & per consequens scripturarum: quia antecedens demõstrat consequens, & econuerso, vt ff. de leg. 1. l. si seruus pluriũ. §. fi. & C. de insti. & sub. l. pe. Itẽ vnde sunt huic Bernardo. 10. milia flo. nunquid de venio fiunt? vt C. vbi pupil. educa. debe. l. fin. nec ob. C. si cer. pet. l. vnde originẽ. quia ibi apparebat numeratio, & numerantis possessio, vt C. arbitrium tute. l. si defunc. Et in summa hoc multum pertinet ad discussionem iudicis, & boni viri: siue inspiciamus ius commune, siue municipale. Sanè quid, & quantum, in cuiusq; bonis sit, etiã per domesticos interrogari potest, vt no. in l. 2. C. qñ, & quib. 4. pars deb. lib. 10. Præterea si dictus Bernardus non erat tãtarum facultatum, quod verisimiliter posset fulcire dictam quantitatem, hoc est magnum iudicium, quod non sit de bonis eius: sed Antonij, qui est idoneus, & soluendo: & hoc est notoriũ, vt l. si vero. §. 1. ff. qui satis. cog. & not. in l. facultas C. de iure fisci. lib. 10. Itaq; mihi vr̃ secundum præmissa pro dicto Antonio concludendum. Et pro eo concludo, & teneo recapitulans sub compendio motiua mea. primum motiuũ est veritas principij, & originis. ff. de dona. l. Qui id, quod fl. de sol. l. Tutor. secundum motiuum est: quia primo nominatus in scripturis præsumitur principalis, & principalior, ut ff. de stipul. seruo. l. fi. §. seruus communis. Tertium est, q a principio tituli posterior formatur euentus, vt C. de impo. lucra. descrip. l. 1. li. 10. Quartũ est: quia nouo iure, & nouissimo non fit nouatio, licet quod debetur, uni, transcribatur alteri ad abundantiorẽ cautelam, ut ff. de noua. l. delegare. per Bar. & hodie pręsumit tacite agi, quod non fiat nouatio, sed nouæ cautelę adhibitio, ut C. de nou. l. fi. licet olim esset secus, qa regula iuris antiqui erat, ubi nouitas ibi nouatio, ut ff. de sol. l. si debitor. & insti. qui. mo. toll. obligatio. §. Pręterea. Et ita intelligitur d. Bar. in d. l. si debitor. s. de iure flotũ. Quarta ratio est, qa adhibitus præsumitur adiectus gratia adhibentis, non gratia sua: quod ostenditur obligatio, quæ inter eos uersatur, ut ff. solu. mat. l. quæ dotis. Quinta ratio est, quia non præsumitur adhibens uelle suum iactare, præsertim in grossa summa, ut ff. de proba. l. cum

l. cum de in debito. Sexta ratio est: quia licet chirographum sit factum, tamen rei veritas non est abolita, vt C. de do. l. in rebus. Septima ratio est ipsa naturalis consideratio, quæ vim legis obtinet, vt ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. Et si maxime. nam ex naturalibus indicijs veritas cõprobatur. veritati enim omnia consonant: & nihil ei discrepat verum lumen intuenti, vt ff. de testibus. l. ob carmen. §. si testes. Sed hic omnia adminicula adminiculantur Antonio, & non solum adminiculatiue, sed etiam impressiue, ita quod animo iudicantis non possit persuaderi contrarium: nec posset veri intellectus in oppositam conscientiam. Illud namq; dicitur vehemens adminiculum, vt extra de succes. ab intest. c. fi. Octauo, & conclusiue sequitur, quod effectualis istius negotij semper perseuerauit in bonis Antonij, & tanquam de bonis Antonij illud nomen sit censendum: & a bonis Bernardi sit fienda separatio. Et licet possit dici de scriptura publica, noli me tangere. licet certe nihil obijcitur scripturæ: quia scire scripturam non est verba eius tantum legere, sed vim, ac potestatem tenere, vt ff. de legi. l. scire leges. sicut est vera scriptura Ysopi, & fulgentij, sed non est vera fabula. Ita plerunque vera est scriptura & verum est, quod est asserta causa, tamen enuntiatio causæ alium sensum habet, vt not. ff. de pac. l. iurisgentium. §. quod ferre. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCL.

1 *Consilium malum an ex colloquio datum fuisse præsumatur.*
2 *Consiliũ malum dans an veniat puniendus, si delinquẽs aliàs erat facturus.*
3 *Consulere ad fugam an sit consulere ad maleficium.*
4 *Præstans opem maleficio qua pœna puniatur, & quando dicatur opem præstare.*
5 *Scienter occultans debitorem alienum an faciat se consortem eiusdem periculi.*
6 *Pœna receptatoris rerum fugitiui quæ sit. & nu. 11.*
7 *Factum incontinenti quando dicatur.*
8 *Fugitiuus quis dicatur.*
9 *Pretium codicis rationum quomodo æstimetur.*
10 *Receptator quis dicatur.*
11 *Receptans libros rationum an puniatur aliqua pœna.*
12 *Pœna statuti an tollat pœnam iuris communis.*
13 *Statutum, quod mercatores vsurarij non habeantur pro mercatoribus, quomodo intelligatur.*
14 *Pœna an veniat mitiganda, si quis propter inopiam fefellit.*
15 *Paupertas excusat a periurio.*
16 *Proœmium statuti habetur loco causæ finalis restringentis.*
17 *Ratio. l. quæ fundatur in sola præsumptione, restringit statutũ generale.*

In Christi nomine. In quęstione domini Milani, qui dicitur dedisse consilium vincigueręe de senis in fuga, & fallimento dicti vincinguetrę mercatoris falliti, & fugitiui ciuitatis Mediolani in præiudicium nonullorũ creditorum, ac mercatorum. In primis siquidem videndum est de iure cõi, vtrum iudex ex eo, quod dictus Vincig. erat amicus d. Milani, & habito ante paucos dies cũ ipso Milano colloquio in secreto, statim postea aufugit, & fugam arripuit, portatis postea in domo dicti Milani codicibus rationum, & cum æquis, & famulo dicti Milani præsumatur Milanus ei dedisse consilium fraudulentum ad necem creditorum, quinimmo etiam opem, & auxilium, & an dictus Milanus propterea obligetur, & maxime considerata forma ordinamentorũ mercantiæ Ciuitatis Mediolani, vbi præmissa perpetrata dñr: an vero non teneatur in aliquo: & maxime cum dictus Vinciguerra postea confidẽtia sit reuersus, & voluerit vsq; ad interulam dare, & de residuo componere, si teneretur in aliquo, in quo, & in quantum, in dei nomine consuletur. quid iuris: cum dictus Milanus dicat se nullum cõsilium pręstitisse ad fugam, nec ad aliquod malum, vel damnum creditorum: sed potius ab bonũ, & bono animo: sicut per confessionem dicti Milani apparet. in dei igitur nomine super prædictis, & quolibet prædictorum redditur consilium rationibus fulcitũ, pręsupposito quod dictus Vinciguerra aliàs erat facturus, & obstinatus ad fugã, etiam si sanctus Fran. dedisset ei consilium contrarium: quia nolebat mori in carcere, & agibilius putabat sibi fugere, q̃ mori: licet esse inhonestius, sicut etiam ipso facto reddit intelli-
1 gere. † primo videndum est, vtrum ex colloquio præsumatur
consilium datum ad malum. & videtur, quod sic, quia cuius finis est malus, eius præordinatio præsumatur dolosa, vt C. de adul. l. si qui adulterij. Item finis demonstrat principium, vt C. de inst. & subst. l. reprehendenda. Item ad hoc facit. Bar. de primi. credito. l. si neutri. §. si cuius. verba adsunt, vt infra vide licet. Quidam accusabatur de cõsilio præstito ad homicidiũ: & de homicidio probatur. Item quod ille fuit locutus cum homicida: & ille statim iuit, & occidit, sed nesciebatur, quid dixerit ei. certe ex breuitate spacij præsumitur consilium dedisse Bar. in contrarium videtur: quia non constat de consilio. Porro aliud est consilium, aliud colloquium, at colloquiũ potest esse bonum, & malum, & in dubio præsumitur bonũ, si cum bono viro, vt C. de inge. & manu. l. si auiam. ff. de re mil. l. non omnes. §. a Barbaris. Item nemo præsumitur fraudẽ, vel dolum committere, vt ff. de proba. l. quotiens. §. qui dolo. nisi probetur ex perspicacibus indicijs: & dñr perspicacia quasi perfecte efficacia, vt C. de dolo. l. dolum. Item in dubio præsumitur bonum, & non malum. C. de inoffi. test. l. omnimodo. ff. pro so. l. merito. Item non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse frequenter, & facile, vt C. de proba. l. neque natales. C. vnde legitimi. l. non hoc. nec ob. dictum Bart. quia non debet ita indiscrete intelligi: sed eo casu, qñ proces-
2 serunt causæ, & indicia odij: aliàs diceret falsum. † Secundo
est videndum, an posito, quod constaret de malo, & prauo cõsilio, cum tñ dictus Vinciguerra a certo esset aliàs facturus, dictus Milanus veniat in aliquo puniendus. & vr, q sic quia qñ consilium datur ad maleficium committendum, tenetur ille, qui consuluit sequuto maleficio actione ex eo dolo tanq̃ concurrens in maleficio, vt no. in regula, nullus ex consilio. de re. iu. li. 6. & ibi dñs Dy. tenet, quia indistincte puniatur si sit cõsiliũ datũ ad maleficium, ẽt si principalis erat aliàs facturus. idẽ vr tenere gl. ff. de iniurijs. l. non solũ. §. proculus. & §. si mãdato. sed ɔ̃riũ tenet gl. expresse insti. de obli. ex delicto. §. ope. ff. de ver. sig. l. sępe. in fi. q gl. decidunt expresse, quod vbi principalis erat aliàs facturus non attẽto consilio pro, vel ɔ̃, consulens non tenetur, & est ratio, quia principalis non est sequutus consilium: sed animi sui motum. dicendũ ergo vr, q aut principalis habebat propositum faciendi, sed voluntatem non perduxisset in actũ absq; cõsilio, q tunc teneatur consulens. aut perduxisset in actũ quocunq; modo, & tũc non tenet. quia cũ facturus esset in pleno dolo, non põt dici, quod laudando consulens augmẽtauerit malitiã: quia quod plenum est, adiectione nõ indiget. & hęc opi. vr vera de æquitate: quia delinquens istud consiliũ pro nihilo reputauit, & per cõsequẽs non fuit sequutus cõsiliũ. & ista est rõ, in qua fundat se gl. dicti §. ope. hæc ẽt tenet Pau. de Leaza. in c. 1. de pęnis. in cle. & præsertim qñ iudicamus de consilio ex pręsumptionibus: quia tunc mitius est agendum secundũ Inno. qui ita eleganter no. extra de præ-
3 sumptionibus. c. quia verisimiliter. † Sequitur videre, an con
sulere ad fugã sit consulere ad maleficiũ. hic videndũ est, vtrũ fugere sit maleficium. & dico, quod aut fugiens est seruus, vel seruili macula aspersus, & est maleficiũ, vt l. 1. C. de ser. fu. & l. fi. C. de ope. libe. aut est ingenuus, & tunc aut fugit cũ re aliena: & est maleficium rõne rei, quia cõtractando facit furtum. idem cum re, quæ aliqñ fuit aliena, & cum pecunia deposita ad numerum, licet ibi proprie nõ sit furtũ, vt l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudem creditorum. aut fugit absq; rerum alienarum, vel quasi exportatione. & ista fuga non est maleficium: sed est quędam latitatio, vt ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. fulcinius. §. quid sit latitare. vnde etiam si quis. citatus fugit, & condemnatur, non dicitur condemnatus de maleficio, sed de cõtumacia, vt l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtẽ. vnde dicũt doc. quod fuga non imponitur alicui, vt maleficiũ, sed suspicio, vt not. Cy. in l. 1. C. de raptu virginum. & patet in Auth. de exhibẽ. reis. §. si no. & cõiter per omnes doc. ff. de iureiurã.
4 l. admonẽdi. † Sequitur videre de op. & dico, quod si amicus
meus me inscio fugit cum æquis meis, uel famulo meo non

dicor

dicor opem præstare. nam scia, vel ignorantia punitur, vt C.
de incest. nup. l. cum ancillis. C. de tab. l. generali. li. 10. & no.
in l. 1. ff. de recepta. & C. de seruis fugitiuis. l. quicunq;. & in
l. 1. & 2. C. de his, qui. & dicit Longobarda, quod si quis arma
alterius tollere præsumpserit, & cũ eis malum fecerit, non sit
illius culpa, cuius arma sunt, sed illius, qui cũ eis malũ fecit,
vt in Longobarda in ti. de his, qui cum armis alterius damnũ
fece. c. fi. sed plus dr̃ eo. ti. c. 1. si quis arma alicui simpliciter
præstiterit, & ille, qui acceperit, aliquod malum cum ipsis fe-
cerit, nõ imputetur illi culpa, qui præstiterit, sed ei, qui cũ eis
5 malum perpetrauerit. † Sequitur videre, an ille, qui scienter
occultat debitorem alienũ, faciat se succedaneũ, vel consortẽ
eiusdem periculi, & vr̃, quod sic, vt l. fi. C. de ope. li. sed dicen-
dũ est ꝯrium: quia iura, q̃ hoc disponunt, loquũtur in casibus
specialibus: & ibi est vnus casus specialis, alius est in debitore
tributorũ, vt C. de auctoribus tribu. l. quo. Alius est, qñ quis
debitorem vi eximit. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. vi exi. l. pen.
quintus est, qñ quis impedit reum, vel actorem venire ad iu-
dicium, vnde currit præscriptio ꝯ creditorem, vt ff. de eo, per
quem fac. erit. l. fi. cum igitur in his casibus sit speciale, & spe
cialiter prouisum, sequitur, quod in cõtrarium est ius cõe, vt
ff. de legi. l. ius singulare. hoc tenet Inno. s. quod illa edicta nõ
habeant locum extra suos casus. extra de offi. delega. in c. pa-
storalis. in fi. & aliquid tangit eo. ti. c. 1. Item sicut possem re-
ceptare codices cões, vt ĩ. dicam, ita & debitorem cõem, ne
fugiat custodiã meam, & per hoc etiam clare respondetur ad
dictam l. vltimam de ope. libe. Oportet igitur, qđ ad hoc pr͏ę-
stẽtur opes, vt l. 2. §. homines coacto. ff. de vi bo. rap. & si quis
cultro accepto de taberna lanionis filiam interfecit, ipse est
parricida: non lanio, vt in l. 2. ff. de orig. iu. Ex his apparet, qđ
dictus Milanus neque ex consilio, neque ex ope tenetur: quia
neutrum fuit obligatorium, neque verum. & hoc de iure cõi
certissimum dico secundũ ea, q̃ proponũtur in suo themate.
6 Modo veniamus ad statutũ mercatorũ. † & præmitto, qđ ex-
ceptatione valisiarum nihil potest imputari Milano, quia nec
vidit, nec consensit. Item dormiens non delinquit, nisi præces
sisset causa quare debuit vigilare, vt ff. ad l. Aquili. l. si seruus
seruorum. §. si fornicarius. & si dicatur, quod fuit in posteriori
culpa retinendo codices rõnum ex certa sententia, nam illico
debuit restituere creditoribus, vt ff. de adul. l. si adulteriũ cũ
incestu. §. incestum autem & C. de incestis nup. l. cũ ancillis.
7 † Respondeo, incontinenti dr̃ factum, quod est factum intra
triduum, vt l. 3. C. de errore aduoca. vel quod est ad cautelam
sui factum modico tempore interiecto, vt ff. de vsuris. l. scien
dum. Præterea ex quo creditores habuerunt, & acceptauerũt
libros, & codices rationum, etiam si Milanus incidisset in ali
quam pœnam legis, vel statuti, statim esset liberatus a pęna le
gis, vel statuti, quia frustra de pęna laborat, qui rem cõsequu-
tus est, vt l. 2. post prin. ff. si quis cau. pręsertim, quia ista obli-
gatio, quę descendit ex decreto mercatorum, est obligatio p̃-
toria, & per consequens arbitraria, in qua prædicta regula est
verissima, vt ff. de publica. l. hoc edicto. & ff. quod met. cau. l.
si cum exceptione. §. satis clementer. & quod sit ius prętoriũ,
apparet, quia descendit ex iurisditione consulum, qui sunt p̃-
tores, sicut ediles curules, & similes, vt l. 1. ff. de offic. consu-
lis & ff. de verbo. oblig. l. stipulationum aliæ. §. prętoriæ. vel
saltem ad instar prætoriarum inuente, ex quibus oritur actio
in factum. Præterea quãdo genus est in obligatione respectu
speciei, tollitur obligatio soluta specie, vt ff. de pi. l. si fundus.
§. si plures. ff. de excep. doli. l. fideiussor. ff. de lega. 1. l. si fun-
dum per fideicommissum. de peti. hæredi. l. Item veniunt. §.
idem recte. sed quia in hoc forte aliqui contradicerent, cum
ista actio sit pœnalis a principio, vel forte dicerent, quòd hæc
pęna esset applicanda fisco. ad huius dubij remotionem ve-
nio ad intellectum statutorum. verba autem statuti sunt, vt
infra. Item quòd aliquis de ciuitate, vel comitatu Mediol. vel
aliunde non audeat, nec pręsumat tales fugitiuos, nec patres,
fratres, filios masculos, fratrum factores, nec eorum ascendẽ-
tes, nec descendentes maiores, vt in præcedentibus statutis cõ
tinetur, albergare, receptare in persona, nec in rebus in do-
mibus suis, nec alijs, nec dare eis, nec alicui eorum in perso-
na, nec rebus consilium, auxilium, nec fauorem, nec alberga-
re, nec aduocare pro eis: qui contrafecerit, puniatur in lib.
ducen. tertiolorum pro qualibet vice. & nihilominus talis re
ceptor, & facto teneatur ad restitutionem pretij rerum rece-
ptarum in duplum. & prædicti potestas & c. iudices causales
iustitiæ mercatorum Mediolani possint, & debeant sub præ-
dicta pœna libr. ducentarum tertiolorum sui salarij inquire-
re de prædic. vt supra, & processum facere ipsis scientibus ip
sos esse fugitiuos. & primo videndum est, quia statutum di-
8 cit, fugitiuos receptare. † Est tamen fugitiuus is, qui in actu
fugæ deprehenditur, ita quod saltem vnum pedem mouerit,
vt ff. de edi. edic. l. quid sit fugitiuus. §. item Iulianus. ille au-
tem, qui nõ peruenit aliquo modo ad principium facti, licet
consilium fugæ mente peruenerit, non est fugitiuus: quia sta
tutum debet intelligi de actu saltẽ inchoato, vt in l. cedere. §.
subsequute. ff. vi bo. rap. & ff. de verb. sig. l. fugitiuus. oportet
igitur in primis apparere de actu, vel de principio fugę tpe re
9 ceptationis personæ, vel rerum. † Sed quæritur, cum statutũ
dicat, q; teneatur ad restitutionem pretij, nunquid codices ra
tionum debeant appretiari secundum nomina contẽta in co
dicibus, an materialiter: & vr̃, quod quantũ codex certarum
vendi posset, non quanti sunt nomina: quia illa consistunt in
fictione iuris, vt ff. de prob. l. qui chirographum. sed statuta,
& maxime pęnalia exorbitantia a iure cõi velut ius nouũ di-
sponentia non recipiunt fictionem, vt no. in l. 3. §. hæc verba.
ff. de neg. ge. in cõi, & vulgari, q̃ ab omnibus approbatur. In
ꝯtrium vr̃, q; significatiue. i. secundum nomina contenta in co
dicibus. ff. de leg. 1. l. seruum filij. §. eum, qui chirographum.
nam verba statuti referenda sunt ad effectum, effectus aũt chi
rographi consistit in noĩbus, vt ff. de pac. l. postq̃. ipsa. n. papy
rus per se parum valet: & sic esset parua pęna tanto delicto. &
pro hoc. ff. de fur. l. quidam tabularum. & l. qui tabulas. & ff.
ad legem Aqui. l. in l. Aquilia si delictum. Ex quo sequitur, vt
teneatur, quantum ad id nomen vendi posset, dummodo pro
betur, quod dolo, & ex certa scientia sciens qualitatem chiro
graphorum receptauerit aĩo intercipiendi, & non aĩo credito
ribus resignandi, & interim conseruandi, & cum ad vtrunq;
aĩum possit interpretatio cõuerti, secundũ qualitatẽ personæ
iudicandus est animi motus, vt ff. de relig. & sump. fune. l. at
si quis. §. interdum. & §. seq. & si quid commodũ esset ad eũ
peruenturum ex receptatione, pręsumitur malus aĩus, aliàs se
cus, vt ff. de dolo. l. quod si cum scires. Pręterea dictum statu-
tum debet intelligi de receptante, quia præstat auxilium, con
silium, vel fauorem ipso facto receptationis: quia illa clausu-
la, de auxilio, & fauore. quæ sequitur, declarat qualitatẽ p̃ce-
dentiũ, vt ff. de vino leg. l. fi. §. cui dulcia. tñ hoc vltimum non
pono pro certo: sed relinquo sub dubio. credo tñ, q; intelliga-
tur de receptatione odiosa. i. quæ esse possit fraudatoria credi
torum, non de ea, quæ fit bona gratia, ne codices rationũ cre-
ditoribus subtrahãtur. quia iste habet cogitationem negocij
gerendi creditoribus, ne aliquo casu, quæ posset contingere
eis, ualeat substractis instru. siue codicibus probationis causa
deperire. hoc autem præsumendum erit ex qualitate persona
rum, & etiam ex iuramento recipientis: quinimmo cũ & ipsi
mercatores possint codices deponere apud aliquam fidã per-
sonam: & talis depositarius in nullo peccet, vt ff. de edend. l.
Quædam. §. his autem. & ff. fami. hæcisc. l. si quæ. & ff. de re. l.
quis aliquid. §. instrumenta. vbi est expressum. sunt enim ipsi
codices quo ad proprietatem ipsorum: & licèt uadant p vias
suas per dolum, tamen in deponendo apud fidam personam
non interuenit dolus. Item ubi actus est indifferens ad bonũ,
& malum, & alium non lædit, præsumitur potius bonum,
quam malum, sed ista depositio est actus indifferens, & in-
quantum depositio neminem lædit, immo patrocinatur, ar-
gumen. ff. quod ui, aut clam. l. si alius. §. bellissime. cum §. se-
quenti. nisi expresse probaretur, quod libri ideo celati sunt,
ut ueritas occultetur, uel non de facili pateat, ut no. Bar. ff. de
tabu. exhiben. l. locum. §. si quis dolo. ubi ipse dicit, quod tũc
p̃sumitur animus occultandi, qñ sic occultatur, q; nemini pa
teat. secus ergo si pateat bono oĩo, qui uerisimiliter sit cre-
ditoribus denunciaturus, sicut iste facit, quem bonum ui-
rum esse rerum experientia docuit, & incorrupta fides, & su-
premum officium thesaurariæ sibi creditæ ab Illustri domi-

no nostro. sicut cuicunq; alij, quem dominus noster elegerit
hæc enim nisi propter virtutem non cōtingunt, denique om-
ne magnum, vt eliga. officium virtu. est præconium, vt l. fi. C.
de condi. in publi. horreis. lib. 10. Præterea receptator secun-
dum etymologiam vocabuli non est aliud, quàm rei accepta-
tor. Iste autem Milanus a fugitiuo nihil acceptauit, quia peni
tus ignorauit. Et licèt familiæ per prius receptauerit per im-
prudentiam, quinimo etiam si per dolum non præiudicat Mi
lano, vt extra de restitutio. spol. c. cum ad sedem. quia familia
non erat ad hoc deputata, vt ff. de publica. l. 1. §. familiæ. & ibi
per Bart. † & ideo statutum de receptatore rerum non habet
locum, quia in receptatore tria requiruntur, vt sit receptator
scilicet deferentem rem, actum delationis, & res receptata, vt
no. ff. de verbo. significa. l. Marcellus. Porro iste Milanus non
recepit ab aliquo, sed in domo reperit, argumen. ff. de fur. l. si
quid ex domo. non enim erat pręsens, nec sciens, argumen. ff.
nau. caupo. stabula. l. 1. in princip. nam sic inuenisse potius est
casus fortuitus, quàm tractatus hominis. quia igitur in Mila-
no nulla deprehenditur culpa, ergo nec pœna. veteres deniq;
fraudem pro pœna accipiebant, vt ff. de edilitio edict. l. cum
autem. §. excipitur. & est ratio, quia qualitas delicti nominat
a genere pœnæ, & econuerso genus, vt ibi patet. accedat ergo
cōmunis, quod vbi nulla deprehendit culpa, ibi nulla depre-
henditur pęna, vt ff. de fideicommis. libertatibus. l. sed si non
data. §. fina. & facit. ff. ad legem Aqui. l. qui occidit. in fi. & ff.
de ser. fugi. l. 1. §. 1. & sequenti. nec pręsumitur habere animū
receptandi ille, qui infra paucos dies propalauit, vt patet in
d. l. 1. §. dies autem. & §. fina. Vlterius ad dilucidationem veri
tatis, & ad obstruendum ora obloquentium cōtra iustitiam,
& veritatem, licèt nemini possit claudi os: quia vt ait sapiens
arbitrij nostri non est, quod quisque loquatur, tamen veritas
omnia vincit, & obloquentibus silentium imponit. sciēdum
est in facto, & deinde concludendum in iure non persuasiue,
11 sed demonstratiue ad oculum, † quod de receptatione libro-
rum nihil potest impingi Milano, et hoc sic demonstratur. in
dictis codicibus rationum erant multæ rationes, & magnarū
quantitatum accepti, & soluti, & calculati inter dictum Mi-
lanum, & dictum Vinciguerram. vnde nō potest negari, cum
dictæ rationes essent communes, vt ff. de eden. l. 1. §. rationes.
& l. si quis ex argentarijs. & plene no. in §. editiones. & l. 1. C.
e. & l. fi. occasione rationum prædictarum etiā ipse codex ra-
tionum erat communis: nec poterat per quaternos dissolui,
& dissignari, & pro parte custodiri, pro parte non. vnde quo
ad hoc corpus istud erat indiuisibile: & maxime quia initiū
rationum, quod in codice cōtinetur, omnibus commune exi
stit, vt ff. de edē. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularū.
& ratione partis totum custodiri potest, vt ff. communi diui
dum. l. Sabinus. Non dico totum cōtractari, ff. pro socio. l. me
rito. & ff. de acqui. hære. l. duo fratres. & custodia est quid in-
diuisibile, vt ff. commodati. l. si vt certo. §. si duobus vehicu-
lum. & si duo sunt, qui habēt codicem communem licitum
est, & iustum quemlibet custodire, & apud se in custodiam te
nere, donec per superiorem deputetur communis custos, vt
ff. fami. hercis. l. si quæ cautiones. & ff. de fide instru. l. fin. nec
enim debet quis pati, q rationes perueniant ad manus ignoti,
qui possit eas conturbare, vt ff. de in rem verso. l. quidam. ne
forte de facili fierent rasuræ, vel cancellationes, vel super ad-
ditiones, vt ff. de his, quæ in testa. delen. l. 1. ff. de fal. l. 1. §. qui
rationibus. C. de testa. l. si vnus. & iden oportet scripturas esse
sub fida custodia, vt extra de præscrip. c. ad audientiam. cum
igitur isti codices sint communes, & quod Milani intersit, &
cum ipse sit fida persona, & magister intratarum domini in-
dubitanter potuit recipere libros ad se pertinētes: & ipsos di-
ligenter custodire. nam & si sunt duo domini eiusdem castri,
& vnus recedit, alter custodire potest, vt ff. de fundo instr. l. si
ita. §. ville custos. nemo enim tenetur ius suo negligere, vt ff.
de pet. hęreditatis. l. illud. & quod sibi offertur, non debet re-
futare, vt ff. de serijs. l. more Romano. & C. de transf. l. non mi-
norem. dicet aliquis, rationes istę multiplices erant cācellatę:
ergo codex non erat communis. Respōdeo, ista ratio falsa est:
quia rationes etiam cancellatæ communes sunt, quia per eas
probatur debitū hincinde præcessisse. vnde interest vtriusque

partis eas apparere. tex. est notabilis in l. fullo. ff. de fur. similit.
C. de cond. sine cau. l. dissolutæ. C. de fi. instr. l. plures apocas.
in Auth. de manda. Principum. §. publicorū. C. de apocis pu-
blicis. l. 1. C. de discussio. l. ne casu. lib. 10. & ista est ipsa veri-
tas. sileant igitur obtrectatores. & licèt multi valentes viri di-
cantur consuluisse contrarium, illud est, quia non notauerit
factum, nec fuit eis exposita veritas, quod aūt codices rationū
fuerint bene custoditi, ex ipsorum lectione apparet: quæ pri-
ma figura est sine omni suspicione, vt C. de edic. diui Adria. l.
fi. nam facies scripturæ oculatam fidem ostendit, & legalita-
tem. quod patet expresse, non est probare necesse, vt C. de fide
inst. l. comparationes. & ff. finium regun. l. si irruptione. §. ad
officium. & relinquere sensum, & ire per ratiunculas, est infir
mitas intellectus, vt aiunt duo luminaria phil. s. Aristoteles:
& Auerroys. & per hæc clarissime, & plusquam clarissime in
nocentia Milani apparet ꝫ mordentes, qui applaudent quan-
doq; vocibus, sed mordent dentibus curuato aculeo, vt dicit
Beatus Hyeronimus. sed dicit decretalis, q non est curandū.
quod obliquatur iniquis, sed quid sentiat arbiter æquus. Quę
12 dam alia fuerunt a me quæsita. † & primo, vtrum pœna statu
ti tollat pœna in iuris cōis. & in hoc dico, quod aut venit de-
rogatiue, & tollit, vt l. qui cum vno. §. qui post. ff. de re mi. vbi
est lex singularis, & vnicus in iure. in omnibus pœnis corpo-
ralibus, & pp humanitatē, & ęquitatem videtur esse recessum
a duriori pœna: qa durior pęna rigori æquiparat: minor ęqui
parat ueritati: & æquitas vltimo scripta pręfertur rigori. aut
q lex disponit cumulatiue: & tunc non videt recessum: vt C.
de sepul. viola. l. qui sepulchra. aut disponit solute, & tunc in
eadem l. videmr, quod soluta accipiatur pro coniuncta, sed in
diuersis statutis secus. sed tu dic, quod odio pœnarum non ac
cipitur pro coniuncta etiam in eodem statuto, sed ultimo §.
est standum, ut ff. de iurisditio. om. iu. l. Si idem cum eodem.
§. fi. nam & si duo legata, quę sunt fauorabilia, relinquatur sol
uenda ob eandem causam: posterius tantum debetur, ut not.
ff. de proba. l. quinquaginta. ergo multo fortius in pœnis non
fit duplicatio. Item contenti esse debemus pœnis statuto cō-
prehensis, ut ff. de uerb. ob. l. huiusmodi stipulationi. pręser-
tim quia magistratus iurāt seruare statuta, ut extra de iureiu.
c. uenientes. Aliqui tamē dicunt, q non uī derogatum nisi le-
gi per aliam l. quia legum correctio est uitanda, ut ff. de acq.
& ob. l. quot. si tamen fieret executio unius pęnæ, cessaret alia
pęna nisi esset inuenta ad supplemētum primę: quia delictū,
quod non est plene purgatum, debet purgari, ut not. extra de
iudi. c. at si clerici. C. de sportulis. l. 2. ff. de accu. l. senatus cen
suit. nam & deus nō iudicat bis in idipsum, ut dicit decretū.
ne Andreas erat creditor benedicti in trecẽtis aureis, pro quo
benedicto fideiusserunt; & ẽt se constituerunt principales de-
bitores in dicta quantitate P. & Io. tandem cõtingit, quod di
ctus creditor pro 25. florenis liberauit dictum Pet. de hoc nõ
apparet instrumentum: tandem dictus Pe. petijt 9 dictum A.
se liberari a tota dicta obligatione. Post hęc dict⁹ A. petijt exe
cutionem dicti instrumenti: lata fuit sententia, & fuit appella
tum, & reperitur in actis, quod sempronius fideiussit pro ex-
pensis, aliter autem non reperitur scriptum, quod appellans
1 promiserit. ex hoc themate oriuntur tres quæstiones. † prima,
utrum ille, qui non potest excipere, possit pręuenire agẽdo p
iudiciali: & sic vr, quod sic: quia statutum istũ casum omit-
tit: & qñq; denegatur exceptio, & non denegatur actio, vt ex
de iureiu. c. debitores. & hoc contingit, vbicunq; iste ordo est
datus, q primo fiat executio, secundo possit agi, & retractari,
ut no. ff.de cõd.ind.l.ueranus. 9trium est uerum: quia vbi tol-
litur excep. quiã est parata executio, non impeditur exec. licèt
reus perueniat in libellando: vt l.fi.C.de ordi.cog. & ex de re
stit. in integ. c. suscitata. & C.de preci. impe. offe. aut. quæ sup
plicatio. Itẽ pro hoc facit regula generalis, cui denegatur exce
ptio, pro illo instanti tpe denegatur actio: vt no. C.de transac.
2 l.nec intentio. pręterea actio est liquida, exceptio non. † & nõ
liquidum non retardat liquidum. vt C.de cõpen.l.fi. & not. p
3 Bar. in l.4.§. condemnatum. ff.de re iu. † Secundum dubium
est, vtrum dicta liberatio facta fideiussori de trecẽtis pro 25.
sit donatio in eo, quod excedit summam 25. & vr, quod sic:
quia pecunia est pro parte soluta, pro parte donata: vt C.mã.
l.per diuersas. & l.ab anastasio. in contrarium vr, quia libera-
tio fideius. vel pignoris non dr esse donatio, nec indiget insi-
nuatione vt ff.qui. mo. pig. vel hypo. sol.l. 1.§. 1. porro non oẽ
pactum de non petendo est donatio: quia in pactu de nõ petẽ
do non requiritur causa: vt ff.de pact.l. tale pactum. in princ.

So.gl.

So. gl. q̄ est in l. si quis obligatione. ff. de re iu. dicit, ꝙ libera-
tio gratuita est donatio, & indiget insinuatione. sed ista libe-
4 ratio, supra 25. aur. est mera liberalitas, † & mera liberalitas
est donatio, vt ff. de dona. l. hoc iure. & not. per Barto. in l. 2.
§. circa. ff. de exceptio. do. solu. istius quæstionis colligimr. ff.
de pactis. l. si inter. in tex. cum glo. nam si esset donatio. esset
hodie contractus nominatus, sed ibi dicitur, quod est contra
ctus innominatus, cum agatur præscriptis verbis: ergo nō in
diget insinuatione. Præterea certum est, quod transactio non
requirit insinuationem: vt C. de transactio. l. sine apud acta.
nec rescinditur propter enormem læsionem odio litium, vt
ff. ad Trebel. l. Lucius. §. fin. secundum veram opinion. quic-
quid ibi dicat Bar. nisi interuenisset dolus, vt l. in sum. in prin
ci. ff. de condit. indebi. sed iste contractus est quædam transa-
ctio, in qua datur tantum pro toto eo, quod remanet credito-
ri, actio contra principalem, vt ff. de fideiusso. l. si ex duobus.
§. 1. & lis esse poterat inter creditorem, & fideiussorē propter
beneficium cedendarum: ergo est transactio, vel contractus
ei similis: in quo idem statuendum est, vt ff. depo. l. 1. §. si quis
seruum. Preterea cum dubitetur, quis cōtractus sit iste, in du
bio nominis præsumimus contractum nominatum, vt no. ff.
pro soc. l. si margaritam. & hæc opi. est vera, scilicet quod nō
5 indiget insinuatione: quod etiam patet, † quod proprie dona
tio est, quando donans efficitur pauperior, & donatarius effi
citur locupletior, vt l. 1. ff. de dona. inter vir. & vxor. quod nō
est hic: ad hoc facit. C. de pact. l. si creditores. l. liberum. & l.
reos. nam per illas l. patet quod ista est potius diuisio solutio-
nis facta ex conuentione, quàm liberalitas donationis. Item
potius est remissio cuiusdam cautelæ, quàm manumissio de-
biti, vt l. si pignus. ff. quæ in frau. cred. & ideo non requiritur
insinuatio, vt C. de pac. l. pactum, quod bona fide. quia certe
non requiritur scriptura. & posito quod requireretur, non re-
quiritur nisi a quinquaginta lib. supra, vsque ad virilem por-
6 tionem trium debitorum: quia tres erant hic. † Tertium du-
bium est, vtrum sit satisfactum dicto statuto de satisdando.
Ista quæstio alibi mota est, vtrum ille, qui tenetur satisdare, te
neatur se obligare: & sunt opi. vt no. Cy. in l. 1. C. de satisdan-
dō. quidam dicunt, quod ex quo creditor fuit contentus sola
promissione fideius. ꝙ satis datum intelligitur, quemadmo-
dum creditor vt voluit, vt ff. de fideius. l. qui satisdare. & si tu
dicas, quomodo potest fideiubere, vbi principalis nō promit
tit? respondeo, iste fideiussor accedit officio iudicis, quo tene-
tur principalis ad expēsas, & sufficit, ꝙ reus principalis quo-
quo modo teneatur. nam officio iudicis potest accedere fide-
iussor, vt l. 1. ff. de fideiuss. & l. pecuniæ. §. 1. ff. de verbo. signi.
& ff. de eo, quod certo loc. l. centum capuæ. & l. fi. & l. 1. ff. de
in litem iur. Præterea in iudicijs non est proprie fideiuss. vt ff.
de in ius voc. l. eum, pro quo. In ꝯtriū vr, quod lex est expressa,
quod iste, qui debet satisdare, dēt principaliter se obligare. ff.
de vsufr. earum rerum, quæ vsu consu. l. tribus. nam vt elegan
ter dicit glo. ff. ad Trebel. l. si hæres pecuniam. hypothecaria
reperitur sine personali, sed fideiussoria obligatio non reperi
7 tur sine principali. † sed hic potest dubitari, vtrum præsuma-
tur, quod reus se principaliter obligauerit. Et dicendum est,
quod non: ex quo acta hoc non dicunt. & gl. ord. dicit, quod
licet procurator, obligatio fideiussoris si non producitur, ob
ligatio principalis rei non sufficit. ista est gl. quam semper al-
lego ff. de verbo. oblig. l. sciendum. sol. omnibus consideratis
sic distinguo, aut promisit principaliter tanquàm expromis-
sor, & est satisfactum statuto: vt ff. de dolo. l. eleganter. §. ser-
uus pactionis. dummodo hoc sit factum patiēte aduersario,
vt ff. de fideiuss. tuto. l. cum ostendimus. §. vlti. Aut intercessit
tanquàm simplex fideiussor: & tunc nō est satisfactum statu-
to: quia vt dixi, ille, qui debet satisdare, & fideiussorem dare,
vt fideiussoria obligatio habeat, cui inhereat: vt ff. de fideius.
l. Græce. §. illud commune. & d. l. tribus. non obst. ratio, quæ
est satis fortis. In contrarium, quia fideiussor potest accedere
officio iu. quia dico, quod istud non habet locum in refectio
ne expensarum: quia expensæ, quæ veniunt officio iu. non ve
niunt, vbi quis habet iustam causam litigandi: secus vbi ve-
niunt per stipulationem, vt no. in Auth. de iudi. §. oportet. ex
hoc sequeretur, quod fideiuss. esset in duriorem causam obli-

gatus, & in plus, quàm principalis, quod est impossibile. nec
obst. l. quæro. ff. loca. quia ibidem est effectus officij, & obli-
gationis: hic non. Dicit Bar. quod aut remissio fit ex causa do
nationis, & debet insinuari, vt ipse not. ff. de donatio. l. mo-
destinus. & not. in l. si quis ob. de regn. iur. ergo si in alia cau-
8 sa non requireretur insinuatio. † Modo hic est videndum
vtrum ista sit donatio, vel alia causa: & videtur, quod sit dona
tio: quia ex impletione partis contractus nihil acquiritur cre
ditori. nam id, quod soluitur, erat alias debitum, & liquidū,
& pars eiusdem debiti, & ideo talis solutio non vestit pactū,
vt ff. de pac. l. si inter. Item non videtur factum animo donan
di: qa non gratis fit. Iē fit cā implendæ conditionis: & condi
tio habetur pro alia tanquàm donationis, vt ff. de verb. obl. l.
in Titio. licet ergo creditor sit contentus pro minori quantita
te, ista non est donatio proprie, & mere, sed certe, immo vide-
tur, quod sit donatio: qa quod iuris est de toto quo ad totū,
idē iuris est de parte quo ad partē, vt ff. de rei ven. l. q̄ de tota.
sed in totū esset facta remissio, requireretur insinuatio, quia
gràtuita secundū Bar. ergo idē ad parte quo ad partē: alias se-
queret inconueniens, quod ēi pro vno nummo posset fieri re
missio, & non requireretur insinuatio: quod falsum est tenen
do opi. Bar. secundum quam alias consului. & si dicerem con
trarium, sequeretur, quod si trado tibi rem valentem mille si
ne causa, & postea libero te gras. quod nō requiritur insinua
tio. & sic esset inuenta via ad fraudādum iur. præceptum, qd
de insinuatione loquitur. concluditur ex his, quod pactum
gratuitum obligationis, & quæ nō poterat per exceptionem
repelli, requireret insinuationem secundum Bart. licet super
hoc sint glo. contrariæ vt in l. pater 1. §. 1. ff. qui. mo. pig. vel
hypo. sol. nec ob. quod creditori in alios sit regressus: & sic ni
hil ei videatur abesse, quia in ipsum liberatum pure est libera
litas collata quo ad suam personam. ista quæstio est satis du-
bia, sed opin. Bart. est multum probabilis, vt patet ex rationi-
bus vrgentibus supra factis. non tamen nego, quin dictus cō-
tractus sit contractus mixtus, partim donatio, & partim non,
vt ff. de dona. l. hoc iure. §. aristo. & ff. de excep. doli. l. 2. §. cir-
ca. per Bar. non enim pōt ei alius titulus conscribi, nisi dona-
tio, vel liberalitas, vel etiam ꝙ talis renuntiatio obligationis
omnino esset donatio. olim autem erat contractus innomina
tus, vt d. l. si inter. vel pactum innominatum, quod fit per se,
vt no. in l. si qs cum debitorem. de iureiurand. dicet quis, ista
donatio non continet nisi interesse: ergo solum indiget insi-
nuatione, quatenus sua interesset, scilicet esse liberatum gra-
tis: sed quatenus posset repetere a debitore principali, sua nō
interest. hæc oppositio est subtilis, & dubia: & salua semp ve-
ritate respondeo, quod magis interest non soluere, quàm solu
tum repetere. Item quia non consideratur inesse: sed quanti-
tas, quæ in contractu deuenit, arg ff. de verb. obli. l. stipulatio
ista. §. alteri. & ideo si pauper ꝓmittit mihi mille ex causa do
nationis, qui non potest soluere nisi 10. tamen ista donatio re
quirit insinuationem, quæ resecat obligationem non attento
interesse: & respectu interesse debet, vel non debet fieri insi-
nuatio, arg. ff. de verb. ob. l. stipulationes nō diui. §. Celsus. sed
videtur, quod non requiratur insinuatio: quia non in plus cō
trahitur obligatio, vel contractus perdurat, quàm partes ve-
lint, vt ff. si cer. pet. l. rogasti. §. si tibi. Item sicut informis tra-
ditio non semper est donatio, si diuersæ sint coniecturæ, vt ff.
de solu. l. si cum. vt cum traditur animo decipiendi, quod tra
ditum potest repeti per conditionem sine causa, vel vt ita di-
cam, ex prætensa causa. item quando potest repeti per subau-
ditam causam, vt no. in l. cum quis. si cer. pe. ita dicendum vr
de liberatione informi, id est facta sine causa. Considera, pri-
uatio debet proportionari habitui, sicut precium rei, vt ff. de
exerci. l. Lucius. quatenus ergo plus est in gratuito, siue libera
tione, siue sit proportio: vt si quis liberatur in mille pro quin
que, eatenus est donatio, vt ff. de contrahen. emp. l. si donatio
nis. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. si mari-
9 tus. † Nam & si mutuarem tibi mille aureos, vt restitueres tm
quingentos, in alijs quingentis esset opus insinuatione, quia
donatio est, quicquid accedit sorti: sed id, quod accidit, non
est dona. sed vsura in his, quę continentur pondere, numero,
vel mensura: in alijs autem rebus esset donatio, nisi accideret

loco

10 luco pœnæ. † nam pœna nuuquàm continetur nomine donationis, vt ff. de reg. iu. l. quod a quo quàm. ff. ad l. Falc. l. 1. §. item si ita. ff. pro soc. l. si quis a socio. ff. de actio. emptio. l. prædia. vltimo considera, an representatione partis debiti inducatur iusta causa remittendi totum: quia si esset iusta causa, nesciret pactum: quod falsum est, quia necessaria solutio non vestit pactum: vt not. ff. de pac. l. in traditionibus. & facit. ff. si quid in frau. pa. l. 1. §. in cæteris. ver. sic si transeat. nec me mouet, quod sint plures rei debendi: nam in vno etiam contingit liberalitas, vt l. 1. §. nunc de effectu. de libe. leg. & quod dicitur, quod requiratur insinuatio, verum est, si fuit pactum gratuitum: secus si fuisset transanctio, vel confessio de recepto; quia tunc non requiritur insinuatio &c. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXII.

1 *Miles, & princeps an possit donare concubinæ.*
2 *An miles, & princeps possit dotare filias, quas habuit ex concubina.*
3 *Miles, & princeps si donauit concubinæ alij nuptæ, hoc adiecto, quod nulli alij ius quæratur, quàm ipsi mulieri, an quæratur filiabus dictæ concubinæ, & donatoris mortua concubina.*
4 *De intellectu l. cum acutissimi. C. de fideicom.*
5 *Verba arctatiua restringunt etiam actum fauorabilem.*

1 In Christi nomine. †Recolo me consuluisse, quod quondam magnificus miles, & dominus d. Bernabos potuerit de plenitudine potestatis, in cuius quasi potestate tunc erat donare concubinæ: sed simplex miles non possit donare. & ratio erat, & est: tum quia lex prohibens loquitur de milite populi Romani, quæ est in matricula militum: alias non censetur miles iure Romano, vt no. C. de off. magi. mili. l. cos. Item de milite insignito stigmate, vt no. C. de fabricen. l. stigmata. ff. quibus ex cau. ma. l. pe. Item de milite, qui iurauit non euitare mortem reipublicę causa, vt ait vegetius de re mil. Item de milite, qui subiacet legibus, & disciplinis militum, & qui est sub lege constitutus. sed d. Barnabos non erat de istis, nec erat sub lege militari, sed supra legem: quia poterat derogare legibus, sicut & quotidie faciunt gloriosi principes de domo vicecomitum: ergo potuit derogare illi legi, quæ dicit, quod miles non possit donare concubinæ: præsertim quia illa lex nó continet necessarium, sed ius voluntarium, & positiuum. iura enim naturalia sunt illa, quæ sunt imutabilia, sed iura voluntaria contraria voluntate tolluntur: vt ff. de legi. l. non est nouum. & l. sed & posteriores. nam omne, quod ligatur, solubile est, in Aut. de nup. §. deinceps. præterea contractus principis habet duas vires subordinatas, scilicet promissionem præuenientem tacite, & promissionem subsequentem expresse: vt not. C. de dona. inter vir. & vxo. l. pen. Præterea illa lex, quæ dicit, quod non potest donari concubinæ, assimilat concubinam vxori. similis est enim in ratione prohibiti, ne scilicet ineffrenato amore incidat in paupertatem. sed respectu illius magnifici illa donatio minus fuit, quàm si vnus homo communis donaret vnum grossum argenteum. sic igitur comparando actum personæ, & personã actui, cessat ratio prohibitiua: & maxime quia in illa domina alia merita concurrerunt, vbi aliàs nos dicimus, alia ratione reformatur pac. hoc dico econtra alia ratio format contractum, quæ est honesta, vel saltem causaria: & non ignominiosa, argu. ff. de dona. l. si pater. & l. aquilius regulus. & si contrarium dicerem, incurrerem odium tam dictarum concubinarum, quàm filiorum ipsorum. & frustra niti, nec aliud se fatigando nisi odium quęrere, extrema dementia est. Præterea quando princeps donat infami, tacite videtur primo restituere famæ, & postea donare, vt C. de nup. l. imperialis. vnde non potest dici, quod hæc donatio fuerit infamis. Præterea ista donatio potius debet dici priuilegium, quàm donatio: & nullo iure cauetur, quod Imper. vel rex, uel alius princeps non possit concedere priuilegia concubinæ: & cum talia non posse sit pœnale, satis est, quod cesset lex prohibens, vt ff. de procu. l. mutus. §. 1. & arg. ff. solu. matr. l. si vero. §. de viro. ff. de iure patr. l. adigere. §. quamuis. ff. de diuor. l. quod autem lex. Concludo igitur semper salua substãtia veritatis, dictam donationẽ tenuisse, præsupposito quod dictus dominus Bernabos fuisset vicarius Imperatoris: quia sibi scribebat literas tanquàm vicarius &c.

a † Sequens quæstio est, vtrum dictus tũc excelsus dominus, & princeps potuerit dotare suas filias, quas habebat ex illa concubina: & videtur, quod non, vt C. de natur. Auth. licet. & l. 1. & l. fi. nam spurijs nec donare, nec legare possumus: non eorum vitio, quia nó peccauerunt, sed nostro. Ipsi enim alieno morbo laborant, vt ff. de natu. libe. l. legem anastasij. ibi dum dicit mouente misericordia: quia indigni non sunt, qui alieno laborant vitio. Sol. quibus rationibus dixi valere donationem in concubinam, eisdem & multo fortioribus dico dotes maritis dictarum puellarũ dari potuisse: quia mariti nihil deliquerunt, & tamen sol. mat. dos reuertitur ad puellas: quia semel exiuerunt de bonis datoris, vt l. fi. in prin. ff. quæ in frau. cre. & ar. ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim. Præterea dos succedit loco alimentorum, vt not. Cyn. C. de nup. l. sancimus. ergo quod iuris est in alimentis, idem in dote, arg. extra de bap. c. maiores. sed alimenta possunt donari spurijs, & legari de iure canonicó naturali pietate inspecta: quia licet spurius, filius tamen est, quia natura communis est. ff. de accu. l. hos accusare. §. omnibus. hoc dicit, text. extra de eo, qui duxit in matri. c. cum haberet. & lex ciuilis disponendo contrarium in tantum amauit castitatem, quod destruxit paternam pietatem. vnde in hoc iuris articulo ius canonicum facit resurgere ius naturale quantum ad hanc speciem pietatis: quo iure omnes legitimi nascebantur, vt in duplici. Auth. quib. mo. na. in prin. colla. 6. & 7. Porro quæ crudelitas esset ista: nam si puellę non possent dotari, cogerentur meretricari ad verecundiam progenitorum: quod proprie infamia est. item paucæ sunt, quæ sint vere, & naturales propter multa, quæ requiruntur in legitimo concubinatu, vt ff. de cócubi. l. in concubinam. Concludo igitur, quod cum tantus princeps potuerit iura condere, & interpretari, & cum dotis causa sit maxime pia, & fauorabilis. ff. de condi. indeb. l. cum is. §. si mulier. quod tam secundum deum, quàm secundum mũdum dictæ puellæ dotari potuerint, iur. ciuilis stricta constitutione non obstante. Item si quis vellet reuocare in dubium potestatem dominorum euacuaret omnem virtutem eorum, & ego non essem istius consilij, qui vellem euangare mundũ.

3 †Sequitur aliud dubiũ, quod dictus magnificus donauit de plenitudine potestatis, & iure plenæ proprietatis cuidã suæ concubinę existenti in patria potestate nuptiali certa prędia: hoc adiecto, quod nulli alij ius quæratur, nisi ipsi mulieri quæratur: an filiabus dicti donatoris ex dicta concubina susceptis ea mortua aliquod quæratur. Et breuiter dico, quod nó: quia donatio est personalis, & coarctata vsque ad vitam, vt ff. de pactis. l. epistola. §. fi. & in Auth. de non alie. §. emphyteosim. Et si dicatur, quod tacite videtur sensum de filijs, vt C. de fidei-

4 com. l. cum acutissimi. † dico, quod hoc non est verum: quia illa lex non habet locum in spurijs, vt C. de insti. & substitu. l. generaliter. §. fin. præterea ista donatio est odiosa: quia iuri communi contraria, & quodammodo contra bonos mores, vt C. de natu. lib. l. 1. & l. fi. ff. de acti. & obli. & est potius quædam dispensatio odiosa, quæ debet restringi, & non ampliari, vt in c. 1. de filijs presby. lib. 6. non obstat, quod no. Bar. in l. pater. ff. de serui. leg. quia ibi non erant verba arctatiua: & quia ibi actus tenebat de iure communi, ut ff. de probat. l. si pactum. uerisimile tamen est, quod dictus magnificus nõ cogitauerit de exclusione liberorum: sed de exclusione parẽtum, ut ff. ad Tre. l. hæredib. §. fi. nam istud uerisimile est ualde nudum a iuris adminiculis omnino abstractum, ut ff. de usufruc. lega.

5 l. si alij. † præterea verba arctatiua restringunt etiam actum fauorabilem, ut C. de leg. l. penulti. & not. in Authen. de restitutio. fideicommiss. §. manifestum. item in dubio standum est uerbis. ff. soluto matrimo. l. si uero. §. de uiro. cum similibus. Item quia exclusa est omnis causa transmissionis ad alterum: ergo sicut non transit ad patrem, ita nec ad hæredem: quia ista sunt paria, argumen. ff. de uulga. substitu. l. qui liberis. §. hæc uerba. & C. de hære. institu. l. cum proponas. & hoc tenen compulsus ex rigore uerborum, in quibus etiam scripta est mens donatoris. Ego Baldus.

CON-

CONSILIVM. CCLXIII.

1 *Aditio hæreditatis an per verba enuntiatiua inducatur.*
2 *Verba notarij quæ dicantur, seu præsumantur, & quæ partis: & quomodo cognoscantur: & nu.4.*
3 *Verba enuntiatiua an disponant.*
5 *Præsumptio in milite quæ sit, an erroris, an scientię, & an ei sit fauendum.*
6 *Quicquid geritur nomine hæredis, an inducat aditionem hæreditatem.*
7 *Error an præsumatur in notario, an in parte.*

In Christi nomine. Verba instrumenti procuræ ita dicunt
ad apprehendendum bona, & exigendum debita: & subdit
notarius, quæ omnia modo pertinent ad dominum talem hæ
1 redem, & hæreditariu nomine dicti defuncti. † Quæritur, cũ
dictus constituens possit exigere ex testamento, & ex donatio
ne cã mortis, & inter viuos, nunquid per dicta verba enuntia
tiua sit inducta hæreditatis aditio. Et videtur, ꝙ non: quia di
cta verba sunt verba notarij: sed non sunt verba constituen-
tis. & certum est, ꝙ alieno animo non potest quis hæreditatẽ
adire, vt ff. de acqui. hære. l. paulus. in contrariũ videtur, quia
imo ista sunt verba hæredis, qui rogauerit notarium de istis
verbis scribendis: vt patet in subscriptione notarij: & est glo.
ord. ff. de verb. ob. l. Sciendum. facit. C. qui testa. fa. pos. l. hac
consultissima. §. at cũ humana. præterea ista nomina clare ex-
primunt, ꝙ constituens dedit istud mandatum secundũ ius,
& nomen hrdis: ergo ista verba sunt dispositiua respectu adi
tionis hæreditatis: quia in aditione hæreditatis sufficit sola
voluntas actu declarata, vt C. de iure delib. l. potuit. ff. de ac-
qui. hære. l. gerit. insti. de ret. quali. & diffe. §. fin. sufficit enim
ad adeundam hæreditatem omne testimonium voluntatis, ẽt
si in hæreditate nihil sit corporale, vel incorporale, vt ff. de pu
2 ti. hære. l. hæreditas. † In contrarium videtur, considerãdum
est in primis, an dicta verba fuerint verba notarij, an verba cõ
stituentis: & quid sit præsumendum, & quomodo cognosca-
mus, & per quam rationem cognoscamus, verum sint verba
notarij, vel verba partis. Respondeo, quædam sunt, quæ perti
nent ad officium tabellionis, & non ad officium partis: sicut
est scribere indictionem, annum, diem, locum, & testes. nam
scriptura tabellionis sine istis non valet: vt in Auc. vt præpo-
natur nomen imperato. in rubro, & nigro, quoniam ista pars
instrumẽti sunt: sed non sunt pars cõtractus, vt not. ff. de edẽ.
l. 1. §. editiones. & hoc patet, quia sine istis adminiculis con-
tractus valet, vt ff. de pigno. l. cum tabernam. §. idem quæsijt.
Ea autem, quæ sunt de ipso contractu, vel de clausulis eius,
pertinent ad ipsos contrahentes quantum ad disponendum,
& ordinandum. tabellionis vero officium est ipsa referre, &
rescribere: sed addere, vel detrahere non potest: quia commit
tere falsum. hoc colligitur ex notatis 23. dist. c. in nomine do
mini. vnde referendo nos ad propositum, si ista sunt verba ta-
bellionis, & falsa, instrumentum esset falsum, & ideo non est
præsumendum, ꝙ sint verba tabellionis in proferendo: sed su
inmmodo in describendo. Ex hoc sequitur, ꝙ allegatio ista, ꝙ
sint verba tabellionis, non est rationabilis: certe nec tabellio
3 de facto alieno. potuit diuinare, vt l. 1. ff. pro suo. † Sequitur
alia consideratio, videlicet an dicta verba sint verba enuntia-
tionis, an verba confessionis, an verba dispositionis? enuntia-
tiu quandoque refert se in præteritum, quandoq; in præsens,
quandoque in futurum. item in præteritum aut cõiunctum
cum præsenti, vt ff. de dona. l. ex hac scriptura. aut dudũ per-
fectum, & separatum a præsenti, vt C. de testa. mil. l. ex his ver
bis fortunato. verba autem enũtiatiua de præsenti interdum
sunt prolata principaliter propter se, quando scilicet non ter
minantur ad aliud, nec respiciunt alium finem, nisi propter
se. & natura istorum verborum est disponere, si talis est actus,
qui possit tunc geri sola voluntate: vt ff. si cer. pet. l. certi con-
dictio. §. fin. & d. l. ex hac scriptura. si autem non possunt tũc
disponere, sed sunt vltra principale propositum, & quædam
adiectio verborum: quia tunc non dicũtur dispositiua, quia
nec possunt disponere, sed mentis indicatiua, vt ff. de pact. l.
epistola. in prin. & probatur vtrumque membrum in l. Ante
lius. §. fi. ff. de lib. leg. nam ibi ideo iure contractus non valẽt:
quia contractus non erant in fieri, sed iure vltimæ voluntatis
erant in fieri, & proferebantur a testatore. sed si illa verba es-
sent prolata inter uiuos, id est in consensu viuentium, tunc il
la verba essent quædam confessio, vt ff. depo. l. publia. §. fi. sed
interdũ verba sunt enũtiatiua, id est indicatiua de futuro. &
tunc aut dirigũtur grauato, aut honorato. ff. de leg. 2. l. peto.
4 in prin. & ff. de vsufr. leg. l. generali. in princ. † Modo reuerta-
mur ad casum nostrũ. expedit enim scire, an dicta verba sint
verba confitentis, an verba adeuntis. nam si sunt verba confi-
tentis, errore facti, vel iuris prolata non nocent: quia agimus
de obligatione vitanda. & sic error iur. non nocet, vt l. regula.
de iur. & fac. ign. & l. fin. ff. de consti. pec. si autem sunt verba
adeuntis, tunc error facti pręiudicaret aditioni, id est faceret
eam non valere: sed error iur. non haberet impedire, vt ff. de
acqui. hæred. l. filium. & l. clodianus. ff. de condi. & demon. l.
multum interest. & quia dicta verba fuerunt prolata inter vi
uos, videntur potius esse confessio, quàm aditio: vt ff. de acq.
hære. l. filium. l. clodianus. & ideo error iur. haberet impedi-
5 re aditionem hæredi. † superest ergo videre, an hic interuene
rit error, an certa scientia, an incõsiderata locutio, quæ est ter
tium adiacens, siue accidens. & videtur, quod certa scientia:
quia factum nouit, ergo & ius. nam dicitur, quod milites pręs
sumantur ignorare scrupulositates, & apices legum: vt C. de
iure delib. l. fi. in princip. neque enim a militibus scrupulosa
legum fit inquisitio: vt C. de iur. & fac. ignor. l. 1. & C. de his,
qui sibi ascri. l. eodem adhibitus. & C. quando prouo. non est
ne. l. veteranus. ff. de testa. mili. l. 1. pręcipue cum actus potest
multipliciter interpretari. nam pro milite debet interpretari
fauorabiliter, vt C. de rei vend. l. si ex pecunia. sed contra hoc
facit, quod in actibus voluntatis non magis præsumitur pro
milite, quàm pro alio: nec magis ei fauetur: vt ff. ad Trebel. l.
sed & qui magis. sed videamus, vtrum iste possit dici error.
nam iste miles, qui constituit procuratorem, poterat venire
ex duplici capite: quia erat hæres testamentarius, & donata-
rius inter viuos, vel causa mortis adeundo hæredi. magis se
onerauit, quia insolidum, quàm si veniret titulo donationis:
quia ex illo tit. non obligatur ultra vires hæredi. ut not. ff. de
pact. l. fin. ergo uidetur errasse in iure assumẽdo uiam minus
tutam, & magis grauẽ. sed ad hoc sic respõdetur: quia per do
nationem non transeunt actiones personales, nisi cedantur:
sed hic non erant cessæ, ut ff. de iur. dot. l. mulier bona. nisi di
camus, quod sit speciale in donatione, quod non requiratur
cessio, uel ꝙ ex donatione causa mortis transferantur utiles
actiones, sicut in legato, ut nota. ff. de publ. l. sunt & aliæ. pos
set etiam dici, quod ista uerba erunt indeliberate prolata: &
ꝙ imputet sibi iste miles, qui non cogitauit de cogitandis, ut
ff. de don. promiss. l. fin. non enim excusatur, qui dicit, non cre
debam, quod credere debuit. Debuit enim uel consulere peri
tiores: ut C. de inge. & manu. l. si auiam. & ff. de bono. poss. l.
in bonorum quid plena. & si iste miles habuisset utiles nomi
ne suo, tamen constituit procuratorem ad instituendum dire
ctas hæredi. nomine. ut l. quotiens. in prin. ff. de admini. tuto.
6 † Præterea quicquid geritur nomine hæredis, inducit aditio-
nem, etiam rem hæreditariam non attingendo: puta funeran
do defunctum, ut ff. de relig. l. at si quis. §. plerique. & ideo
l. requirit, quod neque ius, neque nomen hæredis interue-
niat, ut ff. de acquiren. hædita. l. pro hærede. §. Papinia. non
uideo, ꝙ secure possim dicere, quod hæredi. non sit adita: cũ
omnia concurrant ad aditionem necessariam, ut not. ff. de pe
ti. hær. illud etiam, si respectus, seu aspectus, propter quę adi-
7 tur hæredi. non sequatur. † Vnum solum restat, an præsuma-
tur error notarij, an error domini Antonij: nam in facto pro-
prio dominus Anto. non præsumitur cogitasse de suo præiu-
dicio: auget dubitationem, quia antecedens, scilicet ad exigẽ
dum uidetur inferre istud cõsequens, scilicet quod sit hæres.
item quia quis uidetur constituere procu. potius ad mouen-
dum directas, quàm utiles. item quia quando utilis, & dire-
cta competunt eidem, confunditur utilis. ut ff. ad Tre. l. si hæ
res. & maxime si utilis cõpetit ex tacita cessione: quia expres-
sa est potentior, & dignior. facit quod not. Dy. ff. de so. si dno.
& ff. fami. hercis. l. plane. si posset defendi de iure, quod dicta
uerba

verba essent verba notarij, nõ esset inducta aditio: tamen vt di xi, durum est hoc dicere: quia causa faciendi sicut ipsum factom, cohæret facienti, & non scribenti. vnde tabellio nõ innuit contractum, sed scribit contractum: nec est vis, vtrũ loquamtir in prima persona, vel in tertia: quia significatio tertiæ personæ transit in primam, & econuerso. vnde istę scripturæ suor synonymæ: vt no. extra de conuersio. cooiu. c. dudũ. oĩa verba casualia, & nõ formalia sunt verba partiũ. Ego Bal.

### CONSILIVM CCLXIIII.

1 *Stantibus statutis, de quibus hic habetur, & quod nulla interpretatio statutorum fiat, qualiter interpretabitur hoc verbum, intestatus. & nu. 4.*
2 *Tres sunt species decedentium.*
3 *Dictio, sine, facit conditionem.*
5 *Hæreditas adita dicitur adeũtis: & vnum corpus patrimonij.*

In Christi nomine. Statuto cauet, qđ si qua persona decesserit ab intestato sine filijs lrĩs, & ascendentibus ex linea paterna, & oon superstite fratre, vel sorore, siue filio, vel filia fratris, vel sororis ipsius defuncti ex eodem patre tempore suæ mortis, non permittatur mater, auus, vel auia talis personę de fuoctæ ad plus venire, q̃ ad qoartam partẽ legitimæ successionis ab intestato omnium rerũ mobilium, & imobilium, & se mouentiũ præter domos, & castella olim talis defunctæ personæ. alia vero bona talis defunctæ personæ habeant parentes masculi ex parte pr̃is, & aui paterni vsq; ad quartum gradum vulgariter intellectum secũdum gradũ proximioris ordinis. & si superfuerint tali personæ defunctæ frater, vel soror, siue filij, vel filia fratris, vel sororis, tunc mr̃, vel auus, vel auia ex parte pr̃is in nullo succedunt. & hoc locum habet in mulieribus ciuitatis senarum &c. Alio statuto sic cauetur. Itẽ prouisum, & ordinatum est, quod nolla interpretatio fiat, seu admitti debeat soper aliquo capitulo statutorũ, sed sicut verba iacent, ita simpliciter, & vulgariter intelligantur absq; aliqua interpretatione. Modo suppositis dictis statu. casus talis sequitur. Quædam dña Fran. vxor cuiusdam P. cui ipsa Fran. dederat in dotem mille veniens ad mortem instituit sibi hæredes in testõ suo A. B. & C. filios suos genitos ex ipsa, & dicto Pet. viro soo: cum hac cõditione, quod dicti hr̃der dictum testm̃ transmutare non possent, oisi vno in alium: deinde post mortem dictę F. decessit vnus ex prenominatis filijs, & hr̃dibus. s. A. sine filijs legitimis, alijs ex eo descendentibus, superstitib. sibi alijs fratribus suis B. & C. & P. patre suo abiotestato: deinde decessit B. ab intestato relicta vxore prægnãte noie M. & dicto C. fratre, & P. patre suo ẽt sine filijs alijs, vel descendentibus: demum dicta M. extra prægnans peperit posthumam nomine Catharinam: quæ Catharioa posthuma decessit ĩ. paucos dies a die suæ natiuitatis, superstitibus sibi matre C. patruo. & P. auo paterno. deinde decessit dictus patruus ab intestato sine filijs, vel alijs descendentibus superstite P. auo dictæ posthumæ, deinde decessit auus p̃dictus relictis sibi duabus filiabus legitimis, & naturalibus, & pupillaribus ex alia vxore, & hæredibus suis. s. Magdalena, & Petra. nunc est qõ inter matrem dictæ posthumæ, & filias dicti aui. nam mater dicit se debere succedere: cum teneat primum locum in succedendo ab intestato. ex aduerso dictæ filiæ vendicant successionem ex persona patris earum aui dictæ posthumæ. Quæri-
1 tur, quid iuris ponderans dictis statutis. † Quia statutum disponit, quod nulla interpretatio statutorum fiat: sed intelligãtur verba, sicut iacent. & vulgari modo videtur dicẽdum, qđ non debeat fieri interpretatio restrictiua illius verbi, ab intestato: quia vulgus hanc subtilem scrupulositatem verborum non sequitur, de qua loquitur l. 1. ff. de suis & leg. non intelligit: sed iodistincte, & largo modo loquitur. & ideo vulgaris intellectus præualet iuris subtilitati: qoia statutum ita expresse disponit, vt ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen cassius. & ff. de fun. instr. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de verb. signi. l. quisquis mihi. & l. alphenus. de subtilitate tñ huius verbi, in
2 testatus. non comprehenditur intestabilis: † quia decedentiũ tres sunt spẽs: & vna non est altera. s. testatus, intestatus, & intestabilis, vt no. C. de iu. delib. l. cum antiquioribus. Præterea illa l. 1. de suis, & leg. dicit, quod pupillus debet hr̃i pro intestato, sed aliud est esse talem, aliud haberi pro tali, vt ff. de verb. sig. l. mortis. Item illa l. 1. loquitur in successione deferẽda mr̃i, cui debetur qoasi iure naturæ. & sic io dispositiooe legis pia, & fauorabili, & merito amplianda, vt ff. de lib. & posthu. l. placet. sed in casu nr̃o sumus in successione auferenda, vel coarctanda: & sic legis dispositio potius vr̃ odiosa, q̃ fauorabilis, vt C. de lib. præte. l. maximum vitium. & ideo verba debent interpretari, ut minus contineat absurditatis, vt ff. de lib. & posth. l. cum quædam. licet enim statutum ponderet fauorem agnatorũ, & decus familiarũ, tñ huic fauori odiũ permiscetur respectu extremi opposin, & per hæc, & alia ego sui alias motus in consulendo sequendo doctorer vltramõtanos, & dñm Rayne. & postq̃ fui in Lõbardia, inueni egregiæ memoriæ virum dñm Signorinum de Mediolano ita coosulẽdo determinasse. tñ in proposito nostro huic subtilitati non inhæreo, supposito tñ cõi vsu loquendi, & interpretãdi. & ideo ẽt in iofante idem puto statutum, quod in adulto, vel maiore: & maxime propter uerbum, sine liberis, quod est in statuto, qđ promiscoe oẽm ætatem significat: ut no. C. de impu. & alijs substi. l. precibus. uiso de congrua interpretatione huius vocabuli, iotestatus: qoia interpretatio debet esse congruens, ut l. 1. & 2. ff. de ori. iu. & ff. de peti. hære. l. item ueniuot. §. aptanda. descẽdo ad id, quod principaliter quæritur, & diuido statutũ in parter duas: uidelicet in exclusiuã, & inclusiuã. exclusiua no. ibi non permittat mr̃. seconda oo. ibi alia uero bona. Itẽ prima pars exclusioa diuiditur in trer partes. s. in cõditionem, statutũ, & modificationẽ. prima pars durat usq; ibi, non permittatur ibi secunda. tertia ibi, nisi. Item secũda pars principalis. s. inclusiua subdiuidatur in duas. s. in cõclusionẽ expressam ibi, Alia oero. & inclosionem tacitam. nã si ascendentes masculi, & mr̃ excusa. & quia qñq; statutũ habet duo capita, sioe duo extrema opposita, exclusio unius est alterius inclosio. vñ cum pr̃ obijciatur mr̃i, mr̃ excluditur, & pr̃ admittit, ut no. Bar. in l. 2. ff. ad Tert. & ego dixi in l. maximum uitiũ. Dicet aliquis, qũo probas, q pr̃ obijciatur mr̃i. R ñdeo primo, quia agnatus, secuodo, quia mr̃ non uocatur ad quartam partem, nisi noo existat parens masculus. idq; colligit ex necessario iotellectu uerborum: quia uerba dicunt, sine parẽtibus masculis: quæ uerba frustra ponerentur, si parentes masculi non præferentur mr̃i. & sup hoc elegantissime est allega-
3 tum p consulentes. † nã hæc dictio, sine. facit conditionẽ, ut ff. de hære. insti. l. Lucius. & ubi cõditio, ibi dico significata: quorum tacitum significatum appellatur argumẽtũ a contrario sensu, ut ff. de manu. testa. l. si quis locuples. nisi io casu contrario reperiretut idem statutum, ut C. de condi. infer. l.
4 2. † ueniendo ergo ad conclusionem, sic dico. aut auus paternus oon adiuit hęreditatem oeptis, nec transmisit, & teneo opi. uenerandi, & excellentissimi fratris mei domini Angelij: quia reducta est successio ad casum quartę partis. Auus enim, qui uoo adiuit, oon obstitit matri, quia non est usus priuilegio statuti. & ideo successio cepit incipere ab agnatis trãsuersalibus, ut inst. de leg. agn. suc. §. proximus. aut auus agnouit hęreditatem delatam infanti, uel transmisit, & tunc ma-
5 ter omnino est exclusa: † & hęreditas delata infanti unita esse cepit bonis aui, & in unum corpus patrimonij redacta, ut l. 1. §. sciendum. ff. de separ. bon. & l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de uulga. substitu. & argu. C. de doo. l. si auia. ff. de lega. 2. l. pater. §. quindecim. C. de impo. luc. descrip. l. 1. ff. de acqoiren. hęredi. l. Paolus. §. 1. ff. de publica. l. licitatio. §. fin. Io hoc ergo passu, scilicet hærẹditatis aditę per auum paternum teneo pręcise opinionem nobilis, & egregij doctoris domini Raynerij de copollis tanquàm bene fundatam legibus, & rationibus, iosuper probatam per spectabiler doctores dominum Honofrium, & dominum Marcum filios meos charissimos. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCLXV.

1 *Scriptura thesaurarij an probet.*
2 *Generalia verba intelliguntur secundum præcedentia specialia, a quibus deriuantur.*

3 *Initium*

3 *Initium veritatis indicat sequentia.*
4 *Conscientia quid sit.*
5 *Solutum dupliciter non præsumitur.*
6 *Verisimile non est, quòd magna quantitas pauperi mercatori ascripta de sua bursa exierit.*

In Christi nomine. Creditor in libris
thesaurariæ in centum millibus fecit 20. scribi in persona Titij cum prouisione
mestrua more thesaurariæ: & inueniunt duæ scripturæ: vna,
qd dictus creditor fecit se debitorẽ in dictis lib. in 20. in alia
scriptura thesaurarij dicit, quod vocauit se contentum de su-
pradictis a dicto thesaurario Modo prędictus creditor dicit,
quod debitum 20. M. nunq̃ fuit sibi solutum: sed solum me-
ritum dictæ quantitatis. ex aduerso dr, ꝙ imo fuit sibi satisfa
1 ctum, vt apparet ex dicta scrip. † Quæritur, quid iuris: & vr,
ꝙ dictæ scripturæ præcise sit standum, vt C. de non numera.
pecu. l. in contractibus. §. 1. C. de apo. pub. l. 1. libr. 10. ff. de
probati. l. centum. nam scriptum thesau. pro ipsa veritate de-
bet haberi, sicut certæ publicæ, & authenticæ script. vt extra
de fide instr. c. 1. & 2. C. de prob. l. cũ precibus. ff. de fideiuss. l.
fideiussores magistratuũ. §. pro Aurelio. præterea verbũ, satisfa
ctum debet intelligi naturaliter, & proprie. l. solutũ, vt ff. de
pign. ac. l. solutum. §. solutam. ff. de sol. l. si ex plurib. in cõtrium
vr, ꝙ intelligatur satisfactum per delegationẽ: quia creditor
delegauit debitorem suum dicto Titio, vt ff. man. l. inter cau-
sas. §. abesse. quia hoc vocabulum satisfactum est generale, vt
2 ff. qui satis. cog. l. 1. † & verba generalia intelligũtur secundũ
præcedentia specialia, a quibus deriuantur, & nascuntur, vt
ff. de hæred. insti. l. qui non militabat. §. Lucio. C. fam. herc. l.
quotiens. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fin. nam talia sunt
subiecta, qualia prędicata demonstrant, & ecõtrario. ff. de in-
terro. actio. l. si defensor. ff. de vino leg. l. fi. §. cui dulcia. de pe.
leg. l. nam quod liquide. §. si coi. nam nos dicimus, ꝙ debet re
curri ad initium tabularum, vt ff. de eden. l. si quis ex argenta
rijs. §. si nuntium. & quod a capite scripturæ actio formatur,
& sentẽtia moderatur. hoc enim est, quod dicit l. ꝙ ratio a ca
pite est reddenda, vt ff. de eden. l. argentarijs. §. edũ. & ꝙ a pri
mordio causæ causari formatur euentus. ff. de dona. l. qui id,
quod ff. de fideiusso. l. tutor. C. de impo. lucra. descri. l. vnica.
3 lib. 10. † Solutio, veritas est, ꝙ initium veritatis indicat sequẽ
tia, quæ dubia sunt: & quod id venit in computato, quod ve-
nit in computãte: implicite enim rationes hoc modo explicã
tur, videndo vnde, & quo computum processerit, & quæ de-
buerit esse intentio loquentis, vel scribentis, vt ff. de pac. l. em
ptor. §. Lucius. & d. l. si ex pluribus. ff. de sol. Super hac autem
veritate inquirenda ipse thesaurarius est examinandus, ar. ex
tra de testi. c. cum clamor. C. de falsis. l. si quis decurio. quia
ipse melius nouit veritate. habita igitur veritate secundũ eam
iudicandum est. & qñ veritas nullo modo patere põt, iudica
ri põt secundum conscientiam. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. ve
4 ritas: & ar. in c. cum æterni. de re iud. lib. 6. † quia conscientia
est clypeus animæ rõnalis. porro si nihil aliud apparet, nisi di
cta scriptura, puto quod non debeat intelligi, nisi de vnica sa
5 tisfactione. s. delegationis: ne bis intelligatur satisfactio: † qđ
esset absurdum, & non verisimile, nec rõnabile: quia a libris
thesaurariæ, qui fiunt cum magna, & ponderata solemnitate,
debet excludi omnis absurditas, & duplicitas, per quam inci
deremus in inconueniens, vt l. ne casu. C. de discusso. lib. 10.
Item & ad qualitatem personarum recurrendum est, nam ne
6 mo vento ditissimus fit, ar. C. de alimentis pupil. l. fi. † & ideo
si tanta quantitas fuit ascripta pauperi mercatori, non est ve-
risimile, ꝙ de bursa sua exiuerit, vt ff. de statu. libe. l. cum hæ-
res. in prin. & argu. ff. de transact. l. cum hi. §. modus. & quod
no. C. de bonis, quæ lib. l. cum oportet. post prin. Ego Baldus.

CONSILIVM. CCLXVI.

1 *Nouatio an dicatur facta per accessionem noui fideiussoris, vel coæqualis obligationis.*
2 *Iudex datiorum, vel tabellio non potest nouare in præiudicium reipublicæ.*
3 *Culpabilis an primo sit conueniendus, quã alij correi debendi.*
4 *Correi conuenti an habeant regressum contra reum culpabilem.*

In Christi nomine. Proponitur, quod
qdã Antonius cũ
certis socijs emit dacium custodiæ carcerum cuiusdam ciui
tatis cum promissione pœnæ, & casu fugæ alicuius carcerato
rum tandem tractu tẽporis vnus dictorum sociorum de per
se promisit iudici daciorum, & publico notario recipientib.
& stipulantibus noĩe dictæ ciuitatis, & sociorum dictæ custo
diæ, & cuiuslibet, cuius interest, vel interesse poterit in futu-
rum de custodiendo dictos carceres: & de soluendo dacium,
dũmodo per dictos socios non turbetur &c. & pro prædictis
dedit fideiussorem: post dictam secundam obligationem qui
1 dam carcerati aufugerunt. † Quæritur, an contra illos socios
primitus obligatos, & eorum fideiussores possit dirigi peti-
tio pœnæ: & vr, quod non, nam vr facta quædam nouatio prę
sumpta ex nouis pactis, vt ff. lo. l. cũ in plures. §. lege dicta. &
ff. de præto. stip. l. Valerianus. in quibus legib. vr casus, sed in
contrarium est veritas. nõ enim socij sunt in aliquo liberati,
nec fideiussores eorum: licet noui fideiussores accesserint: &
hoc duplici rõne. primo, quia non præsumitur nouatio, licet
adijciatur fideiussoria, vel coęqualis obligatio, vt C. de noua.
2 l. fi. † secundo quia iudex datiorum, vel tabellio nõ potest no-
uare in præiudicium reipublicæ: meliorẽ enim conditionẽ
reipublicæ facere põt, deteriorem non põt, cum non habeat
ad hoc mandatum, vt C. de noua. l. non abstulit. C. de transa.
l. præses. ff. quod ui, aut clam. l. prohibere. §. plane. vnde con-
cluditur, quod adiecta obligatio substantiuam obligationem
3 non habet innouare. † Sed quærit secundo, vtrum primo sit
cõueniẽdus iste, qui de nouo expromisit, & fideiussores eius,
q̃ reliqui socij. & vr, quod sic, quia quotiens quis ex culpa al-
terius conuenitur, primo excutiendus est culpabilis ad simi-
litudinem cuiusdam fideiussoris, qui non debet conueniri, si
principalis est soluẽdo. iste vr casus. ff. cõmo. l. vnde quęritur.
In contrariũ vr, ꝙ isti conueniunt ex propria, & expressa pro-
uisione, non ex mera legis prouidentia. & ideo licitum est rei
publicæ, a quo velit incipere, & exigere, pręsuppono eos inso
lidũ obligatos, & renuntiasse bñficio nouę constitutionis plu
rium reorum debendi: quia ita est consuetũ apponi publicis
instris, vt no. in Auth. de fideius. in prin. & ff. de pact. l. nisi. &
4 hæc est veritas, si instrm ita se habet. † Sed quærit tertio, vtrũ
contra istum, qui se posterius obligauit, & onus custodiæ in
se suscepit, socij possint habere regressum. & quid de fideius-
soribus eius. Rndeo, sic, duplici rõne, quia socius socio tene-
tur ex culpa, quæ venit in actione pro socio. secundo, quia in
teruenit solẽnis stipulatio super hoc, ex qua tenet promissor,
& eius fideiussores: quia verba instri dñt expresse: a quib. ver
bis non est recedendum, vt ff. de verb. ob. l. quicquid astringẽ
dæ. & ff. de fideius. l. blanditiis. & in hac materia dico, qđ offi
cialis potest esse rigidus, & mansuetus. rigidus incipiendo, a
quo vult, mansuetus autem, & discretus, si incipiat a delin-
quente. faciat autem, quod magis vtile reipublicæ recurren-
do prius contra eos, qui prius soluere possunt. sed sibi vr, qa
ad hoc non arctatur. illud non omitto, quod si cogit alterũ ꝓ
altero, debet eodem imperio facere capi illum, pro quo alius
capitur, donec ipsum conseruet indemnem, vt C. vbi causæ
fiscales. l. cum vendente. per Iac. But. & arg. ff. de in ius voc. l.
eum, pro quo. connexa enim sunt ista, & vnum dependet ab
altero: & ideo connexæ insimul debent explicari: quia totum
est vnum effectum, siue vnum structum, quamquam ex di-
uersis partibus consistens secundum Iacob. But. ad hoc facit.
C. de vsu. rei iud. l. fi. in fi. Ego Baldus.
De ista causa consuluit in consilio 268. & 262. licet hic etiã
consulat per alia verba, & argumenta. Additur tamen, an ci-
uitas Mediolani possit condere statutum, vt spurijs donari,
& relinqui possit. nume. 12. vsque ad numerum 15.

CONSILIVM CCLXVII.

1 *Concubinatus proprie quid sit.*
2 *Donatio facta concubinæ per militem an valeat. & nu. 7.*
3 *Mulier quando dicatur vim passa.*

4 *Animus,*

4 *Animus,& voluntas est de esse peccati:vnde sublata volun-*
*tate de medio omnis actus est indifferens.*
5 *Pater potest donare filijs, quos habuit ex muliere, quæ vim*
*passa est.*
6 *Pater potest filiam naturalem dotare.*
8 *Milites nostri temporis non gaudent priuilegijs militum.*
9 *Excepto Imperatore,& regibus, volens vti plenitudine pote*
*statis debet ostendere priuilegium, vel de inueterata con-*
*suetudine.*
10. *Spurij an succedant matri.*
11 *Princeps dispensat cum incestuoso.*
12 *Ciuitas Mediolani an possit statuere,vt possit donare filijs spu*
*rijs? & nume.15.*
13 *Ciues non sunt proprie,qui patrem nesciunt nominare.*
14. *Pater non potest filium spurium arrogare,nisi &c.*

1 In Christi nomine. † Ad euidēoiā præ
mitto, ꝙ concubi-
natus proprie dr̃ ille, qui est iuter solutum, & solutam: nam
quia per leges nomen assumpiit, vt ff.de concubi.l.io concu-
binatu.nō pōt dici cōcubinatus ille, qui per leges prohibet,
& punitur,quia nomen,qd̄ est iuri ꝯrium,non est nomen per
leges assumpiū nam contrariarum qualitatum noia debēt es
se contraria.& si qoidem vir est couiugatus, tuulier non: vel
coniugatus vterq;,vel alia cā nsi monium detestat,iste dr̃ am
plexus fornicarius, adulterinus, vel iucestuosus: nec est hic
tranctandum de legibus, quæ loquuntur de donatione facta
2 in concobina, † sed de his, quæ loquuntur de adulterijs, in-
cestis, vel stupro maicularis, ioter quas personas cū fiunt istæ
donationes ob turpissimam cām, vel detestabilem, oulla ca-
dit liberalitas, vel donatio, vel affectio, quia ista non est pro-
prie affectio:sed defectio. & quia fit ob turpē cām actu pma-
oente: vt C.de oat.lib.l.1.& l.si quis incesti.& ar.ff.de act.&
ob.l.fi.Secuudo probatur rōne,nam filij inde suscepti dicuo
tur iucapaces,& innomioabiles: quia deductus est ipsos no-
minare,vt Auth.quib.mo.na.effi.sui.§.fi.col.7.facit extra de
ele.c.inotuit.& no.C.quemad.testa.ape.l.pe.& certe nō pro-
hibētur isti poeri, qui non peccaueruut pp se, sed pp cultum
impudicitiæ & in odiū,& opprobriū parentum,vt C.de nat.
lib.l.legem Anastasij.Tunc arguo,pp quod vnum quodq; ta
le,& illud magis:sed spurij prohibent propter parentes,ergo
multo fortius parentes.C.de sac.sanc.eccle.Auth.multo ma-
3 gis.† & hoc verum est,nisi mulier fuisset vim passa,& exinde
genuerit, & dr̃ vim passa ēt, quæ terroribus poterat coerce-
4 ri.† nā animus,& voluntas est de esse peccati. vode dixit dñs
Azo,vt refert Cy.tolle voluntatem de medio, & omnis actus
erit indifferens, vt ff.de postu.l.1.§. remouet.ff.de fur. l. qui
iniuriæ.ff.de adul.l.vim passam.in princ.& ego in conscien-
tia mea putarem potius bonū, qoàm malum: quia tales mo-
lieres compelli poteritnt de facto.ff.qua.re.actio non da.l.1.
§.quæ onerandę.ff.quod fal.tut.l.nouissime.oisi contrarium
appareret per actus,& signa ostensiua gaodij. Ex hoc assumo
5 duas conclusiones.† prima est, ꝙ in casu coactiones filijs na-
tis ex tali complexu possit donari per matrem, quia non pōt
accusari per patrem.secunda,quia affuit voluntas in comple
xu per neutrum:quia talis complexus potuit accusari, vt no.
C.ad officia.l.si qua illustris.& insti.eo.§.nouissime. & ff.vn
6 de cog.l.si spurijs.† Item surgit alia conclusio: quia certum
est,qood naturalem filiam pater pōt dotare, si vult: licet non
cogatur.ff.de leg.3.l.vxorem.§.pater oaturalis. sed ipuriā nō
potest dotare,nisi vsque ad quantitatem alimentorum:ita qd̄
habeat alimenta perpetua secuodum qoalitatem status:quia
quod ob cām permittitur,& ab ea cā limitat, & moderatur:
quod arbitrio iudicis committitur. & ita ius canonicum, &
ciuile concordatur, vt extra de eo,qui duxit in matrimoniū.
c.cum haberet. & arg.ff.de exer.l.Lucius. ex prædictis etiam
apparet; quia id,quod non possum vt ego.s.vt pater, non pos
7 sum vt quilibet, qoia ius prohibet. † Ex his satis apparet, qd̄
non est quærendum, an miles possit donare concubinæ: vt
ff.de testa.mili.l.miles.§.mulier.nam si esset vera, & mera cō
cubina,tantus princeps potuisset donare, quia militis appel-
latione non continetur princeps proprie loquendo propter
differentiam nominis,licet ipsæ voces,milites sitos cōmilito-
nes.& est simile, qood appellatione beneficij non contioetur
8 dignitas.† Item vt in alio consilio plene ootaui,milites oostri
temporis non conoinentur in priuilegijs, ergo oec in odijs,
quia quo priuilegiom non protendit,eo oec odium se exten-
dit,vt ff. de testa. tute.l.si quis ita. tñ alia rō vr̃ remooere do-
oationem, quia si non est permissa inter coniuges; nec inter
amasios.sed rñdeo,esset morte donatoris cōfirmata, cùm fue
rit traditione subnixa:vt ff.de dona.inter vir. & vxor.l.Papi-
§. quæsitũ. nam verbum, restituendæ dotis. restringit pactũ ad
casum restitutionis: sed iste non est casus restitutionis, ergo
&c. ar. de ver. ob. l. q̃ Romę. §. augerius. dum aliquis simplici-
ter apparet, suit pactum lucrãdi liberis: illud pactũ debet re-
moueri: nã illa dos imputatur in legiti mã. l. qm̃ nouella. C. de
inoff. test. ergo reijcitur onus. l. qm̃ in prioribus. de inoff. test.
Sol. ibi qñ imponitur onus p viã vltimę voluntatis: secus si p
viam ɔ̃ctus. de leg. 3. l. vxor. §. pater. per Iac. & no. C. de rei vx.
l. cũ a matre. facit qđ no. so. ma. l. si cũ dotẽ. §. si pater. per Iac.
3 & hoc q̃tũ est de dote, † sed videamus de bonis paraphernalibus,
quę sunt ipsius mulieris, & quę trãseunt vt ad hæredes,
nã hæreditas dictę domine iure non fuit adita per filios ætate
refragante: quia erant pupilli. ff. de acq. hære. l. pupillus si fari
4 possit, & l. impuberibus. C. de iu. deli. † posset dicere aliquis,
licèt pupillus non possit adire, tñ põt transmittere ius delibe
randi: nã in re transmissione iuris deliberãdi sola scientia pu
pilli sufficit: nam lex dicit scientiã sufficere. C. de iu. delibe. l.
cum antiquio. sed pupillus maior infante ad suum saltem pfe
ctum scire intelligitur: & sibi acquirere potest ius transmit-
tendi. nam per hoc nemini obligatur, & ipse efficitur locuple
tior, ar. insti. de inuti. stipu. § pupillus. præterea testes directè
deponunt super immixtione, & gestione pro dño, seu pro hæ
rede: quia non est propriè immixtio in hæreditate materna:
& bene cadit immixtio in notitiante per actũ extrinsecũ. in-
sti. de hære. quali. & diff. §. fi. & standũ est dictis testiũm, vbi
probetur oppositum, vt extra de testi. c. in omnium: nisi esset
5 obscurũ, de prob. c. in pręsentia. cum si. † & dictum ipsorum
præsumitur verũ, nisi probetur falsum, sicut instr̃m, C. de p-
ba. l. cũ precib. non tñ pręsumitur vltra, vel præter quàm de-
ponant. C. de vsur. l. 1. nec dictum simplex præsumitur condi
tionale, vt modale, vel econtra. extra de si. instr. c. cum Ioã. he-
6 remita. † Sed rñderet, q scientia solius pupilli proximi infan-
tiae non sufficit ad transmissionem hæreditatis: quia lex dicit,
quod pupillus causam acquirendæ hæreditatis non intelligit.
d. l. pupilli si fari. non ergo habet scientiam iuris, & facti non.
cognoscit quid sit hęreditas, vel successio, vel aditio hęredita
tis, ergo non habet scientiam talem, qualis exigitur. dicet
aliquis, non exigi scientiam legum, sed facti. ff. de cond. & de-
mon. l. multum interest. sed in eius sciẽtiam bene hoc cadit,
quod matre sit mortua, licet nesciat, quod ius deferat sibi suc-
cessionem, hoc non est impedimento successionis. arg. l. mul-
tum. sed respondemt: tex. dicit, q talis ætas non decernit: er-
go dicitur ignorare. d. l. pupillus non transmittit. alias etiam
infans transmitteret, q scientia mortis matris cadat in aliquo
infante, ar. ff. de acq. poss. l. donatarum. quod est falsum: vt l.
infanti. §. si vero non sit tutor. licèt enim scientia iuris. i. con-
stitutionis non requiratur, tamen vera, & efficax scientia, q
pertineat ad eum hæreditas, requiritur. ff. de bon. poss. l. in bo-
norum. & licèt pupillus possit sibi acquirere per seipsum sine
tutore, verum est, quando acquisitio cadit in suum intelle-
ctum: sed actus deliberatiuus, & conseruatiuus ad adeun-
dum, vel repudiandum hr̃ditatem non cadit in pubere, ar. l.
fi. C. de mili. testa. quod in proximo infantiæ verum puto pro
§. si vero non sit tutor. & dicere quod ille §. sit correctus per l.
cum antiquioribus. captiosum est, & non sani intellectus: qa
nec tex. nec gl. hoc dicit, neq; ratio conuincit. Item nec obst.
7 dictum testium: † quia præsumũtur pro dicto testium in fa-
cto, & non in iure, vt not. Inno. de testi. c. cum causam. nam si
ius repugnat, & ętas, dicto testis non statur, arg. ff. de interro.
act. l. confess. ff. de testib. l. ob carmẽ. §. fi. sicut si dicat, stipu-
lationem factam inter absentes, vel furiosum testatum esse de
succeſſ. ab intesta. c. cum dilec. de testi. cum si quæratur. ff. de
proba. l. si ab ea parte. nam deinde testis factum, iure, & naturę
congruere debet impossibilium, nonnullum testimoniũ au-
ferri: põt quia non entium nulla est scĩa, neq; sensus, neq; vl-
8 læ sunt causæ. † sed dicet aliquis, maritus adiuit hæreditatem
vxoris possidendo, sed tñ non constat filios fuisse infantes, vn
de solus pater adire non poterat: quia nõ est probata infantia,
quæ fundat aditionem, & ideo allegãti aditionem incumbit
probatio, & iustificatio aditionis: tamen nec constat maritũ
noua possessione vsum, nec sibi animo mutasse causam pos-
sessionis. C. de acq. poss. l. cum nemo. nam extenuata possessio
ne veteri nõ pręsumitur aditio: maxime ex possessione vnius.
arg. ff. de acqui. hęre. l. duo fratres. ff. si quis hære. pe. l. fi. & ar.
eius, quod legitur, & notatur. ff. si cer. pet. l. certi condictio. §.
fi. & l. eius. in fi. & C. de pet. hę. l. si filius vir & vxor cũ morie-
batur, & ipse in extremis agebat, & mortali languore præme-
batur, nec est verisimile morte turbatum cogitasse nouã adi-
pisci possessionem. C. qui test. fac. poss. l. hac cõsultissima. §. at
cum humana fragilitas. & ideo iustus iudex, qui cõsiderasset
facti naturam, pro sorore in paraphernalibus debuit iudicare
veritate, & facti qualitate conatum testiũ elidentibus, & si ar-
bitrator aliter arbitratus est, bona fide fecit: tñ iniustũ fuit in
hoc laudum suũ, & potest peti reductio ad arbitriũ boni viri.
in alio. n. iudicio ad instar iudicij appellationis. ff. de arbit. l.
non distinguemus. §. cũ quidam. in fine poterit iniquitas me-
lius declarari. & hęc videntur mihi esse directo iudicio, & qđ
quilibet vir bonus sequi debeat, præsumitur, quòd res pa-
raphernales, in quibus vxor titulum, & iuris detentionem
habet, facit, quod not. de iure dot. l. mulier. l. si ego. §. fi. cum
similibus. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCLXXIIII.

1 *Iustum impedimentum an excuset in iudicijs, ne quis incidat in pœnam ratione moræ contractus.*

1 In Christi nomine. Factum tale est, Ballion Guigloti de Perusio fuit extractus de Saccheto in potestate Ciuitatis Castelli pro 6. Mensib. qui secundum formam pactorũ debeat accedere ad dictam ciuitat. 4. dies ante initium sui officij: & si non iret, quod debeat postea stare tpe syndicatus per 5. dies plus. mõ cõtigit, qđ ciuitas Perusina tpe, quo iste Ballion erat venturus ad dictã Ciuitatẽ Castelli, & ante diu ipso existẽte in ciuitate Perusij, fuit obsessa circũ circa a pestifera societate alba: ita ꝙ securè ire non poterat ad dictã Ciuitatẽ Castelli: pp quod in termino p vnã diẽ non venit. Quæritur mõ, an excusetur pp dictum impedimentũ, ita ꝙ stare non debeat tẽpore sindicatus per illos 5. dies plus, nec ne? &c.

1 In Dei nomine. † Quia a dispositione res incipit hoc mõ: qa dicit pactum, ꝙ potestas debeat accedere per quatuor dies ante, non a conditione si non ierit per quatuor dies ante, dico, qđ si per impedimentũ non potuit ire in termino, non propterea debet puniri, vt stet quasi loco pęnę p 5. dies plus, nã nec mora, nec defectus huic põt imputari: quia angustia tẽporis maturius proficisci non potuit, vt hæc probantur. ff. si quis cautio. l. 2. §. quod diximus. ff. de publ. l. Cęsar. & ad l. rhodiam de iactu. l. pe. §. idem iuris est si prior nauta. secus si fuisset in mora, vel culpa. ff. loc. l. colo. §. si nauẽ. & no. in §. cũ quidã. probatur distinctio, an incipiat actus a conditione, vel dispositione, seu præceptm. ff. de verb. ob. l. illa stipul. l. si Kalendas. vbi per deiunctam. l. si ex legati causa. eo. tit. &c. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCLXXV.

1 *Stante statuto &c. an immittens vinum forense in comitatu soluendo gabellam veniat puniendus.*
2 *Suspensio temporalis finito tempore nil operatur.*
3 *Dictio, perpetuo, quid importet.*
4 *Pronuntiationes plures in iudicio an ad inducendam, seu declarandam consuetudinem requirantur.*
5 *Accusari pluries an possit quis de vno, & eodem delicto.*

In Christi nomine. Factum tale est, Nutus quondam Nicoluchij de Aretio accusauit inter ceteros Feum Bon. Ioan. de Immissio. & apportatione vini Forẽsis Iudę, & a cõitate Are. &c. & tandem litẽ contestatus accusator renonciauit liti, videns se malã fouere causam: & iudex interloquendo, & absoluendo pronunciauit, vt in hoc folio cõtinetur. deinde alter ex publicanis de vno, & eodẽ facto reaccusat hunc Feum. modo q̃ritur de duobus, primo vtrũ immittens vinum Forense in comitatu Aret. soluendo gabellam ordinationis veniat puniendus, considerato tenore legis municipalis? Secundo, vtrum
1 dictus Feus possit denuo accusari. † & ad primũ vr̃ primo dicendũ, qđ sic, primo ex statuto edicto in 44. sub rubr. qd vinũ Forensis. nã illud statutum est obseruandũ. ff. de publ. l. Cęsar. de ver. sig. l. censoria. C. de naut. feno. l. cũ proponas. ff. de decre. ab or. fac. l. fi. ff. loca. l. 1. §. nautę. cum si. secundo ex reformatione edicta in l. 2. nã illa reformatio loquitur de venditione fienda pro tẽpore unius anni permittens intromittere vinũ forense ad tempus illorũ emptorum: ergo pro alio tẽpore
2 viget statutũ, quod est solũmodo ad tẽpus suspensum. † nã suspensio tẽporalis finito tẽpore nihil operatur, ar. ff. de leg. l. cũ l. ff. de leg. 2. l. statu libe. §. fi. ff. de pœnis. l. fi. Inn. de consue. c. cum inter. 3. ex reformatione edicta in 40. q̃ ad tẽpus restringit, & sic vbi alias esset perpetua, eam efficit tẽporalẽ. ff. de mil. te. l. si certarũ. §. vlt. ff. ad leg. fal. l. 2. §. post missionem. ff. de leg. 1. l. talis scriptura. facit qd no. in § pœna grauior. & l. ordine. cum si. contrariũ mihi vr̃ verum propter duo. primo ex vi reformationis editę in quinquagesimo: secundo quæ perpetuo permittit, vt patet in dictum do. Iac. consul. ibidem dicit, limitatur, declaratur aditã perpetuo valide satis, & firmè, nã
3 tota illa reformatio in perpetua est in oĩ tpe valitura. † nã illud aduerbium, perpetuo, talẽ significationem habet. ut no. ff. pro soc. l. 1. & 2. §. qui in ppetuũ. ff. si ager. vect. ff. de ser. vrb. pręd. l. eum debere columnã. derogatũ est igitur statuto p̃cedẽti in totũ, adeo ꝙ ex eo arguendũ non sit, nec in hac parte in iudicio allegandũ. C. de latina li. tol. l. 1. in prin. C. & de veteri iure enuc. l. 2. §. sed quia. nec ob. reform. factã in l. vno. quia illa reformatio fuit facta ad unũ effectum. s. promissum. ergo nõ debet cõtrariũ operari. arg. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. ff. de hær. insti. l. ex facto. & l. hæreditas ad statutũ. nam mens legislatoris fuit in derogando statuto veteri, non in reuocando, & actus agentium &c. ff. si cer. pe. l. non omnis. ff. de act. & ob. l. obligationũ substantia. & cõfirmatur hoc per l. ff. de pac. l. scimus. §. 1. & quod ibi no. itẽ non ob. alia rõne, nam dicta vltima reformatio loquitur tẽporaliter, atten. noua gabella, q̃ ibi imponitur. j. 12. domini personaliter. itẽ loquitur localiter, & se porrigendo an inter ciuitatẽ. modo fateor, ꝙ tale ius nouũ est tpale, & finito tẽpore reditur ad ius ppetuũ. i. ad dicta reformationem factã in l. 2. nã eã non inuenio correptã nec in forma, nec in materia. ergo &c. de app. l. p̃cipimus. & l. j. C. de inof. doti. nisi secundũ literã reformationis editę in 56. nõ in capi. Pręterea dr̃ mihi, ꝙ sic consuetudo interpretata est dictã reformationẽ: vnde standũ, quia interpretatio consuetudinis est ꝓbabilis, & necessaria. ff. de leg. l. si interpretatur. accedit ad hoc, ꝙ cõsuetudo ista fuit in psona accusan. allegata, & iudex pronuntiauit, vnde vr̃ pronuntiasse ex alle. ut ff. de pęn. l. si pręses. ff. de suspe. tut. l. hæc. n. & no. de excep. rei iud. l. si ad
4 exhi. & l. si ex testa. † & licèt ad inducendã consuetudinẽ requirãtur in iud. plures pronuntiationes sed quosdã, tñ ad declarandũ consuetudinẽ inductam super re sufficit vna snĩa lata ex plena discussione secundũ alios doc. ff. de legib. l. de qbus.
5 † Quantũ ad secundum punctum dico, ꝙ huic accusatori vr̃ obstare, quia alias actio est de facto, & sententiarum: & licèt factum sit iterabile, tamen non aliter pręsumitur iteratio. & no. ff. de iureiu. l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de exce. rei iu. l. si a te. in prin. & si dicatur renuntiatio. lit. alij non ob. esse. ff. de adul. l. maritus. §. negauit. Rñdeo, hic fuit vltra processum ad absolutionem: & de delicto eiusdem hominis nõ debet sępius quęri, præsertim cõtra eundem. l. fi. nau. caup. stabula. §. passum. ff. de acc. l. si cui. §. hisdẽ. & maximè qñ primus agens erat socius secundi, ar. l. fi. C. de duo. re. loquor præsupposita valentia nuntia. finaliter concludo accusationem non procedere in effectu. ad hoc facit reformatio facta in l. 17. nam ex quo illa reformatio acceptat gabellam, tacitè delatus permissus videtur, argu. C. de pac. inter emp. l. commissoriæ. & ff. de euict. l. quidem. Et ita dico & consulo. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCLXXVI.

1 *Substitutus in quibus bonis succedat vigore substitutionis? & an in Trebellianica.*

In Dei nomine. Factum, super quo consilium petitur, tale est V. P. & C. fratres carnales, & filij Guli. Putij eorum fecerunt testm̃ vna scriptura redacta manu Ser Francisci Andrioli no. de Asses. in quo testamento fecerunt talem institutionem, & substitutionem: in omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, rationibus pręsentibus, & futuris vbicunq; sint, & reperiri potuerunt, vnus alterũ, & alter alterũ ipsorũ superuiuentiũ sibi hęredẽ vniuersalẽ instituerũt, & fecerũt: & si aliqs ipsorũ decederet, substituerũt superuiuẽtẽ ipsorũ: & si oẽs morerent, substituerunt eis, & cuilibet ipsorũ Thomassellũ Loli: qđ testm̃ vobis trãsmittit. post testm̃ pdictũ decessit Vãnutius vnus ex dictis testatorib⁹ superstitibus sibi dictis Pucio, Cęcę, & Thomassello: q Pucius hęreditatẽ dicti Vãnucij decedẽtis nõ adiuit: postq̃ decessit d. Pucius, superstitibus sibi dictis Cęcę, Thomassello: q Cęcę hr̃ditatẽ dictorum Vannucij, & Pucij adiuit: postq̃ dictus Cęcę suum vltimum fecit testamentum: in quo instituit sibi hæredem quandam suam neptem, & vxorem suam. Modo quæritur ex prædictis de iuribus dicti testamenti dictorum Cęcę, Pucij, & Vannucij. & quid in quantitate dictus Thomassellijs substitutus

debeat

debeat habere de hęreditatibus dictorum Pucij, & Vanucij. Item quęritur, cum dictus Vanucius tempore conditi testamenti proximi habebat vnam filiam nomine Claram, cui reliquit certa bona iure institutionis in dicto testamento, vtrum dicta Clara possit aliquid vlterius petere in hęreditatem dicti Vanutij sui patris.

1 In Christi nomine. Super primo puncto † videtur dicendum, ꝙ ex quo omnes isti tres fratres decesserunt, Thomassellus vigore substitutionis veniat ad bona Vanucij, & Pucij, deducta Trebellianica, si factum fuit inuentarium. nam Cęcę, qui vltimo decessit, videtur fuisse rogatus de restituendo, quo cepit titulo institutionis, vel substitutionis vulgaris tanquam fideicommissarius attento ordine testamenti, ut no. ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. quidam. & no. ff. ad l. Fal. l. Titia facit. ff. de acqui. hær. l. si tu. §. ex parte. & l. si totam. saluo ꝙ si filia Vanutij non habuit tm̃, quod ęqualeat suę legitimę, potest de iure communi petere supplementum sibi applicandum. C. de inoff. test. l. omnino. l. qm̃ in prioribus. l. scimus. cum sim. & per hoc patet responsio ad secundum punctum. Item videtur, ꝙ in bonis Cęcę vltimo mortui. s. in bonis proprijs, non hęreditarijs fratrū suorum Thomassellus nullum ius habeat. nā aut vult venire ex substitutione facta per Vanucium, & Pucium, & non potest: quia in ipsa substitutione non ueniunt bona hęredis propria. ff. de vulg. substi. l. cohęredi. §. cum filię. aut ex testamento Cęcę, & hoc non potest: quia Cęcę post primum testm̃ fecit secundum. vnde facta est reuocatio primi, & contentorum in eo. ff. de leg. 1. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. de lega. 3. l. si quis. in prin. testamenti. & l. ꝙ interim. de adi. lega. C. de sac. san. ecc. l. 1. cum sim. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXVII.

1 *Iudices alicuius societatis an possint cognoscere de causa depositi mutui facti ipsi societati, stante statuto, quòd de causis societatis alij, quàm iudices sui non possint cognoscere.*
2 *Intellectus l. si quis ex aliena. ff. de iudicijs.*
3 *Sententia super incompetentia iudicis transit in rem iudic. si ab ea non fuit appellatum.*

In Christi nomine. Visis infrascriptis actis, & viso statuto communis Aretij de Manloquentis, quia quæstio ista diu agitata vr̃, succinctę oportet videre, an consules fuerint iudices necne. & an valuerit pronuntiatio, quia pronuntiauerūt se iudices, necne. & quid iuris de exceptione petita. & quid
1 iuris de causa nullitatis, & de app. interposita. † & videt̃ primo, ꝙ sententia cōsulum fuerit nulla ex incompetentia iudicis. C. si a nō cōpe. iud. l. fi. primo quia cōsules nō fuerūt iudices huius litis: quia statutū facit eos iudices in certis casib⁹, ergo in alijs vetat. ff. de iud. l. cum prætor. sed inter casus numeratos casus iste, s. pecuniæ depositæ, vel mutuatę societati non connumeratur. nā aliud est pecuniā mutuare, aliud est facere mercantiā, pręsertim de re mobili dicit, statutum. nā qui mutuat, vel exponit, mercantiā non dicitur exercere, nec mercatū, quod a merce dictum est. C. de nundi. l. 1. C. de cōtinentijs, & mercan. l. mercatus. & aliud est pecunia, & aliud merces. ff. de ꝯtrah. emp. l. 1. ff. de rer. perm. l. 1. de admi. tu. l. Titiū §. altero. nec vr̃ mutuū, vel depositū descendere a mercantia: quia non habet originē aliunde, vnde non pēdet ex alio ꝯctu, vel causa. C. si cer. pe. l. si exceptio. nec videtur potuisse pronūtiare sup cōpetentia iudicū cōtra tenorē statuti. ff. de excu. tu. l. qui testa. de tut. & cura. l. Seię egressę. nec videt̃ valuisse diffinitiua: quia nō habet fundamētū iurisdictionis. de iniusto testa. l. si filio. §. ꝙ si quis. C. de iur. om. iu. l. magistratus. in fi. &
2 l. 1. cū si. † nec videtur posse dici, ꝙ tenuerit rōne dubij. ff. de iud. l. si quis ex aliena: quia ibi erat dubiū facti, hic non: imo erat factū, & pertinens ad iurisdictionē cōsulum: quia ex casus statuti: & iurisdictio ordinata est certa: & qñ iudex egreditur metam iurisdictionis vel in persona, vel in loco, vel tēpore, vel re, ipso iure non valeat snia, vt lege extra territoriū. de iur. om. iu. C. de app. l. ampliorem. §. fi. C. qñ prouocare nō est necesse. l. cū ętera rōne. cū si. quia igitur ex actis apparet vitiū nullitatis visibile ex actis, & p inspectionē statuti, & visiū visibile sufficit executioni, ar. l. 2. & l. edi. de edi. di. Adr. toll. ff. de app. l. si expressum. In ꝯtū vr̃, nā siue mutuū, siue depositū cēseat̃, vt no. ff. si cer. pet. l. cū qd. fuit factū tanq̃ apud mercatores, & suo noie appellatiuo mercatorū. vnde cā mercāriæ exercitię ab isto, q societatis fidē astrinxit, totū factū euacuasse vr̃. C. ad ma. l. fi. nā habere rōnē acceptorū, & datorū cū aliquo mercatore, pars q̃dā est, & actus mercantiæ, & negotiationis ipsorū. ff. de insti. l. habebat. & ff. de exercito. l. fi. ff. qd cum eo. l. fi. vnde iste actus respicit ad mercātiā, ꝙ contēplatione mercantiæ, & actus ipsius factus fuit. ar. ff. pro soc. l. socium, qui in eo. §. fi. facit. ff. de edē. l. quędā. §. nummularios. & quod ibi no. & in Auth. de fideiuss. §. argentorum. & qd ibi no. itē pdicta pecunia nomine mobiliū continetur, de ver. sig. l. mouentium. aliàs sequeret̃, qd de cambio pecuniæ dicti cōsules non possent cognoscere, quod nō est verū, nisi aliud statutū aliter
3 determinare. † præterea sententia lata sup cōpetentia iudicis transiuit in rē iudicatā: quia non fuit appellatū ab ea, ex eo qd potuisset appellari, vt not. in auth. habita. C. ne filius p patre. nō pōt modo iudiciū dici nullum: quia potuit se iudicē pronuntiare rōne dubij. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. 2. & talis snia non pōt retractari per appellationē a diffinitiua. vt C. de procur. l. ita demū. quia seorsum a principali secernitur, vt in c. vlti. de app. lib. 6. Præterea inuenio partes consensisse, vt in iudices: & consensisse in electione mercatorū: vnde hoc inducit vel confessionē iurisdictionis, vel tacitā prorogationē, vt patet in actu die 9. Maij facto. vnde ex quo secuta est postea snia, debet haberi rata. l. 1. ff. de iudi. C. communia vtri. iudi. l. 2. præterea inter consules mercatorū sępe sæpius recensi. est & iudica. & præsumitur pro sententia talium virorum tot, & toties ruminata. facit quod no. de euic. l. hæres. §. 1. pręterea bonæfidei mercatorū non cōgruit de iuris apicibus disputare, sed pacta seruare. ff. man. in l. si fideiussuri. §. quędam. vnde improbo desiderio cauillātur sic. C. depositi. l. de fi. & de mu. patri. professio. Et ideo ego Bal. de Perusio V. I. D. sentio, & consulo, sicut senserunt consules mercatorū: & qd eorum sententia sit exequenda, non obstantibus cōtradictis, quæ potius tendunt ad quasi perfidiam, quàm ad fidem.

CONSILIVM CCLXXVIII.

1 *Hæres non conficiens inuentarium an teneatur vltra vires hęr. tam de iure cano. quàm ciuili.*

In Christi nomine. Factū tale est, quidam nomine Massius Vada, qui in suo testō sic disposuit, in omnibus autē alijs bonis mobilibus, & immobilibus &c. Barto. Pau. eius nepotem sibi hæredem vniuersalem instituit, & si dictus Bart. decederet sine filijs legitimis non peruenientibus ad legitimam ætatem a 5. annor. substituit sibi dominum Andream magis, Franciscum, & Lucanuci, & eorum descendentes in parte ipsius testatoris domorum, clausularū, & viniarum posita &c. & teneant̃ de dicta hæreditate, & relicto facere pro aīa sua, & suorū parētū vnū septimū pro quolibet anno de vno pane, & vno denario pro quolibet paupere, q̃ iuerit ad illū septimum: in omnibus autem alijs suis bonis substituit sibi Matthęum, & Petrum Bonandi, & Petrum Lucannutij in æquali portione, & ipsorum descendentes: & ipsi teneantur facere vnū septimum pro quolibet anno de vno pane, & vno denario pro quolibet paupere, qui iuerit ad dictum septimum pro anima dicti recipere voluerit. & hanc &c. Modo dictus Massius testator decessit superstite dicto Bart. eius nepote, & hęrede minore a 5. annis hæreditatem dicti Massij incōsulte, & sine beneficio inuentarij agnoscente. postea dictus Bar. decessit relictis hæredibus Matthęo, & Pet. Bonon. & Lucannutij, qui dicto Bart. a dicto Massio substituti dicuntur: modo pro parte dñi episcopi dicitur dictos septimos debere fieri p dictos hęredes dicti Bar. & hr̃ditatē dicti Massij, q̃uis nō fuerit soluendo, ad eos pertinere cū dicto onere septimorū: quia dicta hęreditas fuit adita inconsulte pro parte dictorū hr̃dum dicti Bar. dicitur dictos septimos nō debere fieri, quia dicta hęreditas non est soluendo, & quia ipsi hr̃des dicti Bar. minores

ex persona ipsius Bar. anteq̃ si ipsi Bar. si iusserit, fuisset ætatis 25. anno. potuerunt beneficium restitutionis in integrũ aduersus dictam aditionem inconsultæ factam per ipsum Bart. quo beneficio habito hæreditatem dicti Massij acceptauerũt cum beneficio inuentarij: & quamuis dicatur pro parte dñi episcopi dictos hæredes dicti Barto. adiuisse hæreditate dicti Massij ex substitutione eis facta per dictum Massium, hoc nõ est verum: quia non expediebat ipsos adire ipsam hęreditatẽ vt substituti, postq̃ erant instituti a dicto Bart. qui fuit hæres dicti Massij in omnibus bonis suis. Item dicitur pro parte domini episcopi, quod posito, quod dictum inuentarium confectum ab hęredibus teneat, tamen nõ præiudicat ad episcopũ, & pauperes, qui fuerunt citati corã iudice sęculari ad dictum inuentarium: & dicti hæredes dicunt, quod nõ obstante hoc inuentarium tenet: & quod ipsi non tenentur facere vocati episcopum, & pauperes ad alium iudicem, quàm ad sęcularem. modo quæritur, quid iuris?

1 In Christi nomine. †Super præmisso puncto dicẽdum est, quod vltra vires hęreditarias hæres de iure canonico cogendus non est, licèt non confecerit inuentarium: vt no. io c. q̃q̃. de vsur. lib. 6. & Host. in summa de testa. §. 1. ver. Itẽ si bona. sed iure ciuili distinguebatur olim inter debita, & legata. nam debita insolidum, & legata pro viribus patrimonij. C. de iu. delib. l. fi. §. si vero postquam. C. de legatis. l. si vniuersæ. sed de iure authenticorum non distinguitur inter debita, & legata: quia lex fingit, quòd hæreditas fuerit solnendo, fingitur hæredem subtraxisse. in Auth. de hęre. & fal. §. scimus. saluo q̃ minor habet beneficium restitutionis, en. ti. §. pupillus. & ff. de authori. tuto. l. pe. C. si vt se ab hęr. abstineat. l. fi. quod potest implorare duplex, vel abstinendum, vel ad conficiendũ inuentarium: vt patet ex dictis legibus. sed iure canonico nunquam tenetur hæres, licèt non conficiat inuentarium, nisi pro viribus hæreditarijs, vt prædixi: sed cum simus hic in foro canonico, & in causa, quæ ad forũ canonicum. s. episcopi pertinet, ius canonicum seruandum est, vt no. in c. 1. de noui oper. nun. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXIX.

1 *Decedente substituto, cui onus est iniunctum, antequã institutus, cui ordinatum per testatorem debeat fieri. & nu. 2.*

In Christi nomine. Factum tale proponitur: quidam nomine Paulus Grandagni suum vltimũ condidit testm̃: in quo sic disposuit, in omnibus aũt alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus &c. Bar. & Guadagnũ filios sibi hæredes vniuersales instituit, si autem erit & Pacepte suæ vxori, & posthumũ nasciturum ex dicta Pacepta, si erit masculus, sibi hęredes vniuersales instituit: si autem erit fęmina, reliquit eidem pro sua dote c. lib. den. iubens eam fore tacitam &c. & si prędicti sui filij, vel aliqui ipsorum decesserint sine filio, vel filia, & cũ filijs legitimis non peruenientibus ad ætatem 25. anno. substituit alium, vel alios superuenientes, non per capita, sed per stirpem: & si sui filij omnes decesserint sine filijs legitimis ipsius Massij, & si dictus Massius decesserit sine filio, vel filia, siue filijs legitimis non peruenientibus ad ętatem 25. ann. quicunque decesserit sine filijs, iussit, voluit, & mãdauit, quod de dictis bonis, & hæreditate conseruetur, & fiat vnum altare in dicta ecclesia presbyteris: in quo altare continuo celebretur diuinum officiũ pro anima ipsius, & parẽtũ dicti testatoris per vnũ bonũ, & honestũ presbyterum obligandũ ad dictum altare per discretos consanguineos ipsorum. s. Massij, & Pauli sui fratris. cõtinuo mortuo dicto testatore decessit dictus Guadagnus intestatus remanente dicto Bart. vnà cũ dicto Guadagno instituto, & inuicẽ substitutus postea decessit dictus Massius substitutus remanente dicto Bart. instituto. pro parte domini episcopi dicitur, qđ dictum altare relictum per dictum Paulum debet constitui in dicta ecclesia presbyteris: cum dicatur per eũ conditionẽ dicti testamenti aduenisse post mortẽ dicti Massij. pro parte vero hęrdũ dicti Bar. dicitur dictũ altare non debere constitui: & conditionem dicti testamenti non aduenisse: Imo ipsam substitutionem factam de dicto Massio non euenisse, cum dictus Massius vltimo substitutus decessisset, antequam decederet dictus Bar. institutus: & sic dicta hęreditas ad eum non peruenit. & si non peruenit ad eum, non potuit transmittere ad altare. modo quęritur, quid iuris?

In Christi nomine. Mihi de prædicta dubitabili quęstio-
1 ne † vr, ex quo omnes decesserunt, non attento ordine moriendi, q̃ dictum altare fieri debeat tam de bono, & æquo, quàm de iuris subtilitate: quia testator post mortem omniũ dictum altare fieri voluit: qui casus extitit: licèt postero ordine mortalitatis. & hoc sic probo: iste testator fecit substitutionẽ institutorum primo adinuicem: secundo substituit eis Massiũs post mortẽ Massij mandauit constitui altare: vnde onus istius constitutionis præcedentis Massio recidit ad institutos post mortem eorũ. C. de cad. tol. §. 2. & arg. de condi. & dem. l. publius. §. 1. nam nõ fuit nominatim iniunctum Massio, sed impersonaliter onus ascriptum. & sic nõ ob. ff. de leg. 2. l. celsus. §. quod alicuius. & facit quod no. ff. de cond. & dem. l. quę cõ-
2 di. in prin. † & licèt onus appositum in substituto non videatur appositum instituto, istud est verum, nisi per viã caduci, vel quasi caduci remanet penès institutũ commodum ex cã caduci, qa illud commodũ remanet tunc cum onere. d. §. pro secundo. nã in casu nostro onus est cõpositum post gradũ, & ideo oẽs respicit. ar. C. de lib. pręt. l. 1. & licèt substitutio quæ ad Massium sit in causa caduci, non tñ quo ad altare: sed contra prædicta vr quasi casus. ff. de mil. substi. l. qui habebat. vbi caduca facta substitutione preambula expirat substitutio substitutionis: sed ibi alius casus est, ibi deficit condictio futuræ substitutionis: vt ibi no. Sisto igitur in prędictis per l. cohęr. in prin. ff. de vulg. & pup. Ego Bal.

CONSILIVM CCLXXX.

1 *Substitu. an expiret per ingressum ordinis fratrum minorum.*
2 *Fideicommissum an peti possit viuente ingresso monasterium.*

In Christi nomine. Factũ sic se habet. quidam nomine Pateranus de Matha. fecit testm̃: in quo fecit talem institutionẽ, & substitutionem: videlicet in omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus vbicunq; sunt, & inuenitri pñt, & potuerunt in futurũ, prædictũ Mathiolũ suũ fratrẽ, & Ioannẽ filium olim Cole olim fratris carnalis ipsius testatoris sibi hęredes vniuersales instituit: & si pdicti sui hr̃des oẽs decesserint sine filijs legitimis nõ peruenientibus ad ætatem 25. ann. seu qñcunq; decesserint sine filijs, substituit sibi prædictum monasteriũ S. Angeli, & præfatum hospitali æquali portione. & hæc &c. Modo dicto testatore mortuo decessit dictus Matthiolus suus frater, & hæres: & superuiuente dicto Ioan. suo nepote, & hærede: qui Ioannes omnia bona dictæ hæreditatis vendidit: & post venditionem intrauit religionem, videlicet in ordinem fratrum minorum, & ibi fecit professionem, & uiuit. modo pro parte dicti monasterij S. Angeli dicitur dictam hæreditatem pertinere ad ipsum monasterium vnà cum dicto hospitali vigore dictæ substitutionis factæ in dicto testamento per dictum testatorem prædictis suis hæredibus de dicto monasterio Sancti Angeli, & hospitale. Quæritur modo, in quanta parte dictorum bonorum dictũ monasterium succedit: & a quo, & quomodo, & qualiter dictũ monasterium possit dicta bona repetere, & uendicare, cum dicatur per emptorem bonorum prædictorum dicta bona non debere dimittere, & si dimittere, non deberet perdere pretium. &c.

1 In Christi nomine. Viso dicto puncto, dico † per ingressum ordinis fratrum minorum non expirat substitutio facta ingredienti: in qua substitutione sunt substituta pia loca, vt in Authen. de sanctissimis episcopis. §. sed hoc præsco-
2 ti. † sed dubitatio est, nunquid fideicommissum peti posset in vita istius ingressi: & videtur, quod non, quia mors naturalis expectanda est. ff. de iure fisci. l. statius florus. §. Cornelia. glo. C. de donat. inter virum, & vxorem. l. res vxoris. §. vltimo.

ff. de

ff. de verbo.obli.l.ex ea parte.§.insulam.In contrarium vide-
tur, quia ingressus religionis minorum vere naturali morti
æquiparandus est quo ad bona temporalia: nec alia mors expe
ctanda videtur: quia ex morte naturali non potest augeri effe
ctus, ar.C.de epi.& cle.l.deo nobis.& quod ibi no.& l.res.in
prin.& quod notatur de li.& posth.l.Gallus.§.& quid sit tan
tum.mihi videtur, quod ingressus ordinis minorum non fa-
ciat caducum ius emptoris: imo emptor possit possidere, do-
nec viuit talis frater minor, arg.ff.de leg.2.l.peto.§.prædium.
& facit quod not.Dy.in d.§.Cornelia.facit & in arg.ff.quem-
ad.serui.amit.l.si parte.§.si per fundum.nam factum tutoris,
& mutatio status auctoris nõ officit emptori, cui erat ius quæ
situm.in cõtrarium facit: quia finito iure auctoris per impos-
sibilitatem iuris propter ingressum videtur finitũ ius succes-
soris.ff.de pig.l.vetus. sed ibi penès auctorem erat adhuc do-
minium,& idẽ deprehendat ius alterius: & ideo sublato prin
cipali tollitur accessorium.ff. de transac.l.& post.§.1.& facit
quod mors fratris minoris expectanda sit, licet frater minor, &
ordo nil possideat.ff.de leg.2.l.cum pater.§.ab instituto in ra
tione sui.Item facit eadem l.§.hæreditas. & C. de his, qui ve.
eta.l.fi.nam qõ dirimitur in l.fi.in fi.C.cõia de leg Ego Bald.

*CONSILIVM CCLXXXI.*

1 *Pubes de quanta parte disponere possit, si ipse cum quatuor fra-
tribus inuicem substituti fuerint, & duo ex illis in pupillari
ætate decesserint.*
2 *Institutus in re certa, vel in quantitate cui transmittat.*
3 *Substi. vniuersalis an tollat ius legatorum.*
4 *Puberi non potest substitui in legitima.*

In Christi nomine. Viso testamento cõ
dito per Nicolutiũ
de Fabriano, quia proponitur quod dictus Nicolutius habuit
quinq; filios.s.Vãnem, Floruciam, Lisam, Benedictam,& An
geluciam: & q mortuo testatore decessit primo Angelucia in
pupillari ætate 2. Vannes in pupillari ætate 3. Benedicta pu-
bes, quæ dimisit iura sua marito: & quæritur, quid debeat ha-
bere,& in quo succedat dictus maritus dictæ dñæ Benedictæ
ex persona dictæ dominæ Benedictæ? considerãdum est, quod
testator prouidit dictæ Benedictæ tripliciter.s. instituendo in
200.li.in possessionibus &c.substituendo sororibus,& tertio
1 substituẽdo fratri suo inter cætera.† quantum ad primum nõ
est dubium, q Benedicta debeat habere 200.lib.eo modo.&
si eas habuit &c.bene est.si vero non habuit, transmisisset ius
suum,& parum transmissibile.C.de cad.tol.§.sinasit in nouis
simo.nam institutio in re certa, vel in quantitate, quia non de
siderat aditionem, talis institutio iuris vigore recipit transmis
sionem, vt simplex legatum, vt C.de hære.insti.l.quot.ff.de le.
2.l.simplex.§.pro parte.ius enim adeundi consistit in hærede
vniuersali: non in hærede in re certa: nisi eius institutio porri
geretur ad vniuersum.ff.de hære.insti.l.1.§.si ex fundo.& l.ex
facto proponebatur. & maxime dicta institutio recipit trans-
missioẽ filiu institutũ, vt l. ex militari.§.fi.cum.l.se.de mili.
testamento.de stip.seruo.l.liber homo.§.fi.& no.in l.apud ho
2 stes.cum si.† Quantum ad secũdum de substitutione facta fi-
liabus est dubium, vtrum Florutia in dicta substitutione con
tineatur: nam dicta Florutia disiuncta erat a sororibus, & seor-
sum de ea dispositione: vnde in illa mutua substitutione, seu
reciproca non videtur ipsa contineri, nec in actiua, nec in pas
siua substitutione, vt ff.de vul.substi.l.cohæredi.§.qui discre
tas.nisi quodam ordine.i.vt primo coniuncti, quàm ipsi sub-
stituti videantur. sed contrarium videtur, quia ista substitutio
sumitur ex alio ex parte eius, cui substituitur: quia dicit, & si
aliqua &c.ex omni respectu eorum, qui substituuntur: & ver
ba sint clara: & ex verbis intentio certa.ff. de leg.3.l.ille aut il-
le.§.1.vnde.§.qui discretas.loquitur in dubio: sed vbi est cer-
tum, non est locus coniecturæ.ff. de ver.ob.l.continuus.§.cũ
ita.est autem hic certum: quia sermo testatoris, & paratio affe
ctionis ad omnes arctari videtur.nõ video ex verbis ambiguis
certã mentẽ. nã hic sermo duas species exprimere põt. primo
vt dictio causatũ referatur ad proxima: alio modo vt ad eum
etiam remota: & hoc duplici modo, primo pariter: secundo
quodam ordine, vt coniunctæ institutiones præferãtur in sub-
stitutione, quasi substitutio succedat in locum cuiusdam or-
dinis accrescendi: quod verum puto, saluo cõsilio sanioti per
§.qui discretas.ex his apparet, q Florutia non facit partem so-
roribus: quia non concurrit cum eis.sequitur ergo, q in par-
te Angelutiæ successerit Vãnes pro dimidia: & Lisa,& Bene-
dicta quælibet pro parte quarta: quæ successio cum sit titulo
singulari,& de suo,& necessario hærede, transmissionem reci
pit.ff.de vulga.sub.l.sed si plures.§.quos possum.& not.C.de
iure delibe.l.quidam elogio.de acqui. hæred.l. qui patri &c.
Quantum ad 3.de substitutione facta Vãni, in hoc omnes fi-
liæ pares sunt disiunctæ re,& verbis, & sermo est vniuersalis:
& ideo Vãni in vna tertia omnes sorores successerunt: & hu-
ius etiam recipit transmissionem.quia ergo tres sorores super
erãt, qlibet pro tertia tertiæ succedit.C.de impu.& alijs substi
3 tu.l.fi.† Sed dubiũ, nunquid vniuersalis substitutio tollat ius
legatorum: & videtur, q sic in eiusdem persona.ff.de leg.1.l.
licèt Imperator. & quod ibi per Dy. Contrarium credo: quia
substitutio fideicommissaria vniuersalis non tollit ius legato
rum pro portionib.sq ad alios confluunt, ar.ff.de prob.l.quin
quaginta.de adimẽ.lega. cum sit institutio in parte, quæ non
resecat prælegata, de leg.1.l.& quid totum.de leg.2.l.miles.
§.fi.ecce ergo quomodo Benedicta successerit ex singulis pro-
uisionibus. restat videre, cum decesserit, quid ex substitutione
sibi facta pertineat ad substitutos. nam id, quod non pertinet
4 ad eos, remanet marito eius hæredi.† & præmitto, q cum di-
cta Benedicta decesserit pubes, non potuit ei substitui in legi-
tima.s.per fideicommissariam substitutionem, vt no.C.de in-
offi.test.l.ex tribus.& l.qm̃ in prioribus.& l.sancimus.in eo au
tem, quod habet supra legitimam, istud deuenit ad substitu-
tos, nec habent locum iura, quæ dicunt de duabus quartis:
quia dicta Benedicta nõ fuerat hæres vniuersalis, sed legitima
debetur filio, licèt non sit hæres vniuersalis.in Aut. vt cum de
appe.cogno.§.aliud quoq; capitulum.ff.ad treb.l.j.§.inde ne
ratius.ff.ad l.fal.l.lex falcidia.§.nunquam.& ideo hæc est cõ-
clusio, q maritus dictæ Benedictæ debet habere legitimam ex
persona dictæ Benedictæ. Reliquum ad substitutos decerni:
quia dictæ filiæ habuerant substitutionem in prima institutio
nes & etiam postea in vniuersali.
Et ita dico, & consulo ego Baldus.

*CONSILIVM CCLXXXII.*

1 *Concessio facta per episcopum sine consensu capituli, & illorũ,
quorum interest, an valeat? & quid in legato. & nu.2.*

In Christi nomine. Factum tale est, do-
min' Napoleo tũc
apostolicæ sedis legatus ad instantiam episcopi camer. conces
sit,& dedit ecclesiam sanctæ Luciæ de Fabriano camer. diœce.
cum dictionibus, cimiterio, plateis, ortis, & alijs rebus ipsius
ecclesiæ circumiacentibus priori, & conuentui domus fra-
trum prædicatorum de Fabriano: & hoc fecit tam vice,& no-
mine dicti dñi episcopi, quàm ex qualibet alia aut. qua funge
retur: non tñ in hac concessione accessit voluntas, vel ratifica
tio cuiusdam Abbatis, & capituli, quibus dicta ecclesia san-
ctæ Luciæ subdita erat i. postq̃ dicti fratres prædicatores dictã
ecclesiam continue tenuerint per tempus 44. annorũ, vel cir-
ca: nunc vero Abbas,& capitulum dicti loci volunt consenti
re: & episcopus camer. cum suo capitulo vult confirmare, &
inquantum expediat de nouo concedere dictam ecclesiam ec
clesiæ sanctæ Luciæ prædicto loco, & conuentui prædicatorũ.
modo quæritur, an prædicta sufficiant dictis fratribus prædica
1 toribus, vel non? Super quibus † consultus ego Bal. infrascri-
ptus dico concessionem factam aut. episcopi a principio non
tenuisse pp duo. primo, quia non interuenit consensus sui ca-
pituli, ut extra de dona.c.pastoralis.& ad finem. secundo quia
non interuenit consensus illorum, quorum interest, qui requi
ritur in tali concessione perpetua, vt plene notatur in cap.1.
2 de rerum permu.li.6.& probatur per multa iura.† Sed uiden
dum est, utrum legatus de latere potuerit hoc facere aut. lega
tionis.& uidetur q nõ in præiudicium dicti Abbatis, ut in c.
ultro. de confir.utili, uel inutili.ff.quod ui, aut clã.l.prohibe-
re.§.

re.§.plane.& quia licet sit legatus de latere, non potest tñ ao-
ferre ius vnius, & dare alteri: nec possessioné ad vnã ecclesiã
pertinentem ad aliam transferre. hoc dico propter res non sa-
cras, quæ hic non accesserunt concessioni, vt sunt orti. in con
trarium videtur, ꝙ legatus hoc potuerit, etiam cum præiudi-
cio dioceſani: ex quo dioceſanus concessit, vt no. in Spe. tit. 2.
§. nunc ostendendum. ver. quarto innuit. confirmat pdicta, &
innetera possessio. vt ex̃ de præſ. c. de quarta quid sint. dico, ꝙ
si de nouo interueniat cõcessio dñi episcopi, & capituli, & ex
pressus consensus Abbatis, & capituli sui hodie accedat, nul
lum dubium est, ꝙ concessio ecclesiæ, & cimiterij valebit: &
plenum robur obtinebit, vt probatur in d. c. pastoralis. & c.
inter deleatur. & facit, quod no. extra de præbend. c. de mona.
& quod legitur, & no. in c. si vna. de rebus ecc. non alie. in cle.
in gl. quæ incipit, non est iste casus. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXXXIII.

1 *Solennitas in delicto vniuersitatis quæ requiratur.*
2 *Non præsumitur pro dicto testis quo ad solennitatem.*
3 *Testes deponentes de publica sciẽtia dicunt addere rationem per sensum corporis.*
4 *Testis in eo, quod habet plurimum iuris, aut consistit in artificio iuris, debet specifice per causas singulares deponere, non implicite.*

In Christi nomine. Visa inquisitione cõ
tra commune con-
silium, & vniuersitatem Castri Montis Fortini de receptione
quorundam de dicto Castro, qui dicuntur exbanniti, formata
per sapientissimum virum dñm Marcum & Ponderata teno
re inquisitionis: & visis dictis testium: & visa constitutione
domini Bertrãdi: & alia dñi Egidij: quæritur, an debeat sequi
1 sentẽtia condemnatoria, an vero absolutoria? † Et videtur pri-
mo, ꝙ debeat sequi sententia condemnatoria: quia receptatio
probata est per testes deponentes de visu: scientia videtur pro-
bata per testes, qui dicunt, ꝙ banna eorum erãt publice noto-
ria: & hoc videtur sufficere, vt not. in l. 1. ff. de receptato. & fa
cit. c. 1. de postu. prælatorum. ad idem facit. C. de testi. l. 1. ff.
ad mace. l. 4. C. ad mace. l. Zenodotus. nam talis quisq; præsu-
mitur, qualis communiter reputatur. C. de iaruis expor. l. mo
neor. extra de probat. c. qui tuas. in contrarium videtur: quia
substantialia non sunt probata. ostenditur sic, nam ad hoc, vt
vniuersitas delinquat in faciendo, exigitur, ꝙ ad sonum tubæ,
vel Campanæ, vel alio modo consueto se congreget, & delibe
rate cõicato consilio ad delinquendũ procedat: & sic quædã
solennitas requiritur in delicto vniuersitatis, vt not. ff. de reg.
iu. l. alius. §. refertur. ff. ꝙ metus causa. l. metum. §. animaduer
2 tendum. cum si. sed istud non est probatũ per testes. † nec præ-
sumitur pro dicto testis quo ad solennitatem, vt no. C. de vsu
ris. l. 1. nec sufficit, ꝙ implicite dixerit, ꝙ commune consiliũ,
& vniuersitas receptauit: quia hoc nõ potest esse, nisi forma ser
uata prædicta, quæ est iuris: & ea, quæ iuris sunt, non proban-
tur, nisi testes specifice deponant tale factum, ex quo illud eli-
ciatur, vt not. Inn. extra de testi. c. cum causam. vniuersitas. n.
vicem personarum habet. ff. de fideiuſ. l. mortuo. qñ est legiti-
me congregata: alias non potest delinquere, nec contrahere,
nec se obligare. C. de legatio. l. fi. li. 10. C. de vẽdi. re. ci. l. fi. cũ
si. Secundo probatur hoc, quia non est probata scientia, ꝙ vni
uersitas vt vniuersitas sciret. nam ad hoc, vt vniuersitas scire
fingatur, oportet, ꝙ notificatũ sit sibi in capitulo, vel arg. nec
etiam sufficit singularis scientia hominum ciuitatis, si non est
in forma vniuersitatis, vt no. ff. de reg. iu. l. non potest dolo ca-
rere. vel saltim Regimen Ciuitatis, vel Terræ deberet scire. l. j. in
fi. ff. de li. vniuersi. sed nihil est probatum, quod includat sciẽ-
tiam: quia nec bannum exhibitum fuit, nec ibidem voce præ-
conia publicatum. ff. deposi. l. si quis. in fi. de elec. c. causam.
3 in cle. † Tertio ꝓbatur, quia testes, qui dicunt de publica sciẽ
tia, non addunt rationem per sensum corporis, sicut debent,
vt ff. de testa. l. qui test. §. fi. & not. C. de test. l. 1. ff. de aqua plu.
ar. l. 3. §. 1. imo nec de publica scientia, sed de priuata, si bene
inspiciatur. Quarto probatur, quia per constitutionem domi
ni Egidij fuit addita certa forma denunciationis fiendæ: quæ
denuntiatio est de ordine, & forma nouæ legis, a qua non est
recedendum, vt ff. de adult. l. denũtia. hoc enim tentare est,
sed non probatum, ergo & c. de insti. l. habeat. qñ actio de pe-
culio est Anna. l. quæsitum. & ad hoc optime facit. ff. de incẽ.
rui. & naufra. l. ne quid in primo. & §. de his aut. Item vbi l. no
ua tradit formam, alia l. non præfixa sequẽda est l. noua, vt no.
ff. de insti. & iure. l. ius ciuile. ff. ad muni. l. constit. in Auth. vt
factæ nouæ consti. in ru. & nigro. & omissio modi, vel formæ
nedum in actu pœnali, sed in actu fauorabili impedit disposi-
tionem legalem. ff. de ver. ob. l. qui Romæ. §. flauius hermes.
ex quibus videtur concludi non esse probata probanda per di
cta testium. si autẽ producerentur banna, & notificatio banni
per instrumenta facta dictæ communitati accusatæ, tunc be-
ne esset communitas in causa condemnationis: sed si aliud nõ
probetur, quàm dicti testes probent, est in casu absolutionis:
quia nec in forma vniuersitatis probat receptasse: nec vt vni-
uersitas sciisse, nec nominata, nec certificata esse. ff. de ac. emp.
l. 1. §. 1. nam nemo præsumitur bannitus, de prob. l. ab ea par-
te. & scientia Titij, & Seij, & plurium singulorum est singula-
ris scientia, & non vniuersalis. ff. de iniurijs. l. si plures. & ma
xime patriæ indulgeri oportet, quæ paterno affectu vincitur,
arg. ff. de recepta. l. fi. & si dicatur, testes dicunt, quod consiliũ
receptauit tanquam tales, ergo sicut tale, rñ. ad id adaptatur
probatio, ad quod aptatur sensus corporalis, per quem testis
deponit sic: nisi proprie sensus, de quo testis hic deponit, non
est talis sensus, per quem habeant talis notitia. præterea non
dicit testis, de quo consilio. & si plura sint consilia in tali co-
mitatu, non sufficit quod licet consilium habens autoritatem
obligandi, etiam per suam delicta. ff. de pa. conuen. l. 1. §. 1. &
dictum dubium testis in facto non probat, de proba. c. in præ
sentia & si dicatur, testes dicunt, ꝙ fuerunt receptati per com
munitatem, & uniuersitatem, & se uidisse. respondeo, plus di-
cere debuerunt. s. specificare, quomodo sciuit, quod uniuersi
tas hoc fecerit ut uniuersitas: aliter ꝙ si Titius, & Seyus traxe
4 rint moram in Castro. † nam ob id, quod debet probari, ha-
bet plurimum iuris, & in artificio iuris consistit, testis debet
specificè per causas singulares deponere, non implicite, & cõ
sensu, ut not. Inn. in d. c. cum causam. quia posset testis decipi
in eo, quod iuris est: alias magis esset iudex, quàm testis. item
esse bannitum, & non bannitum, prout est qualitas corpori in
herẽs, non consistit mutto uisibili, sed inuisibili. C. de edicto
diui Adri. l. 2. ideo præsumitur ignorantia, quę puniri non de
bet. C. de seruis fugi. l. quicunq;. C. de tab. l. generaliter. maxi-
me in uniuersitate. C. de re mili. l. tam collatores. ff. de decre.
ab or. faci. l. fi. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXXXIIII.

1 *Stante statuto, quòd bona condemnati de homicidio pro parte applicentur fisco, & pro parte hæredi interfecti, an bona emphyteo. eccl. ueniant confiscanda, & applicanda parti.*
2 *Banniti non sunt vere deportati.*
3 *Fiscus non est proprie hæres.*

In Christi nomine. Premissis uerbis cu
iusdam statuti in ef
fectu dicentis, bona condemnati de homicidio pro parte ap-
1 plicentur fisco, & pro parte hæredibus interfecti. † Quæri-
tur, an bona homicidæ emphyteutica ueniant sic confiscan-
da, uel applicanda? & loquor de emphyteusi ecclesiæ conces-
sa certo generi personarum usq; in tertiam generationem. &
ista quæstio est satis antiqua: & sunt opi. diuersæ. quidam di-
xerunt, quod huius emphyteutæ bona confiscari, & applicari
possunt alteri propter delictum emphyteutæ: ut ff. de dam. in
fec. l. si finita. §. si de uectig. facit quod no. in Spec. de præben.
§. 1. uer. 40. quæritur. & confirmatur hęc opi. quia ista aliena-
tio legalis est necessaria, unde non uidetur prohibita. ff. fam.
erc. l. alienationes. item est alienatio uniuersalis: unde transit
cum uniuersitate. ff. de acquir. re. do. l. quemad. ff. de contra-
hen. emp. l. in modicis. ad idem, quia dato, ꝙ quo ad in-
separabilem emphyteusim non fieret trãslatio debet fieri quo
ad commoditatẽ, & annum redditum. ff. de peri. & commo.
rei uendi. l. necessario. §. fi. ff. de re iudi. l. commodis. extra de
fideiuſ.

fideiuſ.c.peruenit.nam in cauſa iudicati annui redditus capi
poſſunt,licet ipſum rei principale corpus alienari non poſſit.
alij diſtinxerunt,aut eſt emphyteuſis eccleſiæ: & iſta non pōt
fiſco applicari,nec alteri ex maleficio emphyteutæ. vnde licet
emphyteuta cadat a iure ſuo,eccleſiæ conſolidatur:non autē
alienatur, vt in Auth.de alie.emphy.§. 1.fit ergo principio in
pœnam,ſed non tranſlatio.& ſic intelligunt quod no.C.vnde
vi.l.ſi quis in tanta.aut eſt emphyteuſis priuati: & tūc aut eſt
tranſitoria ad quemlibet hæredem,& tranſit ad fiſcum,aut in
ſuos tm̄.ſ.hæredes,& tunc non tranſit ad fiſcum:ſed reuerti-
tur ad dn̄m, & eſt ratio, quia fiſcus eſt loco hæredis extranei.
ſo.matri.l.ſi conſtante.§.ſi.non loco hæredis ſui,vt no.in l.2.
ff.de interdi.& relegat.& iſta eſt opi.doc.mei,videlicet domi
ni Bar.in §.ſi de vectiga.ſecundū iſtam opi.emphyteuſis ban-
niti redit ad eccleſiam,non ad fiſcum,nec ad hæredem inter-
fecti.ad hoc facit,quia iſta emphyteuſis eſt conceſſa certo ge-
neri perſonarum quaſi in priuilegium earum : ergo ad aliam
perſonam nullo tit.trāſire poteſt,nec res, nec ius: quia omnes
aliæ perſonæ prohibitę videntur.C.ne rei.domi.vel templo.l.
vniuerſas.ff.de leg.2.l.cum patronus.l. cum pater.§.libertis.
& qui nō poteſt alienare,debet facere curare,ne alienetur.per
no.ff.de verb.l.ſi quis ſeya.vnde ceſſat hic argu. de alienatio-
ne lagali. & confirmantur prædicta , quia bannitus ad mortē
habetur pro mortuo,& pro deportato, vt in §.relegari.in glo.
or.& vulgari, ſed per mortē redit ad eccleſiam liberis non ex-
tātibus,& facit de capi.dimi.l.tutelas.§.pe.vbi dicitur, quod
nudus exulat,ſaltim enim quo ad bona eius territorij, & pro
2 deportato debet haberi. † licet banniti non ſunt vere deporta
ti:quia præſides non habent ius deportandi:tm̄ ex quo omni-
bus bonis expoliantur ad bona, licet non quo ad capitis dimi
nutionem,habentur loco deportatorum : & de ſimilibus idē
eſt iudicium.C.de inſti.& ſubſ.l.ſi iure.nec ob.de iure fiſci.l.
ſtatius florus.§.Corneli. quia quo ad implendam conditionē
non habetur pro mortuo: vt ibi.& ideo fiſcus non reſtituit an
te mortem naturalem,poſt reſtituit,quia non habetur loco fi-
3 lij:ſed quo ad perdenda bona habetur pro mortuo,† & fiſcus
pro hęrede.C.ad l.iu.de vi.l.tutoris.non tm̄ eſt hęres proprie:
quia deportatus non habet hæredem.facit quod no.ff.de no-
ua.l.nouatio.& per hoc reſpondetur ad id,quod dicitur con-
fiſcari vtiliter perceptionis, quia perempta emphyteoſi nulla
perceptio cōpetit emphyteutæ: ergo nec alij ex perſona eius.
ff.de leg.2.l.peto.§.prædium.ff.de pi.l.lex vectigalis.Pręterea
alenatio redditūum ſine termini,& temporis limitatione di-
citur quædam alienatio rei.ff.de ſuperficie.l.1.§.quod aut.ſed
hoc fieret ſine temporis limitatione , ergo fieri non poteſt.C.
de dona.l.ſancimus.ad finem.& quod not.per Cy.de leg.2.l.
eo.§.inſtrumento. Item inſtrumentum, in quo pendet forma
dictæ emphyteuſis, habet in ſe pactum generale de vero alie-
nando,& eſt generale quo ad perſonas,& ſpecies alienationū:
& ideo habet generalem ſignificatum. C.de reb.eccl.non alie
nan.l.ſi. & quotiens apponitur pactum iſtud, nullum genus
tranſactionis permittitur,in Auth.de alie.emphyteu.§.ſanci-
mus.concludendo non puto in dicta cunfiſcatione, & appli-
catione fienda hæredibus interfecti dicta bona emphyteotica
deuenire. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXXXV.

1 *Captura ex quibus reddatur nulla? & quæ requirantur, vt poſſit quis capi tanquam ſuſpectus.*
2 *Suſpectus quis non dicatur, ſi alibi in loco vicino poſſidet immobilia.*
3 *Suſpitio fugæ non probatur per ſacramentum.*
4 *Probari debet per teſtes,non ſolo iuramento aliquem non eſſe ſoluendo, vel vergere ad inopiam.*
5 *Fuga non probatur iuramento.*
6 *Iuramentum non poteſt deferri parte non citata.*
7 *In iure ciuili non reperitur, quod pro debito ciuili, vel iudicio ſiſti poſſit quis capi,niſi ſit contumax.*
8 *Concluditur in cauſa per conſilium ſapientis.*
9 *Captura an ex pacto poſſit concedi.*
10 *Suſpectus non iudicatur, qui habet fideiuſſorem.*

In Chriſti nomine. Quia non eſt opus
colorari veritatem,
eo q̄ ſoli ſolus:nam in claritate ſuppoſita veritate facti breui-
ter ad iuris allegationes veniam. thema vero tale in facto eſſe
videtur ſuccinte loquendo: quia Ioannes,& Vānucius ſe inſo
lidum obligauerunt ex cauſa emptionis Zuccocij:& propte-
rea fuit inchoatus proceſſus came.eſt verum, quod non appa
ret de hoc aliter,niſi propter generalem citationem, q̄ Ioānes
prædictus iret reſponſurus de iure.item iſte actor accepit te-
nutam de bonis dicti Io. volens ſibi cautum eſſe incumbere
pignori: vt in ſcriptura dicitur, deinde actio in dictum Ioan.
tranſit ad nouum forum.ſ.ad curiam Peruſinam , & lite pen-
dēte,& exceptionibus diſcuſſis,iudex his conceſſit ſententiā,
ſeu ſemel conceſſit,& poſtea renouauit de capiendo,inde cap
tura ſecuta eſt.modo quæritur, cum dubitetur,an ſit rite cap
tus,quid iuris?& ſapiens non eget,vt ei allegetur:quis thema
prædictum quæſtionem diſſoluit , tm̄ quia mos gerendus eſt.
1 † dico hanc capturam inciuiliter emanaſſe, & in caſu nō pro
miſſo: & ideo captum relaxandum fore concludo: & hoc pri-
mo ex defectu iuriſdictionis. ſecundo ex defectu allegatæ ſu-
ſpitionis.tertio ex contraria veritate allega.ſuſpitionis infrin-
gēte. quarto ex defectu ꝓbationis. quinto ex inordinato pro-
ceſſu.ſexto ex pluribus alijs rationibus iſtam partem fouenti-
bus.Et primo arguo, iſte proceſſus fuit inceptus camerini: er
go ibidem finiri debet.ff.de iud.l.vbi ceptum. nam etiam per
generalem citationem inchoatur proceſſus.C.de ſnns.excep.
l.ſi.niſi actor perſecutus poſtea eſſet aliam ſpeciem tātum , vt
ibi nu.quod hic non fecit,imo punitur,quia ſuper eodē reum
trahit ad diuerſa ex anima.C. de aſſertio.tol.l. 1.in ſi.& note-
tur cōtra capturā,prout hic nunc obijci, quia ſumus in prin.
cum iſta captura nō ſit facta vt proceſſus: ſed extrinſecus cau
ſa allegata,non tantum probata,nec vera.Ad idem facit:quia
ex quo actor elegit vnum locum iudicij,non poteſt poſtea va
riare.ff.de eo,quod certo loco.l.non vtiq;. vbi eſt expreſſum.
facit quod not.in ſimili aut.habita.cum ſi.Nec ob.ſi dicatur,
quod inſtātia Camerini finita erat: quia in terris eccleſię non
finitur inſtantia triennio. extra de iudi. c. ſignificantibus. &
quia non erat lex conteſtata: vt l.properandum.ex ſecundo ar
guo,ſuſpitio non fuit præpoſita,nec allegata rite, nam dictus
debitor a principio obligationis erat eiuſdem conditionis, cu
ius tempore licentiæ:quia Forenſis,& non habens Peruſij Do
micilium.cum ergo conditio non ſit mutata Peruſij,vbi capi
tur: ergo non poteſt ibi dici ſuſpectus.ff.de priui.cre.l.ſi cre-
ditores.vbi eſt expreſſum.ff. vt i poſ.le. l.ſi is,a quo. §. ſi.cum
l.ſe.& ibi per Dy.ſo.ma.l.ſi conſtante.in prin.per doc.item eſ
ſe Forenſem non propterea eſſet ſuſpectus.ff.de iud.l.ſi hæres
abſens.§.ſi.nam qui ab initio contraxit cum tali,videtur eum
approbaſſe idoneum,ff.man.l.inter cas.§.abeſſe.ff.de fideiuſ.
l.qui ſatiſdare.cum ergo non fuerit allegata noua cauſa ſuſpi
tionis,non fuit allegata ſuſpitio rite , nec etiam recte.ff.de re.
iu.l.qui cum alio.ad idem,quia non allegauit agens iſtum nō
poſſidere immobilia: ſed dixit non poſſidere Peruſij: & ſic ſe
2 arctauit ad certum locum,† ſed non dicitur ſuſpectus,ſi alibi
poſſidet in loco vicino: ſicut eſt terra Camerini.facit de dam.
infec.l.4.§.ſi tam vicinum.& ita tenet Pe.& Cy. alioquin om
nis aduena eſſet ſuſpectus vbiq;,niſi in loco Domicilij: & vbi
que poſſet inchoari captura eius indiſcuſſo negocio:quod eſt
abſurdum,& ridiculum.ex tertio dico, quod allegatio ſuſpi-
tionis non nititur veritati:nam conſtat,quod in loco contra-
ctus , & Domicilij.i. Camerini poſſidet immobilia : & actor
de eis tenutam accepit:& ex quo pro toto debito incumbit pi
gnori,præſumitur pignus ſufficiens,niſi contrariū probetur.
ff.de re iud.l.a diuo pio.§.ſi pignori.ecce,quod non innititur
veritati ex ipſis rebus. item non innititur veritati ex perſona:
quia conſtat hunc captum in iudicio per procuratorē ipſius
præſentis,& in ciuitate exiſtentis compromiſſis diu poſt iura
mentum,quod erat fugitiuus, & receſſurus, de mēdacio,qui
iurauit,ipſis facto contrario conuictus eſt: & veritas refraga-
tur, vt eſt ſtandum tali iuramento.C.de re.cre.l.ſi.facit quod
not.ff.de inſa.l.Lucius. & licèt de iſto mendacio multa fabu-
3 loſe dicantur,non eſt a iuris tramite deuiandum.† Ex 4.dico,
quod ſuſpitio non probatur per ſacramentum,nec potuit de-
ferri

ferri parte non citata. prætera probo, quia sacramētum solum
non sufficit ad probandum id, quod generat magnum præiu
dicium, non aliàs sit plene probatum: vt l. in bonæfidei. & l.
admonēdi. & etiam in summarijs debet fieri plena probatio,
id est testibus, & instrumē. vt l. 1. §. si ea. de ventre in poss. mit-
ten. sed captura personæ est magni præiudicij, & maioris, q̃
captura rerum, vt C. ne filius pro patre. aut. & omnimodo. er-
go non potest fieri ex solo iuramento. facit. c. legitima. de ap.
lib. 6. non enim sufficit, quòd pars suspicetur, sed ipse iudex
de suspitione abuti saltim per indicia fugæ. ff. de probatio. l.
cum probatio. & ff. de edi. edi. l. quarto. in prin. item vt receda
tur a communi, & absoluto tramite iudiciorum, non sufficit
4 iuramentum, vt no. ff. de mino. l. 3. §. 2. † Accidit ad hoc, quia
aliquem non esse soluēdo, vel vergere ad inopiam, debet, pro-
bari p testes, vt no. ff. qui satis. cog. l. si vero. §. j. ff. de magist. cō
uen. l. 1. §. proba. C. qn fiscus, vel priuatus. l. 2. C. de iure dot. l.
vbi adhuc. non solo iuramēto. ff. de excu. tut. l. paupertas. per
5 Iac. † item fugere est dolus, qui non probatur per sacramentū.
6 not. in l. 3. §. 2. de mino. † quod etiam non potuit deferri iura
mētum parte non citata, probatur de vnoquoq;. ff. de re iudi.
& de adop. l. nam ita diuus. & C. de testi. l. si qn. cū si. non ob.
§. a Barbaris. quia ibi loquitur de quodam iuramento excusa-
tionis, seu purgationis, non de iuramento probatio. itē & ibi
erant indicia pro eo, cui deferebatur. l. ex quali. præcedētis iu-
ris. item non ob. ad exhiben. l. thesaurus. quia ibi in præparato
rijs, & in his, quæ sunt leuis præiudicij: sed vinculis stare
est præiudicij, & infamię. Item no. ob. §. sufficit. quia ibi loqui
tur de probatione impedimenti secundum intellectū Iac. vn-
de veritas est, q per solum iuramētum actoris a iuris ordine nō
est recedendum: & confirmatur per statutum, quod defert iu-
ramentum certo generi personarum. i. ciui comitatensi, & fa-
miliariter habitanti: vnde cęteris denegare, videtur, quod q-
buisdam distributiue in prærogatiuam conceditur. ff. de le. 2.
l. cum patronus. ff. de iudi. l. cum prætor. nam cum sacramen
tum certæ personæ eligitur, a persona non receditur. C. de re-
bus credi. l. generaliter. & de dote præleg. l. theopōpus. aliud
statutum de ista materia loquitur negatiue: & ideo facit pro,
non contra. & si dicatur, habet implicitam affirmatiuam a
contrario sensu, Respondeo, non sumitur istud argumentum
in statuto, vbi aliud statutum expresse disponit oppositum, vt
no. C. de conditio. insti. l. cum patrem. & vnum statutum secū
dum limitationem alterius debet intelligi. ff. de legi. l. non est
nouum. & l. sed & postea. & ibi no. ex quinto. f. ex inordinato
processu apparet, quia facta est executio ante debitum liquida
tum: & pendete exceptione: & ante pronuntiationem iudicis
super debito: & sic est processum perperam. ff. q me. causa. l.
fi. in fi. C. de pac. l. si pacto, quo pœnā. in fine. & est expressum
de re iudi. l. si cum nulla. & si dicatur, non est captus pro solu-
tione: quia non potest fieri, nisi in causam iudicati: sed pro sa-
7 tisd. deisti. & l. sciendum. † Respondeo, pro ista satisdatione
non est locus detentationi personali: quia de iure ciuili non
reperitur, qd pro debito priuati, vel pro iudicio sisti quis pos-
sit capi: nisi sit contumax, vt l. consentaneum. vel nisi quis sit
condemnatus, vt l. 1. qui bo. ce. poss. & neutrum est hic: quia
hic nunquam fuit satisdatio petita. l. iam tū. §. nūc videamus.
ff. iudi. solu. & fuit processum in causa ad exceptiones perem
ptorias, non petita satisdatione: vnde ad modum peri non po
test. ff. de procur. l. pomponius. §. rati. Prætera ex quo creditor
incumbit pignori, & hanc viam elegit, hæc possessio pro satis
datione cedit. ad carbo. l. de bonis. §. quæ pupillo. vbi est ex-
pressum. non ob. quod no. in l. fi. C. de ferijs. quia patet respon
sio ex prædictis. nam vbi de fuga constat eo modo, quo debet
constare, & liquet de debito eo modo: quo debet liquere, non
possunt allegari feriæ: saltim quin satisdet de iudicio sisti tem
pore iurisdico. ita dicit ibi glo. sed hic de prædictis non con-
stat: imo sub iudice lis est, an debeatur, & nihil de fuga doctū
est, nec habet in se facti veritatem. ex 6. & vltimo sic, ille defen
ditur per legitimum procuratorem admissum legitimatum.
l. vita quos. §. si alieno. de dam. infec. ergo non potest capi per
sonaliter. ff. de in ius vo. l. neq; impuberes. §. fi. vbi est expres-
sum. item actor elegit, vt dixi, viam consulendi sibi per pigno
ris captionem: ergo ad extraordinariam capturæ personę per-
uenire non potest, nec recurrere, vt l. fi. C. de pac. conuen. con
tra non contumacem. & facit. C. de cura. fu. l. cui bonis. quæ
optime facit, si intelligatur. item captura processit contra non
confessum, & non conuinctum: ergo &c. l. 1. C. de prohibi. se
que. & no. in l. prolatam. & in c. ecclesiæ sanctæ Marię. de con
stit. item de exceptione prius debuit pronuntiare: nam prępo
sterum est prius cōpellere, quàm discutiatur: & prius exequi,
quàm pronuncietur. & benefacit extra de iudi. c. exhibi. & iu
dice sedente pro tribunali in loco maiorū. & nihil de istis hic
fuit factum, quod deterius est dilatione pendente, & termino
prorogato contra l. si pars. & contra l. a pręcedentis. & mirum
est, q de hoc apud sapientem iuris sit dubitatio, & plus est,
quia posito, q posset incipi a captura, in executione debuisset
iustificari captura ex post facto. de no. ope. nun. l. de pupillo. §.
meminisse. & hic nequaquam factum est: nec est aliquid pro-
batum de suspitione. facit quod not. in fi. qui. mo. in pos. §. se-
8 mel. & l. 3. §. pe. de bo. pos. C. quo. bo. l. 1. † imo cōclusum est
in causa per consilium sapientis. C. de dila. l. cum a nobis. C.
de relatio. l. 1. dimittendus ergo est, qui turpiter captus est, de
9 ver. sig. l. qui neq; frequenter. & ibi no. † Sed quidam tem istā
vult tueri, qui dicit: quod ex pacto sit licita captura, & iniec-
ctio manus in liberum hominem sine vlla citatione, vel pro-
cessu, quod ridiculum est, quia quod fit per iudicem, debet fie
ri cum iuris ordine, qui non potest tolli, quia pastē ad iuris au
toritatem, non ad partium voluntatem, & potestatem, vt in. §.
sed quia veremur. & no. de of. dele. c. de causis. & pactum etiā
debet interpretari, & intelligi ciuiliter. ff. de serui. l. si cui. i.
seruato ordine iuris de rescr. c. cum causam. per Inn. & Com-
postellam. Item nec in liberum hoiem licet inijcere manus ex
pacto, vt l. 2. de lib. homine exhi. per Dy. & omnes de reg. iur.
l. non est singulis. nam captura personæ est meri Imperij in li-
bero homine: in seruo loquitur. l. qui furen. & l. pe. de condi.
ob cām. & merū imperiū pacto priuatorū non conferri patet
lippis. item nec fuit intentata hic via ista: sed via iudiciorū, &
a forma iudiciorum nō pōt recedi. de rescrip. c. cum dilecta.
& no. de ver. si. l. sæpe. in cle. Itē & si liceret priuato, nō liceret
iudici, vt no. in l. 2. C. de iure emphy. quia procedit vt iudex,
non vt pars, & sic non ob. §. si arbiter. item ibi constat de fuga.
cum re. & ipsa debita hic nō est. ex pdictis apparet veritas cui
libet bono, & perito viro. itē facit vltra omnia prædicta: quia
maxime ex duobus obligatis, licet vnus sit soluēdo, si alter est
soluendo, sufficit, cum inuicem fideiubere videantur: vt not.
10 in l. vir vxo. §. fi. † & sic non iudicatur suspectus, qui fideiusso
rem habet. l. si fideiussor. §. fi. qui satis. cog. & de tuto. & cur.
datis ab his. l. Romanus Paulus. & bene facit in ratione sui. ff.
de ver. obli. l. si stipulatus. §. possum. in fi. §. ita est in quæstione
nostra. facit glo. l. si constan. si recte ponderetur ratio ad dictū
glo. prætetea fuit obreptum præmti: quia non fuit facta men-
tio processus, & tenutæ acceptæ Camerini: quam si fecisset,
prius prudens iudex debuerat discutere de tenutæ Valenria.
ergo &c. l. j. §. hæc verba. & l. cum no. §. subuentum. de rescri.
super literis veritatem videat, qui debet: qui non vult videre,
non videbit. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXXXVI.

1 *Testamentum, in quo filia in potestate non est instituta, nec exhæredata, est ipso iure nullum: sed ad tūc aliquid operetur clausula codicillaris.*

2 *In exemplatione quando sit opus partem citari.*

In Christi nomine. Factum, super quo consilium petitur,
tale est: compromissum generale est factum inter dominam
Tinutiam filiam dñi Fran. Centij de Orto Vicarij domini Egi
dij ex vna parte, & Iac. Io. ex parte altera, in dñm Oliuerium
arbitrum: qui potest cognoscere de iure, & de facto: & simili-
ter de iure tantum: q̃ dña Tinutia dicit se hæredem patris sui
ab intestato. Iac. dicit se hæredem ex testamento, producit sim
pliciter quandam copiam cuiusdam testamēti, quę vobis do-
mina Consultori mittit, & quædam statuta Ciuita. Ortanæ,
quę etiam vobis mittuntur: cum ad probationes ipsorum Or
ticula constitutionis prouincię patrimonij de approba. loqua
tur,

tur, & quædam confessio facta per dictũ Iac. consensu curatoris corã arbitro prædicto: mõ visis prædictis scripturis quæritur per ordinẽ infrascripta: in primis an dictũ testũ sit nullum rõne præteritionis istius filiæ dñæ Tinutiæ in potestate positæ: secundo an dictum testũ validetur per aliquod statutũ, quod vobis mitto: cum dicta statuta reperiãtur ad filiæ exclusionem existente filio testatoris, vel nepote ex filio: & hoc neuter sit: & nõ sit nedũ deductũ, & probatum, sed nec deductũ: termini sunt decursi: tertio an dicta statuta valeant sine confirmatione. & ad probationẽ ipsorum statutorũ pro constanti posito, q statuta non valeãt absq; confirmatione, & ad probationẽ rectoris prouinciæ, vel suorũ iudicũ quibus cõmissum, & de commissione non apparet, nisi eo mõ, quo ad probationẽ, quæ vobis mittitur, fit mentio: & sic vr, q illi iudices non potuerunt approbare: ex quo nõ apparet de cõmissione. i. verba ad proba. manifesta ostẽdunt statutũ, quẽ vobis mitto, infirmatũ potius, q̃ approbatum. quarto, an dicta copia testi, an copia copiæ, quæ vobis mittitur, producta contra dictam dominam Tinutiam probet, posito pro constanti, q sit excerpta de libris, siue protocollis cuiusdam notarij iam mortui dicta domina Tinutia ad hoc non monita, nec citata &c.

1 In Christi nomine. † Non vr mihi dubiũ, q testũ, in quo filia non est instituta, nec exhæredata, est nullũ ipso iure, vt C. de libe. præte. l. maximum vitium. insti. de exhæreda. liber. in prin. in Auth. vt cum de appellatione cogno. §. illud quoque capitulum. & hoc quo ad institutionem hæredis: sed quo ad clausulam codicillarem, si non valet &c. glo. in Auth. ex causa. tenet. quòd nil operatur. idem Guli. C. de codici. l. fi. dicit Dy. contrarium, & Iac. de Are. in l. generaliter. §. de testamento. de fideicommis. lib. vbi videtur casus, & cum iste casus sit a statutis omissus, remanet in dispositione iuris communis. ff. sol. ma. l. si cum dotem. & per hoc non expedit disputare, si

2 statuta valent: non habent locum in casu nostro. † quo ad vltimum punctum dico, quòd in dicta exemplatione si sit autoritate iudicis, debet pars citari, vt not. doc. in Auth. si quis in aliquo. & si auth. iure puta. quia per statutum esset commissa alteri notario exemplatio, tunc non est opus partem citari: quia non est actus iudicarius: tamen quod fit per eum, nõ præiodicat veritati: si de veritate dubitet, debet produci matrix scriptura, siue protocollũ. facit. C. de fide instr. l. fina. & quod no. de bon. pos. l. 3. §. pe. ff. de edendo. l. quædam. §. 1. extra de fide instru. c. cum P. tabellio. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXVII.

1 *Probatione de ventione facta re vera pro titio inserto nomine angeli acquiritur ius ipsi soli titio a principio.*

2 *Contractus simulatus potest peti principaliter, & offi. iudicis declarari simulatus.*

In Christi nomine. Quia defensio veritatis nõ indiget multiplicatione verborum: ideo breuiter trãseo, & dico visa petitione, de qua supra fit mentio, & probationibus factis super ea, q debet iudicari secundum formam dictæ petitionis: quia probatum est, q inter dictum turchium, & Ang. item q inter

1 eos, & venditores fuit actum, † q dictus Ang. emeret re vera pro turchio inserto nomine dicti Angel. in contractu, bene ab ipso principio quæsitum est ius soli turchio: Ange. vero ministerium accommodauit. ff. de manumis. l. 3. §. si ab ignoto. Item probatum est de possessione turchij: propter quod etiã in eum creditur translatum dominium. C. si quis alteri, vel sibi. l. in legitimi interest. ar. ff. qui. mo. pi. vel hypo. sol. l. sicut.

2 §. superuacuum. & ita videtur mihi iudicandum † quo ad illam partem petitionis, in qua petitur declarari contractus simulatus quo ad dictum Ange. & verum quo ad dictum turchium. nam de hoc potest principaliter agi, & iudicis officiũ implorari ad declarandam huiusmodi simulationem, sicut ad declarandum nullitatem contractus, vt extra de test. in integ. c. cõstitu. nam super qualibet nullitate potest offerri libellus. facit quod no. q̃ sententiæ sine ap. re. l. 1. ff. de iniusto test. l. filio præterito. C. de repu. hære. l. suus cũ si. &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXVIII.

1 *Hæreditas non adita non transmittitur, licèt bene ius substitutionis fideicommissi.*

2 *Legitima, neq; trebellianica, neque bona propria hæredis veniunt in fideicommisso.*

In Christi nomine. Factum tale est, quidam solus Pucij de asses. suum condidit testũ: in quo instituit sibi hæredem vniuersalem Fran. suum nepotẽ in potestate naturalẽ ex filio sub hac conditione, quod sic dictus Franc. moreretur sine filijs legitimis, substituit sibi Vãnutiã filiam ipsius testatoris, & Margaritam, & domam neptes dicti testatoris ex filio, & hæredes ipsarum æquis portionibus. quæ Vannutia, Margarita, & Doma erant in potestate dicti testatoris, vt de prædicta institutione; & substitutione patet in testamento dicti Ioli, quod vobis ad præsens transmittitur. postquam decessit testator superstitibus sibi dicto Fran. suo nepote, & hærede instituto pupillo, & dicta Vannutia filia dicti testatoris, & domina Doma, & Margarita suis neptibus substitutis: postquã decessit dictus Fran. maior 25. annis, superstitibus sibi dicta Vannutia, superstite sibi dicto magistro Franc. eius filio, & hærede dictæ Vannutiæ, & dictæ Domæ, & Margaritæ: postquam decessit dicta Vannutia superstite sibi dicto Fran. eius filio, & hærede, & dicta dña Margarita, & Doma, qui magister Fran. hæreditatẽ sibi deuolutã vigore dictæ substitutionis adiuit: postq̃ decessit dicta Doma nõ adita hæreditate dicti Ioli, nec dicti Fran. superstite sibi Michelutia eius filia, quæ etiã decessit non adita hæreditate dicti Ioli, nec dicti Fran. superstite sibi Rosina eius auia materna: postquam decessit dicta dña Rosina superstite sibi, dicta Margarita eius filia, nec adita hæreditate dictæ dominæ Rufinæ: postquam decessit dicta Marg. superstite sibi Appollonia sua filia, non adita hæreditate dicti Ioli, nec dicti Fran. alio modo, nisi habitando domum dicti Ioli per tres menses: postquam decessit dicta Appollonia pupilla superstite sibi Simone suo patre postq prædictus magister Fran. tanquam proximior in gradu adiuit hæreditatem tam dicti Ioli sui, quam dicti Fran. sui fratris consobrini. Quæritur modo, quæ sit portio in hæreditate dicti Ioli, & dicti Fran. Vtrum dictus magister Fran. vel dictus Simon hæres, & pater dictæ Appolloniæ, vel hæres dictæ Michelinæ qualiter, & pro qua portione prædicti in dicta hæreditate succedant, viso dicto testõ, & puncto.

In Christi nomine. Viso dicto puncto duo consideranda

1 sunt, † primum est de transmissione hæreditatis Fran. secundũ de transmissione substitutionis, seu fideicommissi relicti in testamento Ioli. quo ad primum dico, quod magister Fran. solus habet ius quia alij non transmiserunt, ex quo non adiuerunt: vt C. de cad. tol. §. in nouissimo. quo ad secundum dico, quod omnes transmiserunt: vt not. ff. de leg. 1. l. tenet filius. & C. de fidei. l. si in persona. cum similibus. quia si fideicommissum vniuersale transmittitur, etiam si moriens nondum acceptauerit: vt l. apud Iulianum. §. verum. & §. an ista. ff. ad treb. vnde partes aliorum transmisse non pertinent ad magistrum Fran. sed solum sua portio obsignata in testamento. sed oportet videre, quid veniat in fideicommisso. nam id, quod in eũ

2 non venit, ad magistrum Franc. integraliter spectat. † & certum est, quod non venit legitima portio Fran. C. de inoffi. test. l. cum quæritur. Item non venit trebellianica, si fuit factum inuentarium, vt extra de testa. c. Rayn. & Ray. Item non venit propria Franc. ff. de vul. subst. l. cohæredi. §. cum filiæ. versic. nec fideicommisso. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXXIX.

1 *Mater an ex eo, quod non statim, cum potuit, petiit tutorem filio infanti, tamen infra annum, excludatur ab hæreditate dicti filij.*

In Christi nomine. Factum tale est, quidã nomine Michelicus decessit superstite filio infante, & domina Catherina mater

ter ipsius infantis non statim, cum potuit, assumpsit tutelam:
sed in 12. mése anni: postquam infans mortuus est in pupilla
ri ætate. quæritur, an dicta Catherina mater, & tutrix prædi-
cta a successione dicti sui filij excludatur, necne.

In Christi nomine. In hac materia le-
ges multum præci-
1 se loquontur.† nam constitutio diui Seueri dicit, si iure con-
festim nõ petijt, quod cadat a successione impuberis. ff. qui pe
ta. tuto. l. 2. §. diuus. alia exposuit illud verbum, cõfestim, quia
intelligitur, cum primũ potuit de iure, & de facto. ff. ad treb.
l. 2. §. confestim. alia l. dicit, quod matris solicitudo requiritur
in petendis tutoribus. ff. qui pe. tu. l. 1. alia & sedulum officiũ
requiritur, & exigitur. C. qui pe. tuto. l. cum a matre, quod.
alia dicit, quod mater tenetur petere curatorem ventri: ergo
non habet terminum anni. ff. ad tertu. l. 2. §. quod si cum præ-
gnans. & si non petijt ventri, non sufficit peti nato postea, li-
cèt infra annum nascatur: vt ibi euidenter videtur innuere.
hoc etiam videtur tenere Ricar. Malum. ergo si mater est in
mora notabili per plores menses, debet a successione repelli.
nec releuat matrem, quod ipsa mater interim gesserit nego-
tia: quia gestio debet esse cum titulo tutelæ: non de facto: vt
not. ff. ad tertu. l. 2. §. confestim. in glo. quod potuit. item nec
prodest matri serotina petitio tutoris, quia non suo tempore
factum non releuat matrem, vt no. ff. ad tert. l. 2. §. quid ergo.
prima hic est dies, & pœna: dies. s. confestim, pœna. s. priuatio
nis successionis: ergo non admittitur purgatio moræ: vt l. ma
gnam. & l. traiectitiæ. §. de illo. cum si. in contrarium videtur,
quandocunque infra annum petendo tutorem succedit ma-
ter ex dispositione noui iuris, vt C. de le. hære. l. sciant. imo
etiam per iura ff. est appositus terminus anni. d. §. confestim.
& arguo sic, aut terminus anni aditur impotenti: & falsum
est, quia ei non currit aliquis terminus, ar. ff. de re mili. l. 3. §.
si ad diem. aut potenti, & negligenti, tũc habeo propositum:
quia mora potest purgari intra annum. vnde ille tex. non in-
telligitur de impedimento, quod non excedat annum: sed de
omissione petendi. & alij dicunt, quod lapsus anni inducit
præsumptionem iuris, & de iure contra matrem, vt præsuma-
tur in mora: & tamen possit probare impedimentum: quod
falsum est, per l. cum a matribus. & ideo friuolum est, quod
quidam dicunt, quod l. sciant. non loquitur in matre, cum gene-
raliter loquatur sic. C. de admi. tut. l. fin. §. personis. & non fit
maior mora matris, quàm aliorum: pręsertim propter sexum.
Item & iure quasi naturæ debetur sibi successio. dico ergo,
quod si mater omnimodo non petijt, & impubes post moram
iuris decessit sine tutore, etiam intra annum mater repellitur.
Si vero mater purgauerit moram intra annum, iure non re-
pellitur. C. de fideiussor. l. scimus. nisi forte ex mora ius pu-
pilli esset factum deterius, argu. in l. & si post tres. puta quia
propter talem negligentiam interim bona pupilli permansis-
sent inculta, vel dissipata. nam propter enorme damnum
pupilli non priuatur mater: sed reputatur indigna ipso iure
succedere in bonis, quæ neglexit: & filio, quem vt filium non
tractauit materna charitate postposita. d. l. 2. post princ. ff. qui
petant tut. si autem filij non interest petitum habuisse tuto-
rem, int. excusatur. arg. ff. ad tertu. l. 2. §. pe. puto igitur legem
sciant. & in matre loqui: quia enim tacite facit mentionem
legati in matre loquentis, quatenus extendit ad omnes suc-
cessores, & apponit terminum anni non ad initiũ petitionis
tutoris, & initium moræ. & sic intelligitur dictum Ricar.
Malum. sed excusationem matris si intra annum petijt, & sic
intelligitur, quod de anno dicitur: etiam in petenda bono-
rum possessione habet annum. l. 1. §. largius. & sic a simili ex-
cusatur: & hoc casu secundum illam legem sciant. si tutorem
nõ petierint intra annum sup. vel ante, cum primũ possunt, si-
milis suppletio. C. de peti. here. l. j. quod non vr bene dictum:
sed secundum hoc frustra fieret ibi mentio anni, & ideo ve-
rius, & æquius puto, quod dixi: & si dicatur, mater plus deli-
quit: quia contra maternam pietatem. Respondeo, econtra
plus & debetur. l. nam si parentibus. Ego Baldus.

CONSILIUM. CCXCI.

1 *Libellus, in quo fit petitum petitorium, & possessorium simul,*
*an procedat.*
2 *Pensionis præstatio, & sic possessio quomodo probetur.*
3 *Præscriptio statuti an currat contra filiumfa. qui non potest*
*agere.*
4 *Statutum habens tacitam conditionem non intelligitur indi-*
*stincte loqui.*

In Christi nomine. Istæ allegationes sa-
pienter factæ respi-
1 ciunt litis ordinationem, scilicet† an libellus potuerit eo
modo de iure formari, vt formatus est. & canonistæ tenent
indubitanter, quod sic, in c. querelam. de electione. legistæ va
riant, nam dominus Azo fons legum dixit, quod reale petito-
rium, vel correspondens possessorium non dabatur: sed offi-
cium iudicis debeat proponi: quod est simile actioni perso-
nali, magis quàm reali. cuius opi. refert latissime Spec. in tit.
de resti. spo. in 4. parte. §. nunc dicamus. Ia. etiam de Rauen.
Pe. & Cyn. dicunt quasi in effectu idem: imo certe non idem
per l. si. ff. quorum bonorum. & probatur sic. ex promissione
non oritur actio realis, nec personalis, vt insti. de oblig. §. se-
quens. & institu. de actio. §. 1. imo nec officium iudicis. ff. de
actio. empt. l. qui per conclusionem. §. 1, insti. de actio. §. 1. in
princip. sed hic agitur expressione, vt not. ff. de excep. do. l. se
cundo, scilicet circa. ergo &c. Item pro personalibus præsta
tionibus non competit actio realis: nam quatenus est actio
personalis, dicitur actio in personam: sic in actione commu-
ni diuidun. fami. hercis. finium reg. quæ dicuntur maxime
in rem respectu diuisionis, & in personam respectu persona-
lium præstationum, insti. de actio. §. quædam. Item iura in-
personalia impropriissime dicuntur possideri: nec pertinent
ad vigorem iudicij possessorij. de pet. hære. l. si vt pars. sed In-
no. & Hosti. dicunt contrarium in c. querelam. & omnes isti
doctores habẽt bonum intellectum: nam aut subiectiua præ
statio, ex qua resultat subiectio, & quasi seruitus, tũc habet lo-
cum quasi confessoria realiter agendo: & quasi vnde vi. vel of
ficium iudicis: vt ff. de don. l. aquilius regulus. ad recuperatio
nem agendo arg. de agri. & censi. l. si coloni: & ita est de eccle-
sia inferiori ad ecclesiam superiorem: secus si non esset supe-
rior: sed videretur tantum ex promissione. C. de præscri. 30.
anno. l. cum notissimi. §. in his. & ita loquitur Pet. & Ia. de Ra
ue. do. Azo. & istud secundum membrum, quando præstatio
non est in signum subiectionis, sed est simpliciter annum de-
bitum: & personali iudicio tunc est agendum, non petitoriũ:
& per consequens non habet possessorium correlarium. cum
igitur in casu nostro non possit negari naturalis inferioritas:
quia ecclesia non de Patriarchali diocę. merito iudicium est
recte institutum. in eo tamen, quod dixit amicus, quod in l.
cum de in rem verso est præscriptum, non bene dixit, immo
est ibi præsumptio, non præscriptio. quod patet, quia ibi suffi
cit decennalis præstatio, quæ ad pręscriptionem non sufficit,
quia habet causam discontinuam, vt l. formam. & l. seruitu-
tes. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quot. cum sim. & fa-
cit. 18 q. 2. c. seruitium. & quod not. insti. de iure personarũ.
in fine. & ista sunt dicta theorice circa fundamentum iudicij.
Modo est videndum de fine iudicij. i. de victoria, vtrum per-
tineat ad nos vincere, vel vinci. & quia ad finem pronuntiatio
nis venitur per medium probationis, idcirco vidi attestatio-
2 nes, & instrumentum antiquum, † super quo est notandum,
quod licèt testes non probent causam præstationis, tamen in-
ferius præstatio censetur formis. i. & causa, quam apparet de
præterito præcessisse. C. de acqui. possess. l. 2. ff. de sol. l. j. cum
l. seq. Et ideo cum constet de causa origine, ex hoc habemus
certitudinem de effectu. ff. si seruitus vend. l. si a re. Item licet
testes non probent ad vnguem de certa mensuratione frumẽ-
ti, tamen etiam per partis minime solutionem inducitur de-
biti agnitio, & sic retenta fuit quasi possessio, & interrupta
præscriptio, vt d. l. cum notissimi. ex tacita relatione præstatio
nis ad suam causam: propter quod istius causæ omnimodo
debemus esse victores, vt etiam ponamur in solita quasi pos-
sessione. Item viso statuto posito sub rubrica, quod creditores
non petant debitum 20. an. tempore antiquatum, visa peti-
tione facta per Guiducinum patrem, & legitimum administra
torem

torem Io. Ang. & Venturæ. &c. consultus ego Bald. de Peru.
vtriusque iuris doc. an obstet dicta præscriptio statutaria. &
vf, q obstat: quia statutum loquitur simpliciter, & īdistincte,
ergo indistincte debet intelligi. l. de precio. ff. de publiciana.
Item saltim pf perdit vsumfructum suum, & ius petendi tpe,
3 vt C. de vsufru. l. corruptionem. † contrarium dico, quia di-
cta præscriptio non nocet filijsfami. C. de anna. excep. l. 1. §.
fi. Et licèt pater perderet vsumfructum, cum solidatur pro-
prietati, quæ filij, vt d. l. fi. C. de vsufru. l. corruptionem. & di
co, statutum prædictum non obstat prædictis Io. Angelino,
4 & Venturæ: † & si dicatur, statutum loquitur indistincte:
respondeo, quotiens statutum habeat tacitam conditionem,
non intelligitur indistincte loqui, licet distin. sed istud habet
tacitam cōditionem. s. a die, qua potuit actio moueri proprio
nomine, quando est in in filiofamilias, & ideo dictum statu-
tum non obstat. & ista est veritas. Ego Baldus.

CASVS.

1 ITEM viso puncto, cuius tenor talis est: Pe. & Martinus tractauerunt adinuicem de collocando in matrimonium dicto Marti. Io. affinem dicti Petri viduam sororem carnalem vxoris dicti Petri, & facta concordia super hoc, dictus Petrus iure, & nomine dictæ Io. ac etiam seipsum obligando per publicum instrumentum promisit dicto Martino se facturum, quod dicta Io. consentiet in dictum Martinum: & daret, & solueret dicto Martino nomine dotis illam quantitatem, quá, & prout, & quemadmodum dicerent Io. & Simon, in quos dictus Petr. pro sua parte, & dictę Ioan. Aud. compromisit tanquam in arbitros, & arbitratores ex parte vna. & dictus Martinus promisit dicto Pet. stipulanti pro ipsa Ioan. quòd ipse consentiet in dictam Ioan. per verba de præsenti: & ab ea, vel alio pro ea dante reperteret in dotem illam quantitatem, & faceret illam donationem, & cum illis pactis, modis, & tenoribus, quam, & quas, & prout, & quemadmodum dicerent dicti Ioan. & Simon, in quos dictus Martinus pro sua parte compromisit tanquam in arbitros, & arbitratores: pro quibus obseruandis vna pars ab altera, & econuerso fuit confessa recepisse nomine arrarum sponsalitiarum florenos auri mille, quos pars prædicta non obseruans parti obseruanti, & in fide stanti promisit reddere duplicatos. postea dictus Martinus causa dictæ vxoris suæ ducendæ quasdam res parauit, & expensas fecit, & antequam eam duceret, dicta Io. decessit matrimonium non consummato per carnalem copulam: deinde tractu temporis dictus Pet. restituit dicto Martino dictas expensas per eum factas causa dictæ vxoris suæ: & ipsum de dictis expensis contentauit. modo dictus Martinus dicens se lucratum dotem dicte vxoris suæ prædefunctę petit a dicto Petro dictas dotes. Et est verum, quòd dicti arbitri, & arbitratores declarauerunt, vel arbitrati fuerunt quantitatem dictę dotis. Et vnus ex eis cessat arbitrari: cum non videatur sibi conueniens rebus ita stantibus, quòd dictus Martinus Lucretur dotem prædictam. Quæritur, & in dubium reuocatur, nunquid dictus Martinus Lucratus sit, & habere debeat dictam dotem in totum, vel in partem, & ipsi arbitri cogantur, seu cogi debeant arbitri quantitatem dictę dotis visis iuribus ad hoc facientibus, & maxime statuto posito sub rubrica, quod vir lucretur dotem vxoris suæ præmortue. in 2. lib. statutorum communis Flo. & prę suppposito, quòd dicta Ioanna erat Forensis, dictus vero Martinus est ciuis Ciuita. Floren.

1 *Maritus, qui non duxit vxorem, nec sustinuit onera matrimonij, an lucretur partem dotis ex dispositione statuti disponentis.*

1 In Christi nomine. † Quod vir non lucretur, facit, quia non sustinuit onera matrimonij. dos enim propter onera debetur: & ante non potest vir petere dotem, nec lucratur fructus dotis, vt plene not. ff. de iure do. l. dotis fructus. in princ. Sic ergo ius commune, quod simpliciter disponit, q maritus lucretur fructus dotis, intelligitur pòst onera supportata: ita statutum, quod de ipsa proprietate loquitur, debet intelligi, quia eadem ratio interpretandi statutum, facit ff. solu. matr. l. si ante. cum glo. sua. præterea vir, qui non impleuit ex parte sua contractum matrimonij, non debet ex eo lucrari quicquam. de actio. empt. l. Iulianus. §. offerri. Sed iste non impleuit: quia non transduxit vxorem. ar. de ri. nup. l. denique. item ista impletio modi deficit per casum: quia implere nō potest propter mortem. & agitur de lucro captando: ergo nil debent, ar. ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam. in fine. in contrarium, quia casus iste non videtur liberare debitorem: sicut cum res empta perierit contractu perfecto, non liberatur emptor a precio: ita hic matrimonio perfecto non liberatur a dote. ff. de pericu. & commod. rei vend. l. necessaria. præterea expressum videtur, quod nihil refert, sit ducta, & cohabitet viro, necne. ar. ff. rerum amota. l. nihil. & ibi per Bart. Ego mentem statuti considero ex verbis suis, nam cum de liberis faciat distinctionem, loquitur in eo, qui potest habere liberos: sed sine carnali copula impossibile est habere liberos: ergo propter commemorationem liberorum videmr sensum, quòd exigatur copula coniugalis; similem considerationem facit gl. in l. precibus. de vino legato. l. fi. §. cui dulcia. & si dicatur, vel incepit supportare onera, vnde res non est integra. Respondeo, ista pręparatoria non faciunt rem desinere esse integram. ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam. in prin. Item quia consensit sibi resarcire ea, & sic perinde est, ac si non sustinuisset. ar. ff. de arbi. l. vtique. nam si lucretur, nihil erat sibi resarciendum. item contractus dotis fuit conditionalis, C. de contrah. empt. l. fi. ergo interim non est periculum promissoris. Item finita causa compromissi non videtur posse laudari super dote. de suspe. tut. l. post finitam. item ista nondum erat dos vxoris: quia vxor in ea nondum erat ius sortita, cum non esset adhuc declara. vnde non erat adhuc in bonis suis ratione incertitudinis: non dico, quod incertitudo vitiet, vt l. cum post. §. gener. Sed dico, quòd interim proprie non dicitur dotata: cum dos non sit liquida. C. de senten. quæ sine certa quantita. l. 2. præterea quòd dos fungatur certa ff. de leg. 2. l. 1. est quædam interpretatio, quæ non fit in statutis: præsertim cum agitur de irrationabili lucro captando cum alterius iactura: quia statutum tale debet restringi. ff. solu. matr. l. si uero. §. de viro. Solutio omnibus prædictis consideratis dico lucrum prædictum ad virum non pertinere, nisi obtulisset se paratum vxorem ducere, & per eum non stetisset, nō ob. l. nihil. rerum amo. quia ibi loquitur de fauore sine iniuria alterius: hic vero cum damno, & iniuria alterius esset. Similis solutio ponitur ff. de fur. l. si quis vxori. §. pe. certe ista quæstio est satis dubia, quod mulier ista debear dici dotata ex promissione. C. de pac. conuen. l. ex morte. & l. rem in præsenti. §. accedit. licet sit quantitas incerta, venit certificanda. l. 1. de leg. 2. finali: et tamen iustior mihi videtur opinio, quia nō lucretur deficiente causa lucri intrinseca, & finali: quę causa cum sit naturalis, ipsi contractui naturaliter est ab vtraque parte, & perinde debet haberi, ac si foret expressa: & quia statutum commemorando de liberis videt cogitasse de matrimonio cum effectu, scilicet consummato: saluo si statutum esset de consuetudine aliter interpretatum. ff. de legi. l. si de interpretatione. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Peru. vtriusque iuris doctor. & ad fidem me subscripsi, & signo mei nominis signaui. & ego Rosellus de Rosellis de Aretio V. iur. doc.

CONSILIVM CCXCI.

1 *Compensatio pœnarum admittitur.*
2 *Verba posita in sententia arbitratoris, scilicet q fratres soluere debeant omnia eorum debita ante compromissum per quēlibet eorum facta, quomodo intelligantur.*
3 *Interesse intrinsecum an veniat ex mora commissa per reum: & quantum estimetur, vel peti possit.*
4 *Promissio de soluendo pro alio æquiparatur promissioni facti.*
5 *Interesse sumitur tripliciter, scilicet conuentum, commune, & singulare.*
6 *Interesse quid sit.*
7 *Damnum substantiæ promissæ semper ex mora venit.*

Quæstio

Quæstio talis est. Quidam Martinus Ioã. Pet. & Gerroldus fratres germani legitimi dum stetissent simul, & quilibet eorum fecisset debita pro communione conseruanda cum creditoribus, & ad diuisionem volentes venire, & vt debita æqualiter soluerentur, sese compromiserunt in arbitrum arbitratorẽ, & amicabilẽ cõpositorẽ, qui de iure, & de facto, prout sibi videretur, procederet, pronunciaret, arbitraretur, & amicabiliter componeret super diuisione inter eos fienda, & super omni quæstione quæ esset, & oriri posset inter dictos fratres, facto super hoc solenni compromisso cum solenni stipulatione, & pœnæ adiectione, & adiectione, quòd pœna toties committatur, quotiens contra factum esset, rato manente contractu, cum renuntiationibus opportunis, & obligatione bonorum. Qui arbiter, & arbitrator, & etiam amicabilis compositor primo diuisionem certorum bonorum fecit: & arbitratus fuit amicabiliter componendo per sententiam secundo arbitratus, & amicabiliter composuit, & pronuntiauit, quòd per omnia, & singula debita, quæ apparerent fore facta per ipsos fratres ante dictum compromissum, & quemlibet eorum fratrũ cum charta, & sine charta, & quæcunque sint communia, cõmunia intelligantur, & communiter persoluantur: & condẽnauit omnes prædictos fratres Martinum, Ioan. Pet. & Giroldum ad soluendum: & quòd soluere debeant communiter omnia, & singula debita, quæ apparerent fore facta, vt supra sub pœna dicti compromissi, postquæ ratificata dicta sententia per dictos fratres compromittentes supra Giroldus vnus ex fratribus prædictis denuntiauit per scripturam legitimam alijs tribus dictis suis fratribus, quod ante dictum compromissum fecerat quoddam debitum librarum quadringentarum imperialium cum dognino suo creditore faciẽdo fidem de dicto debito per publicum instrumentum, & qualiter nuper erat condemnatus dicto suo creditori pro dicto debito, & qualiter erat pro dicto debito ad carceres recommendatus: & qualiter denuntiabat dictis suis fratribus, vt soluerent tres partes dicti sui debiti iuxta formam dictæ sententiæ arbitramentalis. postquam facta dicta denuntia, & elapso mense, & plus, & fratribus suis existentibus in mora in soluendo suam partem dicti debiti, Giroldus formauit libellum contra suos fratres in mora existentes: in quo libello narrauit dictum cõpromissum, & sentẽtiam arbitralem, & debitum prædictum, & condemnationem de eo factam vigore dicti debiti, & recommendationem factam de eo ad carceres, & denuntiatiuã factam ipsis fratribus, & eorum moram commissam: adduxitque, cum debitum erat librarum quadringentarum, quod deberent soluere lib. 300. pro suo interesse: quia sic eis contingebat ad soluendum vigore dictæ sententiæ arbitralis. Quare petijt dictos suos fratres sibi per iudicem condemnari ad dandum, & soluendum lib. 300. pro suo interesse in parte vna. Item in alia parte lib. 100. pro pœna commissa vigore dicti compromissi. postquam lite contestata per suos fratres, & liquidatis omnibus prædictis per eum agentem per publicum instromentum, & acta pub. & obiecta compensatione per suos confratres de simili pœna, in quã erat incursus agens in quadam vna obseruantia non facta circa vnam sententiam arbitramentalem, iudex causæ pronuntiauit primo pœnæ ad pœnam habendam compensationem. Secundo condemnauit iuxta petita dictos tres fratres dicto Giroldo ad soluẽdum dictum debitum librarum quadringentarum in lib. 300. dicto Giroldo pro suo interesse secundum dictam petitionem. in dubium reuocatur dicta sententia: & dicunt, quod ipse agens non potuerit petere tali modo pro suo interesse dictas 300. lib. vt interesse suum. de compensatione pœnarum partes contentantur facta per iudicem causæ, quæritur, quid iuris.

1 † Et ostenditur, quod iudex dictæ causæ bene pronuntiauerit: primo in pœnis, quia si hinc inde partes inciderant in pœnam vsque ad concurrentem quantitatem pœnarum, bene facit iudex admittere compensationem, per not. in l. si constat. C. de compensa. l. cum alteri. & l. si ambo. circa prin. cum ibi not. item iudex bene pronuntiauit super lib. 300. petitis de debito lib. 400. quia eisdem fratribus conuentis vigore dictæ sententiæ tantum veniebat absoluendum: cum prædicta essent liquida per publica instrumẽta, & acta. & quod sic bene sit petitum, & bene sit condemnatum, mouent rationes infrascriptæ: videlicet iusta conuẽtio legitimæ validata. item iusta probatio. Item mora comissa. ad primum deueniendo sic arguitur, contractus ex conuentione legem accipiunt, vt ff. deposi. l. 1. §. si conuenerit. adeo quod partes tenentur, & obligatæ sunt ad obseruantiam pactorum conuentam legitime. vt l. 1. in prin. ff. de pac. & l. iurisgentium. §. ait prætor. in princ. & l. 1. in princ. de consti. pecu. cum sim. Sed partes prædictæ promittendo, vt supra, videntur conuenisse de faciendo sibi vicissim, secundum quod arbitraretur dictus arbitrator. iuxta. l. fi. & ibi not. ff. de contrahen. empt. & l. si quis arbitratu. ff. de verb. ob. ergo si arbitratus fuit inter eos, ipsi sunt astricti ad obseruationem arbitrationis per præmissa. Nam si tale arbitramentum est appellatum transactio, iuxta glo. in auth. vt differentes iudi. §. si vero contigerit. colla. 9. & sic talem transactionem factam inter eos seruare tenentur, argumento iurium præallegatorum: & etiam vigore iuramenti in ipso compromisso adiecti, argumento c. quamuis. de pa-

2 ctis. lib. 6. cum sim. † Item verba dictæ sententiæ arbitralis sic prolata, quod dicta debita facta per ipsos fratres, & quemlibet eorum communiter persoluantur, possunt intelligi duobus modis. vno modo propriè secundum iuris interpretationem, vt dicti fratres pro rata soluant sibi adinuicem debita, quæ contraxerunt ante compromissum. verbi gratia vnus dictorum fratrum erat obligatus in libris quatuor ante dictum compromissum cuidam creditori suo, quod alij tres confratres tenerentur ei obligato in libris tribus pro eorum virilibus partibus: & sic econtra. & quod sic debeant dicta verba intelligi, probatur. ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. sicut. & §. si quis. & l. si ita stipulatus. §. grisogonus. eod. titu. & ita not. Cyn. & doc. in auth. si quando. C. de constit. pecu. vbi persona stipulantis intelligitur in verbo executiuo stipulationis, sicuti est in verbo dispositiuo stipulationis. Nam hic fratres sunt in compromisso per stipulantes sibi inuicem, & sic in verbo stipulationis dispositiuo sint expressi, licèt modo in verbo executiuo dictæ sententiæ arbitralis, quod potest dici verbum executiuum dictæ stipulationis, quod verbum iuris interpretatione fingitur ipsorum compromittentium, vt supra allegatur, non sint expressæ eorum personæ, tamen intelliguntur per prædicta iura. Sed verba dictæ sententiæ arbitralis ibi, condemnauit ad soluendum, & quod soluere debeant omnia eorum debita ante compromissum per quemlibet eorum facta: quæ verba iuxta promissa debent intelligi, quod vnusquisque soluat pro sua rata virіliter partem debiti fratris ipsi fratri debitori. & hoc modo intelligendo dictus frater petens, quod sibi dicti sui confratres condemnentur ad dandum sibi libras trecentas de debito lib. 400. bene pe-

3 tijt: cum sint tres fratres, † petendo pro suo interesse, intelligendo interesse largo modo, prout sumit Barto. primo largo, vt in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest & c. vnusquisque potest sibi stipulari, quod sua interest. ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. insti. de inuti. stipu. §. alteri. vnde secũdum leges prædictas interest cuiuslibet habere & c. sibi promissam. & hoc modo intelligendo libellus bene concludit, petẽdo pro suo interesse quantitatem sibi promissam, vt supra, & sic bene secuta fuit condemnatio. alio modo possunt sumi prædicta verba dictę sententię, & quod dicta debita communiter persoluantur, & condemnatio facta de dictis fratribus ad soluendum dicta debita, quod intelliguntur hoc modo, videlicet quòd ipsi fratres vicissim pro rata soluant creditori alterius fratris pro parte sibi contingente, vt sic videantur stipulari ad inuicem mediante persona stipulatoris, alias arbitratoris. & hoc modo soluendo & stipulatio valet: nisi stipulor dari creditori meo. hoc probatur in §. si creditori insti. de inuti. stip. & l. liber homo. in fi. ff. de verbo. obli. & stipulatio facta per debitorem ab aliquo tertio, vt soluantur creditori suo, operatur promissore constituto in mora, quod succedit obligatio ad interesse, sicut obligatione facti, vt probant leges prędictę proxime allegatę: vt l. si ita stipulatus. §.

4 postulum. ff. de verbo. obli. vbi dicit Dy. & Pet. † quòd promissio de soluẽdo pro alio ęquiparatur promissioni facti & l. facit

catum

casum Dyn. & Barto. ibi not. & not. in duodecima oppositione in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. & l. si pecunia. eodem tit. & not. Azo in summa. C. de inutili. stipu. l. 1. secunda col. no. gl. magna. in princi. ff. de actione empti. l. Iulianus. in princip. not. Cyn. secundum Petr. in l. vnica. in quarta quæstio. secundum opinionem Petr. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. Si ergo stipulando solui creditori meo, ego, qui sum debitor per tertiam personam perinde habeor per iura prædicta, ac si stipulatus essem: factum debet dici in hoc modo, sicut in obligatione facti, nam in obligatione facti post moram succedit obligatio ad interesse, vt ff. de verbo. obliga. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & in tex. & glo. & l. quoties quis. in prin. & ibi gl. in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. adeo vt actoris sit electio agere vel ad interesse, vel ad factum, vt no. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in 7. quæstio. in fin. in 9. q. & tex. & glo. est. ff. de ope. noui nun. l. stipulatio. §. sine idem. not. glo. in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest. versi. in alijs. & facit quod not. glo. in l. 2. in fin. C. de hær. vel actione. cum l. hæreditatem. ff. de donatio. Modo in casu præmisso si agens post interpellationem ex denuntia facta cum fratribus suis deduxit fratres in mora, & sic voluit petere interesse, & petere pro suo interesse tantum, quantum debeant dare fratres suo creditori, vnde perijt, ne detineretur in carceribus per creditorem suum, & ne sua bona venderentur per creditorem suum, hic licuit sibi sic petere, per l. liber homo. ff. de verbo. oblig. & §. si creditori. institu. de inuti. stipula. & sic prædicta iura intelligit Pe. vt recitat Cyn. in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest. in 4. q. vbi tractat de interesse intrinseco, aliàs extrinseco. & sic apparet esse verum per casum l. si ita stipulatus. §. possum. ff. de verbor. obligat. a contrario sensu. item lex sic alibi tantum, quantum debet debitor suo creditori pro furto in tabula nominis facto, reputat interesse, scilicet tantæ quantitatis, quantæ erat debitor obligatus in illa tabula furti sublata: vt l. qui tabulas. in prin. ff. de furt. & tñ actio furti datur ratione interesse, vt l. ei, qui. in prin. ff. de fur. simili modo lex facit in l. locum. §. condemnato. ff. de tabularijs exhibendis. & simili modo lex facit in l. in lege Aquilia. §. si deletum. ff. ad legem Aquil. simili modo lex ita æstimat in l. fina. §. fin. ff. de eo, per quem factum est, quod tamen probatur, Nam vbi reus est in mora facienda, factum tantum quantum interest, vbi in principio. vbi est text. & glo. ff. de

5 actio. emptio. † Nam vt glo. dicunt communiter. ff. de actio. emptio. l. 1. in princip. & in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest. Interesse sumitur tripliciter, scilicet conuentum, commune, & singulare, idem notat Inno. in c. sacro. de senten. excommuni. licet Dyn. in c. mora. extra de regu. iur. summat triplicites, scilicet pro damno communiter æstimato, vel pro damno communiter ex conuentione, vel pro damno singulariter æstimato. quod tenet Barto. in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest. secundum doctores inducitur ad duplicem speciem, videlicet intrinsecum, & extrinsecum: vt not. doctores, in l. vnica. ex quibus nota idem. inter cætera venit interesse intrinsecum ex mora cõmissa per reum super traditione rei promissæ non facta: vt l. vnum. ff. si cer. peta. & l. sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. & in l. hac de titi. Quòd interesse intrinsecum, quod est communis æstimatio eius, quod præstari debet vigore obligationis initæ inter partes, vt nota. in dictis iuribus, & quod talis communis æstimatio semper veniat, probatur in dictis iuribus supra proxime allegatis. & l. quod si possessor. ff. de rei vendi. text. & glo. in l. 1. in princip. cum additione Francisc. in glo. parua. ff. de actione emptio. & de periculo, & commodo rei vendi. sicut ibi glo. facit. l. penult. ff. quibus ex cau. in possessio. ea. l. 3. §. fin. ff. qui satisdare cogan. si ergo venit communis rei æstimatio, videatur in prædicto, quantum æstimaretur interesse agentis: certe tantum, quantum æstimatur a carceribus: & bona non vendantur per creditores, & hoc considerauit legislator in iuribus iuxta etiã opinionem Petr. supra allegatam. & hoc per iura prædicta, nam iudex, ad quem spectat interesse taxare, vt l. si traditio in fin. cum glo. ibi. C. de actione emptio. & l. vnica. versicu. in alijs. C. de sententijs, quæ pro eo. & l. semper. §. interdictum. ff. quod ui, aut clam, tamen taxaret, & taxari haberet. pro prædicta iura adhuc inducuntur casus vltimarum volũtatum, Si non valet legatum factum in persona alicuius, nisi intersit legatarij fore sibi factum. hoc probatur. ff. de legatis 2. in princip. ff. de legatis 1. l. creditor. in princip. & l. fideiussor. cum similibus. & tamen, si legetur Titio, vt soluat creditori meo, vel si legetur creditori meo mei contemplatione, valet tale legatum, & mihi datur actio. & lex habet tantum in ea interesse, quantum creditori meo debeo: vt l. fideicommissa. §. interdũ. ff. de legatis 2. & de legatis primo. l. seruo legato. §. si testator. vt ff. de liberis legat. l. non solum. §. 1. in fine. & l. Aurelius. §. penulti. ff. de iure do. l. cum pater. cum similibus, ergo agens potuit dicere tantum sua interesse, quantum fratres debebant suo creditori soluere, & id interesse petere post moram commissam per ipsos fratres, vt supra allegatur. Ita si tantum debuerit petere, probatur per argumentum a sufficienti partium enumeratione: quod est validum in iure, vt ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris. l. patre furioso. & l. 1. in principio. ff. de actione, & obligatio. institu. de obligatio. quæ ex quasi maleficio. in principio. Nam in casu prædictæ quæstionis agitur propter non factum: & vbi non est in obligatione rem restitui, sed rem dari in persona creditoris stipulantis, mora est commissa per reũ, vt supra dicitur, agitur propter non factum, aut vis facere venire interesse singulare æstimatũ, & hoc non põt: quia est pecunia, quæ debet solui, in qua hoc interesse non potest, ut l. nummis. ff. de in lit. iurand. & ff. de fideiusso. l. ita fideiussorem. aut vis facere venire interesse ex conuentione æstimatum, & hoc non potest, quia præsumeretur pœna adiectitia in fraudem vsurarum, vt l. cum allegas. C. de vsuris. cum ibi not. item extrinsecum interesse hic venire non potest: cum hic agatur propter non factum, vt l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actione emptio. hoc dicit glo. in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo. in glo. in versic. dupli. & ibi Cyn. in quarta quæstione, vbi tractat de interesse intrinseco. idem tenet glo. in l. Iulianus. in principio. ff. de actio. emptio. super verbo, interfuit. vbi dicunt glo. & doctores, quod vbi agitur propter non factum, non venit interesse intrinsecum, ergo oportet dici, quòd isto casu veniat intrinsecum interesse, videlicet æstimatio huius facti, quod est hoc quantum intersit istius agentis, & cuiuslibet alterius, qui esset in simili casu: sed quantum interesse debet? certe debet dici, quantum debebat soluere sui confratres suo creditori vigore prædictorum compromissi, & sententiæ. per prædicta iura adduco l. 1. liberum. ff. de religio. & sump. fune. per quam l. Iacob. de Bel. in lectura dicta. l. unicæ. C. de sententijs, quæ pro eo. di-

6 cit, † quod interesse est pecuniariæ quantitatis ex eo, quod fit, quod fieri non debuit, uel cessat, quod fieri debuit, licet Barto. in d. l. unica. diffiniat sic, interesse est æstimatio alicuius utilitatis non habitæ propter alicuius factum iniustum, uel cessationem iniustam: ex quorum doctor. diffinitionibus apparet bene petitum, & bene condemnatum in dicto casu. Nam ut recitat domi. Iaco. de Bel. in d. l. unica. de sententijs, quæ pro eo. gl. ibi in ista diffinitione interesse respexit actum progrediendi, quia interesse progreditur ex damno. doctores, qui dicunt, quod interesse est æstimatio damni, inspexerunt actum petendi, quod interesse est æstimatio damni, quæ petitur ex damno. Vber. de Foliatis legum doctores in dict. l. unica. dicit, quod etiam diffinitio glo. ut soluetur, habuit respectum ad æstimationem damni, uidelicet substantiæ rei, & damni prouenientis ex ipsa substantia, ut fructus, uel occasione substantiæ, ut hæreditatis debitæ seruo promisso, uel debito, ut l. uenditor hominis. ff. de euictionibus. ut ff. ad legem

7 Aquiliam. l. Neratius. in princip. † Nam semper dicitur uenire damnum substantiæ promissæ, ut patet in l. si seruum. in principio. ff. ad legem Aquil. & in l. in action. §. 2. ff. de in lit. iuran. & ff. de rei uend. l. qui restituere. §. 2. & l. 2. §. fin. ff. qui satisda. cogantur. & l. unum. ff. si cer. pet. & l. si sterilis. §. cum per uenditorem. & l. ratio. §. cum per uenditorem. ff. de actione emptio. licet quandoque interesse singulare progreditur ultra communem æstimationem usque ad duplum, ut dicta lege unica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest. ta-

men cōis ęstimatio est simplum dicti dupli singularis interesse, vt dicit Cyn. ac. in d. l. vnica. sint est in actione vi bo. rap. §. 1. & insti. de actio. §. tripli. sic patet per l. quod si possessor. ff. de rei ven. & per gl. & tex. in l. sicut. C. de peti. & commo. rei ven. & per l. primam. in prin. ff. de actio. emp. vnde concludē do de primo ad vltimum interesse petentis tantum erat quātum suo creditori debebant soluere dicti sui confratres per prædicta allegata: & cum sit probata mentio agentis, merito actore probante suam intentionem debet fieri condemnatio: & potuit, & debuit iuxta petita, vt probatur in l. actor. C. de proba. l. eleganter. C. de act. & obli. l. officium. ff. de rei vend. absq; eo, quod sumendo verba dictæ sententiæ arbitralis impersonaliter prolatæ, quod persona stipulātis in compromisso intelligatur in dicto verbo, executio dictæ sententiæ. prout lex intelligit, q persona stipulantis intelligatur repetita in verbo executio. vt supra dicitur, vt d. §. Grisogonus. & alijs supra allegatis nulla est dubitatio, quia quilibet potest sibi stipulari libere, & valet stipulatio in persona sua concepta, vt d. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. cum simi. Quare cum deo, & iustitiæ bene fuit petitum: & bene iudicatum non obstantibus quibuscunque prędictis consideratis, ita quod melius iudicari non poterat, quàm super extitit iudicatum, & quod iudicatum extitit, omnino iuri, & veritati consonum est per prædicta. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCXCII.

1 *Testamentum primum si cum 7. testibus, & secundum cum quinque ab vno eodem conditum fuit, & in vtroque venientes ab intestato fuerunt instituti, quod eorum sit validum, quæritur? & an legata debeant.*

2 *Venientes ab intestato dicuntur dupliciter.*

In Christi nomine. Quidam faceus nomine suum solenne condidit testamentum coram septem testibus: in quo hæredem vniuersalem instituit filium fratris sui carnalis, & in eo reliquit multa legata: & adiecit, q si aliquo tempore non valeret iure testamenti, valeat iure codicillorum. Postea fecit secundum testamentum coram quinque testibus: in quo prędictum fratrem carnalem hæredem instituit: & in eo multa legata reliquit adiecta clausula supradicta. Quæritur, quod isto

1 rum testamentorum debeat pręualere? & quid de legatis? † respondeo, quantum ad hæredis institutionem dubitari potest ex eo, quia tam frater, quàm fratris filius est de genere venientium ab intestato inspecta possibilitate contingentiæ casual. quia posset frater præmori, & sic filius eius esset de istis successoribus. vnde cum in primo testamento secundum hoc sit institutus veniens ab intestato, & solenniter, licet in secundo sit institutus prior in gradu, tamen primum testamentum debet præualere, quia magis solenne. non obstat C. de test. l. hac consultissima. §. nisi forte. quia ibi loquitur, quando in primo testamento erant instituti extranei a successione. In secunda autem, vt ita dixerim, intranei, seu venientes ab intestato, licet non iure potestatis, seu suitatis, sed hic erat vterque de genere successibilium: vnde non debet priuilegium vni concedi, & alteri denegari, arg. C. qui pigno. habe. l. assiduis. §. exceptis. contrarium est verum, quod secundum testamentum præualet: quia pater præcedit filium suum ab intestato, & excludit eum. remanet ergo casus ille, in quo quinque testes sufficiunt ad rumpendum primum testamentum, & legata in ipso: quia reuocata sunt, & clausula codicillaris non operatur, nisi duret voluntas legantis. Sed hæc non durat. Et ita determinabit Iacob. de Aret. legata vero in secundo testamento ex vi propriæ codicillaris, sed ex speciali prouidentia illius §. si quis autem. vbi dicitur, quod secundum testamentum rumpit institutionem, & reducit legata ad causam intestati, nec oportet illam clausulam esse adiectam: quia quantum ad hoc superuacua est. Et iste est casus, in quo causa intestati rumpit casum testati quo ad omnia: & deuoluitur hæreditas ad secūdos institutos non mera vi institutionis, sed ex prouidentia legis. Et ipsi tenentur soluere legata in secundo testamento relicta, sed legata primi testamenti sunt sublata vna cū sua clausula codicillari, quia reuocata, & reuocatis legatis reuocatur, & clausula adiecta contemplatione talium legatorum.

2 † Ex his apparet, quod veniētes ab intestato dicuntur dupliciter. vno modo facta computatione ad seipsos: & tunc ille, quā est proximior eorum, dicitur veniens ab intestato: vt in quæstione proposita. alio modo facta comparatione ad prorsus extraneos: & tunc siue institutus in secundo testamento sit prior in gradu venientium ab intestato, siue remotior, rumpitur primum testamentum perfectius quo ad solennitatem: quia sufficit potentia existentia alicuius casus, in quo siue ex secundo testamento, siue propter ipsum, licet non ex ipso possit adiri hæreditas iure ciuili, vt ff. de iniusto testamen. l. 2. & l. cum secundo. & ff. de contratabul. l. si duobus. §. si prius. secus si hæreditas non posset adiri de iure ciuili, sed de iure prętorio agnosci, nam tunc primum testamentum non rumpitur. fallit si in secundo essent instituti liberi: verbi gratia, si mater, vel pater emancipauit filium, iure veteri fecisset inualidum testamētum: quia fauore liberorum propter ordinem naturæ fallit regula, quæ ponitur in d. l. cum secundo. vt ff. de lega. præstandis. l. is, qui in potestate. est autem natura existentia rerum per se causa, seu quæ ipsis rebus semper inest secundum proprium esse. Porro si in primo testamento aliqui venientes ab intestato, & in secundo alij venientes ab intestato, & non ipsi idem pari, scilicet gradu, primum testamentum non rumpitur, etiam quo ad extraneos ibi institutos, argu. optimum. ff. de liberatione legata. l. si is, qui duos. In contrarium tamen posset allegari lex vnica. C. communia vtriusque iudicij. & l. 3. C. de inofficio. testament. & not. ista, quia sunt subtilia. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCXCIII.

1 *Stante statuto, quod muliere prædecedente sine liberis vir lucretur dotem, si decedat cum filia, quæ repudiauit, maritus non lucrabitur dotem.*

2 *Sententia lata ex falsa causa an sit nulla.*

3 *Falsum non committitur sine dolo.*

In Christi nomine. Præmissis duobus statutis, vno quorum cauetur, quod mortua vxore sine liberis vir lucretur totam dotem. Item quod econuerso vir teneatur facere vxori donationem propter nuptias, quam ante factum vocant, cuius quantitas descendat ad dimidiam dotem, quam lucretur vxor præmortuo viro sine liberis. proponitur in facto, quod Licus accepit Bertam in vxorem, & de dote apparent duo instrumenta dotalia facta eodem die, loco, & testibus, & in vno apparent prædia data in dotem simpliciter. In alio apparet, quod fuerunt ęstimata: accidit in facto, quòd Berta præmortua est superstite vna filia, quæ repudiauit hæreditatem maternam cum iuramento, vel sine. tandem consanguinei Bertæ repetierunt dotem tanquàm inęstimatam, & per arbitrum, & arbitratorem fuit lata sententia, quod dicta dos debe

1 ret restitui. Ex his surgunt duo dubia. † Primo, an vir debuerit lucrari dotem: & videtur, quòd sic, quia filia, quæ repudiauit, pro nulla habeatur. cum enim non admittatur ad totum, nec ad partem: sed habetur pro mortua, vt ff. de coniungen. cum emanci. libe. l. 1. §. si pater. ff de inoffi. testamen. l. qui repudiant. §. vltimo. In contrarium videtur, quia statutum de liberis loquitur, nec requirit, quòd sint hæredes: & ideo conditio lucrandi deficit: quia non debemus aliquid addere, vel supplere statuto: nam si statutum voluisset loqui de hæredibus, hoc dixisset, vt not. ff ad Trebel. l. ex facto. §. fin. & videtur casus. ff. de lega. 1. l. filius. §. cum quis erit. hæc pars est vera per dictum §. cum quis. quia non est recedendum a forma

2 statuti, vt ff. soluto matrimonio. l. si vero. §. de viro. † Secundo quæritur, an dicta sententia valeat? & videtur, quod non, quia lata ex falsa causa, & per obreptionem factam prætori, vt l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. ff. de iudic. l. si prætor. §. Marcellus. C. si ex falsis instrumentis. l. 2. apparent autem falsitas per instrumen. dotis ęstimatæ datæ: nam in dubio præsumitur vera æstimatio, quæ facit emptionem, vt not. ff. sol. mar. l. ęstimatæ. & l. si æstimatus. & C. de iure do. l. si inter virum. In

contrarium uidetur: quia ista duo instrumenta dicunt ad cō
cordiam reduci, quemadmodum testes quadam adhibita cō
sideratione, & dist. ut uidelicet illud instr̄m, quod non facit
mentionē de æstimatione, intelligatur de rebus inestimatis:
quia ita sonat. nam aliud est res, aliud æstimatio rei, vt ff. de
vsufru. l. si alij. §. rerū. Aliud autem instr̄m, quod loquitur de
æstimatione, intelligatur de ea, quæ fit ad commensurationē
ante facti: nam quotiens est alia coniectura, æstimatio rei do-
talis non facit æstimationē, vt d. l. si inter huic cōsentaneum.
& quod non fuit promissa restitutio æstimationis: vnde ex cō
uentione duarum scripturarū apparet sensus earū, nec. n. sem
per alienatur, qd æstimatio datur, vt C. de iure do. l. in rebus.
Præterea detur, videlicet, qd hęredū mulieris sit eligere, quo
instrumento vtantur. Nam in ista incertitudine fauēdum est
dotibus, vt dicit regula in ambiguis iur. Preterea nō est verū,
quod hic fuerit falsum allegatū: quia non constat, quod sēiū
sit verum: sed potius ex conflictu scripturarum resultaret in-
certitudo: cuius declaratio motui iudicantis committitur, vt
no. C. de edic. diui adri. l. fi. Præterea non est falsum, quod ali
quo primordio veritatis iuuatur, & maxime si primordium
concurrat cum natura rei. ff. de lo. 2. l. Cum filius. §. hęres. Prę
3 terea bona fides agentis omne vitium falsitatis excludit, † qa
in falso requiritur dolus, vt C. de fal. l. nec exemplum. & si qd
remedium competeret, quod tamen non competit, esse resti-
tutio in integ. quia allegatio, & probatio fuit facta inter præ-
sentes & non capta absentia aduersarij, vt ff. de re iud. diuus
& ff. de exce. l. Qui agni. nec est sentētia incerta: quia refertur
ad certum instrumentum: quia arbiter pronuntiauit eo viso,
vt ff. de transa. non est ferendus. Ideo. n. sententijs dicetur vi-
sis actis, vt cōstat iudices actorum sciētiam habuisse, vt extra
de præsump. cap. i. afferte & no. ff. de fal. l. si quis obrepserit. &
hoc iustum, & æquum est remotis cauillationibus. Et ita
teneo Ego Baldus.

## CONSILIVM. CCXCIIII.

1 *Maleficium quando dicatur consummatum, quando attentatum tantum: & qua pęna sit puniendum.*
2 *Statuta non recipiunt interpretationem: sed sunt intelligēda, secundum opinionem vulgarium, & consuetudinem.*

1 In Christi nomine. Ad euidentiam p̄mittēdū est, † quod
maleficium dicatur consummatum, & quod dicatur atten-
tatum: & in hoc dicendum est, quod dr̄ consummatum, quod
quantum ad delinquentē perfectum est, ita qd per eum, vel
eius ministrum non sit aliquid consummandū, & nihil restet
ad agendum, qd sit de essentia delicti. illud vero dr̄ attentatū,
quod imperfectū est, & requirit post se consummationē deli-
cti. vt ff. de fur. l. Si quis præferendum & l. si is qui. §. si tu Ti-
tium. ff. de iuris. om. iu. l. Si quis id, quod §. fi. C. de fur. l. si qs
seruu. tñ qñq; delictum est consummatum secundū intentio
nē delinquentis: & non secundum intentionem, & diffinitio-
nem l. exemplum. ff. de falsis. l. Si quis legatum. ff. de pęnis. l.
si quis aliquid. §. Testm̄. & tunc distinguitur, verū sit consum
matū apparenter, licèt non existeret: & imponitur integra pę-
na. Aut nec apparenter, nec existēter, & tunc ppiūm doli cō
mittēdi imponitur pęna arbitraria ex eo capite: quia delictū
est attentatū, & consilio consummatū, licèt consilium non ha
buerit effectū. hoc no. Cy. de sepul. vio. in l. 1. & modernio. &
Dy. & Ri. Mal. & Bar. & eorū sequaces in d. l. si quis legatum.
Itē ipsa attentata est dr̄ia, an sit processum ad actum multum
remotum, & mitius punitur. an ad actum multum proximū,
& punitur seueriori pœna arbitraria, vt C. de ser. fug. l. si fugi
tiui serui. & plene not. in l. si quis non dicta rapere. Secundo
præmittendum est, quod qñ delictum attentatū, & non con-
summatum hr̄ pro consummato, istud non est secundum re-
rum naturam: quia in contrarium se habet, sed est secundum
fictionem iur. & quia fictio non habet locū in statutis, vt not.
2 ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc verba. † quia fictio est quædā impro-
prietas: quia verba statutorum debent intelligi proprie, & se-
cundum quod vulgus intelligit. & sic naturaliter, non ficti-
tie. arg. C. de his, qui ve. æta. impe. l. fi. ff. de ver. ob. l. Ex ea par
te. §. insulam. ff. de ea. dimi. l. tutelas, ff. de iure fisci. l. Statutis.
§. Cornelianus. mens loquentis referatur ad iur. communis di
spositionem, & interpretationem: quia tunc refertur ad refe-
renda, etiam si in fictione consistant, vt ff. de lib. & post. l. gal
lus. §. & quid si tantum. dico ergo, quod in plenis pęnis statu
torum non habet locum fictio: vnde de consuetudine impo-
nitur pro attētatis integra pęna: quia neq; casus statuti extat,
neq; mens statuentium, quæ ex verbis colligi debet, vt ff. de
exercito. l. 1. §. si is, qui nauē. tamen ne delinquētibus pęna de-
1 sit, iste casus tanquam omissus a lege committitur iudicis ar-
bitrio tanquam casus extra ordinarius, vt l. 1. §. 1. ff. de effrac.
& expila. facit quod not. Cy. C. ad l. Corne. de sica. l. is, qui cū
telo. Statuta enim, & consuetudines non debent trahi extra
terminos naturales, vt dictū est: tamen religio iudicantis dees
se non debet, vt ff. de testa. l. scio quæsitum. & nomine statuto
2 rum intelligo statuta municipalia, vel prouincialia, quę non
sunt in corpore iur. communis reclusa, ut in cap. 1. de const.
lib. 6. His ergo præmissis venio ad propositum: & dico, quòd
istud maleficium fuit ex parte inchoatū, sed non fuit consum
matum secundū intentionē delinquentis: qa citatio non fuit
prolata, nec executa: & oē delictum, quod explicatur per nun
tium, uel epistolam, consummationem non accipit, nisi nun-
tius mandatum explicet. arg. ff. de acq. pos. l. Qui absenti. §. 1.
Quare puto in casu nostro esse pœnam arbitrariam: quia ma-
lo more negotium est inchoatum: & per eum non stetit. pęnā
aūt mortis, vel mutilationis alicuius membri imponendam
non puto: quia iste voluit potius cōcussionem modicæ rei fa
cere, quam vere falsum committere. Item quia sine vlla solen-
nitate, & quia quod fecit, non debet dici de actio. nec debet
dici publicum instrumentum. & quia dura legum interpreta
tio est uitanda. nā & in ipsis pœnis est seruanda quædam hu-
manitas, ut ff. de pœnis. l. respiciendum. §. delinquūt. & l. aut
facta. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. &
l. hodie. ff. de pęnis. Credo, q̄ ista sit tutior, & humanior via, q̄
imponere pœnam corporalē: alioquin nulla est dr̄ia inter de-
lictum magnum, & paruum, & inter attētatū, & confirmatū:
qd est falsum certe. et verba decretorum non dicunt iudaice
intelligi: vt ff. de in ius vo. l. quamuis. & no. in l. damni. ff. de
dam. infe. cum glo. Quidam iudaice. de istis tamen iudaicis,
& licèt non sint iudei, mundus est satis repletus: sed tanquam
quædam mundi ignominia.

Vide in consi. 247. 248. 249.

## CONSILIVM CCXCV.

1 *Possidere an possit quis ex bona conscientia bona, quæ asseruntur semel fuisse empta de pecunijs ecclesiæ, licèt iste possessor emerit ipse ab alio tertio emptore, seu possessor. & consilio 297.*
2 *Rumor viciniæ an sit attendendus.*
3 *Præscriptione completa si quis habeat conscientiam rei alienæ, an teneatur ad restitutionem.*

In Christi nomine. Fama viciniæ ē: q-
dam prælatus emi
fecit de pecunia ecclesię certas possessiones per quendam lai
cū, qui remisit iura quibusdam consanguineis dicti prælati,
qui tandem vendiderunt dictas possessiones cuidā iusto pre-
cio: & pecunia conuersa est in utilitatem dictorum vendito-
rum: nec potest probari, quod pecunia fuerit ecclesiæ: licèt
aliqui dicant. Emptor solummodo dubitat de foro conscien
1 tiæ: modo præsupposito statuto quoddam, quod non possit
alienari in non subiectum, qui tamen soluit datas, & collecta
2 nisi faciant securum commune de soluēdo. & præsupposito,
quod fuerit prædictum emptori a quodam extraneo bona es-
se taliter empta, ut præfertur, licèt non fuerit protestatū. Item
præsupposito, quod uenditores dixerint, & dicunt bona fuis-
se empta de pecunia propria ipsorum, non ecclesiæ. Item qd
inter ipsos venditores fuit quædam mulier optimę conscien
tiæ, quę habuerat insolutum dimidiam partē dictorū bono-
rum pro restitutione dotis ab obligatis ad ipsam restitutionē
faciendā. & præsupposito, qd si emptor prædictus nō emisset
multi alij erāt empturi, & forte pro minori precio, Quæritus,

1 qualem conscientiam habere debeat bonus vir.† Pater reue-
rende ad dubium suprascriptum cum quæritur in foro con-
scientiæ, qualem conscientiã hre debeat emptor ille &c. Sal-
ua semper vestra deliberatione, cui in his, & in alijs merito
me submitto, in foro conscientiæ dico duo facere contra illũ
emptorem. Primum est illa fama, seu rumor viciniæ. & secun
do q; protestatio eidem facta per illum extraneũ res illas em-
ptas fuisse ex pecunija ecclesię pro ipso emptore facium, quia
contractum emptionis non celebrauit cum ecclesiæ admini-
stratore: quod satis iuri cõsonum est: quia regula habet, quod
si ex pecunia mea res ematur, dñium non quæritur ei, cuius
est pecunia. fallit in istis rectorib. & administratorib. vt hęc
probantur in l. si ex pecunia. & l. si vt proponis. C. de rei ven.
c. inquiren. extra de peculio clericorum. nisi probaret, qd per
personam interpositam rector ecclesiæ contraxisset: vt l. mul
tum interest. C. si quis alteri, vel sibi. & l. cui. §. si ab ignoto. ff.
de manu. 12. q. 2. c. Apostolicos. & l. pupillus. §. per interposi
tum. Item & facit pro ipso emptore certus cõtractus celebra-
tus cum illa muliere bonæ opinionis: & quia pecunia in ip-
sorum emptorum, vel emptoris vtilitatem versa est. Non obs.
obligatio famæ viciniæ: cum rumor, seu fama viciniæ, vel po
puli attendendus non est, vt dicit text. in c. super eo. extra de
2 eo, qui cog. consanguineam vxoris suæ.† ibi, rumor autem vi
ciniæ non adeo iudicãdus est validus, quod nisi rationabiles,
& fide dignæ probationes accedant, possunt bene contractũ
matrimoniũ irritare. facit text. in c. ottus episcopus. extra de
ele. C. de pęn. l. decurionũ. c. illud versu. extra de pręsum. 35.
q. 6. c. si duo. C. ne de stam defun. l. si mater. & no. in c. contra
matrimonium. extra de offi. deleg. & hæc fama, seu rumor di
cunt doct. non semper debet attendi: quia vt plurimum veri-
tatem contrariam in se habet, vt quando ex sola voce populi,
seu viciniæ insurgit: vt c. veniens. & ibi in glo. extra de testib.
Nec etiam illo extraneo referenti credendum est. nam vni te-
sti quantũcunque honesto, & fideli non creditur. 4. q. 3. vers.
vnus testimonio. in gl. 1. in c. pruden. super verbo, initium.
extra de offi. deleg. hic ergo bonus vir non debet habere con
scientiam adeo scrupulosam: immo conscientiam suam in-
formare debet ex his, quæ iuribus ciuilibus, & canonibus di
sposita sunt, & illam deponere, vt in simili doctores in c. vigi.
3 extra de præscri. & ibi per Io. de Lign.† quod si post præscrip
tionem completam conscientiam habeat rei alienæ, quod ta-
lem tenere non debet, immo deponere: ex quo res facta sua p
præscriptionem iur. permittente, tamen si adeo scrupulosam
haberet, & eam deponere non posset, tutius est, vt illam resti-
tuat, quam retineat &c. Gualteri. de Sazzis de Papia.

CONSILIVM CCXCVI.

1 *Electus ad respiciẽdum omnes probationes, & iura, actiones,*
*actus in causa fiendos an possit examinationem testium alte*
*ri tertio committere.*
2 *Recipere testes, seu eos examinare an sit quid industriale, seu*
*formale.*
3 *Verba posita in compromisso, scilicet nec de iure, nec de facto,*
*quid importent.*

In Christi nomine. Io. quõdam M. &c. & Pe. Eusebij &c.
adinuicem qõnem habentes in, & super quadam hæreditate
quondam Pau. &c. se cõpromiserũt in dñm Christophorum
tanq̃ in eorum arbitrũ arbitratorẽ, & amicabilẽ cõpositorẽ
de, & super qõne, & differentia, & lite, & quibuscunq; emer-
gen. inciden. & depẽdentijs: dantes eidem dño arbitro, & ar-
bitratori in, & super prædictis, & quolibet prædictorum ple
nissimam ptãtem, & bailiam infra certũ terminũ procedẽdũ
de iure, & de facto, & accordio quocunq; ordine iudiciario
prætermisso, & prout, & sicut sibi placuerit, & videbitur ex-
pedire. & super prædictis sententiandum de iure tãtum &c.
elig. eligentes in dicto cõpromisso quẽdã, qui possit, & valeat
recipere oẽs probationes, & iura quæcunq;, & oĩa acta tunc
fienda, ac ẽt producenda: & eidem attribuentes in proceden
do ptãtem, & bailiam concessam, vt supra dicto arbitratori.
Contingit aũt, q; prædictus electus non valens interesse exa-
minationi quorundã testium existentium in alio territorio,
ipsorum testium citationem, iurm, & examinationem cõmi-
sit Iacob. &c. qui iuxta commissionem sibi factam citata par
te aduersa modo debito, citari fecit dictos testes: & eos ad iu
ramentum recepit: & ipsos ẽt examinauit: & deinde ipsorum
dicta sigillata trãsmisit dicto electo, seu dicto arbitratori: co-
ram quibus per partem aduersam dr̃, quod attestationes pre-
dictæ nil valent: & per producentem asseritur, qđ sic. ex qui-
bus sic narratis reuocatur in dubium, vtrum, dicta illorũ te-
1 stium valeant, necne.† Vr̃ dicendum, q; dicti testes nõ potue
rint recipi per alium, quam per noiatum in cõpromisso plu-
ribus rationibus. Primo, quia in eo, quod est variabile secun-
dum iudicium diuersorum, vr̃ electa fides, & industria perso
næ, vnde alteri nõ põt talis electus committere vices suas. vt
C. de cad. tol. §. ne aũt. sed recipere, & examinare testes est qđ
2 industriale, vt C. de sen. quæ pro eo. l. 1. §. in alijs. † nisi qñ re-
cipiuntur super cap. forma de voluntate partium: quia tunc
est quid formale: nõ tñ industriale, in c. præsentium. de testi.
lib. 6. Item quia compromissum est personale, & non egredi-
tur personam, vt ff. de arb. l. in compromissis. item lex dicit,
quod arbiter non põt committere animi sui motum, vt ff. de
arbi. l. sicuti. item arbiter æquiparatur iudici delegato: quia
non põt subdelegare, nisi sit delegatus a principe, vt C. de iu-
di. l. a iudice. item quod compromissarius ad totam causam,
vel ad certum actum non possit delegare, patet. ff. de arbitr. l.
nõ distinguemus. §. de offic. item certa persona est nominata,
& potestas cadit in persona nominata, non innominata, vt ff.
de arbi. l. item si vnus. §. si duos. item licet arbiter possit elige
re nuntium, vt ff. de arbi. l. Sed interpellatur. non tñ potest no
tionem suam committere: quia non est amplianda forma mã
dati, vt ff. de verb. ob. l. Qui Romæ. §. Calimachus. & ff. man.
3 l. diligenter.† Item illa verba, de iure, facto. intelligenda sunt
ita, vt non fiat contra ius gentium, vt ff. de testa. mili. l. 1. sed
procedere per alium, & præter cõsensum, & sic est præter ius
gentium. quare nõ vr̃ valere processus dictorum testium: nec
põt ferri sententia contra ius scriptum hoc casu, siue in sentẽ
tia sit expressus error, siue non, propter illa verba. s. de iure tã
tum. arg. ff. de condi. indeb. l. si procurator. §. Celsus. Et istius
opinionis eram prima facie, antequàm ponderarem bñ ver-
ba scrip. Sed postea iterũ, & iterũ relegẽdo scripturam, & põ
derando illa verba, attribuentes in procedẽdo potestatem, &
bailiam concessam &c. credo dictam commissionem valuis-
se: quia committere receptionem testium est de processu: &
præsertim in casu necessitatis, quo casu etiam tacite videtur
hoc actum: quia simul negocium expediri non potest, vt ex-
tra de testi. c. si qui testium. & C. de fide instr. Auth. apud elo
quentissimum. & extra de proba. c. quoniam cõtra falsam. &
in c. vnico. de offi. deleg. in cle. Et per hoc concludo receptio
nem dictorum testium valere: quia videtur partes illum no-
minasse: quia declaratus est per dictum commissarium exa-
minator, vt l. item eorum. §. si decuriones. & l. cum esse. §. fin.
ff. de serui. rust. prædio. & ff. de rebus dubijs. l. verum. §. cum
quidam. & ita teneo, licèt antequàm ponderassem dictã clau
sulam, verbo respondissem contrarium: Ego Baldus.
Illud idem, quod tractatur in consilio 245. & quoniam Bal-
dus erat in propria conscientia, voluit etiam alijs viris do-
ctissimis apparere, & visis suis consilijs voluit postea & ip-
se consulere. & hic additur de 3ctu plan sequentib. cõsilijs.

CONSILIVM CCXCVII.

1 *Fama viciniæ sicut in bonam partem inducit bonam opin. ita*
*in sinistram causat malam fidem.*
2 *Conscientiam qualiter debeat habere emptor rei emptæ de bo*
*nis ecclesiæ.*
3 *Prælato aliquid emente, an quod emit sit ecclesiæ, an consan-*
*guineorum.*

In Christi nomine. Licet non sit opus manũ ponere ad ca
lamũ, nihilominus potius obediẽdo, q̃ deseruiendo veritati,
seu vt ita dixerim, conscientiæ, stimulus, videt̃ prima facie in
1 hoc consistere: cum vt vulgo dici solet, † sicut fama viciniæ
in bo-

in bonam partem inducit bonam opin. ita in sinistram partẽ causat malam fidem, ar. ff. de acqui. hær. l. cum quidam. §. & quod dr. & quod legitur, & not. C. de petit. toto. l. si tutor. in gl. & per Bar. de vsu cap. l. Celsus. cum concor. vulgatibus, & in
2 quib. aliter non insistit.† Sed licet res empta ab extraneo, qui non gerit negocia ecclesiæ, & de pecunia sua nõ efficiatur ecclesiæ, Sed fortassis eidem obligata tacite propter eo, ar. ff. de reb. cr. l. 3. in prin. Attamen empta per prælatũ vendicari posse ab ecclesia saltem permitti vr, siue emerit noie suo, aut pro se, aut pro consanguineis: vt vr sans collige 15. q. vlt. c. fixum. cum inquit, quod si aut suo, aut nomine alterius cõparauerit, non propinquorum suorum, sed ecclesiæ, cui præest, iura deueniant. & ita no. gl. & eadem causa. q. .c. 1. in glo. nomine suo. & q. 2. c. Apostolicos. in gl. contraxisse. ad fi. & q. 1. c. res ecclesiæ. & extra de peculio clericorum. c. inquirendum. & c. vnusquisq;. & vbi sequunt magistri iam iuris canonici, quã ciuilis: quibus licet non multum deseruiat illa decreta ii inquirendum, adijcit, nihilominus Host. propter magistrorum interpretationem tãdiu seruatam minime &c. Maxime quia non debet esse deterioris conditionis ecclesia, quàm miles: & miles, & minor optimum est, ideo ex legib. arg. inquit ipse ad propositum: nec refert, an emerit prælatus per se, vel per interpositam personam. argu. ff. de manu. l. 4. §. si ab ignoto. C.
3 de secund. nupt. l. hac edictali. † quasi igitur vt proponitur, prælatus per personam suppositam dicatur publice de pecunia ecclesiæ pro consanguineis illas emisse: videbatur opinãdum ad ecclesiam pertinere: vt cum bona conscientia detinere possent. Cæterum illud dubium videtur tollendum, etiam in foro conscientiæ. primo quoniam & si præcedens sententia esset vera, tamen supposito statuto inhibente acquisitionem ecclesiæ videntur præmissa tolli posse. cum non possit re che dici contra libertatem ecclesiæ. Sed statutum pro salute reipublicæ, ex quo non inhibet alienationem simpliciter: sed secundum quid. merito fuerunt statim consanguinei irreuocabiliter domini effecti: quia dominium, quod non potest quoquomodo auocari ab alio &c. Sed ecclesiæ consultu fuit contra prælatum nomine pecuniæ Preterea illi consanguinei propter temporis lapsum fuerunt tuti præscriptione legitima: quo fit, vt emptor etiam habens læsam conscientiam ex suppositis quod iam fuit, fuisse aliene potest ex superuenienti eas res cum bona conscientia tenere: & hanc partem puto veram. &c. Dominus Christophorus de Castellione super facto conscientiæ.

Vide in consi. 245. 247. & 249. Ego Baldus.

## CONSILIVM. CCXCVIII.

1 *Prælatus contrahendo quando sibi, quando alteri, & quando ecclesiæ acquirere videatur: & quando eius contractus præsumatur simulatus.*
2 *Thesaurario quæsitum cuius sit.*
3 *Res empta per consanguineum prælati, qui pecuniam mutuã cuius sit.*
4 *Prælatus an possit mutuari sibiipsi.*
5 *Prælatus an possit donare consanguineis, sicut mutuare.*
6 *Prælatus emens per interpositam personam, cui acquirat.*
7 *Conscientia dubia an inducat peccatum mortale.*
8 *Contractus quando simulatus præsumatur.*
9 *Præscriptio an requirat bonam fidem.*
10 *Prælatus in dubio an præsumatur donare, vel mutuare pecuniam consanguineo.*

In Christi nomine. Hæc materia altiris est inquisitionis, & ideo ad euidentiam præmitto, quod interdum contractus celebratur per sese, interdũ per interpositam personam, inter
1 dum est dubium.† Si quidem prælatus celebrat contractum per sese, aut nomine ecclesiæ: & non est dubium, quod acquirit ecclesiæ, & postea moriatur, vel remoueatur, vel cedat administrationi, nihilominus firmum remanet ecclesiæ: quia radicatum est dominium, & possessio ipsi ecclesiæ, sicut qñ seruus acquirit dño. nam non desinit acquisitum esse, quod per factum est, vt insti. per quas personas nobis acquiritur. per totum: nam si ratio iuris vult, quæ pro tempore æstimatur, vt ff. de stip. ser. l. seruus cõis Meuij. §. fi. aut noie proprio: & tunc aut est talis prælatus, qui non põt hře proprium. V.g. quia est monachus, vel canonicus regularis: & tũc acquirit ecclesiæ, sicut seruus simpliciter contrahendo acquirit dño: & sicut olim similiter filiusfamilias contrahendo acquirebat patri, adeo quod nec momento residebat in filio. vt ff. de de condi. inde. l. frater a fratre. & ff. de acqui. hæ. l. placet. cum enim nõ possit acquiri contrahenti noie proprio, acquirit ei, cuius vicem gerit. 18. q. 2. c. statutum. & C. per quas personas. l. fin. Si vero est talis prælatus, vel administrator, q possit habere proprium, aut acquirit ex re ecclesiæ: & tunc acquirit ecclesiæ. ff. de procu. l. quod procurator ex re dñi. extra de peculio clericorum. c. fi. Aut ex re proprij patrimonij: & acquirit sibi, & hæredibus suis. aut dubitatur ex qua re: tũc aut loquimur in episcopo: & præsumitur, quod ex rebus episcopatus, si tẽpore, quo fuit factus episcupus, non habebat res patrimoniales, vt C. de epis. & cle. Auth. licẽtiam. nisi probetur, quod ex alia causa acquisiuit, puta ex successione propinquorum, vel ex alia aduẽtitia causa, & si dignitas fuerit remota occasione conquirendi, puta sime lex nonita. non enim curamus de talis occasione, sed de finali causa, vt ff. solu. mat. l. si vero. §. Item quicquid. ff. de hær. insti. l. quidã cum filium. ff. de vul. subst. l. Sed si plures. § in arrogato. ff. pro soc. l. socium, qui in eo. §. fi. Si aũt dubitatur ex quibus bonis, tunc agenti incũbit probatio: quia in dubio possessor absoluitur, vt no. C. de bo. quæ lib. l. cum oporter. post principiũ. ad hoc facit, quod no. ff. de
2 neg. gest. l. cum actum.† Idem, quod in episcopo, dicendum est in thesaurario fisci, vt singulariter notatur. C. de iure fisci. l. facultas. lib. 10. nisi aliud constet per rationes fideles, & inuentarium probationem rerum facit. C. de iur. delibe. l. fi. C. arbitrium tutelæ. l. vlti. aliàs frustra fieret inuentarium, licet & ipsum inuentariũ possit reprobari per testes, & instrumenta: & sufficiant testes etiam domestici, vt not. in l. 2. C. qñ. & quibus quarta pars debetur. lib. 10. de vxore, quod cogitur vindicare res viri: nec placet, quod in dubio cuilibet debeat acquiri pro parte dimidia, vt ff. de neg. ge. l. Nesennius. in fin. licet quidam hoc dicant per legem. ff. de pet. hæ. l. sed si lege. in §. quod autem. sed ibi loquitur in consumptis, hic in acquisitis. interdum prælatus emit pro suis consanguineis, vel amicis: & tunc aut de pecunia ecclesiæ indubitanter, & præsumitur pecunia ecclesiæ, si ecclesia erat in possessione pecuniæ: quia in rebus, quæ vsu consumunt, vel cõuertuntur, præsumit ex possessione dñiom, vt ff de vsufr. ear. re. l. 2. C. si cer. pe. l. non vñ originem. nam quia facilis est transitus per consumptionem, vt ff. de sol. l. si alieni. merito facilius præsumit,
3 ar. ff. si cer. pe. l. singularia.† sed quid si prælatus mutauit pecuniam consanguineo suo, nunquid res empta erat ecclesiæ? Rñdeo. quia transferat dñium pecuniæ in accipientem mutuum, vnde pecunia non erat ecclesiæ, sed sibi debita actione personali, & quia pretium non erat ecclesiæ, ideo non acquiritur ecclesiæ: alioquin ecclesia haberet pecuniam, & remt qd est absurdum, vt ff. de act. emp. l. bona fides. & l. 1. C. si ser
4 uus extero. Immo plus vr, & est speciale in pecunia, † qd tutor, & prælatus possit mutuare sibiipsi, & se facere dñm pecuniæ, vt ff. de adm. tu. l. totiẽs. §. sicut. & no. & in l. 2. §. fuit quæ
5 situm. ff. ad Tre. † Sed nunquid sicut prælatus potest mutuare consanguineis, ita possit donare: dicunt quidam, quod sic, ex generali consuetudine, quam Papa scit, & tolerat, ar. ff. de dona. l. filius. Alij dicunt, quod ista consuetudo est abusiua, & inualida, quam Papa dicitur pati non facere. Alij dicunt, quòd causa pietatis, vel meritorum potest vsque ad competentem modum, vt l. vnius. ff. si quid in fraudem patroni. nõ enim intelligitur iactari, quod propter bona merita ecclesiæ vel prælati erogatur. ff. de donatio. l. Aquilius. & l. si pater. Item si expensum est in promotione prælati, vel in causu prælaturæ, si hoc expediebat ecclesiæ, quia prælatus est membrũ ecclesiæ principale, arg. extra de accu. c. ex parte. alij dicunt, quod donare nullo modo potest. ff. quod vi, aut clam. l. prohibere. §. plane. ff. de pactis. l. contra iure ciuilis. §. si filius. nisi forte quatenus potuisset negotiatorie expendere, puta in equis, domicilijs, & conuiuijs. nam si ab his abstinuit, 6

vt posset prouidere consanguineis, ecclesia non est facta pau-
perior ex tali donatione, argumen. ff. de dona. inter virum, &
vxor. l. virum. & C. de epis. & cleri. l. 2. de redditibus ergo ap-
propriandis ipsi prælato potest facere quicquid vult, dum vi-
uit: in morte autem non, vt no. in c. præsenti. de offi. ordi. li.
6 6. † sequitur videre, quando prælatus emit per interpositam
personam, vt eandem per omnia dicenda sunt, vt ff. de autor.
tuto. l. pupillus. §. per interpositam. C. quod metus causa. l. si
per impressionem. C. de secun. nup. l. hac edictali. nam perso
na quandoque interponitur honestatis causa, vt C. de contra
henda, & commit. stipu. l. optimam. quandoque in fraudem,
quæ quandoque præsomitur propter legis interdictum, vt ff.
de probat. l. qui testamentum. sed in dubio non præsumitur
fraus, sed aut donatio, aut mandatum, vt ff. sol. ma. l. quæ do-
tis. cum sua materia. Præterea videndum est, quomodo can-
tet instrumentum, nisi decipiens instrumentum aliud fatea-
tur, vel per testes aliud probetur, vt ff. de manumissio. l. 4. §. si
ab ignoto. & C. de proba. l. cum precibus. & l. ad probatioñ.
Nam quod [illegible] mentum non dicit, nec nos dicere debe-
mus, nisi [illegible] habeamus. ff. de fideiusso. l. fideiusso-
7 res magistratuum. §. 1. † Et si in conscientia nostra dubitemus,
dubia conscientia non est conscientia: nec obligat ad pecca-
tum mortale secundum Archi. quia non habet, vbi figat pe-
dem intellectus: & in ambiguo possessor potius debet ab[illegible]
si fauere, quam dissuadere, quia debet se conformare consciẽ
tiæ legis, vel dispositioni legali cum leges sint per ora princi
pum diuinitus promulgatæ. & hæc dicta sunt de primo arti-
culo conscientiæ: quia non debet quis sibi conscientiam face
re de eo, quod non potest explicare secundum rationem veri,
& perfecti, & constantis iudicij. De materia simulationis in
contractibus vide per Bar. ff. de dona. l. post contractum. & in
8 ter cætera not. † quod ex qualitate personarum præsumitur
actus simulatus. ecce quidam Vagnolus de Assisio fuit con-
fessus se habuisse a quodam filio suo mutuo decem pecunia
Guidonis filij in potestate dicti Vagnoli: dicebat, quod illud
erat aduentitium: & ideo filius poterat agere. Ego dicebam,
quod non erat aduentitium, sed simulatum, & quoddam co-
lore quæsitum per interpositam personam, arg. ff. de statu li-
beris. l. cum hæres. in prin. & C. arbitrium tutelæ, l. si defun-
ctus. Item filius non erat persona industriosa, & pater erat di-
ues: vnde præsumitur pecunia profectitia: quinimo nec pro
fectitia, sed nulla: quia in mutuo simplex confessio non pro-
9 bat realitatem, nunc ista quæstio pendet. † Nunc sequitur secũdus
articulus de conscientia. s. de præscriptione temporis. Et sciẽ
dum est, quod præscriptio aliquando currit secundum natu
ram temporis absque aliquo adminiculo temporis possessio
nis, & absq; aliquo facto debitoris, & tunc quia tempus præ-
scribit, & non homo, sequitur, quod non requirit bona fides est
hois factum: sed nõ requiritur factum, ergo non requiritur bo-
na fides. & no. ff. de acqui. rer. dominio. l. bonæ fidei. ff. de ser.
vrb. pred. l. hæc aũt iura. ff. de vsuc. l. sequitur. §. si viã. per Bar.
Vñ hæreditas iacens incipit, & finit hanc præscriptio. alij currit
præscriptio secundũ naturã possessionis: & tunc differt ius ciui
le a iure canonico, vt extra de præscrip. c. quoniam omne. d.
c. vigilanti. & vtrobiq; dixi. Tamen in rebus ecclesiasticis ius canoni
cum est seruandum absque dubio. & vide quod not. C. de ac-
qui. pos. l. cum nemo. Illud scias, quod dubitans semper inter
pretatur esse bonæ fidei, si quam habet occasionem dubitan-
di: quia æquiparatur ei, qui ignorat rem alienam, vt C. de fur
10 tis. l. manifestissimi. §. si autem dubius. † vltimo scias, quod
prælatus in dubio non præsumitur donare pecuniam con-
sanguineo: sed mutuare, & negocium ecclesiæ gerere: nisi præ
cedant merita de condigno. & adde quod not. ff. si cert. peta.
l. cum quid. & si male locutus sum, testimonium perhibe de
malo. Bal. tamen in propria causa scripsit: & ideo de se solo
confidentiam non habuit: quia sæpe rapitur homo a pro-
pria voluntate, & carnali desiderio. Et ita dico, & con-
sulo ego Baldus.

Ad idem. CONSILIVM CCXCIX.

1 *Prælatus, seu administrator ecclesiæ si acquirat, cui acquirat.*
2 *Fieri contra vtilitatem ecclesiæ quando quid dicatur.*
3 *Ordinata charitas incipit a seipso.*
4 *Vxor an teneatur operari, & ad quæ opera teneatur.*
5 *Prælatus, seu curator ecclesiæ cui acquirat, an ecclesiæ, an con sanguineis.*
6 *Et quid in administratore, & in curatore, & progestore.*
7 *Ecclesiæ quæ expediant.*
8 *Hæres emphyteo. an præscribat contra ecclesiam.*
9 *Possessio naturalis an perdatur non percipiendo censum per decem ann.*
10 *Mala fides quando obstet præscribenti.*

In Christi nomine. Dicunt Petrus, & Cy. C. de rei vendi.
1 l. si vt proponis. Io. And. de testa. l. cum in officij. † quod vbi duo
concurrunt. s. quod sit administrator ecclesiæ. & quod emat de pecu
nia ecclesiæ, quocunque nomine emat, efficitur ecclesiæ. & in
telligo administratorem etiam eum, qui pecunia est concessa
ad administrandum: quia tenetur reddere rationem suæ ge-
stionis: ergo est administrator. & fortius si nominatum ad sol
uendum precium accomodat nomen suum tantum, aliàs no
mine prælati, vel ecclesiæ: vt C. de dona. inter vir. & vxo. l. si
filij sui. aut nõ est administrator ecclesiæ, & titulo proprij no
minis vtitur, & rem proprio nomine per traditionem recipit
in sua persona, & pro se, & suis hæredibus: & tunc non acqua
rit ecclesia. ff. de admi. tut. l. Titium, & Meuium. §. altero. &
ad hoc præsumitur ex qualitate instrumenti: vt ff. de solu. l. & 
magis. & eadẽ sunt dicenda, si fides sit habita de precio: quia
refert, cui fides sit habita, & quid actum sit, & per tractatum
præcedentem tractatur euentus rei: vt ff. de iudi. l. 1. & si diu
quis possedit, & in horreo suo reposuit, tanquàm dñs præsu-
mitur dñs: vt no. in l. pe. ff. de condi. insti. & ar. ff. de proba. l.
procula. conclude ergo quatuor casus. nam aut quis admini-
strat negocia ecclesiæ tantum, & acquirit ecclesiæ. aut gerit
propria negocia tantum. & acquirit sibi: aut simul, & semel
gerit negocia sua, & ecclesiæ, & acquirit cõiter. aut seorsum ne
gociatur, quandoq; sibi, quandoq; ecclesiæ, & tunc si cõstat,
quod ipsa pecunia sit ecclesiæ, in dubio præsumitur pro ipsa
ecclesia negociari: quia realiter negocium pertinet ad eccle-
siam propter precium: vt no. ff. de procura. l. si procurator ex
re. gl. parua. sed si hoc non constat, acquirit sibi: quia libere po
2 tuit pro se negociari. vt no. C. arb. tutelæ. l. si defunctus. † Su-
per alio autem puncto dico: quod res publica præferendo suã
publicam vtilitatem vtilitati ecclesiæ non dicitur facere contra
libertatem ecclesiæ, nam principaliter intendit propriam vti
litatem, licèt incidenter tangat ecclesiæ damnositatem, imo
certe non damnositatem, sed non acquireret de nouo, vt ff. de
acqua plu. arc. l. 2. §. idem Varus. ff. de dam. infec. l. Proculus.
3 C. de seruitu. l. si manifeste. † nam ordinata charitas regulari
ter incipit a seipso iuxta illud. Apibus ille canit, qui se plus di
ligit vllũ. & quia quod principale est, debemus inspicere. ff.
de condi. indebi. l. qui exceptionem. Vltimo facit ad dictam.
materiam præsumptionum. ff. de priui. cre. l. si ventri. §. fi. C.
de pig. l. fi. C. ad Mace. l. fi. §. vlt. ff. de don. inter virum. & vxo.
l. quintus. si igitur est speciale in vxore, ergo in cõtrarium est
4 ius commune. ego † tamẽ puto idem in qualibet muliere, vt
vitetur suspicio turpis quæstus. puta in filia, & nepte, si non
habent artem aliquam lanificam, vel aliam, ex qua possint
honeste quærere. non enim tenentur alteri negotiari: vt C. de
bo. quæ lib. l. cum oportet. in princip. vxor etiam tenetur vi-
ro ad operas obsequiales, sed non ad fabriles, & artificiales,
puta pictoria: vt l. sicut. de oper. liber. & adde quod nota.
de fide instru. l. scripturę. in quoddam exemplo glo. Vnde in-
terdum vxor est socia viri in aliqua negociatione: & lucrum
diuiditur inter ipsos.

ADDITIO BAL.

5 † Dic quod administrator, qui est necessarius a principio: &
ex post facto, vt prælatus, seu curator ecclesię, acquirit ecclesię
de pecunia ecclesię, velit, nolit. & dico, quod acquirit directum
dñm, si se nõiet in instro. Sed si nniat cõsanguineũ, vel amicũ
cui vult acquirere, & vẽditor hoc agit vt nõ quærat ecclesię,
acquirit vtile rei vẽdicatione. l. cõmutabiliter, nõ incõmutabi-
liter,

liter, nisi ecclesia hoc eligat. pôt enim ecclesia eligere de duobus vnum. s. vel rem, vel precium. quid enim si emptio nō placet ecclesiæ, nonne potest repudiare rem, & suam pecuniam repetere? certe sic. immo vī, quod cum habeat ecclesia electionem, quid petat in ista alternatiua legis ante electionem rei, & ratificationem contractus non acquiratur ecclesiæ rei vendicatio, sicut nec in alternatiua hominis. ff. de vsufruc. l. Sempronius Attalus. & no. ff. de rei ven. l. si in rem agat aliquis. nā vbi voluntas, & electio desideratur, ante voluntatem, & electionem nihil præcise acquiritur, vt C. de rei vendic. l. mater. Item contractus emptionis contrahitur consensu: ergo oportet, q̄ ille, cui immediate acquiritur, consentiat. vel dic, quod si magis interest habere pecuniam, quàm rem tunc non vī acceptare contractum: licet si magis rem videtur acceptare, eo ipso quod non cōtradicit: vt no. in l. quo enim. §. 1. ff. rem ra. ha. & est ideo: quia vbi de lucro agitur, facile quis consentit. sed vbi de dāno, & grauamine, dessentit: vt l. filius. §. inuitus. ff. de proc. & ff. ad Tre. l. quia poterat. eadem dico per omnia in administratore voluntario a principio, sed a necessario ex post facto, vt in eo, qui suscepit ab ecclesia mandatum emendi: quia est obligatus ad cedendum, nec ecclesia potest agere sine cessione sicut fiscus, maxime in subsidium: vt ff. de vsuris. l. Gaius. & ex qualitate officij præcedentis iudicamus de actu simpliciter subsequente. ff. de admin. tuto. l. qui negu. in prin. nec potest aliud salua bona fide, & conscientia, termina
6 ri. ff. man. l. creditor. §. fi. † Sed quidam sunt, qui a principio, & ex post facto sunt administratores voluntarij, vt gestores sine mandato, & isti certe non sunt administratores, nec officiales, nec velint administrare, & eo animo accedant ad actum, vt C. de neg. gest. l. tutori. vnde si isti nolunt administrare nomine ecclesiæ, sed nomine proprio, nullam fraudem committunt in contrahendo: quia cum suo periculo emant, ergo suo commodo contrahunt: quia secundum naturam eum sequūtur commoda, quem incommoda, vt C. de furtis. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. & si precium euincatur per ecclesiam, isti emptores tenentur de euictione precij. & sic est eorum periculum, & nō dn̄t duplici damno affici. & facit C. si cer. pet. l. quamuis. & l. si absentis. vt ff. de admini. tuto. l. cum
7 quæritur. ff. de nego. gest. l. sed an vltio. §. pen. † & inter alia, quæ non expediunt ecclesiæ, est, si rei emptæ sit difficilis persecutio propter potentiam possessoris propter legem municipalem, vt extra de feudis. c. ex parte. quia non vī idonea res, quam possidere est difficile. l. 2. §. 1. ff. qui satisdare cogantur. vel quæ onerata est tributis: quia res ecclesiæ debent esse liberæ, non tributariæ. nam ecclesia diligit libertatem, nec vult esse sub tributo, vt C. de sacrosanct. eccl. Auth. Item prædium. & not. in Authen. de non alienandis. §. vult enim. & sic distinguendum est quod notat Petrus, & Cyn. de administratore. non enim intelligunt de eo, qui non assumit administratoris officium, nec tenetur assumere: quia ille non est administrator, cui administratio non est, nec vult administrare. argum. ff. de solu. l. & magis. Ecce enim rem non respectu proprietatis, quia possessor nolebat contrahere respectu proprietatis, cum non haberet nisi possessionem facti, & nollet in plus se obligare: nunquid iste emptor habuit titulum? respondeo, iustus titulus ordinatur ad capitulum, vel ad vsucapiendi conditionem, vt ff. de publiciana. l. quæcunque. res autem est illa, quæ præscribitur, non nuda possessio, quæ solo animo quæritur, & perditur. C. de acquirend. possess. l. licet. dico solo animo, id est absque dominio, vel titulo. Et iden iste contractus, de quo quæritur, non dat proprie titulum contra dominum. quod autem possit emi possessio nuda, apparet: quia precium recipit, vt l. si mulier. in princip. ff. quod metus causa. ff. de ac
8 quiren. possess. l. si aliquam rem. † Pone ecclesia stetit per 60. annos, quod non recepit censum de re emphyteutica: nunquid hæres emphyteotæ potuerit præscribere bona fide? quidam dicunt, quod potuit præscribere censum temporis præ
9 teriti, sed non ipsam proprietatem rei. alij dicunt † contrarium: quia per decem annos non percipiendo censum perdidit possessionem ciuilem, quæ perdita accrescit naturaliter ecclesiæ de hoc not. C. de acquiren. possessio. l. cum nemo. C. ne rei dominicæ, vel templorum. l. vniuersales. certum est an tem, quod per negligentiam decēnij perditur possessio, cum nihil nomine ciuiliter possidentis gestum sit. ff. quibus mod. vsufruct. amittitur. l. Pomponius. & istud facit contra Abba
10 tem Sanctæ Mariæ. † Scias, quod mala fides obstat præscriptioni incipienti currere complenti, dum tamen sit mala fides vere, non iuris interpretatione, vt no. distinctè in c. 2. de reg. iur. lib. 6. & sufficit, quòd tribus temporibus habeat bonam fidem, semel in princip. semel in medio, & semel in fine. quin imo duobus, scilicet in princip. & in fin. etiam per momentum temporis. & idem iuris est in successore, extra de præscriptio. c. quoniam omne. Sed de iure ciuili sufficit initiū: quia initium inspicitur. ff. de vsucapio. l. Celsus. ff. de acqui. pos. l. clam possidere. in prin. C. de vsucapione transformanda. l. 1. §. 1. Baldus in propria causa.

CONSILIUM. CCC.

1 *Statuto volente, quod res vendita possit per parentelam relui infra annum, si fuit vendita res emphyteotica ecclesiæ, & ecclesia eam recuperauit sibi obligatam, an parentela possit reluere ab ecclesia & est pulchrum, & subtile. & numero 4.*
2 *Datio insolutum operatur idem, quod venditio.*
3 *Statutum de datione insolutum an habeat locum in vēditore.*
5 *Vitium litigiosi non obstat, quin partes possint inuicem concordare.*

1 In Christi nomine. † Statuto cauetur, quòd liceat debitori, & alijs de eius parentela, infra annum luere soluendo precium, & expensas. Modo dum creditor peteret rem sibi adiudicari pro iure emphyteotico, quod habebat debitor, comparuit rector ecclesiæ, quæ habebat proprietatem: & se opposuit dicens, quòd non poterat alienari propter pactum appositum in contractu emphyteotico. finaliter iudex nomine creditoris vendidit istud vtile dominium ecclesiæ supradictæ consolidando vtile dominium cum directo: quæritur, vtrum
2 habeat locum statutum de luitione. † Et ad euidentiam præmittendum est, quòd aliquando res pro pecunia datur in solutum ipsi creditori: & ipsa datio insolutum idem operatur, quod venditio ei facta, saluo si res euinceretur: quia in datione insolutum, maxime quando fieret pro dote, remanet actio prima, si creditor vult eam intentare, vt ff. de solu. l. qui res. in prin. & arg. in l. vlti. ff. de condi. ob causam. sed si vult agere actione secundaria ad interesse, quia pluris forte interest, quàm sit actio prima, adhuc potest, si talis est res, quæ recipiat interesse, vt C. de sen. & interlo. l. libera. si enim daretur pecunia pro pecunia: verbi gratia, pecunia aliena pro pecunia debita in genere, tunc sola actio prima datur: quia non est satisfactum, vt ff. de iure fisci. l. deferre. §. fin. si autem pro pecunia debita vni, puta Titio, iudex factis subhastationibus vēdit alteri, puta Seio, ista est venditio, & non insolutum datio, vt
3 C. de execu. rei iudi. l. ordo. † & ideo statutum loquens de datione insolu. non haberet locum hoc casu: quia iste casus verbis statuti nullo modo potest adaptari, ar. in l. fi. C. de prædijs curialium. li. 10. Subsequenter quæritur, nunquid istud statutū intelligatur loqui in rebus datis insolutum ecclesiæ? Et vī, q̄ sic: quia tacite vī actū, vt forma statuti possit seruari, quia statuta insunt contractibus, ac si esset expresse in pacto deductum, vt ff. de euic. l. si fundus. quicunq; enim sub lege viuit, secundum illam l. cōtrahere videtur, vt ff. de pac. l. si vnus. §. qñ & in spē. sed hoc in pactum potuisset expresse deduci: licet Inn. dicat contrarium, & reddit rationem: quia sanctum sanctorum factum est dn̄o, de for. compe. c. verum. sed in hoc ar. ipse committit fallaciā accidentis: quia non sic, vt ait, sanctum sanctorum factū est dn̄o: sed cū onere suo. s. lutionis, vt ff. de manu. l. Caius. licet enim conditio, quę rei pfectæ adijcitur, post rem inesse productam nō sit proprie conditio, vt ff. de arb. l. Ita demum. & C. de preci. impe. offe. l. vniuersa. nam natura conditionis pendentis est impedire originem obligationis nascentis, vt ff. de ver. ob. l. interdum. & l. inter stipulantē. §. sacrā. ff. de con. & demon. l. 1. in fi. & no. ff. de pac. l. Item quia tn̄. cū preposterو ordine prius nascit̄ actio, q̄ eueniat con

dicio, illa conditio resoluitur in modum, vt ff. de manumiss.
4 test. l. Meuia. & l. cum tale. ff. de condi. & demonstra. † Ego di
co, quòd statutum prædictum includit ecclesias, quin pos-
sint vti iure libero, id est iure communi: quia laici hoc non
pñt statuere: & eorum voluntas debet adaptari ad possibile,
non ad impossibile: quia impossibilium nulla est dispositio,
vt ff. de interroga. actio. l. confessionibus. & ff. de legatis. 1. l.
si quis inquilinos. §. fin. vnde modus, de quo supra, non vide-
tur inesse, vt ff. de manumis. testa. l. fin. Præterea statutum con
fertur in tempus, a quo incipere non potest: id est in tempus
iam quæsiti dominij ipsi ecclesiæ, vt ff. de manumis. testa. l. si
ita fuerit. vbi libertas executa sub dispositione prohibitiua
manumissionis non venit. ita dico in proposito: cõstat enim,
quod laici super rebus ecclesiasticorum nihil statuere pos-
sunt, vt extra de constitu. c. Quæ in ecclesiarum & ca. ecclesia
Sanctæ Mariæ. etiam si statuerent pro ipsa ecclesia exorbitan-
do a iure communi, sed non exorbitando, sed præter legẽ be-
ne possent fauorabiliter statuere. 10. distinctio. c. si in adiuto-
rium. puta, quòd violatores ecclesiarum sint ipso facto for-
banniti: vel quod credatur codicibus rationum ecclesiæ, etiã
non publicis: & similia. quod autem pendente contradictio-
ne potuerit vendi contradictori, nulla dubitatio est: quia po
test contradictor consentire, & renunciare suæ contradictio-
ni expresse, & tacite, vt extra de constitu. c. cum accessissent.
5 & c. cum M. Ferrariensis. † nec enim vitium litigiosi obstat,
quin litigantes possint inuicem concordare, vt ff. de nou. ope
ris nunc. l. 1. §. & post operis. & prædicta roborantur alia ra-
tione: quia emphyteosis vendita non est in rerum natura, sed
suppressa per consolidationem, & extincta seruitus, vt ff. de
lega. 1. l. si tibi homo. §. fin. ff. ad Treb. l. si hæres. ff. de iure do.
l. si proprietati. & ideo non potest reuiuiscere, nec restitui,
quod funditus sublatum est. institui autem de nouo rem per
emptam possibile est, Sed non est eadem res, vt ff. de vsufruc.
l. qui vsumfructum areæ. ff. de soln. l. qui res. §. aream. ff. de rei
vend. l. si nauis. emphyteosis ergo, de qua quæritur, cum per
consolidationem confusa sit, funditus lui impossibile est, &
quasi re perempta liberatur a necessitate statuti acceptor, vt
l. quod te. ff. si cer. pet. & considera bñ, quia ista sunt subtilia.
Et ita dico, & consulo ego Baldus.

## CONSILIUM CCCI.

1 *Vassallo non petente inuestituram, infra ann. an feudum ipso iure reuertatur ad dominum, an vero requiratur sententia.*
2 *Lapsis fatalibus ad appelland. an appellatio habeatur pro deserta ipso iure? an requiratur sententia.*
3 *Quot sunt casus, qui fiunt ipso iure, tamen si dubitetur, requiratur sententia.*
4 *Argumentum ab emphyteosi a feudo an valeat.*
5 *Dominus an possit propria autoritate ingredi possessionem in emphyteosim locatam post temporis cursum.*
6 *Inuestitura noua an requiratur in filio vassali mortui.*
7 *Filius vassalli mortui an teneatur præstare iuramentum fidelitatis.*
8 *Inuestitura feudi vnius fratris an prosit alteri per totum, maxime in tertia col. sequenti.*
9 *Feudum an accrescat alteri fratri inuestito, quia iurauit fidelitatem? an vero reuertatur ad dominum. & nu. 13.*
10 *An sit necesse, quod dominus declaret velle feudum ad se reuersum esse.*
11 *Dominus feudi, qui cepit seruitium ab vno, & ab altero non, an poterit auferre ei, a quo non acceperit.*
12 *Ius accrescendi in contractibus, & feudis an locum habeat. & nume. 13.*
14 *Legatum factum duobus tutoribus coniunctim, si vnus tutelã amplectitur, & alter spernit, perdit legatum: & reuertitur ad hæredem, non autem ad coniunctum.*
15 *Si sunt duo filij, quorum vnus fuit inuestitus, quia petijt inuestituram debito tempore: alter inuestituram petere non tenetur: tum quia accrescit inuestito: tum dominus non potest.*

In Christi nomine. Proponitur, quòd Petrus, qui tenebat
feudum ab ecclesia, decessit relictis tribus filijs, quorum
vnus infra ann. petijt inuestituram, & obtinuit, alij non petie
1 runt, & partem suam perdiderunt. † Quæritur, vtrum perdi-
derint ipso iure, an sit necessaria sententia? & videtur, q; sic:
quia siue dicamus, quod ista sit priuatio facto hominis, tunc
quia ex facto oritur ius petendæ priuationis, requiritur sen-
tentia iudicis: quia omne ius in iudicio intentandum est, vt
ff. quod metus causa. l. extat. C. de iurisdictio. omnium iudic.
l. in criminali. C. quomodo, & quando iudex. Authen. qui se-
mel. in fin. & not. C. de sacrosanct. eccle. l. iubemus. §. econo-
mus. siue dicamus, quod iste priuetur solo temporis cursu,
adhuc requiritur sententia, saltem declaratoria, si ille, qui pos
sidet, neget rem reuersam ad ecclesiam: quia super quæstione
facti nõ pronũtiat lex; sed debet pronuntiare iudex. nam facti
qũ in iudicis est potestate, non in legis autoritate: nec per ali-
cuius regulæ traditionem expediri potest, vt ff. ad Turpillia.
l. 1. §. calumniatoribus. ff. de vsuris. l. mora. ff. de pœn. l. quod
ad statum. ff. de iure fisci. l. eius, qui delatorem. vbi videtur ex
2 pressum. & quod ibi per Bar. † idem videmus in simili, quod
licet ipsa sint fatalia appellationis, tamen appellatio non ha-
betur pro deserta, donec hoc sit declaratum per sententiam:
vnde oportet desertorem citari. & ita consuluit Barto. per l. si
contra maiorem. C. de appellatio. vbi dixit esse casum: licet
glo. innuat contrarium eodem titu. l. eos. in princip. nec mi-
rum: quia potuit iustam excusationem habere: & ille, qui nõ
negliget, nec læditur temporis cursu, vt not. in Authen. de ap
pellatio. post princip. & videtur expressum, quod danda sit
dilatio ad faciendum suam defensionem. ff. de re mili. l. 3. §. si
ad diem. Item si quis dicitur priuatus per feloniam, necessa-
ria est sententia: debet enim proponi ad priuandum condi-
tio ex moribus. videtur expressum, hoc quod feudum non ip
so iure, sed per sententiam iudiciario seruato ordine amitta-
tur. in c. quicunque aduncantiam. de pace tenen. & eius vio-
lato. & ibi multi ex nostris maioribus dicunt esse casum ex-
3 pressum. † Præterea quædam fiunt ipso iure, & tamen si dubi
tetur, oportet ea per sententiam declarari, vt patet in cap. pro
humani. & de homicid. in clementi. sic & infamia quando-
que contrahitur ipso facto, quandoque per sententiam, quan
doque ex genere pœnæ, vt no. ff. de infami. l. Lucius. & tamen
si de hoc dubitet, necessaria est sententia. sic & testamentum,
in quo filius est præteritus, est nullum ipso iure: & tamen ni-
si pronuntietur super nullitate, filius, qui possidet, non repel-
litur ab hæreditate. & facit. ff. ad Silla. l. in cogni. & C. de con
tratabu. l. posthumo. quædam enim ipso iure fiunt: & tamen
si in controuersiam deducantur, opus est iudicio, & senten-
tia: quia sine causæ cognitione non debet procedi ad execu-
tionem, vt not. Innocen. in c. inter quatuor. de maior. & obe-
dien. In contrarium videtur, quia quod ipso iure fit per le-
gem, tollit necessitatem ad iudicem veniendi, vt ff. de condi-
tio. institutio. l. quæ sub conditione. §. fi. ff. de nou. oper. nun-
cia. l. de pupillo. §. habet autem. Præterea dominus de suo iu-
re potest disponere nemine tacito: sicut potest vendere, & per
mittere nemine requisito: dumtamen alius non habet ius in
rei veritate, aliàs secus, vt C. de contrahend. emptio. l. du-
bium. ff. de pactis. l. nemo. nam quo ad alium pertinet, libe-
ras edes habet, vt l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitu. ven-
dice. ff. de aqua pluui. arcen. l. in concedendo. & l. proculus.
nisi esset datus alius ordo a iure. ff. de verborum obliga. l. quis
Romæ. §. cohæredes. Puta, ordo prælationis. ff. de legat. 2. l. si
tamen. ff. de in diem adiecti. l. inesse. facit quod not. in l. tu-
tor si petitus. ff. de tuto. & curato. dam. ab his. ff. de secund.
tabu. l. 2. §. expectandum. ff. de contratabu. l. si post mortem.
4 §. fin. † Præterea illud, quod est licitum in emphyteosi, est li-
citum in feudo: nisi probetur illicitum, vt not. ff. de legibus.
5 l. de quibus. † sed licitum est emphyteotam propria autorita
te expellere post temporis cursum: nec est opus iudice, vt no.
in l. 2. C. de iure emphy. C. de sacrosan. eccle. Auth. qui res sã
dictas. nam possessio naturalis emphyteotæ ipso iure consoli
datur ciuili: & ideo nimirum si põt sine iudicis autoritate do-
minus, & possessor facere de re a se possessa suum placere,
vt ff,

vt ff ad l.Aquil.l.quemadmodum.ff.quod vi, aut clam.l.si vi
tam.§.qui ad ianuã.C. quod cum eo.l.si seruus. præterea pri-
uatio,quæ fit naturaliter solo temporis cursu,ipso iure aperit
viam collatori,vnde nimirum si inuestituram sibi apertam fa
cere potest:nec est opus,quod confirmetur per iudicem,quia
iure contractus expeditur absq; vlla controuersia iudiciorũ:
& certe hic non est necessaria actio,neq; petitio, quæ non cõ-
petit plene,& pacifice possidenti,vt l. 1.§. interdictum.ff.vti
possi.hoc patet ex his verbis:quia solo temporis cursu.& na-
tura supplet factum iudicis,argũ.l. qui fundum.ff.quemad-
modum serui.amitta.Non ob.c.si quis aduocatis.quia ibi lo-
quitur,quando non facto naturę currentis, sed vicio vassalli
delinquentis debet feudum auferri c.& istam partem puto ve-
riorem,& ita de cõsuetudine seruatur.Sed modo dubitatur,
6 † vtrum noua inuestitura requiratur in filio.& videtur,quod
non:quia idem est feudum nomine patris,& filij:& idem cõ
tractus,eadem obligatio,vt no.Cy.C.de neg.gest.l.siue.Item,
dominium dicitur in filium continuari,non nasci,vt l.nihil.
C.de vsucapio.pro hærede.Item pater, & filius licèt sint duo
corpora, tamen habentur pro vno,& eodem, vt C.de impub.
& alijs substit.l.fi.Præterea pater recepit inuestituram,pro se,
& filijs:vnde filius frustra petijt inuestituram,quam iurus ha
bet:nam alteri per alterum potest acquiri possessio, & domi-
nium,vt C.per quas per.l. 1. quia hęc acquisitio in facto con
sistit,seu in acquisitione iuregentium,quæ nititur æquitate,
vt ff.de acqui.re.do.l.ea,quæ ciuiliter.In contrarium videtur
casus:nam licèt verum sit,quod vnusquisq; sibi, suisq; hære-
dibus.i.filijs videatur prospexisse: & nõ prorsus extraneis hę
redibus,loquendo in materia feudali,vt in cap. 1. de duobus
fratribus a capite inuesti. vnde pœna non petentis inuestitu-
ram infra annum non potest intelligi,nisi de filijs.i.descendẽ
tibus,vt in c. 1.quo tem.mil. col. 10. vbi etiam expresse facit
mentionẽ de filijs.vnde nulli dubium est: quia est casus l.qđ
filius non petens inuestituram feudi paterni infra annum, &
diem,proculdubio cadit a iure suo:nisi actum sit, ꝙ inuesti-
tura patris prosit filio:quod verum est,si de filio facta est mẽ
tio in inuestitura corporali,seu traditiua: quia non est opus,
7 ꝙ iterum tradatur,quod traditum est.† Fidelitatem tamen fa,
cere,idest iuramentum fidelitatis pręstare semper tenetur:qa
nondum iurauit:nam iuramentum est personale ex parte iu-
rantis,vt in c.veritatis.de iureiu.Et hoc est de forma, & ideo
non debet omitti.& si omittatur, omittens iure suo carebit:
quia qui in vno peccauit,factus est omnium reus. & quotiẽs
unum de substantialibus deficit,totum ruit, vt ff.de transac.
8 l.cum hi.§. si prætor. † sed nunquid inuestitura unius fratris
prosit alteri? respondeo,non,nisi forte fratres sint socij.argu.
ff.de lib. lega.l.si is,qui duos.ego non credo prodesse: vt ff.de
pac.l.si vnus. §.ante omnia. quia quo ad dominum peccaue-
runt:& se a feudo fecerunt alienos : vt cap. 1. quæ fuit prima
causa benefi.amitten.ibi etiam apparet,quod dixi de fidelita-
te,in iuramento fidelitatis: nisi tale feudum, quod iuramentũ
fidelitatis non requirat, vel in quo ex cõsuetudine speciali suf
9 ficiat semel pro semper, vt ti.eo.c. 1.† Ponamus igitur pro cõ-
stanti,quod non petentes inuestituram cadant a feudo: sed tũc
quęritur,an reuertatur ad dominum,ac vero accrescat fratri,
qui iurauit fidelitatem, cum feudum sit paternum, seu anti-
quum.& dicendum videtur, quod potentius est ius accrescẽ
di,quam ius proprietaris.de hoc plene no.Bar.ff.de ver. obli.
l.si mihi.& dixi plenissime in c. 1.§.cũ vero corradus. qui feu
dum da.pos.nam ius accrescendi habet locum in feudo pater
no propter naturam,& coniunctionem stipitis.nam in feudis
naturali cõiũctione procedit ius accrescendi: licèt in alijs
hæreditatibus sanguinis coniunctio nihil operetur : vt ff. de
vulga.substi.l.cohæredum.§.qui discretas. nec est opus nouo
iuramento,vel noua inuestitura,argu.ff.de pac.dota.l. inter.
§.cum inter.ff.de inoffi.test.l.qui repudiantis.§.vlt.& C.quã-
do non peten.partes.l. 1.& ideo videtur,quod episcopus aliũ
non poterit inuestire.Præterea in feudis qualis qualis occasio
sufficit ad præscribendum propter seruitia,quæ dominus re-
cipit:ut in c.si quis per triginta. si de feudo fuerit controuer-
sia.dicet aliqs,si accrescit,ergo accrescit suo onere : sed onus
consistit cum priuato esse:ergo accrescit cum priuato esse,qđ
est impossibile, nã cum per corruptionẽ vnius fiat alterius ge
neratio,impossibile est dicere,qd p corruptionẽ unus fiat cor
ruptior alterius.arg.ff.de hær. insti.l. sub conditione cum gl.
sua.leges, quæ dicunt, accrescit cum onere intelliguntur de
onere,quod potest explicari ab eo,cui accrescit: vt C.de cad.
tollen.§.ne autem.sed onus, ex quo est indicta priuatio nõ po
test reparari, ut ff.de fideicomm.lib.l.thais.§. intra. Præterea
aliquid esse ipso iure reuersum, uel sublatum potest intelligi
duobus modis,Vno modo.i.absq; sententia iudicis,vt dixi su
perius sententiam iudicis non requiri: alio modo, id est sine
10 adminiculo hominis.† & certe videt̃,quod sit necesse,quod
dominus declaret se velle esse reuersum : nam & si reuersum
sit potentialiter,non est reuersum actualiter, antequam domi
nus velit suę contemptibilis iniuriæ ultionem: ut not. in l. 1.
ff.si ager vectiga.sic & testamentum, in quo filius est præteri-
tus,est nullum potentialiter, sed non actualiter, nisi præteri-
tus dicat nullum,ut C.de cõtratab.l.posthumo.ex hoc sequi-
tur,quod antequam dominus declaret suam voluntatem,feu
dum non est reuersum ad ipsum, sed vt ita dixerim, interim
11 est in pendenti.arg.ff.si cer.pe.l.proinde.† Modo restat quæ-
stio: si dominus cępit seruitium ab vno,& ab altero non, vtrũ
dominus possit auferre ei,qui non seruiuit? Et videtur,quod
sic,quia partes sunt separatæ essentialiter,& corporaliter : &
separatorum separata est ratio: ut C.de dona.inter vir.& uxo.
l.si maritus.C.si plures una sententia.l.fi. C.si in cõmuni cau
sa in integrum restitutio postule.l. 1.ff.de appella.l. si quis se-
paratim.§.quod est rescri.ad hoc optime facit quod no.ff.cõ-
muni diui.ff.de uerb.ob.l.eadem.§. cato.& l. 2.§.item si in fa
12 cto.& l.in executionibus.† Item regula est,quod in cõtracti-
bus non habet locum ius accrescendi: quia ius accrescẽdi est
ius tacitum,ut not. ff.ad Treb.l.apud Iulianum.§. 1. & perti-
net ad ampliandum: quę ampliatio non habet locum in con-
tractibus stricti iuris.ff.de uerbo.obli.l.quicquid astingẽdę.
ff.de usuris.l.si stipulatus.Pręterea quandoq; quis impeditur
in obtinendo : & tunc in contractibus propter coniunctionẽ
unius & eiusdem causæ, & unitum, & complexum tenorem
contractus,habet locum ius accrescendi: & hoc in contracti
bus non lucratiuis,ut ff.de contrah.emp.l.fundos ille.uel ibi
persona inutilis cẽsebatur adiecta ad solutionem: & ideo ob-
ligationem solidam in persona efficaci non potest impedire.
scias enim,quod quandoq; persona opponitur in conuentio-
ne: tunc aut conuentio formatur in persona absentis, & non
ualet,ut ibi: aut in persona pręsentis recipientis pro absente,
& ualet.unde aliud est quem loqui in persona alterius: Aliud
loqui in persona sua pro alio. ff.de actio.& obliga.l.quæcun-
que.sed interiectione possessionis, & dominij ex possessione
nascentis, & non ex solo pacto procedentis potest quis loqui
in quacunque persona secundum Pet.& Cy qui ita notant in
l. 1.C.per quas personas.per illam legem singularẽ.ff.de acq.
re.do.l.ea,quæ ciuiliter.si uero in iam obiento emergit anni-
hilatio in nouis contractibus,non habet locum ius accrescẽ-
di : licèt ratione contractus ueteris ab una persona incipien-
tis sic.& est ratio: quia ille primus contractus est uniuersalis,
sicut põt dici de Adã, qui fuit homo uniuersalis: quia in sinu
suo omnes fuimus inclusi, & ipse fuit idea.i. exemplar totius
generis humani,ueluti unum sigillum,quo sigillarentur lite-
ræ infinitæ.omnes ergo,qui de uno utero processerunt, uete-
ri beneficio funguntur: & uniuersitas stante nomine uniuer-
sitatis recipit augmentum,& diminutionem,ut no.in l. Luc.
ff.de fundo instru.& proba.in l.si seruitus. ff.de seruitu. urb.
præd.& dicitur uniuersale,quod una essentia, & una signifi-
catione enunciat omnia complexiua,ut no.Pet.& Cy.C. quæ
reg pigno.obli.pos.l.fi.& C.de serui.l. non modus. dicet ali-
quis: si dominus non retraxit ab uno,sed inuestiuit eum ; er-
go per unum actum cõtrarium suo priuilegio perdidit illud
in totum, ut extra de const.c.cum accessissent. in fi. sed istud
argu.haberet locum, quando ex duobus iam priuatis inuesti
ret alteri similiter priuato. sed in casu nostro non fuit sic : qa
non inuestiuit, nisi eũ,quem inuestire tenebatur: & ideo non
fecit aliquem actum suo iuri contrarium. tamen considera,
quia aut inuestiuit unum de fratribus de parte sua tantum,
& nihil accrescit neq; ui ueteris inuestituræ,argu. ff.fam.hęr.
l.hęra-

l.heredes.§.in illa.ff.ad Treb.l.Luc.§.quę habebat.ff. de acq.
re.do.l.in agris limitatis.ff.de usufructu.l.dominus, neq; ex
ui nouæ inuestiture, arg.ff.de neg.ges.l.qui aliena.§.libertos.
idem si simpliciter est inuestitus: quia non pręsumitur inue-
stitus de parte alterius.argu.ff.de contrahen.emp.l.qui taber
nas.ff.de lega.serui electione.§.cũ fundus.ff.de lega. 2. l.vnũ
ex familia.§.si rem.& l.cũ filius.§.dominus.C.de lega. l.uxor
patrui.ff.de leg.j.l.domus.§.fi.aut fuit facta inuestitura de to
to feudo integraliter, & expresse, puta habita relatione ad sti-
pitem, in quo fuit integritas totius, & tũc quia inuestiuit de
toto cum debuerit inuestire de parte, tunc arguo, altera pars
erat, vel fuit reuersa ad dominum temporis cursu: ergo non
pro recipiente inuestituram, quia existente, vel superueniente
iure auctoris fundatur, & fortificatur ius acceptoris, vt ff.de
vsucap.l.cum vir prædium. & in feudis est expressum in c. 1.
qui successo.tenean.col. 10.vnde siue tu ponas ius accrescen
di ex persona vassalli, siue ius firmandi contractum ex perso-
na domini, siue quia non petens inuestituram videtur tacite
renuntiare non solum in manu domini, sed in rem, sequitur
necessario ista cõclusio, quod nouissima inuestitura nõ tenet: qa
feudũ non est apertũ. & de non aperto nõ põt fieri inuestitura
certæ personæ, vt in c.2.de conces.pręben.qa induceret votũ
captãdæ mortis alterius: & ex voto sæpæ peruenit ad actũ fa-
13 cinoris, qa auaritia insatiabilis lupus est, vt C.de pac.l.fi.† Fi
naliter non determinauit clare, an habeat locum ius accrescẽ
di amisso feudo vnius consortis: vbi videtur dicẽdum, quod
pœnæ contractuum debent creditoribus applicari, siue sint
pœnæ conuentiones, siue legales, vt C.de leg.l.fi.ff.de litigio-
sis.l.vlt.C.de sac.san.eccl.auth.qui res iam dictas. cum ergo
dominus sit creditor, & cadere a feudo sit pęna, ergo illa pœ-
14 na applicatur domino: & non alij.† & pone exemplũ in duo-
bus tutoribus, quibus est legatum relictum coniunctim: &
vnus tutelam amplectitur, alter spernit, & sic perdit legatum
nam reuertitur ad hęredem, & non ad coniunctum, vt ff.de
excusa.tuto.l.nesennius.& istud est optimum, & euidentissi-
mum exemplum: & ita teneo. facit.ff.de reg.iu.l.quod a quo-
quam.& ff.de petitione hęre.l.auctori.cum.l.sequen.in prin.
& per Bar.in l.prætor.§.quod de fructibus. ff. de bonis auto.
15 iudi.pos.† Amplius sciẽdum est, quod si sunt duo filij, quo-
rum vnus est insolidũ inuestitus, quia petit inuestiturã debi-
to tpe: alter inuestituram petere non tenetur, tũ quia accrescit
inuestito: tum quia dñs nõ potest istum alium inuestire, vt in
capi.duo filij.si de feudo fuerit controuersia. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCII.

1 *Probare confessionem licèt alio tempore factum sufficit: quia per appositionem, alterius temporis non astringo me ad probanda superflua.*

2 *Clausula, saluo iure addendi, & diminuendi. posita in libellis quid operetur.*

1 In Christi nomine. Præmitte ad euidẽ-
tiam, † quod illud, qđ
non habet dare, seu tribuere substantiam, & qualitatem con-
tractui, vel actioni, non habet limitare conclusionem libelli:
& per consequens non est de substantia probationis, secus si
haberet limitare substantiam, vel qualitatem libelli, vt ff.de
appe.l.scio.ff.de instito.l.habebat. & notatur extra de rescri-
ptis.c.inter cęteras.& ideo si in libello ego deduco contractũ
simpliciter, & ad ipsum probandum induco cõfessionem cer
ti temporis, cum confessio sit actus iterabilis, si probo cũ con
fessione alterius temporis, sufficit mihi: quia concludit pro-
bationem circa positam actionem. nam per appositionem al-
terius tempor[illegible]astrinxi me ad probanda superflua: præ-
2 sertim si in libello sunt illa verba, † saluo iure addendi, & mi
nuendi. vt ff. de noxalibus.l.delictis.§.si detracta. Et ita cõclu
do. infirmitate prepeditus non possum me vltra extendere. de
materia no. Bar.de re iu.l.diuus.no.etiam extra de prob.c.li-
cèt.tamen adiectio, quę restringit petitionem, non est de sub-
stantia probationis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCIII.

1 *Quas expensas, seu melioramenta potest petere quis pro custodia rei pignoratæ, vel rei reuendendæ, vel pro melioramen. in ea re factis? & quid iuris de fructibus ipsius rei interim perceptis. & nu. 2.*

3 *Pactum, quod sine pręfinitione temporis possit semper reemere rem venditam, an valeat.*

4 *Malæfidei possessor, licèt non possit præscribere dominium, potest tamen præscribere confirmationem.*

1 In Christi nomine. Ad euidẽtiam pręmittendum est, † quod
creditor, qui accepit rẽ pignori, & propter debita fiscalia an-
te contracta per debitorem fuit compulsus soluere fisco ipsa
debita, puta datiuarum, & collectarũ: quod debitor ista debi
ta soluta resarcire compellitur soluenti: nam si quidem fiscus
cessit iura sua soluẽti, clarum est, quod potest agere ex iure cesso.
vt ff.de sol.l.Modestinus.ff.mandati.l.si procuratorem.§.fin.
C.de procu.l.qui stipendia. siue non sint ei iura cessa: tamen
quia ipso gestu gessit negotia sui debitoris liberãdo eũ a fisco,
& soluẽdo pro ipso, debet ei fieri restitutio eius, qđ reuera psol-
uit, vt ff.de neg.gest.l.soluẽdo.cũ materia sua. pro qua quidẽ
quantitate soluta quanquam non habeat bona obligata ex il-
la causa, tamen cum incumbat pignori ex alia causa, potest
pignus ob chirographariam pecuniam retinere, ut C. etiã ob
chirographa.pecu.l.vnica.nec prodest debitori, quia interim
bona eius sint cõfiscata: quia postmodum per capitula pacis
restitutus est ad bona: quæ restitutio restituit omnes obliga-
tiones hincinde in pristinum statum, & cum suo onere. vt C.
de sen.pas.l.j.& l.fi.ex hoc concluditur, quod illud, quod sol
uit nobilis miles.d.Guido de Astiano in communi senarum,
est ei restituendum ab illo nobili, qui ei pignorauit Rocham,
a quæ erat in territorio senarum. † Secundo præmittendum est
ad euidentiam, vt sciamus quid iuris de expensis factis in cu-
stodia dictæ Rochæ. quia dicit dictus d. Guido, quod expendit
quinquaginta florenos mense pro armigeris custodiẽtibus di
ctam Rocham ex decreto, siue statuto dictę ciuitatis Senarũ,
& dico, quod dictus nobilis debitor non debet locupletari cum
aliena iactura, vt ff.de condi.indebi.l.nam natura. Item vndo
non debet rehabere rẽ ab hostibus defensam, nisi soluat, qua-
tenus fuit expensum necessario, & vtiliter in custodia dictæ
Rochæ, vt ff.de pig.actio.l.2.§.fi.ff.de fundo instru. l. si ita.§.
vtile. Ista enim impẽsa est necessaria, causa defendẽdi rem ab
incursu hostium: sicut expensa refectionis rei, quia talis expẽ
sa, quæ conseruat rem in esse, similis est expensę refectionis, vt
not. in l. 1. ff. de impens.& ff.de lega. 3. l.cum quæreretur. per
Bar. prout eleganter no. frater meus in suo consilio. licet autẽ
totum pertinet ab arbitrium boni viri: quia non dicerentur
vtiles expensæ respectu debitoris ille, quæ intantum excede-
rent, quod debitor haberet necesse rem habere pro derelicta.
vt ff.de neg.gest.l.sed an vltro.§. 1. prædicta sunt vera in re pi
gnorata. Item puta in re vendita, quæ debebat reuendi post tẽ
pus: licèt quantum ad custodiam partium iste casus sit mihi
dubius, vt l.custodiam. & l.necessario.ff.de peri. & commo.
rei ven.& hoc dico per l.domus.& l.si domus. de leg. 1. præ-
sertim quia venditor erat in contumacia communis Senarũ t
& erat rebellis, & sic erat in culpa contra suam ciuitatem ar-
ma mouendo: quanquam non esset solus, sed inter multos: ta
men multitudo peccantium eum non excusat, vt ff. loca.l.si
merces.§.culpę.ff.quod vi, aut clã.l.semper.§.si in sepulchro.
hic cum suo delicto causam dedit edicto. fructus tamẽ cum
istis impensis compensandos fore puto, vt ff.de neg.gest.l.quã
aliena. in prin.ff.de rei ven.l.fundus.& no.eo.ti.l.in fundo. In
contrarium tamen videtur determinare gl. quod fructus per-
cepti ex re propria non computentur in expensis.ff.de rei vẽ.
l.emptor. in prin. vbi est glo. singularis: sed hic nõ est propria
propria: quia est restitutioni subiecta ex pacto expresso de re-
uendendo. sed certe adhuc videtur casus, quod ille, qui debet re-
uendere, lucretur fructus, nisi post moram eos perceperit, vt
C.de pac.inter emptorem, & uendi.l.2.ubi uidetur expressum,
dico, quod sumptus factos ad fructuum collectionem iste nõ
recuperat: sed ad perpetuam rei existentiã, licèt transeat actũ
in perpetua, est effectu. & ita concludo. & hoc totum compar
3 tietur bonus vir. † Quæro, utrum ualeat pac. quod sine tem-
poris

poris præfinitione usq; ad infinitum emptor teneatur reuen-
dere rem venditori. & videtur, quod sic, vt ff. de edi. edic. l. qđ
si nolit. §. si quid ita. & ff. de cõst. pecu. l. item ille. §. quod adij
citur. & quia videtur emptor possidere mala fide cũ sciat rem
a se posse euinci, vt C. de furtis. l. apud antiquos. sed malæfi-
dei possessor vllo tempore non præscribit, vt in regula posses-
sor. In contrarium videtur, vt infinitas euitetur. Item quia pręs
scriptio triginta annorum est odiosa: & sic non potest renun-
tiari, vt no. Bar. ff. de leg. i. l. nemo potest. nec est verum, quòd
4 iste sit malæfidei possessor: quia res interim est sua. † Item qa
malæfidei possessor, licèt non possit præscribere dominium,
potest præscribere confirmationem dominij, vt ff. de captiu.
& postli. reuer. l. in libello. § si quis seruum. & no. in l. 2. quod
metus causa. Item contra ius, quod alicui competit de iure
speciali, & non de iuregentium, etiam malęfidei possessor prę
scribere potest, vt patet in restitu. in integrum, vt C. de temp.
in integrum restitu. l. fin. & ff. de actio. & obligatio. l. in hono
rarijs. §. sed cum rescissa. nimirum quia priuilegia facilius tol
luntur, quam ius commune, vt ff. de testamen. mili. l. eius mi-
litis, §. militia. & quia res de facili reuertitur ad ius commu
ne, quod vocatur natura. vt ff. de pact. l. si vnus. §. quod &
in specie dotis.

Summarium istius consilij positum est in consi. 260. vbi con
suluit inter istas easdem personas.

## CONSILIVM CCCIII.

1 *Societas quæ dicatur contracta inter fratres.*
2 *Fides libris mercatorum an adhibenda sit.*
3. *Possessio. empta per vnum ex fratribus an sint communican-*
*dæ. & quid de expensis familiæ. & nu. 4.*
5 *Diuisio inter fratres quomodo fienda sit.*
6 *Capitale est detrahendum per illum, qui posuit pecunias: licèt*
*lucrum sit communicandum.*

In Christi nomine. Non est nouum, im
mo necessarium, quod
mutatione facti mutetur consilium: nec enim dicitur discre-
pare, quod oportet diuersis casibus diuersimode conuenire,
vt C. de eden. l. fi. & C. de transac. l. vt responsum. quia ergo di
uersa, & contraria themata fuerunt aliàs inter istos fratres pro
posita, ad quæ semper refert se consules, nunc ut omnis super
themate cesset ambiguitas, formatum est nouum thema par-
tim consonans, & partim dissonans cum pũctis antiquis. the-
ma autem tale est cum defuncto patre. In quo quidem puncto
constat primo, quod pater decessit relictis quinque filijs hæ-
redibus. Secundo, quod propter debita fuerit venditum Mo-
lendinũ mille centum florenis. Tertio, quod totum illud pre
cium fuit conuersum in satisfactionem debitorum. Quarto
quomodo tutrix, & omnes filij se artuam contulerunt. Item
quod mater, & nutrix fuit confessa penès Ioannem nihil de di
cto precio remansisse. Item quod dictus Ioan. dixit, quod nole
bat societatem cum aliquo dictorum fratrum. Item quod fe-
cit diuisionem cum alijs excepto Raphaele, q erat impubes.
Item quod quędam alia bona fuerunt vendita. Itẽ quod Ioan.
exercuit speciariam. Item quod dictus Raphael maior factus
per terram, & male laborando, & se exercitando contulit lu-
cra dicto Ioanni. Item quod dictus Ioan. fecit quasdã emptio-
nes pro se, & suis hæredibus. Item quod dictus Raphael pe-
tijt sibi communicari dicta bona empta, postquam ętas di-
cti Raphaelis fuit habilis ad contrahendam dictam societa-
tem. item quod dictus Ioannes non uult dicta empta commu
nicare. Modo quæritur de pluribus: & primo posito, quod in
ter ipsos fuerit societas, asserit, & exponit Ioan. quod tunc tẽ-
poris, quo potuit incboari, multum habebat. dictus uero Ra
phael negat. Modo quæritur, cui spectet probatio, quod di-
ctus Ioan. haberet, vel non: & an sit exibenda fides libris ratio
num dicti Ioan. in fauorem sui. item si possessionis emptę no
mine proprio dicti Ioan. postquam societas potuit inchoari,
sint communes inter eos, aut costum ipsarum: & si non com
munes possessiones, sed costum ipsarum, an teneatur dictus
Ioan. pro interesse pecuniæ, quam posuit in dictis possessioni
bus: item si expensæ, quas dictus Ioannes fecit in vxore, filijs,
& familia, & aliæ expensæ, quæ non sunt sociales, debẽt dicto
Ioanni, vel societati imputari. item si dictus Ioannes habebat,
quando fuit inchoata societas, an debeat habere de pecunia
posita in societate plusquam Raphael, habito respectu, quod
dictus Raphael nauigauit ad diuersas mundi partes, & Ioan.
continue stetit domi. item si dictus Raphael de communi pe
cunia, quam habuit dictus Ioan. ante societatem, debet habe
1 re suam lucri partem, vel quomodo est fiendum? † Ad euiden
tiam præmittendum est, quod ex duobus fratribus altero tan
tum negociante nulla societas contrahitur, ex qua nascatur
actio pro socio: quia societas est contractus expressus, vel taci
tus celebratus gratia vtriusque partis. nam vnius tantum gra-
tia celebrari non potest: est tamen uerum, quod in societate
unus potest ponere operam tantum, alter pecuniam tantum,
& tamen est societas. item uterque pecuniam tantum, quan-
do exercet societatem per aliquem eorum factorẽ, uel famu-
lum, uel institorem. item & quando onus ponit operam tan-
tum, alter pecuniam tantum. Item quando unus ponit ope-
ram, & pecuniam, alter pecuniam tantum, uel operam tantũ,
ut ff. pro soc. l. si nõ fuerint. & l. coiri. & l. mutuis. cum simili-
bus. Quia in casu nostro uterque posuit principaliter operã:
item uterque pecuniam, quæ contingebat sibi ex portione hę
reditaria: item quia Raphael Ioan. quæstum retulit per mo-
dum communicationis, & societatis. & Ioan. acceptauit, con
tracta fuit proculdubio tacita societas, & hoc præsupponitur
in puncto, dum dicit, quod inter eos fuerit contracta socie-
tas. sed dubitatur, quia dictus Ioan. dicit, quod multum habe
bat tempore initiatæ societatis, Raphael negat, cui incumbat
probatio. Respondeo, illa probatio fit per indicia, & conie-
cturas, ut no. C. de arbi. tute. l. si defunctos. & C. de bono. quæ
liber. l. cum oportet & argumentum. C. de episcopis, & cleri.
authen. licentiam. & argumentum extra de peculio clerico-
rum. capitu. inquirendum. & quod not. Inno. extra de testam.
capitu. cum in officijs. & hic est considerandum, quod Ioan.
allegat affirmatiuam: Raphael negatiuam, unde uidetur, qđ
affirmanti incumbat probatio, non neganti, vt ff. de probat. l.
uerius. sed alibi distinguitur, sicut in paupertate dicitur, quia
ei incombat probatio, qui se fundat ex affirmatione, uel nega
tione, ut notatur in l. si vero. §. 1. ff. qui satisda. cogan. & C. de
proba. l. ex persona. unde quia Raphael agit, uidetur, quod ip
se debeat probare. nam Ioan. hoc ipse probat, quod erat in pos
sessione, & est, ut C. si cert. pet. l. non unde originem. & quod
not. in l. pen. ff. de condi. institu. illud ergo, quod Ioan. possi-
debat tẽpore societatis initiatæ, præsumitur suum esse & fuis
se. Item ubi fit diuisio temporum, semper est durior conditio
agentis in probando certo, & determinato tempore, ut not. ff.
de nego. gest. l. cum actum. & per Barto. de no. oper. nun. l. nõ
2 solum. §. sed ut probari. † solutio, mihi vi͞r satis ęquum, & iu-
stum, quod recurratur ad librum rationũ utriusq; partis: ui-
delicet pro quadã pręsumptione, non pro plena probatione,
q̃ pręsumptio ualet ad delationem iuri͞s in modicis summis,
ut no. ff. de iureiu. l. admonendi. & per Bar. C. de dona. l. nuda
3 ratio. † Super secundo puncto de possessionibus emp. dico,
quod non sunt communes: sed sunt ipsius Ioan. tamẽ quia di
ctus Ioan. fefellit, tenetur ad dimidiam lucri, & interesse: qa
in suam utilitatem conuertit, uel ad communicandũ res em-
ptas: ut in alio consilio plenissime declaraui, ut no. per Bar. in
4 l. Titium, & meuium. §. altero. † Super alio puncto de expen-
sis alias consului, quod unusquisque debet regere, & guber-
nare familiam suam de suo, & non de fraterno: quia non erãt
5 socij ad hunc actum, sed solum ad artem speciarię. † Super
quarto puncto dico, quod inspecto eo, quod supponitur, &
inspecta qualitate personarum, bonus uir debet arbitrari, qđ
ęqualis fiat diuisio dictorum lucrorum non obstantibus cau
tel. dicti Ioan. nisi appareret, quia industria dicti Raphaelis es
set modica: quia tunc debet habere illam partem, quæ con-
6 ueniens uidetur bono uiro. † Super quinto, & ultimo pun-
cto dico, quod de pecunia Ioan. scilicet de capitali dictus Ra
phael non debet habere aliquam partem: sed solum de lu-
cris, ut legitur, & notatur in l. 1. C. pro socio. & quia la-
tius scripsi in alijs consilijs, ideo me amplius non extendo.
Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCV.

1 *Interpretatio constitutionis ad constituentem pertinet.*
2 *Principium generale an restringatur per sequentia.*
3 *Clausula, ex certa scientia, & de plenitudi. potesta. quid importet.*
4 *Indulgentia Principis non trahitur ad carceratores.*

In Christi nomine. Verba Principis dicunt. dicimus, & declaramus pro declaratione bannitorum nostrorum Brix. &c. qui aliquod delictum commiserunt tam a tali die, quam a tali, quod sint, & esse debeant liberi, & absoluti a quibuscumque bannis preteritis, & non preteritis, cótumacijs, & processibus, ac delictis tam occultis, quam manifestis tam per ipsos bannitos, quam non bannitos, & qui interfuerunt coadunationibus, & rumoribus factis super territorio nostro Brixiæ cómissis, & perpetratis vbilibet perinde, ac si nunquam ipsa delicta, banna, & processus, seu contumacia facta, factæ, seu facti fuissent. & hoc ex certa scientia, & de plenitudine ptãtis, quæ iubemus cancellari, & cancellandas. Modo Tinus interfecit, & derobauit seyum ĩ. dictum tempus, non tñ in rumoribus, nec in turbis Brixiæ, & ante dictum decretum erat in carcere pro dicto homicidio, & robaria. Quæritur, vtrum sit cancel-
1 landus, & de carcere exhibendus necne: † & quia interpretatio constitutionis pertinet ad cóstituentem, vt ff. de se. in l. ne ratius. C. de legi. l. fi. extra de const. c. vlt. vbi de hoc nó est dubium, quod si princeps interpretaretur, staretur. sed rebus sic se habentibus q̃ritur, quid iuris. Et considerandum est, quod aut princeps sensit solummodo de commissis, & perpetratis in turba, siue rumoribus hominibus coadunatis: & tunc casus, de quo quæritur, non contineretur: quia dispositiõ in turba non continet id, quod fit extra turbam, vt ff. vi bo. rapto. l. prætor §. docere. aut princeps sensit de commissis tam in coadunatione hominum, q̃ sine coaduoatione: & tñ non est dubium, quod casus noster contineretur. quo ad verba generalis locutio nihil dimittit intactum, vt no. C. mandati. l. a procuratore. & l. in fraudem. §. fi. ff. de milita. test. C. de fideic. liberta. l. si quis in suo. §. pos aũt. Aut est dubium de mente Principis: & tunc recurrendum est ad qualitatem verborum. nam nullum est maius méus testimonium, q̃ qualitas inspecta verborum, vt ff. de suppel. leg. l. labeo. §. idem tubero. & ff. de verbo. obli. l. quicquid astringendę. extra de priuilegijs. c. porro. Veniamus igitur ad verborum interpretationem necessariá. verba dicunt, bannitos, & non bannitos, qui aliquod delictú commiserunt. & hoc in principio sanctionis. postea subdit,
2 etiam qui interfuerunt coadunationibus. † Modo duo videnda sunt, vtrum principium generale restringatur per sequentia. & dicendú est, q non in hoc casu: quia verba enuntiatiua posteriora non limitant generalitaté præcedentis dispositionis, vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. fi. Secundo quia illa copula, & qui interfuerunt. ex virtute copulæ, & ex virtute relatiui cum copula ponitur, ampliatur: & exponatur, & pro et. ff. de leg. 2. l. hoc legatum. & l. tñ adiectio. & ff. de postulan. l. & qui iuss. Præterea qñ copula ponitur inter casus, sicut delinquere in turba, & non in turba. oã isti sunt duo casus: nunquam habet restringere, vt l. 1. ff. de his, qui notan. infa. Præterea in beneficijs principium verba sunt late interpretanda, vt ff. de consti. prin. l. beneficium. & extra. de auth. & vsu pallij. c. ex tuarum. Præterea hoc nemini nocet, & crimen indulget motu proprio Principis. vnde ex duobus fit larga interpretatio, primo ex natura indulgentiæ, vt C. de sen. pas. l. 1. secúdo ex natura proprij motus, vt in c. si motu proprio. de preben. lib. 6. dicit aliquis, rescriptum super lite pendente non tenet, nisi sit clausula. Non obstante &c. sed respódetur dupliciter. Primo quia illud verum, quando ad supplicationem: sed hic proprio motu, vt l. qui autem. ff. si quis cau. & l. 3. §. si is, pro quo ff. quod quisq; iu. Secundo, quia illud verú, quando non
3 fit méntio de pendentia litis: sed hic sic. † Tertio, quia hic sunt duæ clausulę, quarum quęlibet remouet obstãtia. Primo clausula est, dum dicit, ex certa scientia. Secunda est, dum dicit,
4 de plenitudine. c. pastoralis. de re iudi. in cle. † Dicet aliquis. indulgentia Principis non trahitur ad carceratos, vt ff. ad turpi. l. domitianus. sed istud non obst. quia illud verum, quãdo Princeps indulget processum: secus quando indulget crimé, sicut est hic, vt patet, dum dicit, acsi nunquam ipsa delicta. nam quando delictum abolettur, gladius ponitur ad iudicem, & superuenit exceptio peremptoria, quam non est dubiú cópetere carceratis, sicut non carceratis: quia velamen, & absorptum est malum, & funditus extincta obligatio, siue nota. vnde impossibile est, q sequatur condemnatio, vt ff. de iniurijs. l. sed si vnius. l. sed si aote iudicem. facit. C. sen. rescin. non posse. l. peremptorias. Præterea istud rescriptum Principis tantũ valet, quantum sententia diffinitiua absolutoria: quia constitutio Principis est sententia regis, & parit exceptionem rei iudicatę sicut sententia hominis. nam propter quod vnú quodque tale, & istud magis. sed sententia iudicis parit exceptioné rei iudicatę propter legem: ergo multofortius lex ad istam cóparationem facit, quod no. in Authen. de incestis nuptijs. in princ. col. 3. & ff. de capi. dimi. l. amissione. §. qui deficiunt. & ff. ad silleianum. l. diuus. Concludo ex prædictis, q nisi aliter appareret de intentione Principis, dictus carceratus est relaxandus. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCVI.

1 *Emphyteotica res an possit capi pignori: & an tunc directus dominus sit vocandus, & pacta sint ei seruanda, quæ tenebatur seruare emphyteota volens dictam rem, seu melioramenta alienare.*

In Christi nomine. Verba inuestituræ factæ ab ecclesia talem continet clausulam. Item hoc acto, videlicet quod supersciptus Magister Angelus voluerit p se, vel eius hæredes vendere, alienare, vel in alium aliquo modo trásferre dictam domú, quod teneatur, & debeat, & hoc promittit dictus Magister Angelus primum requirere, denúciare, & notificare dictæ capellæ: & ei date per minus dictam domum cum meliorامentis prius, & potius, quam alicui alij personæ, vel loco p minus solidos duos Pap. pro qualibet li. precio, seu valore ipsius domus, quam ab alio bona fide habere potuerit: & hoc si dicta capella prædictam domum emere, vel habere voluerit ĩ. 15. dies proxi. post ipsam denun. Si autem ipsa capella prędicta emere, vel habere noluerit, neglexerit, seu recusauerit ĩ dictos 15. dies, tunc ipsis elapsis liceat s. scripto Magistro Angelo supradictam domum cum suo melioramento, vel emponemate védere, vel alienare, cui voluerit exceptis locis, vel personis, vt supra a iure prohibitis: quibus nec alicui ipsorú vendere, vel alienare, seu transferre non liceat, dante illo qui emerit, seu in quem peruenerit eidem capellæ, seu capellano, vel eius successori tunc existenti pro inuestitura dictę domus de qualibet libra precij, seu valimenti, vt supra dictæ domus, & melioramen. in pę. 12. seu solidos duos Papien. & pro hac inuestitura fuit confessus, & confitetur dictus capellanus dicto nomine habuisse, & recepisse anguillam vnam bonam, & sufficien. renunciando exceptioni non receptæ supra scriptæ inuestituræ: & renunciauerunt renunciandis vicissim dicti cótrahentes omnibus exceptis, & defensis testium, & instrumen
1 torum proba. & productis &c. † Modo quęritur, quid iuris erit, si pp debita dicti emphyteotę dicta res emphyteotica veniat insolutum danda creditori, vel vendenda ad instantiam creditoris, nunquid dictum pactum, quod pactum continebat, quod si voluerit vendere, vel alienare, deberet denunciare capellæ, & ei date pro duobus sol. minus pro qualibet lib. vendicet sibi locum: & vĩ, quod non, quia dicta alienatio est necessaria. vt ff. de fideic. liberta. l. cum fideic. nam iudicium redditur in inuitum, vt ff. de verbo. obli. l. inter stipulantem. §. 1. ad hoc. ff. fami. hæercisc. l. alienationes. nec mirum quia quod voluntarię prohibetur, ex necessitate permittitur, vt ff. de manu. test. l. quia non potuerunt. Præterea ius emphyteoti cum potest capi pignori, & pręmissis subhastationibus p iudicem vendi, & insolutum dari, vt ff. de dam. infec. l. si finita. §. si de vectiga. & §. si qua sunt iura. & ibi no. § certe quod fit per iudicem, vĩ fieri per ipsum debitorẽ, vt C. de eu. l. si ob

l.si ob causam. & ff. de pig. actio. l. eleganter. in princ. & C. de senté. l. libora quidem theodora. & no. ff. de reg. iu. l. id, quod nostrum. Ité emptor casum habet a debitore: ergo pacta sunt seruanda hoc casu, sicut si debitor vendicet, vt ff. de act. em. l. Iulianus. §. idem celsus. ff. de vsufr. le. l. is, qui debet, ergo dictus capellanus requirit, & nullo modo potest sibi pręiudicari in factis suis: quia iudex non potest derogare iuri alterius tertiæ personę: sed quicquid decreuit, debet intelligi saluo iure tertij, vt ff. qui po. in pi. ha. l. claudius. & no. per Inno. extra vt lite non conte. c. quoniam frequenter. facit. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. si super rebus. debet igitur dictus capellanus nominatim requiri: & si velit recipere, pactum ei seruãdum est cum prælatione. Si autem nolit recipere, ad secundam clausulam contractus deueniendum est: & soluendum sibi laudandum secundum formam pacti, arg. ff. de verb. ob. l. qui romę. §. cohęredes. & si aliter iudex processit, processus nó tenet in præiudicium capellani. Porro nõ dicitur inuitus debitor, cũ possit, & debeat pactum obseruare. nam hæc res a voluntate originem sumit, vt ff. com. l. in commodato. §. sicut. & ideo. quicquid inde sequitur, voluntarium reputatur, vt no. in l. 1. C. de natu. lib. ista quæstio multum ventilatur in materia feudorum: tamen finalis conclusio est, vt dixi. & si potest vendi alij, multo fortius potest, & debet vendi dicto capellano nomine dictæ capellæ, vt de pecunia satisfaciat creditori. sic enim omnia in vnum concurrunt iudiciorum vigor, & facti tenor. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCVII.

1 *Sententia duorum arbitrorum, quorum vnus in 10. alter in quinque vel duo in quinque, alij duo in 10. an valeat.*

In Christi nomine. Quatuor fuerunt electi arbitri sim-
1 pliciter: duo cõdémnauerunt in decem: duo in viginti. † Quæritur, vtrum sententia lata in decem valeat: & uidetur, quod non. & arguo a proportione numeri. Nam sicut se habet vnus ad vnum, ita duo ad duo. sed si sunt duo tantum electi, & diuersas sententias proferunt, neutra valet, vt ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. primo responso. ergo ita in proposito. sed si essent in dispari numero, valet sententia minoris summę, vt ibi dicitur. & extra de arbi. cap. 1. lib. 6. si quando maior pars non est concors. secus si esset concors, vt quia duo condénant in decem, tertius in quinque. nam præualet sententia duorũ: quia sunt maior pars, & magis concors pars: & concordia eorum est formaliter vera, & non iuris fictione, vt in d. ca. 1. & fuit antiqua opinio ottonis ib canonizata, & rationabiliter: quia minor numerus non est formaliter pars maioris numeri, cum proferuntur discretiue. vnde si promitto tibi quinq; & decem de formali prædicatione, non promitto quindecim, vt no. ff. de verbo. obl. l. scire debemus & ff. de solu. l. vbi fideiussor. quia non copulantur ad vnum, & eundem terminum, sed habent sensum diuisum. In contrarium arguitur, qa immo quando sunt duo arbitri tantum, & vnus condemnat in decem, alter in quinque, ualet sententia lata in quinq;: qa realiter loquendo ambo concordarunt in quinque: nam maiori summæ minor inest de necessitate: qa minor summa euelhitur de corpore maioris summæ, non econuerso, vt not. C. de leg. l. cum quæstio. Non obstat dictus §. si plures. primo respõso. quia ibi loquitur, quando duo omnimodo inter se discrepant, quod potest esse ex rerum diuersitate. Item ex protestatione contraria. Item vbi se quæreretur absurditas, vt si esset cõpromissum de precio rei; & vnus declararet de quinque, alter de decem. absurdum enim esset, q res valẽs decẽ daretur pro qnq;, vt ff. locati. l. si decẽ. dicit l. quod si apparent duæ tabulæ eiusdem testamenti, & in vna tabula apparet, quod testator legauit mihi quinquaginta, in alia cẽtum simpliciter, vel ob eandem causam, quod minor summa mihi debetur: nó quia scripturæ deducantur ad concordiam per plus, & minus, sed quia in maiori summa pręsumitur erratum in scribendo, vt ff. de le. 2. l. Sempronius proculo. Solutio, si dicti arbitri sunt concordes in causa, & non est protestatio contraria, & omnias cessat absurditas, tenet sententia lata in minori quantitate, ut ff. de re iudi. l. inter pares. & si dicas, quomodo ualet sentẽtia pro parte? Respondeo, immo arbiter intellexit iudicare de toto debito, nó de parte: aliàs secus, vt l. apud celsum. §. hic quęritur. de doli excep. Et ita dico & consulo Ego Bal.

Seipsum summat in prin. sui, & subtiliter tangit materã autẽticæ minoris debitor. C. qui da. tut. pos.

CONSILIVM CCCVIII.

1 *Curator bonis, vel tanquam hereditati iacenti an dari possit vbi suus infans heres extitit per existentiam sui heredis.*

2 *Iudicium cum infante agitatum est nullum, si tutor ei datus inuentarium non fecit tanquam tutor, neque administrationem per decretum iudicis recepit.*

3 *Authen. minoris debitor. C. qui dari tutores possunt. an locum habeat in reali actione, puta rei vendicatio. vel pub. & numero 4.*

5 *Argu. de tanquam. est bonum.*

1 In Christi nomine. † Vtrum possit dari curator bonis, vel tanquam hereditati iacenti, vbi suus infans hęres existit p existentiam sui hæredis. Respondeo, non, quia ista non est hęreditas iacens, nec bona iacẽtia: hoc enim casu debet dari curator, si non habet tutorem legitimum, nec testamentarium. nam datio tutoris est remedium ordinarium pupillorum. Remedium autem curatoris bonorum, & hęreditatis iacẽtis est remedium subsidiarium, & extraordinarium, ut ff. de hæred. inst. in l. si qs instimatum. & si detur, datio est ipso iure nulla, quia personæ non rebus debet dari tutor, ut insti. de tute. in prin. nec refert, vtrum ille, qui fecit istum curatorem dari, sciuerit, & ignorauerit suum hęredem existere: & semper error in facti causa habet decretum uitiare, ut ff. de tuto. & cue. da. ab his. l. se. tutor. §. si petitus. quicquid ergo factum est cũ isto curatore bonorum, est irritum, & inane, quia non est factum cum persona legitima, ut C. qui da. tuto. pos. l. in uniuersis. & no. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiu.
2 sed † pone, quod huic infanti esset datus tutor, tñ nó fecit inuentarium tanquam tutor, neq; recepit administrationem p decretum iudicis præmissis præmittendis. Respondeo, similiter iudicium est nullum, ut C. de tuto. & cu. qui satis nó dedit. l. fi. & C. arbi. tute. l. ult. † Quæritur, utrum autentica minor debitor. C. qui dari tuto. pos. habeat locum in actione reali: puta in rei uendicatione, uel publiciana: de hypothecaria enim certum est, quod habet locum, ut in Auth. ut hi, qui obligatas in rubro, & nigro. nam hypothecaria naturam sequitur personalis, cuius est accessoria, & sicut tollitur personalis, sic tollitur per consequẽs hypotheca. ut C. de luitione pignorum. l. intelligere. & not. ff. de pac. l. si tibi. §. de pignore. † sed
4 ego quæro de rei vendi. uerbi gratia, testator legauit mihi rẽ suam, eo mortuo suscepi tutelam filij sui pupilli, & nec in suscipienda tutela, nec in inuentario feci mentionem iudici de dicto legato: modo peto legatum, obijcitur mihi, quod ipso iure cecidi a legato: quia sponte acceptaui tutelam iure prohibente, & puniente, & priuante me iure crediti: quæritur, quid iuris. & quidem quantum ad actionem ex testõ, & hypothecariam vĩ planum, quod eas perdidi: quia in actione personali, & hypothecaria nullus dubitat dictam autenticam locum habere: sed quantum ad rei uẽdi, quę est aliud remediũ, ut C. cõia de leg. l. j. & 2. & inst. de leg. §. nostra. magna qõ est, & dubia: nam si sequamur gl. q est in l. 1. C. de in li. damno tutore. dicta auth. non habet locum, & est triplex ratio. Prima, quia qui tenetur rei uend. non est debitor, ut insti. de actio. §. e. & no. ff. si cer. pe. in l. 1. & hoc patet, quia potest liberari nõ soluẽdo, sed habendo possessionem pro derelicto: sed si esset obligatus, oportet eum soluere. Secunda ratio est, quia rei uẽdi. competit pupillum possessorem, non quia pupillus, sed
5 quia possessor. † unde hic est arg. de tanquam. ut l. de eo. §. fi. ff. ad exhibẽdum. Tertia ratio est, quia dominium est ius plenum, quod adiectione non indiget: sed obligatio personalis non est ius plenum: quia ad transferendum dominium indiget traditione, ut ff. de rei uend. l. si ager. Amplius, nullo iure cauetur, quod talis tutor cadat a dominio rei suæ: immo etiã si po-

si posuisset eá in inuentario pupilli, constito, quód esset sua, non perderet eá, ut no.Ia. de Are. in l. ult. C. arbitrium tute. Itẽ qa firmius inhęret dñium, q̃ obligatio personalis. ná in dñio simplex renunciatio non nocet, ut ff. de acq. pos. l. si quis ui. §. dñia. Item in pęnis debemus esse contenti de causis in lege cõprehensis, quia pęnę sunt restringendæ, prǽsertim ubi imponũtur ex sola suspitione, uel p̃sumpta malitia: quia in prę̨sumptionibus, & coniecturis mitius est agendũ secundũ Inno. in alia materia. sed certe si subtiliter intelligas, rei uen. competit principaliter ad declarationem dñij, & possessionis. restitutio annexa ei officio iudicis continet secundũ Cy. & alios doctores subtiles: sed in declaratione dñij possessor nõ est debitor, ẽt largo mõ: unde uiua rõne illa auth. minoris. non habet locum in rei uend. & ita sum consuetus tenere defendendo gl. ordi. tñ hanc rationem, quam assignaui, nullus alius perpendit, & pro me ẽt habeo in contestes plures egregios viros, videlicet Nicolaum de Matarellis, & Thomam de tollero Vltramontanum egregium in sua lectura super dicta auth. in contrarium vero tenent Ia. de Ran. Ia. de Bel. & Cy. quia in reali, sicut ĩ personali possent subtrahi probationes pupillo p fraudem tutoris. & sic est eadem rõ: ergo eadẽ constitutio. sed ego respondeo, qd nõ est eadem ratio, quia non de facili põt dñiũ probari, nec reprobari, vt nota. C. de donatio. l. cum res. Item æquitas dominij, quod est de iure gẽtiũ, & vocatur prima ęquitas, vt ff. de pub. l. fi. hoc naturaliter suadet, vt ff. si cer. pet. l. si me, & Titiũ. & idem dico in peti. hęr. quantum ad eius realitatẽ, vt l. hær. C. in qui. cau. cessat longi tem. præs. Conclusiue teneo, quod dictus tutor a rei uen. aliàs peti. hære. quo ad reales effectu. non cecidit. personales aũt, & hypothecarias amisit. do. Rãy. de Forliuio tenet, quod d. aut. habet locũ in reali. posset ex æquitate distingui, anth. sunt res mobiles, in quibus de facili posset cõmitti fraus, & ℥ctatio per tutorẽ: & tunc vt tollatur materia delinquẽdi, habebat locũ ẽt d. auth. in reali. aut sunt res immobiles, quæ ℥ctari non possunt: & tũc in earum vẽdicatione d. authẽ. non habeat locũ: quia cessat illius authenticæ ratio: vt C. qñ, & quibus quarta pars debetur. l. 2. ista distinctio est vera: tñ nõ probatur per aliquã legem, quia illa auth. loquitur præcise, & rõ illius authẽticę probatur in subtractione probationum, non in subtractione rerũ, quia res debent poni in inuentario Certe ẽt instra debent poni in inuẽtario. l. chirographis. in prin. ff. de admi. tuto. melius est ergo transire simplici via: & tenere opin. glo. quod si liquidum est de dñio tutoris, qd nulla possit tergiuersatione celari, d. auth. non habeat locum. sed & illud non est in cõsideratione omittendi: quia cõsidero, q domus de Surich, de qua q̃ritur in pũcto, sit domus pręsti, siue mutui: quæ vocatur Casana, in qua sunt debita, & pignora, q̃ concernunt extraneos debitores; & quantũ ad hoc certũ est, quod d. auth. nõ habet locũ: qa iura competunt ℥ extraneos, vt C. de leg. l. ex legato nominis. & ff. de le. 2. l. cũ pater. §. mense. in istis igitur noibus, & pignorib. tutor, de quo quæritur, non perdit ius suum, vt ff. fam. hærci. plane. & l. si quę cautiones. & facit. C. per quas personas. l. fi. vbi dr, quod idem de pignoribus, quod de principali sorte. Et ita dico, & consulo Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCIX.

1 *Feudum an possit legari vni fratri tantum in praiudicium aliorum fratrum.*
2 *Compromissum de feudo factum an valeat.*
3 *Laudum emologatum per partes nullo pracedẽte compromisso an valeat.*
4 *Diuisio, vel separatio quando fieri dicatur.*

In Christi nomine. Cum essent plures fratres, qui successerant in feudum nobile, & gentile, quod tenebant ab Illustri Principe Achaiæ, unus eorum sine filijs decedens partẽ suã, vel quandam rem partis suę feudalis, quia non est vis inter totum, & partẽ, puta, quandam domunculam legauit vni ex fra
1 tribus suis, quem prædiligebat, qui vocabatur Io. pe. † Quæritur, an hoc potuerit in pręiudicium aliorum fratrum? Respõdeo, nulla ordinatio defuncti in feudo ualet in præiudicium aliorum, qui lege feudi succedunt, nisi eis cõsentientibus, vt in c. 1. in prin. de successione feudi. & in c. feudatarius. donare qualiter ulim poterat feudum, vel alienare. & in c. 1. de gradibus succedendi feudum. nam cũ ius istius testatoris descendentis sine hęrede expiret morte, merito non põt alij legare, qd ipso iure desinit habere, arg. C. de le. vxor. patrui. non obst. c. primum. de alienatione feudi paterni. & in c. primum. §. sed & res. p quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur. vbi promittit in agnatos, quod non permittitur in extraneos: quia illud verum est quantum ad hoc, ut feudum non pereat alienatione inter uiuos: sed non quantum ad hoc, vt non pereat morte cõncessoris decedentis sine hęde, vt in c. j. §. si de inuestitura.
2 de re aliena facta. & ff. de pi. l. lex vectigali. † Secundo q̃ritur, si super dictu legatu fuit factum compromissum inter agnatos, ut ratificatum dictũ legatũ per arbitrum, & per agnatos verbis specialibus, vel generalibus, an dictum laudum cũ dicta ratificatione sit validũ in præiudicium eorũ, qui consenserunt: & vr, q sic, ut in c. uasallus. si de feudo fuerit contro. & in c. 1. §. pterea. qui. mo. fe. ami. & ar. in l. 3. C. cõis vtriusq; iudicij. & qd no. C. fami. hęr. l. si familię. & hoc verum si ipsi fratres, idemq; feudatarij fecerunt cõpromissum inter se. sed pone, q inter se non cõpromiserunt, sed omnes ex una parte. & ecclesia instituta heres uniuersalis ex altera cõpromiserunt in titium, & titius laudauit, q dicta domũcula esset illius, cu
3 ius erat prælegata, & ipsi fratres emologauerunt. † Quæritur, utrũ dicta emologatio valeat? & dicẽdũ est, q non, quia nullũ pręcessit inter eos cõpromissum cũ pęna, val sine pęna: qd necesse est fieri, qd sine pęna pręcedat cõpromissum: uel sit clausula, rato manẽte cõpromisso. vt no. ff. de arb. l. 2. & C. de arb. l. pe. ff. de re iud. l. ait pretor. inter quos ergo nullũ fuit factũ cõpromissum, nulla cadat emologatio: ergo nulla fuit dictæ domus assignatio. sed statim q̃ritur, nunquid sit cõmissa poena: & dicendum est, q non, quia de re nõ cõpromissa arbiter iudicare non potuit, vt ff. de arb. l. qui tñ. §. fi. ex pręmissis cõcluditur, q dicta domus remanet feudalis oium pręd:ctorũ, quia non ualuit legatũ: nec debetur euictio, vt l. cum pater. §. euictis. ff. de le. 2. & d. l. vxor patrui. Item quia ubi nõ est cõpromissum, ibi cessat emologatio, nec habet locum poenæ petitio. ff. de pac. l. si unum. §. ante oia. & ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de offi. quia ois uirtus arbitri ex cõpromisso sumitur: & sine cõpromissu nec formã, nec originẽ summunt. & facit. ff. de aut. tut. l. accipiẽtis. & quod ibi no. certe ibi vr notari ℥cium. s. qd si vnus petit se diuidi a pluribus, iudex poterit non solũ illũ diuidere ab alijs, sed ẽt alios inter seipsos. sed in iudice, nõ arbitro: ná iudex secundũ naturã iudicij assumit: sed arbiter non põt plus, q̃ dicter forma cõpromissi. Prętereà cõsidera subtiliter, quod separare bona proprie propria a feu
4 dalibus est quoddã declarare, non diuidere. † illud. n. diuidit, qd prius fuit cõe pro indiuiso. sed ista bona nunq̃ fuerũt cõia pro indiuiso, quẽadmodũ si bona castrẽsia essent cõis hędis, & bona paganica essent alterius hæredis. ná inter istos nulla iuris cõio est: & ideo non habet locũ inter eos iudicium diuisorium, sed declaratoriũ, ut no. ff. de rei uen. l. si in rem agat aliquis sic. ff. de separatione bono. l. 1. §. sciendum. & ff. de min. l. deniq;. §. sed utrũ. C. de testa. mili. l. 1. & ideo cõpromissum inter dictũ hęredẽ, & dictos agnatos nullo mõ tãgit agnatos inter se quia nec verum iudicium tanget eos. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCX.

1 *Mulier minor 25. an. accusata de adulterio an valeat facere processum sine curatore.*
2 *Confessio minoris in criminalibus an sibi noceat: & an possit petere restitutionem: & infra quantum tempus.*
3 *Iudici asserenti de conscientia an stetur.*
4 *Quando dubitatur de maiori, vel minori etate, iudex tenetur admittere omnes defensiones iustificabiles.*
5 *Maritus intentans publicam famam. s. adulterij vxoris sua an dicatur intentasse suam scientiam, quod dicatur consensisse lenocinio.*

1 In Christi nomine. † Aut mulier, de cuius adulterio quæritur,

citur, est minor a 5 annis, aut est maior, aut dubitatur, ant in dubium reuocatur. primo casu si cōstat de minori ætate, certū est, q̄ nō dato curatore processus factus ꝫ ipsam est ipso iure nullus, vt C. de autoritate præstanda. l. claru. C. si aduersus rē iudicatam. l. cum minores. nec nocet confessio: cū iudiciū non sit legitime inchoatum. vt C. qui dari tuto. pos. l. in vniuersis.

2 †Quinque. n. minor confitetur crimen ad fundamētum iudicij: & de hoc nemo dubitat, qd non dato curatore cōfessio est nulla ipso iure: quia facta p personā nō legitimam. sed si haberet curatorē, qui interfuisset confessioni factę p facilitatem minoris, vel dolo aduersarij, vel iudicis blandicijs circunuenientibus, minori datetur indubitātēt restitutio in integrum, non quidem aduersus delictum, sed aduersus iudiciū, & confessionem, vt ff. de mino. l. si ex causa. §. nunc videndū. & ff. de confessis. l. certū. §. sed an ipsos. & C. de confessis. l. vnica. per Cy. & l. omnes. notandumq; est, qd ad petendam istā restitutionē non labitur minori tempus, donec iudicium pendet, & ætas suffragatur. quimmo et si expresse renūciaret, non nocet renuntiatio, nec ēt repetita confessio, vel cōtinuata confessio: quia semper rursus, ac rursus capitur: quinimmo repetitio maiorē facilitatē ostendit. C. ad velle. l. si mulier. ff. de nouationibus. l. doli. §. diuersum. & ibi p Dy. ff. de min. l. si iudex circunuento. & ibi p glo. & qd dixi de renuotione, probatur expresse in cā capitali. ff. de appel. l. non tm. & glo. est, q̄ semper allego. ff. de pac. l. pactū inter herēdē. & licet cōfessio præsumatur vera, & spōtanea in maiore: tñ secus in minore: nisi sit vestita vestimento præsumptionū, & iudiciorū: quia minores non sunt cōstantis animi, neq; firmitudinis: sed et serulæ cedunt, vt no. C. ad Syllenianum. l. si. aut cōfessio facta est a maiore: & non apparet, q̄ sit facta p metū, vel errorē, & motus iudicis cū confessione concurrit: de quo motu animi debet stari eius verbo, quia iudex non præsumitur immemor salutis æternæ, vt C. ad legem Iuliam repetundarum. l. si.

3 †Et ideo si cætera sunt solenniter acta, statur iudici asserenti de conscientia sua, vt singulariter no. gl. ff. de iudicijs. l. si prętor. §. Marcellus. dico ergo confessioni maioris continuę, & non reuocate standū ad condēnationē, si iudicis arbitriū confessioni est consonū ex qualitate pśonarum, vel ex concomitātijs ēt leuibus: quia leue additum graui facit illud magis graue sicut patet in ponderibus. & quia mētes hoīm non possunt depingi in pergameno, lex cōmisit nonnulla iudicantis arbitrio, & religioni, vt ff. de qōni. l. 1. §. si quis vltro. ibi. prudēter fida quidē, & egregia rōne, ſ. cōi, & tua saxa chatissime. & reliqua de hoc no. in c. Rom. de appel. li. 6. & C. quorū appellationes non recipiuntur. l. 2. & ff. de appel. l. creditor. §. iussus.

4 †Tertio casu qn dubitatur de maiori, & minori ætate necesse est sup hnc probationes recipi: quia ætas defendita processu, quemadmodum inno. a pena, vt no. C. de iuramen. calū. l. 2. §. qd obseruari. ergo minor an sit, vel non tanq̄ præiudicia le luminis iudicij prius discuti legē, vt C. de pe. hę. l. si putas. sunt. n. quędā preiudicialia fori: & ista in ianua iudiciorum debent disputari, vt C. de adulterijs. l. qm Alexandri. ff. de mi nor. l. ait prętor. §. permittitur. & ff. de iure codicillorū. l. quidam referunt. ex̄ de appel. c. ex parte M. qdā vero sunt decisiua litis: & ista non impediunt triumtionē: sed meritis causæ apparentibus saluandus est infirmus per iustiss, non pamba ges. Quadā igitur respiciunt principium, quędā terminū, ex quibus hæc cōclusio patet, q̄ iudex debet admittere omnes defensiones iustificabiles. Alias facit litē suā, non solū si pemptorias, sed si declinatorias non patit introduci, vt ff. de edē. l. argentarius. §. cum aūt. C. de pac. §. pe. in fi. & æqua lance in condēnando, & absoluendo insiste, vt C. ne Sanctum Baptisma. l. fi. sic igitur cōclusum, qd defensiones, de quibus q̄ritur, debet admitti, & examinandū, & prout calculus rōnum dederit, iudicandum: & maxime, quia defensiones, q̄ reddūt iudicium nullum semper vñ opponi in iottio, vt C. de procuratoribus. l. licēt.

5 †Quia modo vento directe ad crimen intentatum, & dico, q̄ imprudēter fecit maritus intentando publicā famam: quia p hoc intentauit suā scientiam, vt no. in l. si vxor. C. de peric. tut. & p consequens fecisse lenocinia cōmisisse non repudiando eā, sed tenēdo ipsam impudice viuēte, vt ff. de iureiu. c. quemadmodū. & ff. de adul. l. 2. §. si publi co. vnde non pōt mulieri obijcere culpā, cuius ipse est patronus, vt ff. so. ma. l. si mulier. Itē quia per formā statuti septus adulterata cum diuersis est publica, & famosa, quā legum laqueis vit innodare non potest quoniam statutū hoc dicit expresse. nec obst. quod ipsa fuerit confessa se cū nullo alio adulterasse: nam negatiua, quæ probatur per solam assertionē, consistit in fictione. vnde affirmatiua veritatis probata ei derogat quia melius cadit in experientia, & sensu, vt not. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. concludo igitur secundum discretas allegationes domini Gilioli filij mei amantissimi, & acuti ingenij. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXI.

1 *Priuilegia principum an possint sine titulo possideri.*
2 *Præsumitur titulus pro suo ex longitudine possessionis.*

1 In Christi nomine. Præmittendum est ad euidentiā† q̄ priuilegia Principū non possunt sine titulo possideri, vt in ca. ad decimas. de rest. spo. li. 6. nā cū priuilegia sint ꝫ ius cōe, essent implicare ꝫdictoria, qd vbi non est priuilegiū, ibi sit possessio quia non posset esse possessio sine titulo pro suo: quia titulus requirit bonā fidē sine obice ꝫdictionis, iuris, & de iure, vt ff. pro suo. l. ancillam.

2 †Ex longitudine tñ possessionis præsumitur titulus pro suo: quia qd longo temp. est possessum, pśumit habere Principis voluntatē, ar. C. de pet. hęr. l. si filius. nec debet post lōgissima tpa exquiri probatio tituli, ut not. in c. j. de re. iu. li. 6. & p Cy. C. de fide instr. l. emancipatione. & quia de cuius fnia nō appellatur, pro eius testimonio pśumitur, vt ff. de offi. præfe. præto. l. 1. §. his cunabulis. Soluēdo dico, q̄ dña Ducissa pśumitur memor salutis æternæ pro luce suæ maiestatis, & ideo de eo non est pśumēdū, qd velit aliquod iniustū, tñ si est datus terminus ad iustificandū, non pśumitur, qd in facto consistit, nisi duo concurrant in facto, ut no. in ca. 1. de probationibus. in cle. & qd in facto proprio loquatur asseritiue, non dubitatur. Porro sępe principes falluntur circa notitiā facti, vt in c. 1. de const. li. 6. & ideo ad omne dubiū tollendū credo, qd sit necessaria secunda iussio, vel interpretatio, vt C. de le. l. fi. sed si Princeps, vel Principissa non vult aliter declarare, non oportet regalia vsurpare, ut in c. 1. q̄ sint regalia, col. 10. & ff. de fluminibus. l. quo minus & qd vi, aut clam. l. prohibere. §. plane. nec. n. semper pśumitur pro possidēte: qa ꝫ ius cōe possidet. vnde incolorata possessio ius non facit, ut ff. de mino. l. minor. aūt magistratus. caueat tñ, ne ꝫ conscientiā Princeps faciat: qa veniet tēpus, qn nauis erit in portu, dimittere, onustā. & qua mensura metietur, eadē remetietur, vt C. de iud. l. rē non nouā. nec confidet in potentia sua ille, q dedi habet vltorē: & per q̄ dicta sunt, terigi puoctū scientiæ, & cōscientiæ, vt C. ad l. Iuliā repetundarū. l. iubemus. Si vero queratur de mera iustitia positina, de priuilegio oportet cōstare, ut extra de rescriptis. c. ex parte controuersis. & C. de diuersis officijs. l. probatorias. li. 12. quinimmo oportet constare de sacris apicibus, nec aliter pōt probari, ut C. de diuersis officijs. l. probatorias. li. 12. & no. per Ioan. And. in proemio sexti lib. quia secundum veram opi. priuilegia non constat sine scripti recitatione: cum sint leges priuatæ, q̄ fortius requirunt scripturam, quam publicæ, quia exorbitant a iure cōi: nisi appareret de Principis voluntate præcisa. quia quicquid Principi placet, legis habet vigorem, vt l. 1. ff. de consti. Principum. & in l. idem vlpianus. ff. de excusa. tut. & ff. de offi. præto. l. Barbarius. in fi. ff. de re iu. l. quidam consulebat. Ego Bal.

## CONSILIVM CCCXII.

1 *Tolerabilius est, quod aequius.*
2 *Obripere quis dicatur.*

1 In Christi nomine. Præsupposito, qd ea, q̄ narrata sunt in facto, sunt vera, dico, & consulo, †qd ea, q̄ in iure conclusa sunt considerata æquitate tā scripta in legibus, q̄ non scripta potuerint, & debuerint, p dñm nostrum Papā fieri: quia

2 nō video probatū de aliqua obreptione, seu subreptione, †qa non

non dicitur obripere ille, qui habet veritatem, & ęquitatem: pręsertim qa pœna amissionis, & priuationis iuris sui est valde odiosa, & tolerabilius est, quod æquius, vt ff. de verb. obli. l. si seruum. §. seqitur. & ff. quibus ex causis maiores. l. 1. in speciali, & generali clausula non expedit multa allegare: quia leges sunt vulgares. non enim fraudulenter impetrat, neq; cõsul. & ideo profundæ allegationes, & conclusiones premissorum doctorum mihi placent, & me ipsis subscribo cum sigillo. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXIII.

1 *Reassumit illud, quod consuluit in consilio 207. quia videtur, quod alij doctores consuluerint contrarium. & ibi vide summaria.*

2 *Bonæ fidei possessor lucratur fructus iam consumptos, nisi in iudicio vniuersali.*

1 In Christi nomine. †Non video, quod ea, quę dixerint, sint totaliter ponderata: quia ista vxor nihil habet cõe cum dicto Ioanne. & vbi nulla est coniunctio neq; realis, neque verbalis non habet locum ius accrescendi: quia in diuersis rebus ius coniunctionis non contingit. hic aũt seorsum testator disposuit de vsufructu inserto onere viduitatis: & per se disposuit de fundo simplici non concreto cum vsufructu: & super hoc non grauauit Ioannẽ in aliquo: sed cessauit ei legare aliquid vsusfructus. grauamẽ aũt imposuit hęredi vniuersali: & licet non potuerit ultra formam statuti grauare, potuit tñ beneficio statuti hæres renunciare, quia quælibet põt renuntiari fauori suo: & patiendo possidere obtẽtu iudicij testatoris vs ipse hæres consentire, ut no. in l. 5. C. de vsufructu. nimirũ si ista uxor fecit fructus suos sub ipso prio. nec ueniunt restituendi ipsi Ioanni: quia nullam habet causam, neq; dictus Ioan. habebat in vsufructu cũm a testatore: & sic non põt petere fructus, & si eos constare staret: quia sui non sunt. non ob. lex creditor. §. si inter. quia ibi ex patrium ordinatione descendit testimnio: hic non, quia ordinatio testatoris, & hæredis tendit ad ɜrium. & facit ff. de don. l. si tibi dederim. nihil ergo ad rẽ bnm, vtrum pensiones essent consumptæ: sed tñ dicendũ est, quod si post tanta curricula annorum: & hoc pp aptitudinẽ con sumendi, & locum a cõiter accidentibus. facit quod no. glo.
2 in l. 1. C. si aduersus vsucapionem † & postquam sunt consumpti, bonęfidei possessor lucratur eos, ergo non debent restitui, vt ff. de viuca. l. fructus. Fallit in iudicio uniuersali petitioni hęreditatis, vt ff. de petitio. hæredi. l. sed si lege. & l. Item veniam. §. fructus. & plene no. C. de rei vend. l. certum. & hoc propter naturam petitionis hæreditatis: licèt aliqui dicũt idẽ in vtraq;. Item hæc mulier præsumitur bonæ fidei: quia mulier tractans de iuris ignorantia cum testatoris voluntate, & hæredis patientia, nec potest de iure hæredis allegare quisquã, nisi ipse hæres: præsertim agendo de iure tertij. ita sunt vulgaria. Ego Baldus.

Vide de hoc in consi. 129.

## CONSILIVM CCCXIIII.

1 *Laboratores conducti ad laboran. in aliqua possessione aliena an ipsi teneantur, an conductor.*

In Christi nomine. Casus talis est, quidam Ciccholinus secularis permutauit certã suam possessionem cum quodã abbate cuiusdam mon. pro quadam possessione dicti monasterij non seruata formã, & sõlennitate. cap. 2. de rebus eccl. non alie. li. 6. quia non fuit cum licentia speciali sedis apostolicę, nec de consensu capituli: sed cum licentia episcopi, siue diocęsani: & de dicta permutatione facit confectum instrumentum publicum: & in eo interuenit iuramẽtum dicti abbatis: qui abbas transacto tpe aliquo informatus, quod in dicta permutatione fuit deceptus vltra dimidiam iusti precij, in curia dicti domini episcopi primo fecit se absolui a dicto iuramento, deinde petijt dictam permutationem rescindi beneficio restitutionis in integrum: & ita factum fuit per diffinitiuam sententiam, quæ cum transiuit in rem iudicatam, dominus abbas fuit repositus per curiam episcopalem in tenutam, & corporalem possessionem dictæ rei permutatæ prius dicti monasterij: in qua re, siue possessione dictus Cicholinus secularis dum possideret, faceret poni vnum canetum. Cõtingit, quod dictus abbas secum conducit ad dictum canetum quendam eius familiarem pro certo salario sibi famulantem, & in eius domo, & suis sumptibus stantem: ac etiam duos alios laboratores pro certo precio conductos: & cum ipsis laborantibus existẽs ipsis mãdauit, ut canas. & in ipsis existentes inciderẽt, & extra canetum portarent, vt dictus abbas ipsas posset facere cum curribus, quo vellet exportari: & ita factum est, quod detracta parte laboratoris, quæ ibi remansit, dictus dominus abbas omnes fecit exportari per dictos laboratores extra canetum, & postea per currus quo placuit dicto abbati † postea dictus Cicholinus secularis dedignatus contra dictum abbatem: & quia contra eum abbatem nihil poterat facere, accusanit dictos laboratores de furto occasione dictæ incisionis, & exportationis dictarum canarum extra dictum canetum forma, & modo contentis in dicta accusatione. Qui laboratores sentientes se innocentes, & inculpabiles, ne per cõtumaciam condemnarentur, deliberauerunt comparere: & breuiter omnes fuerunt detenti, & carcerati: & finaliter se excusauerunt a
1 contentis in dictá accusatione &c. † Quæritur, quid iuris. dicti operarij conducti ab abbate in possessionem quondam permutatam minus solenniter habita absolutione a iuramento, pretendens lesionem vltra dimidiam iusti precij, per sententiam obtinuit reponi in eius tenutam, quod dictas canas inciderunt &c. non ueniunt aliquo modo criminaliter puniendi, neque in persona, neque in pecunijs: excusantur enim multis de causis, primo propter probabile, & usitatum ministerium rusticorum: quia rustici talia facere consueuerunt conducti a conducentibus eos, ut not. ff. de rei uendica. l. in rem. §. tignum. & ff. de iniu. l. Item apud labeonem. §. si quis astrologus. Secundo, quia carent omni culpa: cum isti operarij fuerunt conducti ab abbate, & domino loci, vt C. de ser. fugitiu. l. quicunque. §. fina. Tertium, quia factum, de quo quęritur, non potest puniri ciuiliter ratione alicuius culpę: quia nulla culpa interuenit nec re, nec consilio. nec enim aliquid fuit factum causa lucrandi, vel causa damnificandi aliquem: sed solummodo causa implendi mandatum, quod de sui natura est licitum, & honestum, & de genere honestorum, & utilium in eo non præsumitur culpa: & ubi non est culpa, ibi non est pęna, ut ff. ad legem Aquiliam. l. si putatur. Itẽ a quo remouetur ciuilis actio, remouetur accusatio: immo fortius, quia ciuilis actio legis aquiliæ datur pro leui culpa, & leuissima: sed non criminalis, ut not. Cyn. C. de episcopis & cleri. l. si quis non dicam rapere. & in l. ulti. ff. de priuat. delic. Item quia pœnæ corporales requirunt dolum, ut ff. ad le. Corne. de Sica. l. in l. Item nõ deliquit principalis. i. Abbas: ergo nec accessorium, ut ff. de fur. l. si quis. §. si tu Titium & ff. de iurisd. om. iu. l. si quis id, quod. §. fi. Item omnia statuta punientia requirunt culpã, vt l. quamuis. ff. de in ius vo. Quare concluditur prędictos absoluendos. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXV.

1 *Iudęis quæ sint permissa, hoc consilio Baldi, & sequenti nonnullorum doctorum enumerantur.*

2 *Crimen iniuriarum an sit crimen publicum.*

3 *Iudęorum canones transgredientium coertio ad quem pertineat.*

1 In Christi nomine. †Iudęis totela data est a iure, ne Christiani insultent in iudęos, vt C. de iudęis. l. nullus. tamen non est permissum eis contra fidem Christianam machinari, nec dolis, & mendacijs iudęos uolẽtes ad catholicam fidem peruenire blanditijs, vel mendacijs subuertere: nec animum eorum corrumpere: sicut non licèt corrumpere animum filiorum, uel seruorum alicuius. Omnes enim, qui volunt domino nostro Iesu Christo seruire, per eos non stet, sunt proximi Christo, seu Christianis, sicut tiro idest nouiter militiam assumpturus,

sumpturus, & cingendus, habetur pro cincto. & qui paratus est facere, habetur pro faciente. si quis ergo tale sanctum propositum remoueat, puniendus est: quia q impedit viam, impedit terminum, vt not. in l. 1. C. vbi de possessione agi oportet. & in via committitur iniuria, sicut in termino, vt ff. de condit. & demon. l. quibus diebus. in princi. Præterea isti extraxerunt Iudæum de loco tuto, in quo poterat exercere libertatem animi sui, & deduxerunt eum ad locum non tutum, in quo non poterat baptizari, non steterunt in finibus iudaici dogmat. sed expressè fecerunt contra fidem Christianam, & in eius opprobrium, & dedecus. nam certè manifestum est, quod communis sit iniuria, vt ff. de iniurijs. l. item apud
2 labeonem. §. cum vitium. † & hoc casu crimen iniuriarum est crimen publicum: quia quod in religionem diuinam cõmittitur, in omnium infertur iniuriam, vt C. de hæret. l. manicheos. & cum Domini Nostri Iesu Christi sit terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & homines vniuersi, qui huic domino subtrahit pecudem suam, tanquam sacrilegus debet puniri, vt legitur, & nota. C. de furt. l. si nondum. Præterea istud factum est magnę temeritatis, & audaciæ, in quo tria crimina versantur. Primum est crimen falsæ prædicationis. Secundum est crimen diabolicæ suggestionis. Tertium crimen simoniæ, inquantum interuenit pecunia. item est crimen maioris sacrilegij: quia abstulerunt sacrum de sacro, id est animam de ecclesia Dei, & de thesauris Iesu Christi: vnde merito tales contra se prouocauerunt iram Dei. & si hoc transiret impunitum, esset res pessimi exempli, vt C. ad legem Iuliam repetundarum. l. prima. dixerunt enim in lege Christi neminem posse saluari. satis enim esset, si toleraretur eis prædicare fidem suam: quod de patientia procederet, non de permissione. & ideo sine dubio dicti Iudęi sunt puniendi saltem pecuniaria pœna, vel alia citra sanguinẽ, & mutillationẽ membrorum, puta carceris, vt vigesimaoctaua quęstione prima. c. sępe malorum consortium. quia pœnas ob maleficia solui publica ratio suadet, vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. & ff. de publicanis. l. licitatio. §. quod illicitè. & vbi certi sumus de crimine, licèt de pœna simus incerti, pœna arbitraria debet imponi, vt ff. de pœnis. l. sancimo legum. & l. 1. §. 1. ff. de effractoribus, & expilatoribus. & no. C. de sacrosanc. eccl.
3 l. nemo martyres. † de illo tamen potest dubitari, an istud pertineat ad inquisitionem hæreticę prauitatis: & videtur, quod non: quia isti non sunt hęretici: sed iudęi. dici potest sine dubio, quod pertinet ad ordinarium, id est ad diœcesanum, qui habet generalem iurisdictionem super omnibus pertinẽtibus ad negocia fidei. & forte etiã ad inquisitionem: quia quo ad extremum, in quo delinquitur, id est in ipsa fide catholica, tãgit catholicam fidem, sicut si Iudęus percuteret vnum clericum Christianum, posset puniri a iudice ecclesiastico, vt extra de Iudæis. c. post miserabilem. & quia super hac materia plurima sunt allegata in consilijs Domini Ioannis de Lignano, & aliorum, nolens accipere eis calamum de manu, sto cõtentus dictis ipsorum conscientia, id est cum deo concors.

Ego Bldus de Perusio.

## CONSILIVM CCCXVI.

1 *Iudæi quibus casibus tolerentur. & nu. 4.*
2 *Ecclesia quid sit.*
3 *Synagaga quid sit.*
5 *Coertio iudæorum cano. transgredientium ad quem spectet.*

In Christi nomine, & Beatæ Virginis, ac vtriusque Ioannis. Quia sępe reuocatur in dubium apud ecclesiarum præ-
1 latos, & maximè prauitatis hæreticę inquisitores, † in quibus casibus Iudæi tolerentur, & quæ eis inter catholicos permittantur, idcirco ex ordine singula a iure permissa discutiã: primo enim Iudæis permittitur conseruare synagogas antiquas, & eas reparare, non autem nouas construere, vt l. fina. C. de Iudę. & c. de ciuitate. & c. deinde. & c. consuluit. eo. tit. Hic tamen attendendum est, quid veniat nomine synagogæ. vbi sciendum est, quod ex decretis Lucij Papę. capitu. 2. & ex
2 brocardo lib. 3. cap. 1. habetur, † quod ecclesia est nomen Græcum, & Latinæ idem, quod conuocatio: quia ad se omnes vocat, & dicitur catholica, vigesimaprima distin. c. quamuis. 1. quęst. 1. c. extra catholicam? quod sonat idẽ, quod vniuersalis: licèt hoc nomen habeat multas significationes, vt notatur ne prælat. vi. sup. c. 1. & de verbo. signific. c. cum clericis.
3 † Synagoga autem est nomen Græcum: & Latinę sonat idẽ, quod congregatio, & est Iudæorum, vt dicit Vgu. Conuocari enim est vtentium ratione proprio sumpto vocabulo conuocantis. congregatio enim est pecorum, & animalium ratione carentium. Synagoga ergo congregatio Græcè pecorum: sed in ecclesia conuocatur populus fidelium ad veram fidem. Idem ergo iudicium de synagoga apud Iudæos, quod dicitur de Ecclesia apud catholicos. hęc not. per Archidia. nona dist. 1. cap. ecclesia. collatio. 1. quęstio. 1. c. extra catholicam. per Ioann. Andr. capitu. deinde consuluit. de electione fundamenta. lib. 6. in principio. sicut ergo apud catholicos ecclesia est locus publicus, in quo conuocantur catholici ad diuina officia audienda, & sacramenta recipienda: sic synagoga dicitur apud Iudęos locus publicus constructus, in quo publicè congregantur Iudęi ad suas cerimonias celebrandas: & sicut quilibet locus constructus apud catholicos ad oran-
4 dum non dicitur ecclesia. † nam cuilibet primo licitum est habere oratorium priuatum, in quo habere potest sedilia ad sedendum, & lampades accensas propter deuotionem, & tenere libros aliquos propter officium dicendum in eorum armarijs clausos, qui claudi, & aperiri possint, & alia habitacula domus in domo sua, & locum deputatum ad orandum, & singulariter ipse, & domestici sui, qui non dicitur ecclesia, de consecra. distin. 1. cap. vnicuique. & c. clericos. sic & cuilibet iudęo licèt habere in domo propria locum priuatum ad orandum in eo contemplandum pro ipso, & domesticis suis, qui non dicitur Synagoga: vbi permittit lex conseruare antiquas synagogas, & reparare, inhibet nouas synagogas construi. intelligitur de synagogis publicis: alias priuata loca habere possunt non obstante legis inhibitione. Secundo permittitur Iudęis pacifice, & quiete celebrare festiuitates suas consuetas, & officia consueta, & in synagogis eorum publicis. 45. distin. ca. qui sincera. fuit Gregorij ad Neapolitanum episcopum. & ibi nota. glos. qualiter ecclesia hoc permittat, cum peccet sic faciendo, cum cultus legis Mosaicæ ab aduentu Christi non differat ab idolatria. & sic soluitur, quod ecclesia solum tolerat ritus suos, non autem approbat. nam si prohiberentur, cogerentur ad fidem, quod esse non debet: Quod autem permittitur, non propterea approbatur trigesimaprima quęstione prima. c. hac oratione. habent ergo secundum Georgium ibi liberam facultatem celebrãdi festiuitates suas consuetas, sicut habuerunt parentes ipsorum; deinde sicut Iudęi. & ibi text. quod nullus lapidibus, aut fustibus perturbet eos: & contrafaciens honoris sui periculum patiatur, aut excommunicationis sentẽtia plectetur, nisi se correxerit. probat idem lex nullus. C. de iudę. Tertio permittitur iudęis conuiuia comitalis catholicorum ex causa: alij interdicitur. de vsuris. cap. quanto. & capitulo post miserabilem. Quarto iudęi obedientes legibus non sunt molestandi a Christianis. trigesimatertia quęstione octaua. cap. dispar. Quinto iudęi non sunt per violentiam ad fidem compellendi. 45. distinct. c. qui sincera. & C. de Iudęis. Sexto, quod Iudęi sine iudicio terrenę potestatis non vulnerentur, non occidantur, nec pecunijs suis spolientur. Septimo, quod de cimeterijs eorum non exhumantur corpora defunctorum, vt ibidem. Octauo, in omnibus ritibus eorum tollerantur, dummodo non fiant in opprobrium fidei catholicę, habentur, & quę inhibentur eisdem. vigesimatertia quęstione 4. 5. & 6. per totum. cod. cap. & quęstione 8. dispositio. 28. quęst. 1. & 2. per totum. 41. dis. c. 2. & 4. 46. distinc. cap. Ismael. 11. quæst. 3. cap. ad mensam. deinde per totum hęc procedunt de iure communi suprascripto. Si aliqua præter hæc sint per Romanos pontifices cõcessa priuilegia, sunt seruanda, de priuilegijs. cap. porro, c. accepi-
5 mus tradi. † Post relictum prohibitoria, vt intelligatur permissa, restat videre, ad quem spectat coertio Iudæorum hos canones transgredientium. Hic attendendum est, quod

ritus Iudęorum non sapit propriè hæresim, sed non infidelitatē respectu dispositionis legis, vet. gra. hęreticus stricto sum pto vocabulo differt ab infideli, & schismatico, licèt quilibet Infidelis, Iudęus, & Paganus large possint dici hęretici. nota. 24.q.3.§.qui vero. & c.inter schisma. Si ergo Iudæus seruat ritus suorum, non propriè dicitur hæreticus: immo permittitur secundum formam canonum. Si autem contra formam canonum, non est hæreticus strictè: sed canonum violator. & sic ad ordinarium principaliter spectat, qui est custos canonum. 25. quæstione. 1. c. nulli fas. & cap. violatores. & sic magis spectat ad officium ordinarij, quàm inquisitoris hæreticæ prauitatis cognitio, ergo est domini episcopi, quando Iudæus facit contra canones. casus de Iudęis. c. & si iudęos. & c. postulastis. & pôt punire pęna pecuniaria, & per indirectū. d. c. & si Iudæos. & c. in nonnullis. de rapto. in archiepiscopatu, vbi etiam de corporali punit, dum iam est circa sanguinem.

Ego Ioannes de Lignano.
Ego Laurentius de Primi.
Ego Egidius de presbyteris.
Ego Gaspar de Calderinis.
Ego Ioannes de Fantucijs.
Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIVM CCCXVII.

1 *Testamentum, in quo reperitur diuersitas, si tamen interuenerit solennitas, sed non in totum, an valeat.*
2 *Beneficium. l. hac edictali. C. de edicto diui Adri. an locum habeat ab intestato.*
3 *Pœna sibi ascribentis an in testamento nuncupatiuo locum habeat.*
4 *Duo contraria possessoria, vel petitoria sicut non possunt simul cumulari: ita nec possesso. contrarium petitorio, vel econtra.*
5 *Veritas testamenti excludit veritatem intestati.*

1 In Christi nomine. †Quando est vnum testamentum .i. semel factū vnū, vel multa capitula cōtinens, & reperit̃ diuersitas, prævalet veritas, quę testibus confirmatur: dūmodo interuenerit solēnitas, qa in solēnitate iuris autoritas fundat̃. vnde si propter aliquē defectum esset omissa solēnitas, iste defectus omissionis a testatore p̃termissæ redderet testm̃ inutile, vt C. de test. l. ambiguitatem. & l. si vnus. superflua. n. tolli possunt sed necessaria pretermissa suppleri non possunt ab alio, quàm ab ipso testatore. ex hoc sequitur conclusio, quod inhęrendū sit veritati. veritas autē est quid affirmatiuū, & ideo fundus p̃termissum non pôt esse verū, nec pôt substantiare testm̃, vel aliquā dispositionē mundi, vt ff. de lib. & posth. l. commodissimè. & ff. de ver. ob. l. quicquid astringendæ. vnde quod pretermissum inuenitur, pro nullo reputatur, vt ff. de verb. obl. l. ista stipulatus. la grande in prin. & ff. de fideiuss. l. fideiussores magistratuum. §. 1. & hoc pręmittēdum est in q. præsenti, cuius conclusio hęc est sequi veritatem facti, si est vestita solennitate, & priuilegio legali, vt in Auth. de testamentis imperfectis. §. fi. & C. fam. erc. l. vlti.
2 †Secundum quidē præmittendum est, quod beneficiū legis hac edictali. C. de edi. di. Adri. non habet locum ab intestato: licèt quidam dicant, q̃ sic dūmodo appareat codicillus in scriptis solenniter factus, ut tūc iuxta formam codicilli citato hęrede fiat missio vtili conditione, ex d. l. edicto. Illa opi. est ęqua: tamen prima tutior, vt C. de codicillis. l. fi. in prin.
3 †Amplius, quæstio est, nūquid in testamento nuncupatiuo habeat locum pœna sibi ascribentis, & annihilatio relicti: sed prima quæstio non facit ad propositum. Quantum ad secundum dicendum est, quod vitiatur relictū sibi ascribenti, & non alteri, vt ff. de falsis. l. filius. §. sequens. & ideo cum appareat testamentū esse legitimę cōditum quo ad hęredis institutionem, cessat caosa intestati, vt C. communia de successionibus. l. antequàm. & l. quandiu. ff. de acq. hęredi. & iudex, qui pronunciat contrarium, male pronunciauit debere remitti: quia ex edicto diui Adriani est ipso iure nulla: quia est error expressus in forma, & materia, nec est necessaria appellatio propter vitium pronunciationis, vt ff. de excusa. tuto. l. qui testamento. in princ.
4 †Item est sciendum, quòd sicut non possunt duo contraria possessoria, vel duo contraria petitoria cumulari, ita nec possessorium contrarium petitorio, vel econtra, vt ff. de acquiren. possess. l. naturaliter. §. nihil commune.
5 †Finalis conclusio est, quod veritas testamenti excludit veritatem intestati, vt not. in l. 1. C. de sec. tab. Circa contrarietatem scripturæ illa prævalet, quæ verior comprobatur nō obstante errore, vt ff. de leg. 2. l. cum proponebatur. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXVIII.

1 *Oblatio an liberet a pœna laudi & quomodo fiat oblatio.*
2 *Protestanti sufficit protestari, nec tenetur aduersarium instruere.*
3 *Nouatio an ex assecuratione intelligatur. & nu. 4.*
5 *Intellectus. §. quod autem. in Auth. de fideiuss.*
6 *Debitor præsumitur mentiri, qui dicit se nō habere pecuniam ad manus.*
7 *Negatiua probatur eo ipso, q̃ contrarium non probatur.*
8 *Ex compromisso voluntariè facto contractus nouus habetur pro obseruato.*

In Christi nomine. Practica Ciuitatis habet, vt creditore in ius vocante debitorē pro debito pecuniario consequendo, vt debitor, si dicat se non habere pecuniam, & offerat se paratum dare tot de bonis suis insolutum, quod creditor compellatur accipere absque alia discussione iudiciali, sed instante creditore debitor compellitur propalare omnia bona sua, vt eligere possit. Modo accidit, quòd debitor denunciauit creditori, & in denuntiatione facta formalia verba fuerunt, quod ipse debitor caret pecunia, & ne eidem mora aliqua possit imputari, quòd paratus est, & paratum se offert cum effectu ad dandum, & tradēdum creditori tot de bonis suis, quę ascendant ad summam, ad quā tenetur ipsi vigore cuiusdam sententiæ, vbi eligere voluerit, secundum quod æstimabuntur per duos, vel plures amicos communes inter ipsas partes eligendos: protestans dictus debitor, qd per ipsum non stat,
1 quominus predicta fiant, & exequantur. †Modo quæritur rebus sic stantibus, utrum debitor inciderit in pœnam compromissi: & uidetur, quod sic, quia a uerbis laudi non est recedendum, ut ff. de arbitris. l. celsus. sed secundum uerba laudi non est satisfactum formaliter, ut l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. ergo incursa est pœna, ut l. promissor. ff. de constituta pecunia. Item debitor non propalauit bona sua, sicut tenetur propalare. Item non obtulit de melioribus bonis, sicut tenetur offerre, ut in Auth. de fideiussoribus. §. quod autem. sed contrarium est uerum, dummodo debitor pecuniam non haberet ad manus, ita quod de facili posset offerre, ut C. de solutio. auth. nisi & quod non haberet pecuniam ad manus, præsumitur eo ipso, quod non probatur contrarium: quia non præcessit talis ordinatio, per quam debeat præsumi pecuniam habere maximè paratam solutioni, ut ff. si cert. peta. l. singularia. & ff. de lega. 3. l. si chorus. §. primo. & ideo dicta oblatio fuit sufficiens, ut dicto §. quod autem. Præterea creditor, qui non contradixit protestationi, acquieuisse uidetur, ut l. si fi-
2 deiussor. post principium. ff. qui satisd. cogan. †Item protestanti sufficit protestari, nec tenetur instruere aduersarium, quid agat, ut l. prima. §. primo. ff. de liber. agnosc. Certè non obstat, quod a forma laudi non est recedendum. nam istud non est recedere: sed exequendo procedere, ut l. miles. §. decem. ff. de re iu. Item ista est quędam practica, quę suę theoricę semper vĩ annexa: quia eam interpretat̃, & eā ad officiū dedu-
3 cit, ut no. C. de do. l. si quis argentū. in prin. †Item dubitatur, si ex primo contractu debentur alimenta dotis, et pro secundo contractu postea facto desinant deberi pro futuro tempore. Respondeo sic: si est funditus recessum a prima obligatione, quia est nouatio uoluntaria, in qua non uidentur repetita accessoria primæ obligationis pro tempore futuro, ut ff. de nou. l. aliā. secus si non est funditus recessum a prima obligatione, cui alimenta cohærent, ut C. de nouatio. l. finali.

C. de

C. de iudic. l. 1. & ibi plene no. Item quia non est verisimile,
quod mulier voluit renunciare suis alimentis, quæ miseratio
nis causa redduntur ex dote, & veniunt ex sola naturali æqui-
tate, et sine stipulatione, vt no. C. rem in præsenti. §. exactio ni
mirum &c. cui ille, qui possidet dotem, tenetur ad alimenta
ex temporis cursu, & vsu dotis: non dico, qd teneatur ad vsu-
ras. ff. de sol. l. Titia. C. de iu. dot. l. vbi adhuc. & l. in rebus. &
no. extra de vsur. c. salubriter. Præterea si essent alimenta reli-
cta in vltima voluntate, nõ posset trãsigi sine prętore, & prius
cognito testamento, & ex certa scientia, de qua oportet sigil-
latim constare nõ per verba generalia, quibus cauetur, q scie
4 bat. ff. de transa. l. de his. & l. cũ hi. † & si dicatur, qd tacita est
facta nouatio propter 9ctum aduersatiuum. Rñdeo, hoc non
placet mihi: quia licet vltima pacta pręualeãt, & qñq; indu-
cant nouationem ipso iure, quę requirit verborũ expressioné,
vt ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. in princ. qñq; inducunt noua-
tioné ope exceptionis propter incompatibilitatem, vt not. ff.
de nouatio. & ff. de verb. obli. l. qui vsumfructum. vel potius
quandam rescissionem a cõtractu immediate præcedenti, vt
ff. locati. l. cum in plures. §. lege dicta. & ff. de pręto. stipu. l. Va
lerianus. vbi hoc solenniter no. tamen in casu nostro facti cau
sa aliter se habet: quia non est hic compatibilitas, neque ad-
uersatio, sed quædam noua prouisio, argu. ff. de acq. poss. l. si
quis ante. & si formalia alimenta contractus non venirent, ta
men arbitraria, vt d. §. ex tacito. & ar. C. de act. emp. l. curabit.
& addi potest quod no. per gl. & Iac. de Are. ff. sol. ma. l. si mo
5 ra & ff. ad Treb. l. mulier. §. si hæres. † Amplius pro intellectu
§. quod autem. in Auth. de fideiuss. sciendum est, quod ille §.
non habet locum in casibus, in quibus est prohibita genera-
lis cessio bonorum: quia si non habet locum cessio generalis,
ergo nec specialis per rationem illius §. & ideo si statutum ci
uitatis super hoc loqueretur, sunt attendenda verba statuti:
saluo q in casu omisso a statuto seruabitur ius cõe. Si vero nõ
est prohibita cessio, tunc habent locũ ea, quæ scripsi in prin.
6 & dic, vt ibi dixi. † Et quia nemo præsumitur mentire debi-
tor, qui dicit se non habere pecuniam, habet pręsumptionem
pro se, maximè quia est quid emere negatiuum. de hoc no. in
l. ex persona. & l. si vero. §. 1. & præsertim si quantitas est ma-
gna, & homines communiter carent pecunia, puta propter
guerras, vt l. funus. §. puto. ff. de hæredita. insti. Si autem cre-
ditor vellet probare contrarium, audiretur, vt l. magis. §. 1. ff.
de reb. cre. ff. de pac. l. tres fratres. ff. de tu ind. l. diuo pio. ff. ad
leg. Falc. l. pen. ff. de probat. l. cum de lege. facit quod not. in l.
2. C. quando, & quibus quarta pars debetur. lib. 10. & in Au
then. de hæredibus, & falcidia. §. sancimus. Dico, quod debi-
tor non præsumitur habere pecuniam numeratam: quia hęc
est mere negatiua, non coarctata, quæ non est obiectum sen-
sus visus: quia non terminatur ad aliquod subiectum visibi-
7 le. † & ideo probatur negatiua eo ipso, quod contrarium nõ
probatur, vt not. ff. de probat. l. verius. & C. qui militare non
possunt. l. super seruis. nam hæc negatiua non est substantia,
nec qualitas, nec aliquod de pdicamen. & ideo non est ens na
turale: & per consequens nec probabile, nisi per confessioné,
vt no. C. de probat. l. actor. & extra de confess. cap. 1. libro 6.
Ex his concluditur expressè, quod hoc non est probare ne-
cesse. & ita intelligitur paragraphus quod autem. de fideiusso
ribus. vnde sequitur, quod incidit debitor in commissum,
iam ibi enim non dicitur, quod sit fienda aliqua probatio:
8 sed solum oblatio, sicut nec in cessione bonorum. † Super
alio puncto, ex quo voluntariæ compromiserunt, contra-
ctus nouus habetur pro seruato, & non debet de veteri quæ-
stio suscitari, vt ff. si quis cautionibus. l. prima. in princip. &
ita concludo sine pluribus verbis: nec intendo vltra loqui.
& hoc nisi aliter se haberet consuetudo fori, vel consuetudo
generalis, vel interpretatio iuris communis in foro Papien-
si. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCXIX.

1 *Trãscribere an possit ille, qui scit se debere, & non soluit, cum ab eo non petatur? & quid in foro iuris, & in foro conscientiæ.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, an sciés se debere possit pręscribere spatio longissimi temporis: & vr, qd sic, quia in præscriptione longissimi tẽporis animus, vel actus præscribentis non requiritur. vnde ẽt inuitus pscribit, & ignorãs, & nec inuitus, nec ignorans, vt perpetuo furiosus, & hęreditas iacens, ergo in tali præscriptione non requiritur bona fides. nã si debeo tibi decem actione personali, illud, quod debeo, antequã soluam, meum est: vel nullius: quando debeo in genere, neque possidetur ab aliquo. & hoc est, quod tenet Bar. ff. de viuca. l. sequitur. §. si viam. Et est verissimum de iuris subtilitate, & dispositione legali. sed de cõscientiali ęquitate semper dubitauit: quia bonam fidé debet agnoscere, & pręscriptio sciésis se teneri non tollit obligationé naturalem, sed si ignorat se teneri, mortificat eam, & tunc non teneretur in foro conscientiæ propter legis authoritatem. his accidit, quia qui agnouit debitum, denuo pręscribit inchoando præscriptionem longissimi temporis post ipsam agnitioné: quia ipsa agnitio non plus potest, quàm perpetuare. dicitur auté perpetuare, si exté-dit ad quadraginta annos: & iste est terminus actionum, qui præteriri non potest: quia est terminus vitæ, & mortis, vt l. cũ notissimi. & l. si quis emptionis. quæ verba nota. Ego Bal.

### CONSILIUM CCCXX.

1 *Filia factum est legatum vnum, & legatum vsusfructus condecentis, donec nubet, & postea est substituta vnà cum alijs extraneis: euenit casus substitutionis, an habebit hæreditatem, ac vsumfructum condecentem a suis consocijs substitut. vltra suam partem hæreditatis.*

In Christi nomine. Ser Petrus fecit suũ testamẽtum, in quo reliquit Osannæ eius filiæ iure institutionis vnam petiam terræ infra sua confinia. Itẽ dictam eius filiam sibi hęredé instituit in 50. lib. denar. in. Item reliquit eidem aliménia, & victum condecentia, donec nubet, iubens, volens, & mandãs ipsam esse tacitam, & contẽtã pro sua portione, & falcidia, prout in testamẽto continetur. in oĩbus auté suis bonis Antoniũ, & Ioanné eius filios impuberes suæ patrię potestati subditos sibi hęredes vniuersales, & dictos filios eius masculos inuicé substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum. & si omnes eius filij masculi decesserint in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine liberis, substituit vltimo morienti filias eius fœminas, & dominam Floram sororé dicti testatoris, & Franciscinum de Arlotis supradictum, & hospitale leprosorum S. Lazari de Certio, decessit Ser Petr. testator post quatuor dies, & subsequenter omnes eius filij masculi in pupillari ætate, & solum remansit dicta Osanna. Quæritur ergo, si dicta Osanna vigore dicti testamenti debet habere victum, & alimenta condecentia, donec nupta fuit ab hęredibus substitut. de bonis hæreditatis dicti sui patris? & quomodo debet habere? Item quæritur, si de iure dicti hæredes substituti nõ coguntur ad dandum dicta alimenta dictæ Osannę vigore testamenti, si ipsi hæredes de iure debent cogi consignare, & dare eidem Osannæ omnes fructus bonorum hęreditatis patris eius causa alimentandi eam? Item si non tenentur ad hoc dicti hęredes substituti, quæritur, quomodo dicta Osanna filia testatoris debet habere alimenta, & nutriri, donec nubat.
5 † Exemplum Dyn. inducit ad q. si testator instituit filium pupillum, & vxori reliquit vsumfructum, & filius decesserit in pupillari ætate, substituit matrem, & extraneum: quod si mater succedit ex substitutione, non debet habere vsumfructũ, ut hic. & ita Dyn. dicit: quod intelligo, si successisset filio ex tacita vulgari, secus si ex pupillari. tunc enim cum ex persona filij habuisset tanquam debitum, illud ante parté deduceret, vt d. §. ex quo vulgo. & C. de bo. auc. iu. pos. l. 1. ista sunt verba Bar. in l. licèt Imperator. de leg. 1. ista distinctio cõtinet casum, qñ vulgariter tm, vel pupillariter tantum: sed in casu nostro testator vtranque substitutioné fecit expressè: & quia hęreditas non fuit expressè adita, videtur locus vulgari substitutioni, quę cessare facit existentiam sui hęredis. ff. de vul. sub stitu. l. si filius. cum materia sua. ergo sequitur, quod legata

nõ videntur tacita repetita a vulgaribus substitutis.sed si om-
mine pupillorum fuisset hæreditas adita, deberentur omnia
legata primarum tabularum,& nihilominus deberetur tertia
pars ex vulgari substõne secundũ Bar.potest tñ dici de æquita
te,& iure naturali,quod filia debet vtrunque habere: quia te-
stator eam prędilexit,& hoc non ex vi repetitionis,sed ex prę-
ordinali voluntate testatoris. Item quia relictum proprietatis
non minuit relictum vsusfructus,vel alimentorũ, vt ff.de vsu
fructu.l.si alij.§.rerum. vtrunq; ergo debetur filiæ ex conie-
ctura pietat.quæ tollit aliam coniecturã legis, vt d.l.licèt Im-
perator.& quia testator ita voluit, ita debetur ex coniunctio-
ne vtriusq; gradus:quia in pupillari vterq; gradus concurrit,
vt ff.de vulg.substi.l.patris,& filij. si igitur debetur filię tan-
quam prælegatum in substitutione pupillari, ar.ff.de leg.3.l.
Paulo chalimaco.§.Pompo. & quod ibi no.super hoc puncto
videtur mihi,quod aliàs consulueram,nõ recordor qualiter:
sed hæc mea vltima opinio videtur mihi habere ęquitatẽ con
siderato naturali, & ardenti amore patris in filiam, & fauore
alimentorum. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCXXI.

1 *Proximiores ex linea, seu prole patris qui dicantur? quid sit linea,& quotuplex,& similiter de prole,& quid earum appellatione contineatur.*

1 In Christi nomine. †Statuto cauetur, qd hęres scriptus,si
non haberet legitimũ hæredem ab eo descendentẽ,non possit
testari,& dimittere alia bona dicti testatoris, nisi suis propin-
quioribus ex linea,seu prole patris sui Francisci de Bal.Modo
quæritur de duobus.Primo,vtrum dicti propinqui intelligã-
tur substituti:& quo ordine. Secundo, quid contineatur ap-
pellatione lineæ, seu prolis dicti Francisci: & dicendum est,
quod duę sint lineę, videlicet recta,& inflexa,sic est transuer-
salis. & recta linea est duplex.s.ascendens, & descendens. &
transuersalis est similiter,scilicet superior vt patruus, amita,
auunculus,& matertera: & descendens,seu procedens, vt fra
ter,fratris filius,soror,sororis filius.&c.Et quod appellatione
prolis soli descendentes contineantur patet. C. de natu. libe.
auth.licèt.cum sim.Item cum facimus mentionem de linea,
in dubio intelligimus de linea recta,non inflexa,vel obliqua,
argu.ff.de vulg.substitu.l.qui liberis.§.hæc verba. & hoc sat
conuenit verbis testamenti: dum dicitur, ex linea, seu prole
Francisci. Alij enim, idest transuersales attinentes Francisco
non continentur nomine prolis Francisci:nec continentur in
illis verbis ex lineæ Frãcisci:quia iste genitiuus Francisci signi
ficat originem cõiunctus cum dictione, ex arg.in l.1.§.nunc
videamus. ff.de coniungendis cum emancipato liberis eius.
illud.n.conuenit verbis superioribus, dũ dicit, ab eo descen-
dente: vt patet institu.ta de gradibus.& ff.eo.l.iurisconsultus.
dico ergo, quod si qui extant descendẽtes ex dicto Francisco,
illi comprehẽduntur in infinitum seruato ordine graduum:
maximè quia testamentum dicit, propinquioribus.ff.de leg.
2.l.cum ita.§.in fideicommisso.& prudentissimę,ac subtilis-
simę allegatum est per dominum Angelum de Perusio fratrẽ
meum,nec refert.vtrum iste sit masculus, vel fœmina, dum-
modo sit descendens ex recta lineæ Francisci, argu.C.de con-
di.insert.in l.1.ff.de pac.l.tres fratres.ex his sequitur, qd pro-
ximiores descendentes Francisci habent ius in dicto relicto:
quia tacitè videntur substitui, vt sapienter allegatum est per
dictum d.fratrem meum. Ego Bal.

### CONSILIVM CCCXXII.

1 *Contractus factus in fraudem vsurarum an post 30.annos dici possit nullus: & coram quo iudice. nu.3.*
2 *Dominium an transferatur ex contractu facto in fraudem vsurarum.*
4 *Sententia an possit dici nulla post 30.annos.*

1 In Christi nomine. †Vtrum post 30. annos contractus
venditionis factus in fraudem vsurarum possit dici simula-
tus,& coram quo iudice. Respondeo, coram iudice sæculari
non potest de hoc agi: quia causa est ecclesiastica, quamquã
cum ibi constat contractum vsurarium, iudex sæcularis ha-
beat cognitionem, qualiter res sit restituenda per rei vendica
tionem: & qualiter fructus veniant restituendi, vel extenuẽt
sortem.tamen vbi est dubium,an cõtractus sit vsurarius,nec-
ne,non potest iudex sęcularis cognoscere, vt not.12.q.1.c.in
summa.& in c.dispendiosam.de iudic.in clementinis. & per
2 Bar.& Me.ff.sol.matri.l.Titio.† Secundo dubitatur, vtrum
ex contractu facto in fraudem vsurarum transferatur domi-
nium. Respondeo,aut est actum, quòd sit verus contractus:
tamen in fraudem vsurarum, & transfertur dominium: ta-
men rescinditur, quia dolus dedit causam traditioni.Aut est
actum,quod contractus sit simulatus, scilicet contractus pi-
gnoris, & tunc non transfertur dominium: & potest res di-
recto vendicari, vt no.C.plus valere,quod agitur.l.emptione.
& sic apperet,quod aliud est simulate contrahere, & aliud in
fraudem contrahere,dico in fraudem hominis, licet per con
sequẽtiam fiat in fraudem legis: nam si directo fieret in frau
dem canonis, ipso iure non valeret, vt ff.de iure patro.l.si li-
bertus ita & C.de legiti.l.non dubium.aut dubitatur, & tũc
in dubio potius præsumo fraudis & dolum,quàm simulatio-
nem: quia emptor voluit emere,& venditor vendere tantũ:
non simpliciter, & in fraudem vsurarum.& hoc demonstrat
pactum de retrouendendo cum suis cohærentijs. facit quod
not.Iaco.de Aret.C.mandati.l.per diuersas. vbi facit differen
tiam inter fraudem,& simulationem: & tamen vtrobiq; fru-
ctus compensantur cum quantitate restituenda rescisso con-
tracto: quia iniuste percepti sunt. sic intelligitur, quod not.
3 no.C.de proba.l.1.† Tertio dubitatur, vtrum iste contractus
possit dici in fraudem factus, vel simulatus post 30.annos. &
videtur dicendum, quod non coram iudice sæcula. vt C.de
præscript. 30.annorum.l.sicut. sed coram iudice ecclesiasti-
co, quia vsurarius vllo tempore non præscribit, vt in cap.vlt.
4 de præscriptionibus. † sententia etiam non potest dici nulla
post 30. annos agendo de nullitate; sed excipiendo sic, vt in
cap.licet.de exces.nam officium iudicis intentat, quæ de nul
litate agit, vt not.in l.1.§.1.ff.quæ sententiæ sine appellatio.
rescindantur.cui officio præscribitur spacio 30.annorum, vt
not. in l.pecuniæ.§.1.ff.de verb.sign.C.de præscrip. triginta
annorum l.sicut l.querela.C.de falsis.& no. ista verba. & not.
quod licèt libellus rei vendicationis possit porrigi coram iu-
dice sæculari simpliciter vendicando,tamen celebratus con-
tractus, qui fieret cum adiectione fraudis vsurarum, nõ pos-
set fieri coràm iudice sæculari, quia non est iudex competẽs,
& quia notoriè excedit formam, & naturam simplicis libel-
li vendicatorij. vnde oportet, quod directè principaliter aga
tor de hoc coram iudice ecclesiastico? vel fortè possit remit-
ti hæc qualitas ad episcopum, quo aperiente viam, & trans-
mittente tunc iudex sęcularis posset pronuntiare de principa
li corã eo intentato, vt C.de iudicijs.l.quotiens.& extra de or
dine cognitionum.ca.tuam.sed prima opinio tutior est, quia
simplex libellus non includit qualitatem iurisdictionis, ex
qua est agendum, ergo coram incompetenti iudice est ini-
tiatum iudicium. dicit enim Innocen. quòd quando quali-
tas fundat iurisdictionem, semper est exprimenda in libello,
vt ipse nota.extra de foro competen.cap. verum. & cap.licèt.
Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCXXIII.

1 *Litera principis ad iudicem, quod debeat partes concordare, quid importent: & quid fiendum sit per iudicem,& an transactio sit ex rescripto necessaria.*
2 *Impedimentum, vel negligentia quando noceat appellanti in primo anno,siue in prin.medio,siue in fine.*

In Christi nomine. Cum quidam medicus Chirurgicus
missus esset ad naualem armatam Ciuitatis Mantuæ Magni-
fici nostri Ducis per collegium Medicorum Placentiæ, cum
certo salario pro vno mense depotato eidem. accidit, quod
ad literas strenui, & probissimi milit. Domini Galeaz. voca-

ci

ei de Mantua dominus pro illo Medico scripsit, quod si steterat plus, quòd satisfieret eidem. postea ad querelam collegij cōsilium domini declarauit, φ non debebat solui de iure pro illo pluri tempore: tandem vltimo idem d. noster scripsit potestati Placentiæ, φ bonis modis suaderet partes concordare: vnde partes compulsæ sunt compromittere de iure, & de facto in eundem potestatem: qui dominus potestas vult scire; quid habeat agere suppositis oibus literis hinc, & inde ema-
1 natis pro verit. † Et videtur, φ debeat inter eos trāsigere, quia hoc continetur in forma mandati, vt ff. manda. l. diligenter. quæ transactio potest fieri per arbitratorem, etiam altera parte contradicente, vt legit, & nota. ff. de arbi. l. si de meis. §. recepisse. & l. sed si in seruum. §. si quis iudex. & extra de præb. c. nisi esset. & de iureiu. c. qn intauallis. ista enim trāsactio nō est conuentionalis ex pacto: sed necessaria ex rescripto: nam & pretor quandoque ex sua authoritate transigit, vt l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. In cōtrarium videtur, quia componere est voluntarie iurisdictionis, non necessariæ, vt C. de act. & oblig. l. sicut. Quid erit ergo, si partes nolunt concordare? Respondeo, lex, & iustitia concordet eos. Sciendum enim est, φ aut ius, & factum est certum: & tunc nō cadit transactio, quę in re dubia debet esse hinc est, φ tūc non est eligenda media via, sed via plana, & expedita a iure, nec esset bonus modus aliter facere partibus inuitis, vt ff. de neg. gest. l. Nesenn. apollinaris. §. vlt. Interdum est incertū ius, vel factum: & tunc iudex debet inter partes componere, siue transigere arbitrio suo, quia hoc tendit ad officium arbitratoris de facto assumpti, vt ff. pro socio. l. vnde si neruæ. & consonat rescripto. Modo reuertor ad propositum, & quia literas consilij domini puto iuridicas propter causas, & rationes apparentes ex act. ideò dico collegium absoluendum a petitione dicti venerabilis medici: quia qq̄ ex virtute mereretur, tñ ex meritis causæ non habet iustitiæ fundamentum, qd in facto cōsistit. & maximè quia qui habet temporis taxationē, cū omnis termini natura sit restrictiua, post tempus vr̄ prohibitum, vt ff. de leg. 2. l. statuliberum. §. Stichū. C. locati. l. si cum hermes. ff. loc. l. si lege. in prin. ff. de pac. l. epistola. §. fi. tamen ab expensis debet absolui propter naturalem æquitatem, quę excludit temeritatem. vnde ex doctorum scriptis Iono. Host.
2 & aliorum reperio sic in materia ista dicendum. † aliquando apparet negligentia totalis in primo anno, aliquando totale impedimentum: & isti sunt casus clari, & indubij: quia primo casu non iuratur mihi, secundo sic. Aliqn̄ est negligentia in parte primi anni, & in parte impedimentum: & tunc aut impedimentum præcessit, & sequitur negligentia: & tunc vltima mora nocet, vt d. l. illud. quia debuit finire causam in illo tempore negligentiæ, si tantum tempus fuit, φ verisimiliter potuit causam ipsam finire: si non fuit tantum tēpus, saltim debuit inchoare. Si autem primo ipse appellans fuit negligens, & impedimentū postea superuenit, si tempus impedimenti subsequētis fuit tm̄, φ verisimiliter potuit finire causam: & tunc non repellitur a secundo anno: aliàs si aliud tēpus negligentię fuit tantū, φ verisimiliter potuisset causam finire, & tēpus impedimenti postea subsequēt. similiter fuit tñ tunc sequenda est opi. Inn. qui vult, φ sufficit appellanti: quia vt dicit, appellans appellationem tali tēpore inchoet, φ sit verisimiliter ipsam infra primum fatale finire. & si nullum impedimentum veniet, posset ipsam finire. & sic nonc vno die impediretur appellans, sic φ non posset causam finire, tūc habet secundum annum. & ita no. Inn. in c. ex ratione. de appel. at in casu nostro non fuit tale impedimentum, quod ipse hermeculfunis debeat releuari, vt supradictum est, ergo &c. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCXXIIII.

1 *Papa an possit alicui ciuitat concedere dignitatem secularē: & quæ possit donare, vel alienare, & quæ non. & nu. 3.*
2 *Feudum ligium quod dicatur.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum Papa possit i aliqua Ciuitate Ecclesiæ creare nouam dignitatem secularem, quæ vocetur, & sic marchio, comitatus, vel ducatus. & dicendum est, quòd sic. & eam dignitatem sic creatam cum ipsa Ciuitate, & omnimoda iurisdictione vtili conferre nouo marchioni, duci, vel comiti quo ad vtile dominium, & commoditates faciendo solemnem inuestituram cum præstatione generalis. & specialis iuramenti fidelitat. dumtamen non sit euidēter 𝔷 ista tū Ecclesię Romanę, & ad eius ęmulationem, vel subditorū
2 excidium, & enormem lęsionē, quia nolunt male disponi. † & tale feudum vocatur ligium, & non pōt reuocari sine culpa: & hęc probantur tam iure canonico, q̄ ciuili: & tam iure scripto, q̄ consuetudinario, vt extra de re iud. c. pastoralis. in cle. & extra de iureiu. c. veritat. & extra de iudi. c. nouit. & in 10. coll. de natura feudi. c. 1. & in ti. quis dicatur Dux, marchio, comes. ca. vnico. omnia. n. feuda authoritate principis subsistunt, vt in c. Imperialem. §. 1. de prohi. aliena. feu. per Federicum. & in c. 1. quę sint regalia. eadem collatione. & ad istam theoricam reducit Inn. extra de iureiu. c. intellecto. vbi dicit, quod reges possunt facere omnimodas donationes de rebus regni. s. quo ad vtile dominiū. Secundarium, seu emphyteuticum, vel feudale ita φ maior ēt ratione commodi, quod ex talibus concessionibus sequitur, ipsi domino deberet præstari, sicut sunt census, & seruitia feudi. est igitur feudum istud ab illo. i. Papa, tñ est sub illo: quia nullo modo pōt exprobari ab ipso, vt no. in Auth. quomodo oportet episcopos. in prin. col. 1. Papa. n. debet esse conseruator Papalis Regni, & coronæ: quia tenetur honorem coronæ illęsum seruare, & etiā si iuraret contrarium, non valet iuramētum. Idem in seculari: quia honor coronæ non est alienabilis, nec alteri concessibilis, nec alteri transmutabilis, licet sit communicabilis, quia & Imperator potest communicare filio, & augusta corruscat, & fulgurescit radijs mariti, vt ff. de leg. 2. l. quod principi. & l. si augu-
3 stę. † Nec ob. prędic. quod not. Bert. in d. c. intellecto. vbi not. expressè, quod ecclesiarum Pontifices non possunt infeudare res, quę sunt de plena proprietate Ecclesię, & eius peculiares, ita φ nunq̄ infeudatæ, vt patet extra de feudis. c. ex parte. & in c. 1. episcopum, vel abbatem. coll. 10. quia ab omnium regula negatiua, seu prohibitoria intelligitur excepta principis persona, & suprema authoritas, vt ff. de fluminibus. l. quominus. ff. de lega. 1. l. apud Iulianum. §. fi. C. de quadriennij præscriptio. l. bene a Zenone. & expressè notatur. C. de legi. l. humanum. tamen dico, φ hoc debet fieri in cōsilio Cardinaliū, seu procerum, ne leuiter, & indiscussè factum videatur, vt ibi patet. Item laudabile puto, & forte necessarium, quod interueniat consensus hominum illius ciuitatis, cuius status mutatur, vel quod ineunt in manus feudatarij, vt legi. & no. ff. de fideicom. liber. § inuitus. & ff. de actionibus emp. l. Titius. dicet aliquis, imo hoc est necesse: quia Papa rei suæ est moderator, & arbiter. Et si habeo feudum, possum subinde feudare inuitis vassallis, vt in capit. 1. de capitaneo, qui curiam vendidit. quia hic ibi loquitur, quando vasallus permutatur in alium dominum, non quando ingenuus fieret vasallus: quod sine eius consensu fieri non potest, vt l. fi. ff. de natalibus restituendis. & ff de contrahen. empt. l. & liberi. ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. sacram. & est ratio differentiæ, quia in habentibus symbolum facilis est transmutatio, vt ff. de lega. 3. l. pater filium. §. quindecim. libertis. dictum itaque feudum nō posset sine causa reuocari, quod principis authoritate, pariter & validitate firmatur, vt dicit textus in d. c. 1. de natura feudi. & no. Cy. C. de legib. l. digna vox. Non enim debet pendere ex momentaneis motibus animi principis id, quod certa & constanti natura firmatur, vt in c. debet. de regu. iur. lib. 6. & in Authen. constitutio, quæ de digni. §. illud. sanè in principe loquendo secundum Deum, & rationem naturalem, & etiā canonicam sanctionem, quod non decet, licitum non existit. imo altius peccat princeps, quàm inferior, vt legi. & nota. extra de iudicijs. capit. cum venisset. per Hostien. & in nouella boni pastoralis est pecus tondere, & non deglutire: debet ergo expectare, quòd remittat lanam. Ego Baldus.

Statuta ad consilium sequens.

In Christi nomine. Præsuppositis Statutis Ciuitatis Cre

monæ infrascripti tenoris videlicet. Rubrica de inuestitis, & quod inuestiens ponatur in possessione facta electione, vel finito termino inuestituræ. Item statutum est, quod si quis inuestitus, vel inuestiendus de cætero de aliquo cessauerit in solutione ficti per tantum tempus, quod electio de iure possit fieri, & facta fuerit, quæ electio, seu reuocatio ad se possit fieri, etiam pro parte absente, vel si tempus inuestituræ fiendæ, vel quæ hodie duret, fuerit finitum in futurum, quod talis inuestiens, vel qui in futurum inuestiet, & eorum, & cuiuscunque eorum hæredes, & habentes causam ab eis inducantur in possessionem prædictæ rei, penès quemcunque fuerit possessio, vel detentatio talis rei sine aliquo libello, vel petitione solemni: dummodo prius constet, quod inuestiens, & qui talem inuestituram fecit, vel faciet, tenuerit, & possederit tempore inuestituræ: vel quod inuestitus fuerit in pos. vel detentatione talis rei, de qua facta fuerit, vel fiet inuestitura. post ipsam inuestituram omni iure saluo possessori detentori in re, & ad rem contra illum, qui inductus fuerit in possessionem. & quod in casibus prædictis, & in quolibet prædictorum ille, cui sic fuerit euicta, habeat regressum contra suos datores, fideiussores, mandatores, & intercessores, & cuiusque eorum hæredes, & pignorum possessores, ac si legitimè esset euicta summariè, & sine aliquo damno, libello, vel petitione solemni, dummodo semel congruo tempore facta fuerit denuntia suis datoribus, & bona talium sint obligata, ac si legitimè facta fuerit euictio. Rubrica de pœna conducent. rem a duobus, vel inuestituram accipient. Item statutum est, quod si aliquis acceperit in locationem rem aliquam ab aliquo, & ipsam rem postea conduxerit, vel in locatione acceperit ab alio inscienter primo locatore, puniatur in lib. 25. impr. & nihilominus primus locator intelligatur possidere, & sibi res libere restituantur iudicis officio, & absque lite. & eodem modo fiat, si conductor finito termino locationis non restituat rem libere locatori, dato quod a secundo non conduxerit, vel si colonus inquilinus perdiderit, vel interuerterit possessionem domus, seu rei locatæ, dummodo tamen prius in casibus prædictis, vel in aliquo prædictorum probetur locatore possedisse tempore locationis, vel post locationem conductorem stetisse in detentione rei locatæ: & si possessio, vel detentatio in quocunque casu penès conductorem non reperiatur, sed penès tertium quocunque modo, locatio ponatur in possessionem per iudicem viso instro locationis, vel per testes probata locatione, dummodo constet, quod locator possidebat tempore locationis, vel quod conductor fuerit in detentatione rei locationem locatæ breuiter post, & summatim sine strepitu, & figura iudicij, & sine aliqua petitione. Et quæ dicta sunt de conducente, habeant locum in inuestitura a duobus recipientibus in solidum, nisi per duos præsentes fieret dicta inuestitura, vel alterum inuestientem suo nomine, & nomine alterius. Et etiam in eandem rem a duobus peccato nomine recipientibus, vt in inuestitura dictum est superius. Et idem in effectu cauebatur in statutis veteribus factis durante inuestitura, de qua supra fit mentio. Rubrica de possessio. bonorum transeat in hæredem. Item statutum est, quod mortuo aliquo possessio bonorum hæreditariorum mortui transeat in hæredem eius sine aliqua apprehensione. Et si quis, qui non fuerit hæres, ingrediatur possessionem bonorum hæreditariorum, ingressus sit nullius momenti: & soluat pro banno soldos centum impr. Et quod quilibet possit hæreditatem sibi delatam tam ex testamento, quam ab intestato repudiare, & ab ea abstinere.

## CONSILIUM CCCXXV.

1 *Inquilinus, vel colonus si interuenerit, vel tradiderit vendendo, & tradendo alteri possessio. & iam sint 30. anni elapsi, & vltra, an locator, vel hæres eius perdat beneficium statutorum, de quibus hic &c.*

2 *Statuta principum, & populorum sunt iuris ciuilis.*

3 *Restitutio in integrum an possit peti verbo solo, & incidenter.*

4 *Possessio quot modis interuerti possit.*

1 In Christi nomine. † Dubitabatur primo, nunquid si inquilinus, vel colonus interuenerit, vel tradiderit vendendo, & tradendo alteri possessionem iam sint 30. anni elapsi, & vltra, locator, vel hæres eius perdat beneficium dictorum statutorum, cum tamen dictus interuersor, vel traditor semper soluerit annuum censum domino, & videtur, quod sic, quia siue ex dictis statutis descendat conditio ex lege, vt C. de acquir. poss. l. fi. siue officium iudicis, vt ff. si mulier ventris nomine. l. 1. §. necessario. certum est, quòd contra vtrunque istorum remediorum præscribitur spatio 30. annorum, vt C. de edicto diui Adriani. l. edicto. §. fina. & quod nota. C. de præscriptione 30. annorum. l. sicut. & ff. de verborum significa. l. pecuniæ. §. 1. omnes enim querela, siue ciuilis, siue criminalis tanto tempore tollitur, vt not. C. de falsis. l. querela. in contrarium arguitur: nam videtur, quòd res non est præscriptas quia locator nunquam amisit possessionem, nec sciuit de interuersione, vel proditione, nec suspicatus se posse repelli, cùm hoc non sit tentatum, nec probatum: ergo per continuationem ficti, siue census retinuit possessionem, vt ff. de præscriptione triginta annorum. l. male agitur. ff. quibus modis vsusfruct. amittitur. l. Pomponius. item ista videntur de præscriptionibus, quæ non incipiunt currere hæreditati iacenti, nec hæredi ignoranti, vt C. de tempor. in integrum restitut. l. ea, quæ. quia qui non negligit, non læditur temporis cursu, vt not. in Authen. de app. in princi. item istud officium iudicis est prætorium, argum. ff. ne fiat ei. l. si quis missum. & beneficium prætoris nunquam præscribitur contra ignorantem, vt nota. institu. de perpetuis, & temporalibus actionibus. in princip. & l. secunda. §. dies. ff. quis ordo in bonorum possessione seruetur. Dicet aliquis, imo istud tempus currit ignoranti, sicut currit absenti, qui præsumitur ignorare, vt C. de præscriptione triginta annorum. l. sicut. & l. fina. C. de præscript. longi temporis. & si tu dicas, istud remedium est prætorium, Respondeo, imo est de iure ciuili: quia municipale.
2 † Nam statuta populorum iuris ciuilis sunt. ff. de iust. & iure. l. omnes populi. & eodem modo statuta principum, vt l. 1. ff. de constitutionibus principum. & not. in institu. de actionibus §. sed iste. An enim remedium sit de iure ciuili, vel prætoris, potest considerari dupliciter, vno modo, prout est in termino, a quo, & in eo, qui statuit: & tunc prædicta remedia sunt de iure ciuili prodita. Alio modo, prout est in termino non in quo, idest in eo, qui intentat remedium & tunc omne officium iudicis est remedium prætorium vi-ui. sed quantum ad tempus præscribendi inspicitur, prout est in termino a quo, vt institu. de perpetuis, & temporalibus actionibus. in princip. item dicet aliquis, dato quòd sit præscriptum: competit restitutio in integrum propter iustam ignorantiam, vt not. Dyn. ff. de verbo. obliga. l. ad diem. tunc arguo sic, per præscriptionem nõ tollitur officium iudicis ipso iure, sed ope exceptionis, vt ff. de act. & obliga. l. actionum ferè. §. placet. sicut nec per pactum maximè tacitũ: ergo nec per negligentiam simplicem: quia non plus potest negligentia, quàm consensus expressus, ergo non potest plus præscriptio, quàm pactum, vt nota. Cyn. in l. prima. de anna except.
3 † Hoc ergo præsupposito in modum replicationis poterit peti restitut. in integr. infra quadriennium a die scientiæ numerandum, vt ff. de iureiurando. l. nam postea. §. si minor. & poterit peti verbotenus, & incidenter: quia non indiget alia probatione: cum ignorantia præsumatur, vt dicit lex illa notabilis. ff. de anibo. mt. l. descendentem. & glos. ff. de interrogat. actio. in rubrica. tamen non inuenio hic in act. petitum, & quia fortè officium iudicis præscript. triginta annorum, tollitur ipso iure. argumen. C. de iudicijs. l. properandum. §. finali. considera circa id, quod substantialiter tactum est superius de interuersione possessionis.
4 † Nam quatuor sunt casus secundum Ioannem. Nam aut colonus relinquit agrum: & ex hoc solo dominus non perdit possessionem, cum alijs non acquirat eam. Aut perdit transigendo se expelli habito tractatu cum expulsore, & idem, vt C. de acquiren. posses. l. exemplum. etiam quando perdit, est, quando non solum simpliciter recedit, sed ea intentione, vt alius ingrediatur, & alius ingressus est: quia contra dominum machinatur. Aut deijcitur animus, & sine fictione, & tunc dominus perdit possessionem, ac si ipsemet repelleretur: quia colonus, & dominus censentur eadem persona: & quia

quia colonus est organum domini: & super pedes eius fundat se dominus, ff. de acquiren. possessi. l. peregre. §. quibus. Aut tradit alteri, & tunc dixit Ioannes, quòd dominus perdit possessionem. sed moderni tenent contrarium: quia colonus non possidet, vnde alteri tradere non potest possessionem, vt plene legimt, & notatur C. de acqui. poss. l. cum nemo. & per Pet. & Cy. in l. fi. aduerte hic: quia posito, quod esset vera opin. Ioan. tamen debet intelligi, quando colonus corporaliter, & re ipsa tradit, secus enim si præcario, vel fictè: quia nihil valet pcarium, cum non possideat, vt ff. de acquir. poss. l. quod meo. vnde istud est potius prodere, quàm tradere. Tunc arguo sic: dominus non desinit possidere, ergo non præscribitur contra eum, nisi post longam negligentiam, vt no. in l. 1. C. de fur. & per Dy. in c. sine possessione. vnde sequitur, quod 30. anni nõ sunt decursi a die negligentiæ: & sic non est præscriptũ, quẽadmodum non est pręscripta res, ita nec actio, vel officium iudicis: quia ex quo durat principale, durat accessorium, vt no. Cy. in l. 1. C. de annali exceptione. in quæstione de communi diuidun. Et secundum prædicta debet intelligi glo. quæ est in d. l. cum nemo. & ista sunt satis subtilia. Et per hunc modum disputandum vr, q contra do. Vgolinum agentem nullatenus sit præscriptum: cum semper fuerit in possessione plusquã ciuili inducta per legem municipalem, quæ dicit continuari possessionem defuncti in hęredem ipso iure. illud est certum, quod contra possidentem non præscribitur: & dicta lex male agime. Item dicta lex vltima. C. de acquir. poss. non habet locum secundum quosdam in conductore ad longũ tempus, qui habet vtile dominium, & vtilem naturalem possessionẽ. vnde ad instar vsufructuarij proprietario nunquàm præiudicat, quando semper proprietarius ciuiliter possideat: quia cuiuslibet possessio per se decernitur, vt no. ff. vsufruc. quemadmo. caueat. l. 1. in fi. & l. 1. §. deijcitur. ff. de vi, & vi ar. Super his punct. non insisto: quia siue testes sint veri, siue falsi, tamẽ est vnus test. omnino verax, cuius testimonium verificatum est per statutum. Et ideo sufficit ad victoriã causę, saltem quo ab illo possederunt 30. ann. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXVI.

1 *Facta per Regem Romanorum an valeant, ac si iam esset coronatus.*
2 *Tria canonicant actus. s. potestas, voluntas, & modus.*
3 *Deus potest omnia, sed non peccare.*
4 *Feudatarius ligius Imperij, qui non tenetur iurare fidelitatẽ, nisi Imperator mandat, quod iuret fidelitatem alteri, & poterit natura feudi immutari, et sic facere, quod teneatur pluribus insolidum fidelitatem iurare.*
5 *Beneficia, quæ transierunt in suum perfectum esse, an possint reuocari, ac rescindi sine causa.*
6 *Princeps quæ possit.*
7 *Quę sit propria natura verborum.*
8 *Territorium, & diœcesis in quo conueniunt, & differunt, & quid habeant amplecti.*
9 *Verba generalia quid comprehendant.*
10 *Filius ex contractu Imperatoris obligatur.*
*Adde consilium sequens.*

In Christi nomine. Rex Romanorum in verum principatum, & Ducatum creauit, fecit, & erexit de plenitudine potestatis, & ex certa scientia multas, & multas Ciuitates Lombardiæ cum omnibus suis diœcesibus, districtis, & comitatibus, ac Marchionatibus: creata itaq; dicta Illustrissima dignitate de eadem, & his omnibus plenissimę prouidit, intitulauit, & concessit in feudum nobilissimi, & Illustrissimi Ducatus Serenissimum Principem, dñm dñm Ioannem Galeaz nõnullas ex his ciuitatibus, & diœcesibus tenẽtem, & possidentem, & a sacro Romano Imperio recognoscentem, & quantum pertinet ad supremam iurisdictionem Sacri Imperij Romani mandans, vt omnes, & singuli barones, & marchiones, comites, & alij vniuersi tenentes aliqua feuda, marchionatus, comitatus, concessiones, iurisdictiones, iura, & regalia quęcunque in ducatibus, & diœcesibus supradictis, eas deinceps recipiant, & cognoscant ab ipso Illustri domino Ioanne Galeaz, & successoribus suis: adiecta finali clausula, non obstantibus quibuscunque legibus, infeudationibus, cõcessionibus, iuribus, cõstitutionibus &c. Modo præsupponitur, quòd quidam nobilis ex vicariatu, vel concessione Imperatoris tenet quãdam ciuitatem, quæ nõ est inserta in priuilegio dicti domini cum parte cuiusdam diœcesis existente in territorio cuiusdam alterius ciuitatis ei concessę: quęritur, vtrum illa verba de diœcesibus referantur ad diœceses ciuitatum non concessarum, ut sic diœcesis in illa parte remaneat sub priori domino, sicut consueuit possideri ab eo? an vero translata sit in iurisdictionem, & potestatem dicti principis gloriosi de nouo creati: ita q tenentes debeant ab ipso recognoscere, vel relaxare secundum suum beneplacitum, & nouo more: primo ponam opinionem meam, secundo defendam ab obstaculis, & obiectio-
1 nibus contrarijs. †Et dico, quod Rex Romanorum, licèt non sit Imperator formatus, tamen eandem potestatem habet, ac si esset formatus per impositionem coronę secundum opinionem cõem legistarum: quia corona nihil addit Imperatori, nisi corruscationem. Et hoc præmisso pro vero: ita est obediendum Regi Romanorũ, sicut Imperatori iam coronato, vt no. in l. bene a Zenone. per Iac. de Are. & Cy. corona enim est signum cuiusdam demonstrationis, & gloriæ: sed non est substantia essentiæ, quæ in electione initiatur, & in confirmatione substantiatur, licèt in coronatione suscipiat incrementum maiestatis, & honoris: & si Rex Romanorum ante coronationem poneret hæc verba, Imperiali maiestate. esset stilus falsus. dico igitur, quòd quicquid Rex Romanorum decreuit, quod non sit contra statum maiestatis Imperij, est validum, & firma potestate subnixum. vnde si Rex Romanorum domino nostro duci dedit, ordinauit, & concessit, quòd ei obediretur tanquam sibi, appositis clausulis. Non obstant. Nemo debet dubitare, quòd marchiones, & quacunque potestate præditi, & multo magis populis tanquàm oues gregis tenẽtur ei obedire formaliter, & totaliter in capitulis expresse mandat. & etiam in alijs, si cum alia, quæ non sunt specificata, veniant in consequentiam, vel sint rationabilia. & licèt pro eodem feudo non debeat duobus, & bis iurari fidelitas: tamen si Imperatori hoc placet, obediendum est: & maximè propter perfidiam, vel negligentiam subditorum. & ita concludo, quod Magnifico Principi nostro debet formaliter, & totaliter obediri in his, in quibus esset obediendum Imperatori, si eius persona principaliter, & personaliter interesset in Italia. ad quod probandũ sequitur, vt infrà & ad huius quæ-
2 stionis difficilem intelligentiam † consideranda sunt principaliter duo: scilicet potestas regia, & voluntas: certè etiam & modus: quia hæc tria canonicant omnes actus, scilicet potestas, voluntas, & modus. nam sine potentia nihil ad actum deducitur: & sine voluntate nihil consensu perficitur: & sine modo nihil in finem suum dirigitur. Quo ad primum qđ id possumus, quod de iure possumus, vt ff. de verbo. signifi. l. nepos proculo. Item certum est, quòd potentia est principium cuiuscunque effectus, adeo quòd vbi deficit potentia, in qua inspicimus initium, quicquid geritur, incongruum reputatur, vt ff de lega. 3. l. 1. §. si filius. ff. de regula Cathoniana. l. prima. ff. de verbor. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de seruis exportandis. l. si minor. Quo ad secundum scilicet de voluntate est certum: quia consensus, & voluntas sunt radices actuum humanorum: & eam substantiam vocamus: quia sine ea nulla est subsistentia, vt ff. de actio. & obligatio. l. obligationum substantię. ff. de pact. l. 1. §. conuentiones. omnes enim actus beneplaciti est sine anima, si non est formatus consensu: & caret spiritu essentiali, vt ff. si cer. peta. l. si ego & §. non omnes. Quo ad tertium, scilicet de modo satis patet: quia vbi non tenetur modus ordinatus, ibi non potest quis adipisci finem: quia destructo modo destruitur ordo, & ordinatum nihil vt in Authenti. de hæredita. & falci. §. inordinatum. & extra de restitu. spoliat. cap. Pisanis. & extra de rescript. capi. cum dilecta. ff. de constitu. pecu. l. 1. §. 1. vnde dicit versus. Est modus in rebus, sunt certi denique fines. &c. vt not. ff. de verborum obliga. l. si ita quis. §. lege. dicit Aristoteles, duo sunt, per quæ bona contingit hominibus inten-

intentionem poni rectè: & assumi modos ducentes ad finē,
& ista verba deberēt esse scripta in pectore regum. Et Boetius
dicit, q duo sunt, in quibus rerum intentionalium consistit
effectus, potestas scilicet, ac volontas. Dicitur autem propriè
potestas legitimè posse. non enim possumus, quod cum iniu
ria possumus. natura hoc posse potentia non est: sed deficien
3 tia quædam. † Et ideo Deus omnia potest, tamen peccare nō
potest: hinc est, quòd conditio turpis non dicitur potestati-
ua, vt ff. de conditionib. institutionum. l. filius. & lex dicit,
quòd ea, quæ ad turpem causam referuntur, nō debent ad ef-
fectum perduci, vt ff. de annuis lega. l. quintus. §. Pompon. &
ff. de conditionib. institutionum. l. quidam suo. Porro super
isto primo euidētiali cōsistit vna substantialis particula eius,
quod quæritur: vnde talis quæstio subijcitur ad intelligen-
4 tiam præinsertorum. † pone, quòd ego sim feudatarius Ligius
Imperij, ita quòd ex natura feudi Ligij non teneor iurare fi-
delitatem, nisi Imperatori. Pono, mandat mihi Imperator, qd
iurem fidelitatem alteri retenta sibi nihilominus fidelitate su
prema, nunquid poterit naturam feudi immutare, & me gra
uiori seruituti subijcere? nunquid poterit pro vno feudo fa-
cere iurare fidelitatem pluribus insolidum? Certum est, quod
grauior est seruitus, quæ debetur pluribus, quam quæ debe-
tur vni, nunquid poterit Imperator subuertere omnes consue
tudines feudorum, & omnem æquitatem naturæ rationalis?
nunquid in vniuerso potest subijcere omnes leges mundi.
Nunquid poterit procedere in infinitum, & immediatum va
sallum Imperij, vt eū faciat immediate vasallum Regis Fran-
corum? & sic in infinitum poterit subalternare vasallum va-
sallo: periculosum & hoc tenere. rescindere enim, vel minue
re concessa, vel ea alterare summa iniquitas est. Et quod alte-
ri vis fieri, patere, si tibi fiat, vt C. de rescin. ven. l. ratas. quam
legem pon lerandam puto: quia docet moralitatem, quę est
summa summarum in regimine mūdi, vt institutа de iure na
turali. §. ex non scripto. & iste Rex Romanorum quantum ad
verba sua pertinet, reuocauit omnes gratias aliorum Impera-
torum, & omnia beneficia concessa ab ipsis, quatenus obsta-
5 rent pręsentibus. † nunquid ergo beneficia, quæ transierunt
in suum perfectum effectum, potest rescindere sine causa: si
dicimus, quòd sic, malum cōsilium capimus pro domino no
stro, & eius filijs: quia nos videmus, quod mortuo vno prin
cipe succedit alius alterius voluntatis. Item & forte ipse idem
mutaret voluntatem, & propositū. & ideo credo potius stan-
dum simplicitati, & bonæ fidei, quod legitimæ inuestiti non
possint disuestiri sine causa, vt in c. primo. de natura feudi. Et
si dominus malo ordine procedit, recurri debet ad pares cu-
rię. & si hoc non sufficit, bellum geri potest, vt in ca. 1. de va-
sallo milite, qui contumax est. hoc dico per modum motiui,
vt dem materiam non solum considerādi qoid iuris, sed quid
vtilitatis existat. nam qui diligit dominum suum, debet ha-
bere oculos profundos, vt non solum videat superficiem pe-
lagi, sed profundum, vbi non est tutum nauigare. Audenter
loquor: quia dicit Seneca, hoc solo priuantur magna fastigia:
quia præ timore, vel nimia reuerentia non est, qui verum di-
cat. sed coram domino nostro propter suam clementiā vnus-
quisque audacter loqui potest, quod bonum est, maximè sibi,
& statui suo, & Serenissimorū filiorum suorum. dixit quidam
Rex, non trado filijs meis amplius Regnum: sed firmius, &
diuturnius, quia bene fundatum. Cogitandum est ergo super
prædictis, quid deceat, & quid expediat non omittendo, quin
teneatur, quæcunque possunt tentari: quia nemo debet ius
suum indiscussum relinquere, vt ff. de pet. hære. l. illud. & cum
venit ad pacē, vniuersa trutinari oportet, quia quæ relinquun
tur in morbis, post crisim, subuersionē facere consueuerunt.
6 † Dicunt doctores. quod Imperator non potest sibi legem im
ponere, vnde priuilegium suum princeps, qui illud concessit,
potest contrario Imperio reuocare: & si non de lege ordina-
ta, tamen de potentia absoluta, vt in Authen. de defensoribus
ciuitatum §. interim. vt inde procedat priuatio, vnde proces-
sit habitus, & collatio, maximè cum priuilegia ex solius prin
cipis voluntate dependeant, & liberum arbitrium alij, vel
sibijpsi non possit auferre, vt ff. de fideicommiss. liberta. l. Lu-
cius. in Auth. de defensoribus ciuitatum. §. interim. C. de sac.
sanc. eccl. l. 1. ff. de leg. 3. l. si quis in prin. testamenti. & quod
no. ff. de regu. iur. l. quotiens vtriusque. subditus ergo semper
hunc timorem debet habere præ oculis, quemadmodum scri
ptum est, seruite ei cum timore, & exultate ei cum tremore.
super hoc tamen non insisto, sed remitto ad ea, quæ no. Cyn.
C. de legibus. l. digna vox. & quod notatur in Auth. quomo-
do oportet episcopos. in princi. sed ego non credo, quod ita
fragilia sint, quæ princeps facit authoritate Dei, nisi facta ex-
orbitarent. quia immunitatis prohibitæ a iure facta conces-
sio nullum modum affert, vt C. de agri. & censi. l. immunita-
tes. lib. 10. & ff. de vacatione munerum. l. sub munere. & l. his
honoribus. in princi. & C. de petit. bono. subla. l. vnica. libro
10. C. de operibus publicis. l. si quando C. de decurionibus,
l. vacuatus. Præterea princeps potest se subijcere rationi, vt ff.
de iurisd. omn. iudi. l. est receptum. ergo si contrarium facit,
nihil agit, quia princeps astringitur materiæ subiacenti, quæ
ita potest, vel non potest, sicut est apta posse, vel non posse,
vt ff. de lega. 3. l. quæsitum. §. illud. & nota. extra de iureiuran.
ca. intellecto. Finaliter concludo opin meam, quod his, quæ
fecit ipse, vel sui antecessores legitimę, non potest sine causa
derogare, quia totum est vnum Imperium: vnde non debet
contradicere sibijpsi. hoc tamen non dico pro constanti, nisi
ita videatur alijs prudentioribus. nam ista est controuersia,
de qua nunquam fuit facta pax apud intellectiuos. verum ta-
men casus noster principalis stat in concesso actu perseueran
te, & ideo Magnificum Imperium Domini Nostri stat in sua
7 stabilitate firmissimum. † Descendo ad secundum passum, &
præsuppono, quòd illa est propria natura verborum, quam
ratio, & significatio recti sermonis includit. nam significatio
trahitur per rei naturam substātialem, sine qua intellectus re-
mouetur ab intelligibili, vt ff. de au. & arg. lega. l. plautius. ff.
de suppellectili leg. l. ita labeo. §. idem tubero. l. si quis filium
proprium. in fi. C. de liber. præt. vel exhęre. lib. 6. & tunc ver-
ba propriè accipiuntur, quādo notabiliter interpretantur, vt
ff. de ver. sig. l. nepos proculo. & l. quisquis mihi. C. de his, qui
veniam ęta. impe. l. fi. ff. de condi. & dem. l. fideicom. ff. de iu.
fisci. l. statius. §. Cornelio. ff. de verbo. obl. l. ex ea parte. §. in in-
8 sulam. † Item certum est, quod diœcesis, & territorium sunt
nomina vniuersalia, vt ff. de ver. sig. l. pupillus. §. territorium.
Item diœcesis, vt extra de rescriptis. c. Rodulphus. ex his ar-
9 guo, si verba sunt propriè intelligenda, certum est, † quod
verba vniuersalia comprehēdunt quicquid est inter fines vni
uersitatis, ita quod nulla persona, & nullus locus excipitur,
vt ff. de off. præfe. vrbis. l. 1. §. cum vrbem. in verbo, quicquid.
vbi videtur casus pro dño dño nostro. nec refert, in cuius ter-
ritorio: sed in cuius diœcesi: quia iste non solum est modus
essendi, sed modus significandi attributus ab intellectu, qui-
nimmo ab ipsius rei natura, vt. ff. de acq. poss. l. 3. §. 1. & ff. de
leg. 3. l. patronus. §. 1. & ff. de leg. 2. l. Gaius. §. fi. & l. si fundus.
ff. de contrahen. empt. l. 1. ff. de lega. 3. l. prædijs. §. Balneas. &
§. qui domum. nam cum constet de corpore, nihil est dimi-
nuendum de iure: quia totum est vnum integrale: & vni-
cum intellectuale, & eadem res non debet diuerso iure cen-
seri, vt ff. de vsuca. l. eum, qui hæredes. Item certum est, quòd
in toto isto priuilegio sunt verba generalia uerbis aliquibus
specialibus non coarctata; & ideo intelligenda sunt, prout
iacent in l. prima. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. & ff. de
aleatoribus. l. 1. §. quòd autem. ff. de testamen. milit. l. in frau-
dem. §. fin. & §. ulti. ff. de lega. 3. hoc legatum. ff. de supp. lega.
l. fi. & si dicatur, quòd imo non debent sic interpretari uer-
ba principis, ut trahantur ad alienam iniuriam, uel graua-
men, ut ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. sunt qui putant. sed istud
sapit grauamen, ut ff. de admin. tut. l. impuberi. & ff. de testa-
men. mi. l. cum filius. §. fi. Vbi dicitur. q qui non potest ius al-
terius tollere, non potest minuere, ut eod. tit. l. dotalem. & ibi
etiam no. expressè, quod priuilegium non tollit priuilegiū ra
dicatum: est. n. primum priuilegium, & ideo non aboletur p
posterius. Respondetur, quòd hoc faciunt uerba priuilegij.
Item si dicatur, quod secundum priuilegium non tollit pri-
mum, ad hoc similiter respondetur per verba priuilegij, nam
dictæ rationes optime sunt in casu dubio: id est quando ver-
ba sunt obscura, vel mens incerta: sed vbi sumus certi de ver-
bis

bis,& mente, ibi non est tractandum de interpretatione restri
ctiua. vnum tamen est considerandum, quod specialiora gene
ralioribus præiudicant, vt plene notatur extra de rescrip.c.1.
& C.de silentiarijs.l.decurionibus.lib.12. Et ideo oporteret
videre tenorem priuilegij alterius partis. sed nisi appareat, stã
dum est priuilegio principis nostri, vt extra de priuile.c.por-
10 ro.semper supposita potestate Regis Romanorum. † Si autẽ
non est per modum priuilegij, sed contractus, dico, quod ex
contractu Imperatoris obligatur fiscus. C. de quadrien. præ-
scrip. l.bene a Zenone. quam obligationem Imperator non po
test rescindere, q̃a est de iure naturali. & hoc casu in principe
non præsumitur, quando venit contra fidem debitam ratione
contractus, vt ff.manda.l.dolus. & ideo efficax non est, quod
sub tali prætextu fit, vt l.1.in fi.ff.de exceptione doli. & ff.de
decretis ab ordine faciendis.l.ambitiosa. & ibi per Barto. exa
minatur, an causa proœmialis præsumatur vera, necne, & ma
xime hoc dico, quando continet dictum alterius, vt in c.1.Ex
quibus casibus feudum amittatur. colla.10. Si Papa commit-
tit iurisdictionẽ alicui, nihilominus retinet sibi eandẽ, & ma-
iorẽ. de præbend.c.dudum.li.6. valet, nisi pro bono pacis per
mittat expresse contrarium, de pace constantiæ.c.Rex Roma
norum.§. super his. Allegationes domini Baldi de Perusio.
Ad idem, quod in consilio præcedenti, & in consi.274.

*CONSILIVM CCCXXVII.*

1 *Feudum quis contractus sit.*
2 *Contractus cum principe factus an valeat: & an illum prin-
ceps reuocare possit.*
3 *Celestinus quod de mane concedebat, de sero reuocabat.*
4 *Imperator non potest mutare statum, nec minuere honorem
veterum vasallorum. Similiter in his, quæ perpetuo con-
duxerunt.*
5 *Dominus an possit vasallum inuitum in alium transferre, vel
ipsum alteri delegare.*
6 *Quod non est transmissibile, non est delegabile, nec cessibile.*
7 *Iuramentum fidelitatis duplex est.*
8 *Iudex competens in causa feudi quis sit.*
9 *Naturaliter iustũ hominibus non fieri libertatem suam deter.*
10 *Obedire imperatori qui teneantur.*
11 *Vendita, vel concessa ciuitate videtur concessa iurisdictio.*
12 *Fendo concesso duobus vni post alterum vter ipsorum præfe-
ratur.*
13 *Princeps an idem possit, quod imperator.*

In Christi nomine. Pridie enim consul
ni sub sigillo. visis
consilijs dñi Christophoris, domini Pauli de Artionibus, &
multorum aliorum sapientium, dñs Papa non poterat reuoca
re feudum concessum illi nobili de Lucino. & sicut non põt
reuocare, ita nõ põt grauare, nec aliqd aduentitiũ onus appo
nere: q̃a perfecta donatio nec tolli, neq; mutillari põt, nec ali-
qd ei adijci, vt C.de don.quę sub modo.l.perfecta.de fi.instr.
1 l. contractus. † item feudum est contractus innominatus se-
cundum quosdam, vel nominatus secundum alios, vel saltem
anomalus in suo esse perfectus. & perfecto actui nihil addi,
vel detrahi potest, nisi de communi consensu partium, vt C.
de act.& oblig. sicut item beneficijs iuuari, decipi non opor-
tet, vt ff. commo.l.in commodato.§.sicut.& C.de his, qui ve-
2 niam ęta. impe. l. 1. † item iam nullus esset contractus cum
principe, si penderet reuocatio, & substantia ex solius eius vo
luntate, vt C.de contrahen.emp.l.in ementis. & sic male con-
traheretur cum principe, & esset quodammodo ei interdictũ
contractibus, quod ridiculum est dicere, vt l.bene a Zenone.
cum sua materia. sic in c.decet.de reg. iur.lib.6. Sane princi-
pum dispositiones debent esse ab omni malitia, & diminutio
ne remotæ, vt in Auth. constitutio, quæ de dignitatibus.§.il-
lud. Quid plura? lex dicit, q̃ antiqua priuilegia debent reno-
uari, non primi t.ff.de aqua quoti. & ęstu.l.1.§.permittitur. tñ
princeps est creatura rationabilis habens potestatẽ supremã:
sed in quantum est rationabilis, debet obedire rationi, vt not.
3 in Auth.de monachis.in prin. † item celestinus, quia de ma-
ne concedebat gratiã, & de sero auferebat, reputatus fuit ani-
mal irrationale, & non homo, vt not.in c.1.de renun.lib.6.in
in nouel. bene tñ cõcedo, q̃ Imperator, vel Papa possunt crea-
re, & supprimere dignitates, vt nota extra de cõstitutionibus.
in c.cum accessisset. tñ illud est verum dignitate vacãte, & dũ
dignitas est in abstracto: sed si cum substantia non potest sup
primere sine causa: quia ius quæsitum alteri non potest sup-
primere, sed de iure sibi aperto bene põtest disponere pro libi
to voluntatis, vt in c.1.qui successores teneantur. coll.10. itẽ
princeps de perpetuo potest facere corruptibile, non tamẽ in
p̃iudicium alterius, licet mũdi dñs sit: quia illud intelligitur
quo ad bonum, & naturale regimen, ne iniuriarum nascatur
occasio, vnde iura nascuntur, vt C.vnde vi.l.meminerint. &
maxime quia in dubio princeps non intelligitur iura priuato
rum tollere: & maxime verbis generalibus, vel effusis, vt C.de
emancipa.libero l.nec auus.ff.ne quid in loco publico.l.2.§.
si quis a principe.C.de preci.impe.offer.l.rescripta.ff.de vul-
ga.substi.l.ex facto. & est expressum in c.si propter ius. de re-
scrip.lib.6. Præterea diœcesis est de appendencijs ciuitatis, &
ideo non concessa ciuitati non vidẽtur concessa diœcesi: quia
quod iuris est in principali, idem in accessorio, vt plene no.in
autentica. ingressi.& ff.de reg.iur.l.cum principalis. C.com-
munia vtriusque iudi.l.possessionum. nam forte fieret dura se
paratio, si vnum separaretur ab altero: quod videtur iniquũ,
scilicet quod a capite membra discedant. item nemo debet ce
dere iura duobus, vt ff.de leg.3.l.non quocunque.§.qui Gaiũ,
& ideo Imperator non potest vnum altare cooperire, & aliud
discooperire. & qui prior est tempore, potior est in iure, vt C.
4 qui potiores in pignore habeantur.l.assiduis.§.excep. † Vide-
tur igitur concludendum, quod Imperator non potest muta-
re statum, nec minuere honorem veterum vasallorum. & hoc
expressum est in Authentica de referendarijs sacri Palatij.§.
præterea. idem in his, qui perpetuo conduxerũt, & similib. q̃a
perpetuarij sunt, vnde eorum possessio debet esse inconcussa,
etiam si proprio motu Imperator contrarium statuat: quia fin
gitur circumuẽtus, ita q̃ non potest probari contrarium, vt C.
de locatione prædiorum ciuilium, vel fiscalium, siue tempo-
rum. l.prædia. vbi expressum. & C. de diuersis prædijs Vrba-
nis.l.pen. vbi etiam est expressum. Non enim vult Imperator
vetus suum priuilegium per inconstantiam principis abole-
ri, vnde non valuit emptio Castrorum Comitis Vgolini, licet
esset per bullam Imperatoris confirmata, vt legi. & not.C.de
fundis.& salitibus rei dñicæ.lib.11.& facit.C.de cupressis ex
luco damnensis.l.omnes.ibi, ac ne solatio &c. eodem lib. Nã
iustitia debet esse constans, & perpetua voluntas. & in Princi-
pe requiritur potissime tanquã in fonte iustitiæ. Iustitiã quip-
pe colimus: & boni, & æqui notitiam profitemur æquum ab
iniquo separantes. & vnde priuilegiũ Principis debet esse per
petuum, vt in Auth. constitutio, quæ de dignitatibus.§.illud.
& no.C.in qui.cau.in integ.resti.non est neces.l.1. Item varie
tas, & vacillacio est legibus inimica, & doli mali materia, vt
no.in Auth.de religiosis.§.fi. vnde maxime cõuenit Regibus,
& Imperatoribus illud verbum, semel locutus est Deus. & ite
rum quod scripsi, scripsi. vnde princeps debet habere vnum
calamum, & vnam linguam: & non plures linguas: quia scri-
ptum est, quæ processerunt de labijs meis, non faciam irrita.
& ideo debet esse immobilis, sicut lapis Angularis: & sicut
5 polus in cœlo. † Vltimum sciendum est, q̃ quæstio antiqua
fuit, an dñs vasallũ inuitum possit in aliũ trãsferre, vel ipsum
alteri delegare, & vr̃, q̃ non, quia nemo delegatur inuitus, vt
C. de nouatio. & delagat.l.1. fallit in dote fauore mulieris, si
marito nihil noceat, secus si ita verisimiliter intersit, vt ff.sol,
mat.l.2.§.nec cogitur. & hoc ibi tenet do.Dy. Item gl. ita de-
terminat. ff. de fideicom.libr.l.inuitus. hoc tenuit Azo dispu
tando. Idem tenet Pe.& Cy. in d.l.1.C.de nouationib. non ob
stat. ff. de leg.3.l.fi.§. filiæ. respondeo, q̃ ibi speciale in dote,
imo est ibi duplex fauor. s.dotis, & vltimæ voluntatis. Sed in
contrarium vr̃, quia dominus potest seruitutem sibi debitam
in alium transferre. nisi talis seruitus personæ cohæreat, & cũ
persona extinguatur, ita q̃ nec duo cõcurrant, vt institutũ de
vsufru.§. finitur. quia in separabilibus a persona vera delega-
tio interuenire non potest, vt ff. de nouationi.l.si vsusfructus.
Nam mutata persona mutatur esse rei, & duratio, siue perse-
uerantia

nerantia esse, vt l. vsusfructus. ff. de stipula. seruorum. licet cõmoditas facti possit alienari, vt ff. de peric. & commo. rei vendi. l. necessario. §. si. Tunc arguo sic, posse delegare, quia cohęret directo dominio: & ipse vasallaticus est quædam seruitus, vt not. ff. de vsufru. l. si cuius. in prin. ac dominiũ vt realis quędam transferibile vt, vt C. de hære. vel actio. ven. l. fi. Nec tequiritur consensus vasalli absolute, quia cogitur cõsentire remedijs petitorijs, & ẽt domestica coertione, vt ff. de fur. l. serui, & filij. in prin. C. de patria potestate. l. congruentius. C. de hære. insti. l. cum proponas. & hanc opi. tenent quidam, si vasallo nihil nocet, dñt autem nocere, si delegatio fit inferiori: secus si superiori, vt refert Cy. vbi supra. Alij distinguũt aliter, nam aut dñs vult in alium trãsferre, & a se abdicare in alium transferendũ: & non potest, & ita intelligitur glo. in d. l. inuitus. non autem in totum, & tunc refert, aut seruitium sibi debitũ consistit solũ in reuerentia, & honore: & hoc non possit,
5 vt ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. libertus. † quia quod nõ est transmissibile, non est delegabile, neq; cessibile, vt l. ex pluribus. ff. de admi. tuto. & ff. de ritu nup. l. non solum. §. si puellæ. aut seruitiũ consistit in præstando aliquid, quod potest alij præstare de voluntate creditoris, vt ff. de pigno. actio. l. solutũ. § solutam. & C. de exceptionibus. l. j. & tunc subdistinguunt, aut seruitium est certum: & potest interuenire delegatio. aut incertum: & non potest, quia est informe, & obscurum argumentum. ff. de ope. liber. l. operæ in rerum. fallit, si dñs tali seruitio non posset vti: quia non erat sibi possibile de facto, vel esset inutile, quia tunc alteri cedere, & delegare potest, ne obligatio talis seruitij sit ludibrio, argu. ff. de oper. liber. l. medicus. & l. si libertus artem. & l. patronus. ita distinguit domi. Rayn. itaque quod per alium possum facere, per aliũ possum fieri idem, vt fiat alteri me iubente, argumẽtum optimum. ff. manda. l. idemque. §. si cui. Ita intelligitur, quod not. 10. coll. de capitaneo, qui curiam vẽdidit. c. in generali. & de l. Corad. c. 1. vbi de hoc secundum Rayn. Sed ista sua distinctio habet locum, qñ debitor consentit delegationi, non quando est inuitus: quia delegatio fit per stipulationem, & sic requirit cõsensum promittentis, sed & illud aduertendum, ꝙ hic dñs potest vti seruitio, imo vtitur: quia recipit cẽsum, vt C. de præscript. 30. annorum. l. male agitur. & ff. quibus mo. vsusfru. amit. l.
6 pomponius. C. de agri. & censib. l. litibus. † Illud etiam constat, ꝙ Imperatot non potest se abdicare imperium, etiam minimæ particulæ: quia per minimas particulas perueniretur ad interemptionem totius tutum diuidendo per frustra, vt ff. de le. 3. l. nomen. §. 1. tamen si vere consideremus in casu nostro, Imperator nihil de statu minuit, sed auget, vt ipsemet attestatur in prologo sui priuilegij, cui credere debemus, vt ff. de hære. insti. l. Pacumeius Andrutenus. nam & simile factũ fuit in pace constantiæ, vt in c. 1. de pace constantiæ. quia ibi Imperator fecit iurari fidelitatem filio suo se viuo: & tñ donec viuebat pater, filius non erat verus Imperator: sed regebat vice Imperatoris. & certum est, ꝙ alij Duces, & Barones obediebant, prout pater præceperat. Sed ex exemplis non potest sumi necessarium argumentum, vt C. de senten. & interlocut. l. nemo. diceret aliquis, ergo Marchiones, qui sunt de terris dñi nostri, non iurabunt ei fidelitatem: quod est falsum, nam imo tenentur iurare, vt in c. 1. de capitaneo, qui curiam vendidit.
7 † So. duplex est iuramentum fidelitatis: vnum, quod quis pręstat tanquam vasallus, & feudatarius, vel subfeudatarius: & de isto loquitur quæstio, vtrum debeat præstari, necne. Aliud tanquam ciuis, & subditus ratione originis, vel Domicilij. & illud proculdubio tenentur Marchiones, & comites præstare domino nostro. Porro ista duo iuramenta differũt formaliter: & non sunt eiusdem speciei: imo valde differunt: quia qui iurat vt ciuis, licet incurrat periurium, nõ desinit esse ciuis: nec perdit iura ciuium. Sed qui iurat vt vasallus, perdit feudum: & reuertitur ad superiorem saltem per sententiam? quia non dico, quod ipso iure perdat feudum: sed domino cõuicta culpa, & pronũtiata: quia hæc natura feudorum. de istis duobus iuramentis habetur 10. coll. qualiter vasallus debeat iurare fidelitatem dño. c. vnico. non obstat dictum primum capitulũ de capitaneo, qui curiam vendidit. quia ibi loquitur, quando dñs vendidit proprietatem vniuersitatis. Sed Imperator non potest proprietatem a se eradicare, vel vendere, quia non habet eam iure suo, sed iure legis regiæ, & non transmittitur: ergo nec alienatur. & quidem Imperator est procurator maximus, tñ non est proprietatis Imperij dñs, sed potius officialis ex eius electa industria, vt ff. de curatore furiosi. l. cuius bonis. item ciuis, quia iurat fidelitatem, & non seruat, si machinatur contra Principem, etiam vitam perdere potest: sed vasallus non potest plus perdere, quàm feudum suum: nec plus pu-
8 niri, vt notat Inn. extra de iudicijs. c. cęterum. Itẽ † apud alios iudices examinatur culpa vasalli, apud alios culpa ciuis meri iudex enim ciuium est iudex ordinarius loci, iudex autem vasalli est per se, quia feudum proprios habet iudices, vt in c. 1. de controuersia feudi apud pares terminanda. & in c. si inter. si de inuestitura inter dñm, & vasallũ lis oriatur. & in c. si quis miles de contentione inter dominũ, & vasallum. Videtur igitur de primo ad vltimum, ꝙ sit sic concludendum: ꝙ si quis dñs fecit inuestituram, vel cambium de beneficio sui militis, vel Baronis sine consensu illius, cuius est beneficium, pro infecto habetur, vt in c. 2. quo tempore miles. coll. 10. & in c. j. versi. nam si quis. qui successores teneantur. el 2. & in c. 1. de natura feudi. superius allegato. & iam dictum est sicut dñs nõ potest auferre, ita non potest mutare formam antiquitus constitutam, vt ff. de admi. tut. l. quidam decedẽs. in prin. nam cũ aliquid additur, vel detrahitur, nouum ius efficitur, vt ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile. ff. de verb. obli. l. 1. §. cum adijcit. & per interuentum nouæ personæ fieret quædam nouatio, vel adiectio nouatiua, vt instituta quibus modis tollitur obligatio. §. præterea. & nõ sine magna indignatione uasalli: & maxime qñ est nobilis antiquus, qui nouam seruitutem asperna-
9 tur. † sicut & naturaliter inest hominibus nõ fieri libertatem suam deteriorem, ut ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ onerandæ. & ff. de leg. 1. l. plane. el 2. §. 1. & arg. ff. famil. her. l. quædam mulier. & ff. de iure patro. l. Camelia pia. & ff. de natalibus restituendis. l. fin. & in Aut. qui. mo. nam. effici. sui. §. generaliter. colla. 7. Sane serenissime Princeps considero, ꝙ de duobus alterum est necessarium fateri, aut ꝙ aperta sit uia nobis contra alios: aut ꝙ non. primo casu obligamur ad idem in vero statu, & persona: quia quod quisq; iuris in alterum statuit, ipse eodem iure vtatur, vt c. 1. §. sacramentum. de consuetudine recti feudi. nam siue sit æquum, ipsa ęquitas communis est: siue iniquum, retorquetur in caput vtentis iure iniquo. nec in feudis distinguit textus, vtrum impetrationem, necne, facit extra de constitu. c. cum omnes. Secundo autem casu si via non est aperta, non potestis illo verbo vti, aperire portas Principes uestras, & introibit rex glorię. Quis est iste rex gloriæ? dñs uirtutum ipse est rex gloriæ: quam nobis tri-
10 buat, & nobis altissimus hic, & in futuro. † quidam sunt subditi Imperij duplici de causa. s. tanquam ciues de terris Imperij omni feudo circumscripto, & nihilominus ratione feudi & isti tenentur obedire Imperatori saluo feudo, & iurare tanquam ciues meri, & cogentur per ipsum Imperatorem, uel locum eius tenentem sine præiudicio tertij, qui per prius ius istud haberet, actiue non dico, sed passiue. Item sine præiudicio feudi: quia feudum non potest adimi, nisi ex natura feudi adimatur. quidã uero sunt sub Imperatore ratione solius feudi: & isti ad nihil aliud tenerentur alicui: saluo ꝙ ipsi Imperatori tenerentur facere fidelitatem: & uersa uice Imperator tenetur eis seruare fidem, & non uiolare, ut in ca. 1. de forma fidelitatis. & in c. 2. de noua forma fideli. loquor autẽ de subditis, & mediatis Imperatoris. nam si immediatã iurisdictionem haberet alius, quàm Imperator, non iudicarentur subditi Imperatoris principaliter: sed illius, cui immediate subiecti. saluo si ex aliqua causa ad Imperatorẽ esset iurisdictio deuoluta, arg. extra de iudi. c. cæterum. Ego feci differentiam inter ius actiuum, & passiuum, & do similitudinem, si duo creditores habent hypothecam: unus priorem, alter posteriorẽ: prior antefertur posteriori: sed debitor non se tuetur ea ratione, quod agens posterior sit in hypotheca. & ratio differentię est quia ius actiuum est in creditore, passiuum in debitore, ut ff. qui pot. in pigno. hab. l. Claudius felix. ff. de excep. rei iud. l. duobus. & §. in operis. ff. locati. nisi prior creditor inhibeat ei, ne possessionem tradat posteriori, ar. ff. de lege cõmissoria. l. mulier.

l. mulier. C. de ser. fugi. l. cum seruum. per glo. & Cy. C. de no-
uationibus. l. 3. & quod not. pro domino. ff. de pac. l. si cũ em-
ptore. Deo gratias. Pro domino nostro facit, quia iurisdictio
territorij separabilis est a iurisdictione ciuitatis, nam ad eũ
pertinet. s. Imperatorem diuidere, & venire, vt ff. de assessori-
bus. l. si eadem. & not. in l. j. C. de metropoli berito. lib. 11. &
ad eum pertinet assignare territoria, & pertinẽtias, vt no. Inn.
extra de re. spo. c. cum ad sedem. sicut ad testatorem demum
pertinet assignatio rei suæ. ff. de leg. 3. l. si quid in earum. §. 1.
& l. hoc legatum. itẽ in Principe semper præsumitur veritas,
potentia sanciendi, c. j. de proba. in cle. Cy. in l. rescripta. C. de
preci. impe. offer. item potest mutare sedes c. cum venisset. de
iudicijs. per Hos. aĩa sua in manica sua dicit Host. idẽ dicit Se
neca de clem. ad Neronẽ in prin. idẽ dicit Historia Schola. in
Euangelio Matthæi in prin. item omnes reges mundi hoc iu-
re vtuntur, quod in regno suo ponunt, & deponunt duces, &
comites, & quos volunt in regno suo. & vbi exprimunt cau-
sam, nõ potest probari contrarium. & maxime cũ est pragma-
tica sanctio de consilio procerum; quia tot, & talia adsunt te
stimonia: & fas non est contraire, vt l. 2. C. de sum. Trini. iõ si
Imperator mentitur, Satan purgabit eum, & eius complices.
scriptum est, superbia eorum, qui te oderunt, ascẽdit semper.
& iterum deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles &c.
Et potest de duobus officijs facere vnum: & alterum suppri-
mere, & abolere in totum, vt C. de frumẽto Alexandrino. l. fi.
lib. 11. & no. in Aut. vt iudices sine quoquo suffragio. §. illud,
tũ causaris, licèt communicãtis sit pars, & bacu'us ciuitatis,
& ad iuuandum necessarius, & sub ciuitate faciat collectam,
vt no. in Auth. qui. mo. nat. filij effi. sui. §. si quis igitur. Ex qua
libet tamen diuersa corpora sunt, licèt quadam contiguitate
coniuncta, siue ponatur ciuitas pro populo, siue pro situ, nam
pluribus modis poni potest, vt in c. si ciuitas. de senten. excõ-
mu. li. 6. & plene not. per Bal. ff. de ver. sig. l. 1. Ex quibus con-
cluditur, quod comitatus tacite ciuitatem sequitur, & vna, &
eadem iurisdictio est, inquantum adhæret territorio: quia nõ
decet membra a capite separari. de hoc per Cyn. in d. l. 1. §. cũ
11 vrbem. in lec. vbi sicait, † vendita, vel concessa ciuitate, vel
Castro, etiam iurisdictio vĩ vendita, & quæcunque. infra lapi-
dem territorij continentur, dummodo iurisdictio cõpetat ra-
tione rei. i. territorij, sed si adhæret personæ, non continentur,
vt notat Dy. in l. ergo. in prin. ff. de acqui. re. do. item potestas
Imperatoris est anomala, quia nulla regula claudit, ergo quod
libet licèt, vt l. 2. C. de crimin. sacri. nẽ stãdum est verbis prin
cipis, & rei suæ dispositore, & arbitri. nec licèt restringere li-
bertatem arbitrij. Adde etiam, quod si restringatur in aliquo,
non tñ restringitur in toto, sed in eo tantum quod immediate
coniunctum est termino restringenti, vt ff. de ali. & ciba. leg. l.
mella. §. titia decedens. & doctores in l. concedẽdo. ff. de aqua
12 plu. arc. † Dicunt, q aut se compatiuntur ambæ cõcessiones:
& vtraque valet. Aut non se compatiuntur: & tunc prior præ
valet: quia ius in re quæsitum minui non potest habenti, nisi
de eius consensu. facit quod not. in simili. §. lucari. l. emptorẽ.
& ff. de iure fis. l. Valerius. & C. ad velle. l. iubemus. C. de anth.
præstan. l. fi. quia nemini debet ius suum detrahi, vt l. 2. ff. de
his, q sunt sui, vel alieni iuris. & ff. de adoptio. l. si arrogator.
§. sed an impuberi. & l. in adoptionibus. & ff. de reg. iur. l. id,
quod nostrum. cui regulæ debemus inhærere tanquam firma
13 mento. Concludẽdo dico, † quod idem potest dominus Dux
in sibi commissis, & concessis, quod potest ipse Imperator: &
ita debet sibi obediri, quia Rex Romanorum potest hoc man
dare, quod ei obediatur, sicut sibi tam ex lege, quia est Rex di
ctus a regimine: quàm quia est Imperator causatus, licèt non
sit formatus in nomine. porro rex est nomẽ dignitatis, & æqui
tatis, vñ dñs noster Iesus Christus appellatur Rex, & nunquã
inuenitur: quòd ipse sit vocatus Imperator, sed Impera. est no
men supremæ potestatis, & necessitatis inferendæ, tamen Rex
Romanorum habet Imperium causale, licèt non omnino for-
male, vt ostendit eius sigillum, & imago sigilli. quia igitur ha
bet dignitatem, & omnimodã administrationẽ, ei debet om-
nimodo obediri, sicut Imperatori formato per coronã. modo
subijciam allegationes pro, & contra. Ego Baldus.

Ad præcedentia adde etiam infra consilium 333.

## CONSILIVM CCCXXVIII.

1 *Rex Romanorum an possit Vicarium per eum datum in vna ci- uitate cum pertinentijs, & territorio subalternare duci po- stea creato &c. ita q dux intelligatur superior nomine im- perij, & per consequens, q appelletur ab ipso vicario ad du- cem. & num. 6.*

2 *Vicarius an sit extinctus, & reuocatus, eo q Imperator non potest sibi legem imponere.*

3 *Iurisdictionem an vterque habeat.*

4 *An faciant sibi partes per concursum.*

5 *Differentia inter vicarium, & perpetuum, & feudum nobile, & perpetuum quæ sit.*

7 *Imperator est dominus mundi, deus in terris, seruus dei &c.*

8 *In principe in arbitrarijs non requiritur causa: secus in rebus decisis, & determinatis naturali lege, vel moribus gentium: & an & quando stetur verbis suis.*

9 *Imperator duces, & Marchiones, sicut Papa Cardinales depo nere potest.*

10 *Imperator, qui concessit feudum, an possit addere visitatorem, si feudatarius, vel Vicarius male tractat subditos, & ci- uitates.*

11 *Dux an comparetur filio emancipato.*

12 *Officialis an puniatur, si delinquat: & an teneatur pro eius familia.*

In Christi nomine. Quæritur, si Rex Romanorum iam
dudum creauit quendam nobilem Vicarium perpetuum in
quadam ciuitate Imperij, & eius pertinẽtijs territorio, & pos
set demum dudum postea creauit quendam ducẽ in nonnul-
lis terris, & prouincijs, & earũ diœcesibus: nunquid si dictũ
territorium est de dictis diœcesibus, pertineat ad dictum do-
minum Ducẽ de nouo creatum, nec ne? Et ad euidentiam præ
mittendum est, q quinque dubia incidunt in hoc negotio ex
natura negotij, & priuilegiorum. Primum dubium est, an di-
ctus Rex Romanorum poterit dictum Vicarium subalterna
re dicto Duci, seu subijcere, ita q dictus dñs Dux intelligatur
superior nomine Imperij: & per consequens possit a dicto Vi
cario ad ipsum appellari vice Principis cognoscendo, an non
possit. Secũdo, an dictus Vicarius sit extinctus, & reuocatus,
eo quod Imperator nõ potest sibi legem imponere. Tertio, an
vterque habeat iurisdictionem insolidum in dicto territorio
non faciendo sibi partes per concursum: sed ita quod poste-
rior videatur adiectus priori in eadẽ indiuisibili. Quarto, an
faciant sibi partes dimidias per concursum. Quinto, an sit dif
ferẽtia inter perpetuum, & Vicariatum, & feudum nobile, &
1 perpetuum. † Redeo ad primum punctum: & videtur, q non,
quia rei alienæ nemo potest seruitutem imponere, vnde dñs
inuito superficiario non potest superficiei imponere seruitu-
tem aliquam, vt ff. de superficiebus. l. 1. §. quod ait. & ff. de ser
uituti. vrb. præ. l. inuitum. sed Vicarius perpetuus nõ videtur
æquiparãdus superficiario, vel emphyteotæ: & maxime quia
omnis perpetuarius habet vtile dominium, quod præfertur
directo, vt ff. si ager vectigalis, vel emphyteo. petatur. l. 1. §.
qui perpetuum. ergo habens directum dominium non potest
ei legem imponere, nisi quam inseruit in ipsa prima cõcessio-
ne. C. de donatio. quæ sub modo. l. perfecta. nisi a forma, & vir-
tute ipsius concessionis primæ non potest solus concessor re-
silire, vt in c. 1. de natura feudi. Item ius in eum non potest no
uari per alium stipulantẽ, nisi in conscientiam. l. 1. §. cum ser-
uus. de stipulatione seruorũ. & ibi per Bar. quod enim vtriu-
que consensu fundatur, vnius penitentia non resoluitur pro-
pter mutuam obligationẽ hinc inde cõtractam, vt C. de acti.
& obli. l. sicut. ff. commodati. l. in commodato. §. sicut. C. ne
fiscus rem, quam vendidit, euincat. l. fin. li. 10. & in Auct. con
stitutio, quæ de dignitatibus. §. illud. In contrarium videtur,
nam si Papa prius creat Episcopum, postea Archiepiscopum,
in cuius prouincia est dictus episcopatus, non est dubium, q
dictus Episcopus subiacet Archiepiscopo suo, ita q inferior
gradus nõ præiudicat superiori, nec superior inferiori. Et qui
libet gradus stat in suo ordine, vt no. in c. Romana. de foro cõ
pe. li.

pe. li. 6. Ita ergo erit in proposito, quia Dux, de quo loquimur,
est illustris. Sed dñs. Vicarius est clarissimus, ita q̃ est in infe-
riori gradu dignitatis, & iurisdictionis, ergo inferior meritò
superioris agnoscat, vt l. 1. C. de offi. præfec. vrb. & sic subal-
ternando nulla sequitur incompatibilitas, vt in aut. de defen.
ciuita. §. interim. nec est ista seruitus, sed gradus, modus, &
ordo: quia in potestate Imperatoris est vnum creare, qui sit
maior alijs. & ad quem saltem propter absentiam Imperato-
ris appelletur, & habeatur recursus, vt C. de appel. l. præcipi-
mus. & hoc expresse videtur tenere Barto. in l. finali. ff. vti pos
sidetis. & non est dubium in iure, si verba priuilegij istum sen
sum patiuntur. Vbi est considerandum, q̃ verba priuilegij la-
tissima sunt, vt ff. de offi. præfec. præto. l. 1. §. cum vrbé nostrá.
Item genus infert, & includit omnes suas species, de leg. 3. l.
si quid earum. §. fina. Item in generali sermone nõ continetur
species declarata, seu superata. ff. de pecu. leg. l. seruo manu-
miss. ff. de leg. 3. l. vxorem. §. felicissime. ibi dicitur, quod vnũ
numero est magis species, quam plura numera. Ad hoc facit,
quia dignitatum ordo debet seruari, vt dignitatum ordo ser-
uetur, in rubro, & nigro. & C. de offic. rectoris prouinciæ. l.
potioris. & legitur, & n[illegible] in Auth. vt ab illustribus, & qui
super eos sunt. in glo. ordi. & non [illegible] tum in appellationibus,
sed etiam in alijs mandatis rationabilibus, & iustis. non dico
quod superior possit impedire iurisdictionem inferior[illegible], vt
not. Archid. 11. q. 1. c. de persona. nec par paris: quia par in
parem non habet imperium, & tamen si appellatur ad parem
in eadem iurisdictione, cognoscit superior, si per errorem iu-
2 ris fuit appellatum, vt l. 1. §. pen. ff. de appella. † Quo ad secun
dum p[illegible]ctum videtur, quod dictus Vicariatus non sit extro-
ctus. per dictum cap. de natu. feudi. Nam aliorum honores
alijs damnorum occasionem fieri non oportet. C. de statuis,
& imaginibus, & virtutum. Nam perpetuus Vicarius nõ pôt
esse per[illegible]na ecclesiæ, vel territorij. [illegible] per se stanans, & p[illegible], & in
se ipsius [illegible] sidens iure proprio, arg. ff. de tutel. l. quæ sit. de preb.
c. exul panda. de fide [illegible] ullius. c. perpetuus. Porro quædam sunt,
quæ impossibile est transmutari, vt not. in c. ad apostolicæ. in
fi. de re iudi. lib. 6. In contrarium videtur, q̃ Vicarius est me-
rus officialis: & potest reuocari, si est datus ab homine: nam
aliquando datur a lege: & neutro casu habet gladij materia-
lis potestatem. C. de officio eius, qui vicem alterius iudicis ge
rit. l. suggerente. vbi de hoc. Ecce enim, Episcopus fecit sibi
Vicarium hoc pacto, q̃ non posset reuocare, tamen certe reuo
cari poterit, sicut procurator non in rem suam datus, vt ff. de
iudi[illegible]js. l. iudicium soluitur. etiam re non integra Vicarius
reuocatur. vt ibi expresse apparet. facit capitulum vltimum.
extra procuratori. lib. 6. Item nomen vicariatus est nomẽ
officij, non nomen realitatis dominij, & ideo ipsa realitas vti
lis dominij potuit domino nostro concedi, & attribui saluo
officio alteri attributo: & talis debet recognosci, qualis est. nõ
3 potest hoc negari. Quo ad t[illegible]rtium punctum † videtur, q̃ vter
que habeat iurisdictionem insolidum: & si quidem simul ce
perint cognoscere, ambo simul procedent, si vero non melior
erit conditio occupantis, vt ff. de offi. co consulis. l. 1. sicut si
Papa creato vno Episcopo, crearet ibi alium non reuocando
primum, vt not. in l. vnica C. de me[illegible]ropoli berito. li[illegible]. 11. vel
si diceretur, quod [illegible]equiretetur vtrique, indistincte habemus
4 ar[illegible]a simil[illegible] in Auth. vt differentes iudices. in prin. Quod ad
quartum punctu[illegible], q̃ ibi fa[illegible]ant partes per concur-
sum, vt C. de le[illegible]. l. si fortidianosio, sed in contrarium facit co.
tit. l. cum quæstio. vbi [illegible]alius posterior impicit[illegible]: sed illud in
iure non radicato. Sed in iure radicato aliud [illegible]idetur, vt in c.
duobus. de rescriptis. lib. 6. Et quando in eadem voluntate, se
cus quando ex interuallo. N[illegible] [illegible]ta diuersum, ex interuallo
non fuit duo rei constituendi ff. de duobus reis. l. cum duo, de
5 condi. & demon. non ad ea. [illegible]uo ad quintum passum simili
tudo officiorum debet attendi. ff. de neg. ge. l. ex facto. Et vide
tur, q̃ Vicarius assimiletur magis simplici procuratori, quàm
feudatario: quia nemo inuitus habet Vicarium: & est contra
naturã vicariatus, q̃ operam suam ingerat in inuitum, vt de
procuratori. l. qu[illegible]e omnia cum vnum sit adminiculum: & in
meo adiu[illegible]torio nõ debet quis ledere me inuito. Sciendum est,
q̃ Barto. dicit, q̃ si aliquis habet temporalem iurisdictionem,
non requiritur consensus eius, secus si habet perpetuam, vt ip
se notat in l. 1. §. & si post operis. ff. de no. ope. nun. & si hoc po
test consensus priuatorum, multo fortius cõsensus principis,
quia nullius interest, vt dicit glo. in d. l. iudicium soluitur.
6 † Solu. totius quæstionis stat in primo puncto, in quo videtur
dicendũ, quod dictus Dux nomine Imperatoris in dicta dio-
cesi superior censeatur sine præiudicio dicti Vicarij, nõ quod
sint pares, sed quod alternetur dicto domino Duci Vicarius
antedictus. Quid enim si Imperator crearet dominum nostrũ
Ducem Regem arelatensem, q̃ posset, quia est regnum iam
dudum formatum, licèt diu vacauerit. nonne comites, & Ba-
rones regni tenerentur eum recognoscere: & sibi tanquam re-
gi iurare. neminem credo dubitaturum, q̃ sic. Item vtrum vo
cetur Rex, vel vocetur Dux, nihil ad rumbum: quia non facio
vim in nomine, sed in qualitate regiminis, & magnitudine po-
testatis, arg. ff. de condi. & demon. l. pater seuerinam. §. condi-
tionũ. quando scilicet de hoc contentum est de isto continen
te, aliàs secus, de peculio leg. l. cum. §. fi. tamen ego credo con
sulendum Imperatorem: & expectandum eius responsum, vt
ff. de regu. iur. l. neratius. vt cum bono omnia procedat. Ecce
media pars comitatus est de diœcesi Florentina, & media de
diœcesi Fesulana, an ille, qui habet concessionem Imperatoris
in diœcesi Fesulana, habebit mediam partem territorij Floren
tiæ, arg. q̃ sic, ff. de vsufruc. leg. l. si alij. & l. sempronio leg. de
leg. 3. l. Iulianus. nam pars speciei deciditur de ipsa specie. C.
de iud. l. si cum sibi. & C. de leg. l. cum quæstio. & sic faciunt
sibi partes per diuisionem locorum iam factam ipso situ, non
per concursum pro indiuiso. verbi gratia, vnus vltra flumen,
alius citra flumen. Si dominus noster haberet gratiam genera
lem, alter specialem, posset suaderi, q̃ genus testi ingereretur per
speciem, sed ipse habet per singula dinumeratam, ff. de verb.
obli. l. scire debemus. vnde species dinumeratæ recipiunt ar-
ctationem exclusiuam, sicut recipit genus, vt l. 1. ff. de stipu.
ser. de genere eximitur species, sed de specie non eximitur ea-
dem species, sed diuiditur. ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. 1. de leg.
7 l. si fortidianum. † quia Imperator est dominus totius mundi.
ff. ad l. rhodiam de iactu. l. deprecatio. Item est deus in terris, vt 8
in Auth. de consulibus. vnde Seneca de clementia ad Neronẽ.
in prin. describens Cæsarem sic ait in persona Cæsaris loquen
tis de se. ego ne ex omnibus mortalibus placui, electusq; sum,
qui in terris deorum vice fungerer, ego vitæ, necisque arbiter
gentibus qualem quisque sortem, statumque habeat, in ma-
nu mea positum est, quid cuique mortalium fortuna datum
velit, meo ore pronunciat, ex nostro responso lætitiæ causas po
puli, vrbesque concipiunt: nulla pars vsquam nisi volẽte, pro-
pitioque me floret: nec tot milia gladiorum, quæ pax nostra
comprimit, nisi ad nutum meum stringuntur: quas nationes
funditus excidi, quas trãsportari, quibus libertatem dari, qui-
bus eripi, quos reges mancipia fieri: quorũque capiti regium
circundari decus oporteat; quæ ruant vrbes, quæ oriantur,
mei iurisditio est. hæc ille. Et in historijs scholasticis legitur
idem, quod ponit, & deponit reges, & magistratus super Euã-
gelio Matthei in prologo. Item Imperator est seruus dei, vt C. de
officio præfec. prætorio africæ. l. quas gratias. in verbo, per nos
seruos suos. ergo Imperator debet seruire deo, & obedire apo
stolo dicenti. Domini quod iustum est, seruis vestris præstate,
& scientes, quod & vos dñm habetis in cœlo, apud quem nõ
est acceptio personarum. & iterum lex dicit, iubemus omnẽ
violentiam, & omnem auaritiam cessare, & iustitiam, atque ve
ritatem reseruari, & sic enim deus placatur, vt formaliter di-
cit textus in dicta l. quas gratias. ver. ergo. Et in psalmo de vul
tu dei iudicium meum prodeat, & oculi mei videant æquita-
tem. Et iterum in alio psalmo, iuste iudicate filij hominum:
quæ verba sigillo Imperatoris sunt impressa: & si Imperator
vnum scribit in textu, videlicet quod est iniustum, & iniquũ,
& aliud in sigillo est contrarius sibijpsi: & aliquãdo vocatur
coluber tortuosus, quando est scismaticus. de electione. c. ve-
nerabilem. Aliquando aspis periculosus, quando non vult au
dire, nec facere, quod æquum est pro mundi pace, vt in c. ad
apostolicæ. de re iudi. lib. 6. quicquid tamen agitur supra le-
gem, absoluta potestas est, nec est subditorum corripere:
quia vt ait aristo, nullum inferius participat id, quod supe-
rius est:

rius est: sed obedire oportet. Nam hic maxime bonum obedientiæ sentitur, vbi discolis dominis flexis genibus obeditur.

8 † Porro in principe si loquitur in arbitrarijs, non requiritur causa: si vero loquimur in rebus decisis, & determinatis naturali lege, vel moribus gẽtium, aut exprimit causam specifice: & statur verbis suis proprio motu prolatis, adeo quod secundum consuetudinem generalem, vt ait Cy. & non potest probari contrarium, vt ipse not. C. de preci. impe. off. l. rescripta. in fi. nam semper rescriptum suum supponimus ex iusta causa interpositum secundum Cy. Si autem loquitur per verba generalia, & incerta, præsumptio est: Sed contrarium probari potest, nisi loquatur de proprio facto, vel de proprio animo: quia nulli creditur contradicenti, vt in c. 1. de probat. in cle. & ibi no. vnde si Imperator dicit aliquem fuisse ingratum, & ideo reuocat beneficium sibi collatum, non requiritur probatio ingratitudinis: præsertim cum habeat in illum vitæ, necisque arbitrium, arg. ff. de lib. & posthu. l. in suis. & deuenire in odium principis satis magna causa est ingratitudinis, vt ff. de manu. l. testamento Centurio. & quia omnes homines, & omnes prouinciæ sont peculiares Principis, possumus dicere id, quod dicimus de peculio: quod peculium nascitur, crescit, & decrescit, prout vult dominus, vt ff. de peculio. l. peculium nascitur. sane sub Imperatore omnes prouinciæ sunt cõstitutæ, quæ vident ascendentem, & occidentem solem, & quæ ex latere. i. meridie, & septentrione sunt, vt in Authen. vt omnes obediant iudicibus prouinciarum. in prin. etiam prouincia Gallicana. C. de offic. præfect. prætori. l. In nomine debent. in verbo, Galliæ, seu francorum. sed illud quõdam, quando Florẽte Romana respublica memoratæ prouincię integrę tenebantur, vt in eadem. l. §. quid autem Dux. Nunc autem dispositiones mundi mutatæ sunt, vt ait Aristoteles. i. cœli, & mundi non vtique mundus generabitur, & corrumpetur, sed dispositiones ipsius: & nihil perpetuum sub sole. corruptionis enim causa per se est tempus, 4. physicorum. licet Imperiũ semper sit, in Auth. quomodo oportet Episcopos. §. si. tamen non in eodem statu permanet, quia in continuo motu, & perplexa tribulatione insistit: & hoc apparet in mutatione quatuor principalium regnorum: inter quæ duo præclariora constituta sunt, assyriorum primum, Romanorum postremum, vt ait Augustinus lib. 10. c. 8. de ciuitate dei. quod debet durare vsque in finem huius seculi: & per Imperatorem regi in tẽ-
9 poralibus, per apostolicum regi in spiritualibus. † & sicut Papa sine vllo dubio potest deponere Cardinales, ita Imperator nobiles, & ita Barones: & si potest deponere, multo fortius potest eos alteri submittere: quia cui licet quod plus est, quod minus est. ff. de seruis expor. l. cui pacto. Vnde Seneca in lib. de moribus. in fine tulit priscorum ętas Cayum Cæsarem, cui quicquid libuit, licuit, facit lex. 1. ff. de consti. princi. & de imperatore loquitur Virgilius, tu regere Imperio populos Romane memento: hæc tibi artes erunt pacis componere morem, parcere subiectis, & debellare superbos. vt refert Augu. lib. 5. de ciuitate dei. c. 8. Idem Augusti. ait primo de ciuitate dei. c. 5. & c. 6. dicit, quod Cæsar hoc cupiebat sibi dici, tanquam spiritu inflatus: quia ista verba non conueniunt nisi soli deo, sed Virgilius fuit locutus de potẽtia mundana, non de vita beata. de primo ergo ad vltimum concludendo patet, quod Cæsari quodlibet licet. i. subditi tenentur obedire, tamẽ si malefacit, iram dei expectet, vt no. Host. extra de iudicijs. c. cum venisset. ipse enim est, qui humiliat, & exaltat, vt in hymno Beatæ Mariæ virginis, & terribilis est, & quis resistet, si-
10 bi: vt in psalmo. & multa ad idem possunt allegari. † Sed nunquid Imperator, qui concessit feudum, possit superaddere visitatorem, si feudatarius, vel Vicarius perpetuus male tractat subditos, & ciuitates sibi commissas dilapidat, vel absorbet grauia, & insupportabilia onera imponendo, & noua vectigalia superaddendo. audi verba Pauli de Leaza. in c. ad apostolicæ. §. præter hoc regnum. super verbo, æstimationem. vbi sic ait, & sic no. quod licet vassallus habeat vtile dominium, non tamen debet disceptare: sicut nec vsufructuarius alias reuocari potest, ff. de vsufruc. l. si cui. §. sicut. & in lib. feudorum de inuestitura. c. 1. §. quid ergo. vsque ad finem. coll. 10. Paulus propter hanc causam Papa potest reuocare priuilegium, arg. 63. dist. §. verum. vbi Papa reuocauit priuilegium concessum Imperatori, cui erat concessum, vt deberet interesse electioni Papæ. Præterea Papa potest electoribus Imperij mandare, ꝙ infra certum tempus eligant: & si non obediunt, potest ad se reuocare electionem Imperatoris pro ea vice, vt not. in d. c. ad apostolicæ. in glo. pe. & fin. Reuertendo ad propositum dico, ꝙ potest constituere visitatorem, quinimmo dare coadiutorẽ, sine cuius consensu depopulationes, & guerræ non possunt fieri, nec superindicta ciuitatibus imponi, vt in c. grandi. de supplen. negli. lib. 6. Interest enim Imperatoris, ꝙ mundus nõ dissipetur, vt ex ipso cognomine patet: quia vocatur Augustus, & facit C. de sacrosan. eccle. auth. qui res iam dictas. Sed nunquid poterit præcipere populis concessis duci, ꝙ vadant
11 pragam. Ad hoc intelligendum facio comparationem, † vtrũ Dux comparetur filio emancipato? & ita ꝙ intelligatur habere ducatum quasi ad præmium emancipationis: & dico, ꝙ nõ est emancipatus: quia est in potestate Principis: æquiparatur ergo filio in potestate retento, cui pater donauit tanquam bene merito, nam tanquam extraneus acquirit proprietatem, & vsumfructum, vt C. de inoffi. testa. auth. vnde si parens. vnde est quasi aduentitium peculium: in quo hoc casu pater vsumfructum non habet: quia filio concessit persona, tamen semper est in potestate, vnde verum est, ꝙ Imperator est Dux, comes, & Marchio: quia omnis dignitas est in eo, sicut in Papa: tamen naturaliter est obligatus filio. ff. de condi. inde. l. frater a fratre. immo etiam ciuiliter: quia aduentitium est, & plusquam ciuiliter, quia ex plenitudine potestatis obligatus est:
12 quia obligari voluit. † Officialis quandoque facit aliquid suũ officium viriliter exercendo tunc est laudandus, non puniendus, nisi modum multum excedat: quandoque procedit ad ictus in verbera sponte, non exigente iustit. vel ad aliud illicitum: & tunc non est dubium, ꝙ officialis debet puniri, vt l. vt vim. ff. de iust. & iur. & ibi plene de hoc per glo. & doc. siue sit Principalis officialis, siue sit de eius familia, nam ipsa familia delinquens punienda est etiam ab ipso potestate, ipse autẽ potestas pro familia non punitur, si familia delinquit in eo, quod non est sibi commissum, puta, si committit vulnera, & adulterium, vt l. 1. §. familiæ. ff. de publi. prędicta probantur. ff. de pœnis. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXIX.

1 *Damna qualia, & quanta debeant restitui conductoribus possessionum propter vim maiorem, & propter incursus hostiles & qualiter probentur etiam ex coniecturis, & ex perceptione fundorum vicinorum fructuum. & nu. 4.*
2 *Dictio, propter. quid significet.*
3 *Sterilitas quando dicatur, & quomodo probetur.*
5 *Generi per speciem quando derogetur.*
6 *Promissio legis an tollat promissionem hominis.*

In Christi nomine. Casus talis est, quidã Nicolaus de Verona conduxit a domino Petro de Vincentia certas eiusdẽ domini Petri possess. & iura ad tempus quinq; annorum, quas, & quæ idem dominus Petrus habebat in Veronensi districtu pro pretio flor. c. soluendorum quolibet anno die prima Ianuarij, cum pacto, ꝙ si dictus Nicolaus propter guerram vti non posset, & exigere dictos fructus, redditus, & iura sibi locata, ꝙ tunc dictus Nicolaus pro rata temporis, quo foret dicta guerra, conueniri non possit: sed potius eidem debeat fieri subtractio pro rata dicti temporis, & etiam cum pacto, ꝙ si molendina, quæ erant in dicta locatione, destruerentur in totum, vel pro parte propter guerram, vel occasione alicuius guerræ, ꝙ tunc reficiantur per dictum dominum Petrum, & subtrahatur etiam pensio dictorum molendinorum pro rata temporis secundum ordinem factoriæ. Modo contingit, ꝙ de mense Martij. M397. stante dicta locatione orta fuit guerra inter Veronam, & Mantuam, & ipsa guerra durante. s. de mense Ianuarij de M398. procurator dicti domini Petri fecit pignorare dictum Nicolaum pro fictu tam possessionum quàm molendinorum, & iurium, quas, & quæ conduxerat, vt prędictum est. Opponit Nicolaus, & dicit se non teneri ad totam pensionem,

pensionem, sed partem confessus est, & illam deposuit, & con
signauit. Reliquam vero dixit non deberi, quia confundeba-
tur in restauro fiendo ipsi Nicolao propter hoc, quòd passus
fuerat damnum propter guerram, & non potuerat exigere
fruges, & redditus possessionum, & iurium, quas, & quæ
conduxerat: & sic habebat locum pactum in locatione com-
prehensum: & super hoc producta sunt capitula, agitatus est
1 processus, examinati sunt testes. † Modo quæritur, quid iu-
ris contra Nicolaum? & pro domino Petro allegatur, quòd
per specialem prouisionem appositam in contractu videtur
recessisse a prouisione legali. Sic ergo vbi Nicolaus non pro-
bauerit se propter guerram non potuisse vti, & exigere, sicut
scriptum est formaliter in contractu, licèt alleget se damnifi-
catum, tamen non debet restaurari, & pro hoc allegatur theo-
rica Cyn. & doc. in l. 2. C. de iure emphy. & sic capitula non
releuant producentem. Ex aduerso respondetur, quòd in to-
to contractu dictæ locationis nihil est dispositum vltra, vel
contra dispositionem iuris communis: & sic prædicta argu-
mentatio non habet locum. item dato, quòd aliquid reperi-
retur contra, vel præter dispositionem iuris communis, tamē
non reperiretur tale, quod faciat cessare prouisionem legis: &
si quid specialiter prouisum reperiretur, tamen ex quo prouí-
sio contrahentium non fuit apposita animo nouandi proui-
sionem legis, non potest dici sublata legalis prouisio. ff. de re
iudi. l. 4. §. si ea conuentione. & C. de excep. rei iudi. l. pen. a
contrario sensu. præterea in dicto contractu non est dare ali-
quam prouisionem specialiter introductam, quæ non possit
concurrere cum prouisione legali. Merito ergo dicendum est
prouisionem legalem non deficere, nec sublatam esse, dicto §.
si ex conuentione. Et ita dicit do. Cy. in d. l. 2. in 6. q. Quid plu
ra? mouetur aliud dubium contra Nicolaum prædictum,
quid operentur illa verba in contractu apposita, quòd Nico-
lao debet fieri restaurum pro rata temporis &c. Respondeo,
detractio, quæ fieri debet conductori de mercede, debet esse
certa: & illam oportet esse moderatam secundum iustitiam,
non ad numerum, sed quantitatiue, seruanda enim est propor
tio. l. fi. ff. de eo, quod certo loco. & ff. ad l. Rhodi. de iactu. l.
2. §. iactura summa. aliàs est lex, puta, quia si in dimidia red-
dituum contingit detrimentum, dimidia mercedis debet de-
trahi. Non autem si illa dimidia detrimenti valet tantū, quan
tum, valet tota pensio, quòd de pensione nihil soluatur: quod
esset iniquum, & esset negligentia captiosa, quam interpreta-
tio prudentum fregit. ff. de transa. l. cum aquiliana. & facit ad
prædicta. ff. de contrahen. emp. l. fistulas. §. frumenta. & de pu-
blica. l. cum re. §. qui maximos. In casu ergo proposito quia
testes dicunt, quod Nicolaus passus est damnum &c. conside
randæ sunt fruges, quas perdidit: siue quantitates. & secun-
dum illa fienda est detractio idest, quantitatiue ad numerum
frugum percipiendarum, & non perceptarum: non autem ad
numerum annorum, vel valoris, vel quia non esset æqua pro-
portio. & istam puto fore meram veritatem, præterea dico in-
tentionem Nicolai esse fundatam, & restaurum sibi fiendum
esse: quia non solum de iure speciali idest secundum pacta cō
tractus scilicet si non potuerit vti, & exigere fructus, & red-
ditus possessionum sibi locatarum, & illa minor est probata,
vt infra dicam, contractus autem ex conuentione legem acci
piunt, l. 1. §. si conueniat. ff. depositi. & de suis, & leg. l. fi. imo
etiam de iure communi sibi debet fieri restaurum: quia sine
dubio probatum est ipsum Nicolaum fuisse damnificatum.
damnum autem contingens conductori cedit periculo loca-
toris etiam si absque eius facto emergat: dumtamen sine do-
lo, & colpa, seu negligentia conductoris. casus est ff. loca. l.
fundus. præterea vis maior, quæ lædit conductorem, si læsio
non est parua, cedit damno locatoris: maxime si conductor
conduxit ad pecuniam numeratam. ff. locati. l. si merces. §. vis
maior. & eo. titu. l. ex condu. §. si vis tempestatis. qui text. dire-
cto loquitur in incursu hostium. In proposito autem casu Ni
colaus est læsus propter incursum hostium, idest propter guer
ram, siue occasione guerræ, ergo &c. Guerra autem dedit cau-
2 sam damno, † & ideo attendenda est hæc dictio, propter. si-
gnificatiua causam, vel occasionem immediatam, vel remo-
tam ex quadam generalitate sui. ff. de incen. rui. naufr. l. 1. §.
ex incendio. & extra de præben. c. nisi. insti. de excu. tuto. §.
propter litem. Disputare autem an Nicolaus sit læsus, superua
cuum foret: sed de quanto sit læsus, recurrendum est ad di-
cta testium. vnum non omitto, quòd pro discussione molen-
dinorum in refectione ipsius damni secundum pacta contra-
ctus recurrendum ad ordines factoriæ, qui, & quales sint, li-
quido patet propter eorum notorietatem, adeo quod tanquam
factum permanēs possunt dici probatio probata. Item vnum
non omitto, quòd quantitates copulatæ per Nicolaum non
sunt probatæ ex toto: sed pro maiori parte, ideo pro parte pro
bata fienda est detractio: & in hoc nescio videre dubium. nā
si Nicolaus passus est damnum, vt probant, sequitur, quòd nō
potuit vti, & exigere, vel percipere est cōsequentia necessaria:
quia si potuisset exigere, vti, & percipere, tunc non fuisset pas-
sus damnum tale, quod deberet forte remitti, vel restaurari.
3 Præterea † sterilitas dicitur, quando fruges non sunt collectę,
vel est communis opinio, quòd illo anno fuerit sterilitas: quia
omnes communiter dubitant ire ad percipiendum fruges se-
cundum not. per Inno. in ca. propter. extra de loca. & Ioan. &
Bul. in l. si vno. in princi ff. loc. ergo in casu nostro probata est
sterilitas: & sic per consequens sine dubio restaurum fiēdum
est Nicolao iuxta quantitatem damni probati. & super prædi-
ctis videndum est, & consulēdum, quid iuris: & vt veritas ma
gis elucescat, mittantur capitula producta per Nicolaū, & te-
stes, qui deposuerūt super capitulis cum toto processu. Opor-
tet igitur primitus considerari quæ, & qualia sint pacta appo-
sita in contractu locationis: & secundum illa pacta an capi-
tula releuent, & sic vtrum releuent de iure speciali. Item vtrū
releuent de iure communi vltra pacta apposita in contractu.
item an testes probent capitula, & tandem quid concluden-
dum sit, siue pronuntiandum super ipso processu. verba Cyn.
ff. locati. lege ex conducto. §. si vis tempestatis. in verbo, incur
4 sus hostium. hæc sunt. † Hic quæritur de quæstione facti: qui
dam conduxerunt a communi pistorij certas possessiones ad
certum tempus, puta 5. annorum: exactor pro cōmuni petit
pensionem, conductores dicunt se non debere teneri, quia nō
potuerunt colere, vel coli facere prædictas possessiones pro-
pter incursus hostium, qui morantur in Castro Sancti Lucæ.
Quæritur, quid iuris: ego distinguo, aut superuenit guerra,
& incursus prædictorum hostium post contractum locatio-
nis: & tunc remittitur pēsio, vt hic dicitur. aut ante erat guer-
ra: & tunc imputandum est eis, qui sciuerunt conditionem,
& statum rei. vnde non excusantur a pensione, ar. ff. de dam.
infec. l. qui bona. §. de illo. & eius, quod not. infra eo. l. habita-
tores. §. vlti. Cyn. Considero igitur, quòd duo sunt capitula di
cti contractus: primum ibi, quod pacto &c. quod videtur ge
nerale quo ad quoslibet fictus, & redditus. secundum ibi, &
etiam cum pacto &c. quod videtur speciale quo ad destru-
5 ctionem etiam molendinorum. † & dubium potest esse, vtrū
clausula generalis porrigatur ad molendina, & videtur, quòd
non: quia quando species ponitur post genus, tunc attendi-
mus speciem, & non genus, vt ff. de verbo. signi. l. si cum fun-
6 dum. & ff. de leg. 3. l. vxorem. §. concubinam. † Item specialis
prouisio hominis restrictiua legis prouindētiam extensiuam
restringere consueuit, vt l. si cum dotem. in princi. ff. sol. mat.
C. de pact. conuen. l. fina. C. de procu. l. maritus. In cōtrarium
facit: quia quando species, & genus apponūtur fauore vnius,
& eiusdem personæ, amplior prouidentia generis non exclu-
ditur per prouidentiam speciei, vt ff. de fundo instru. l. quæsi-
tum. §. fina. & hæc est veritas, quia quandoque inter genus, &
speciem non adijcitur copula: sed apponitur dictio, hoc am-
plius. vel dictio, & etiam. & tunc non minuitur per speciem
generis significatio, vt ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. ff. de au
ro, & arg. leg. l. pediculis. §. labeo. Præterea in isto contractu
fit mentio molendinorum respectu refectionis, quæ non in-
erat respectu præcedentis capituli: non quia restringeret re-
missionem mercedis, quę venit ex natura contractus, & ex ra-
tione vniformi, quę debet considerari in contractibus, vt d. l.
si cum dotem. in princi. ff. solu. matr. secundum aliam lect.
veriorem. & ff. de condi. ob cau. l. si extraneus. & ideo neutrū
capitulum derogat alteri, sed addit scilicet casum destructio-
nis & refectionis. quod enim est appositum in fauorem, non
debet

debet conuerti in læsionem: quia nulla iuris ratio hoc pati-
tur, vt ff. de leg. l. nulla. & C. eo. l. quod fauore. Non obstat di-
ctum Cyn. quia loquitur, vbi super casu guerræ non est pa-
ctum appositum, vt C. de euictionibus. l. si fundum sciens. Et
ideo concludo, quod diminutio mercedis debet fieri arbitrio
boni viri, & sumi potest coniectura ex incommodo, quod cō-
muniter accidit alijs, & ex cōsuetudine perceptionis, & ex vi-
cinitate locorum, vt no. in l. 2. de rescin. vend. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXX.

1 *Stante statuto, q conductor alienando, vel tradendo non pri-*
*uet dominum possess. si actum sit ad posse. & non ad proprie-*
*tatem an possit appellari.*
2 *Titulus locationis ad quid ordinetur, & an probet possessio.*
*& dominium.*
3 *Stante stat. de quo supra an si res alienata stetit apud empto*
*rem per longū tempus, an possessio sit amissa, ita q in illo pos*
*sessorio possit recuperari, licet locator continue receperit pē.*
*sionem a conductore alienante.*
4 *Stante statuto, q hæres ipso iure nanciscatur possessio. an si.*
*pronuntietur, possit appellari.*
5 *Appellari an possit in mixto possessorio, & quādo dicatur mix*
*tum. & nu. 9.*
6 *Possessio quando continuetur in hæredem, & quando retinea-*
*tur per colonum.*
7 *Colonus an tradendo præiudicet hodie domino.*
8 *A possesso. iuris an appelletur, & quid a mero, & mixto.*
*numero 9.*

In Christi nomine. Statuto cauetur, q conductor alienan
do, vel tradendo non priuet dominum possessione. modo
actum ad possessionem, & non ad proprietatem. Quæritur,
vtrum possit appellari? Secundo quæritur, si ita res stetit apud
eum, cui conductor vendidit per longum tempus, & plusquā
longum, puta per 25. annos, licèt locator continue receperit
pensionem a conductore, vtrum possessio sit amissa, ita quòd
1 nullo possessorio possit recuperari. † Quo ad primū videtur,
quòd possit appellari: quia causa non est possessoria mere, vel
mixte cum titulo iuxta doctrinam, quæ ponitur in l. vnica.
C. si de momen. pos. & in Spec. de appel. §. quibus. versic. 6. In
contrarium videtur, quòd titu. loca. non probat dominium,
sed possessionem, contrahentes inter alios neutrum probat. vt
vt extra de fide instru. c. inter dilectos. §. fi. C. locati. l. de con-
2 ductore. nam tit. locationis † non ordinatur ad aliud, nisi ad
qualem qualem possessionem, vel verius detentionem, & fru
ctus, quandiu pēsio soluatur, vt C. de præscrip. 30. annorum.
l. male agitur. & C. vnde vi. l. non ab re. vnde si non appellatur
in possessorio, nec in detentatorio, vbi agitur de minori præ-
3 iudicio. † Quo ad secundum punctum videtur dicendum,
& primo, q longo tempore perdatur possessio propter negli-
gentiam, vt ff. de vsucapio. l. furtum. §. fundi. & l. quare. & in-
sti. de vsucapio. §. quod autem. In contrarium videtur: quia
percipiendo pensionem retinet possessionem. Non enim vn-
quam perdidit eam, cum retinuerit, & ad effectum possidēdi,
ff. de vsufruct. l. quia non pretio. nec enim debet nocere domi
no clandestinus, & furtiuus contractus. nam clam dicitur
possidere, q dominum non certificauit, vt ff. pro suo. l. si ancil
lam. quia præsumitur suspicatus se posse repelli, cum sic suspi
cari debuerit, vt ff. de acquirē. posse. l. clam possidere. in prin.
4 † Tertio quæritur, si statuto cauetur, quòd hæres ipso iure
nanciscatur possessionem, si super hoc pronuncietur, vtrum
possit appellari? & videtur, q non: quia mera possessio euin-
citur, imo verius sola detentatio, quia duo insolidum posside
re non possunt, quando ex hoc resultaret aliquis conflictus in
ter compossessores, vt extra de proba. c. licèt causam. & quia
inter mortem veteris possessoris, & possessionem hæredis nul
lum est medium, vt ff. de lega. 1. l. quæsitum. §. præsenti. ergo
hæres est prior in possessione, & omnis possessio, quæ esset præ
iudicialis ei, præsumitur clandestina, vt dicto c. licèt causam.
In contrarium videtur, quia hæc causa non est mere possesso-
ria, cum non competat, nisi vero hæredi: quia cum hoc statu-
tum sit contra ius commune, vt l. 1. §. scæuola. ff. si quis testa-
mento liber esse iussus fue. debet intelligi proprie, & stricte de
5 eo, qui probat se hæredem. † Et sic est mixtum possessorium
cum iure dominij: quia hæres, & dominus idem sunt, vt l.
his verbis. ff. de hære. insti. Porro omnes doctores tenent, q
in mixto possessorio possit appellari: nimirum quia etiam in
actione ad exhibendum appellatur, quæ præparatoria est, vt
ff. de appel. l. creditor. §. iussus. & de iure canonico hoc cla-
rius est, vt plene leg. & not. extra de restitu. spoliato. c. cum ad
sedem. Pro solutione huius quæstionis præmittenda sunt ali-
qua, & primo, quòd suus, & necessarius hæres non dicitur ha-
bere titulum pro hærede, neque pro suo, vt C. de vsucapio. l.
pro hærede. l. nihil. & tamen mirabile est, quòd dicitur suus
hæres. Sed tā illud dr quo ad præscribendum, nō quo ad conti
nuationem dñij, vt not. ff. de acquirē. pos. l. cū hęredes. & l. cū
miles. in princi. ff. quibus ex causis ma. Et ideo videtur aliud
in suo hærede, in quo proprie non est titulus, quàm in extra-
neo hærede, vt in suo sit merum possessorium absque titulo,
& non possit appellari, in extraneo vero hærede secus, quia in
causa effectiua iudicij huius duo sunt substantialia, scilicet
ius hæredis, & ista quasi possessio ficta: & sic appellari possit.
non obstat l. edicto. C. de edicto diui Adria. quia ibi speciale
in vltima voluntate scripta, vel in notoriam redacta. Sed ad-
uerte, quia hic sumus in casu priori idest in filio suo hærede.
& sic videtur, quòd appellari non possit: sed certe aliud vide-
tur considerandum: quia tempore mortis patris reserant sub
colono, seu conductore, per quē hæres defuncti acquirit pos-
sessionem sine alia apprehensione: & non possessionem fictā,
sed veram: quia hoc casu possessio retinetur animo, & corpo-
re alieno, vt ff. de acquiren. posse. l. si id, quod. §. 1. & l. si de eo.
§. si forte. sed certe illę leges nihil faciunt: quia loquitur mor-
tuo colono, vbi possessio domini substantiua fuit in se ipsa, &
in propria origine, sed nos loquimur e contra, quando est mor
tuus dominus, vbi hęreditas eius non tenet locum personę in
possidendo, vt d. l. 1. §. scæuola. quia natura possessionis est a fa
cto incipere, idest a pedum positione, vt ff. de acquiren. posse.
6 l. 1. in princip. † Considera, aut colonus retinet possessionem
nomine hęredis, quod est soluendo ei censum: & tunc conti-
nuatur possessio hęredi: aut non habet iustum animum, quia
non soluit mercedem: & tunc non continuatur, & ita dicit
text. coniuncta glo. ff. de acqui. posse. l. qui vniuersas. §. quod
per colonum. Item ponit ibi Barto. & dicit esse multum no-
tabile, ergo solutio pensionis multum operatur, quod verum
est, quando colonus erat in aptitudine detinendi: non cum
alij iam tradiderat, vt l. pomponius. ff. quibus mo. vsufruc.
amit. secundum Dyn. & Barto. qui ita not. ff. de acquiren. pos.
l. quamuis. §. si conductor. & dicit Barto. q illa l. pomponius.
7 est valde notabilis ad hoc: † sed in quantum dicit, q colonus
tradendo præiudicat domino in possessione, loquitur de iu-
re veteri: secus de iure nouo, vt C. de acquiren. pos. scilicet si
secundum communem opi. modernorum. & opini. est mul-
tum æqua: ne fraus coloni noceat domino, pro qua opinione
facit. l. municipalis: vbi supra in rubri. de pœna conducentis.
& c. ibi, officio iudicis absque lite. Nam quia dicit, absque li-
te, videtur procedendum facto, & sic sine appellatione, vt siue
siue sit causa continuandę possessionis, siue, reintegrandę de-
beat sic velociter procedi, quòd non possit appellari: quia
lis moueri non potest, quominus fiat executio, sicut contin-
git aliàs in c. 1. de re iudi. in cle. nam vigore legis municipa-
lis vna sententia supponit pro tribus in effectu: & possesso-
rium statuti succedit loco possessorij iuris communis. Am-
plius dicendum est, quòd si requireretur aliquis titulus, re-
quireretur, vt quoddam præambolum, sicut dicimus in bo-
norum possessione causa litis cognoscendę, vt ff. de inoffi. te-
stamen. l. quemadmodum. Illa enim iudicium non fundat,
sed ordinat, ff. de acqui. posse. l. exitus controuersię. Nescio, si
8 aliàs consului super isto puncto: † quia a possessorio iuris po
test appellari. sed istud videtur possessorium iuris municipa-
lis: sed respondeo, aliud est possessorium, aliud bonorum pos
sessorium. Et sic non obstat, quod not. in l. 1. C. de secundis
tab. & quia ex coniunctione iuris communis, & statuti resultat
merum possessorium facti: & statutum dicit q sine lite existi.
simul

simul iunctis: quia statutum venit causa fortificandæ possessionis, id, quod est introductum in fauorem possessionis, non debet retorqueri in læsionem, & dilationem litis: quia lex municipalis dicit statim, in quo verbo me multum fundo: sed omnibus consideratis facientibus pro, & contra, licèt quæstio sit multum dubia, videtur dicendum, quòd appellationi non sit deferendum: quia statutũ vult, quòd sine lite fiat restitutio: & officio iudicis, & ęquitas pro agente est satis notoria, vnde iudex ex officio bene facit, si appellationi non defert, vt not. Inno. in c. fi. extra de ferijs. quia illicitæ possessiones fouēdæ non sunt, ne detur materia delinquendi, vt l. illicitas. in princ. ff. de offi. præsidis.

Ad idem. *CONSILIVM CCCXXXI.*

In Christi nomine. Super prædicto pũcto de appellatione consultus respondi, quòd si est quæstio, quia negatur hæres, & huic articulo etiã est annexus articulus possessorij: † quia a sententia potest appellari, quia non est merum possessorium sed mixtum. nec quæstio hæreditatis debet dici incidens, quia imo est originalis, & principalis: sicut agens ex contractu, & obligatione non dicitur intentare contractum, & obligationem incidenter: quia aliter non oritur actio. Incidens enim quæstio est illa, quæ alteri adiacet, & venit adminiculatiōe: non illa, quę habet substantiare libellum. & posito, quòd esset incidens, est incidens ex parte actoris, ita quod appellari potest: vt not. ff. de mino. l. intra vtile. & huic primo membro inhæsi in dicto consilio meo: quando est quæstio hæreditatis, & possessionis, quòd si declaratur hæres, & possessor, potest appellari, quia ille titulus, si de momentanea possessione. intelligitur, scilicet mera, argu. ff. de lega. 3. l. hoc legatum. nam si possessio sola non est apta ad agere, illud non dicitur possessorium: licèt in eo possessio multum patrocinetur, vt l. a. ff. si seruitus vendicetur. & not. eo. titu. l. sicuti. §. si quærator. & ff. de excep. l. sed si ante. & l. prima. ff. fami. hercis. Sed alius casus est, quando appellans non refert quæstionem hæreditatis, imo confitetur, quòd agens est hæres, & etiam in libello appellatorio. h. d. tunc appellare non potest, quia ex hoc capite cum sit confessus, & perseueret in confessione, etiam in suo libello, appellare non potest. Porro licèt de rerum possessione sit quæstio, talis controuersia residet in solo possessorio, quo non appellatur. Vnde considero, quòd quandoque quæstio est permissa, & dubia per negationem vtriusque capitis, scilicet petitorij, & possessorij: & tunc potest appellari. quandoque vnus articulus est separatus ab alio per confessionem rei: & tunc si constat de causa proprietatis per confessionem, ex hoc capite non potest appellari: quia si confitetur, ergo notorium. Item si confitetur, ergo consentit. Restat igitur solus articulus possessorij, & non est controuersia de alio, nisi de possessorio. sed ab isto possessorio mero nõ appellatur. & ideo in casu nostro, quia constat per confessionem, & libellum rei tam ex causa principali, quàm appellationis, dominum Vgolinum esse filium, & hæredem: quod est fundamentum alterius fundamenti: sequitur, quòd restat merum possessorium: & ideo appellari non potest. Nec obstat, quòd reus exceperit de præscriptione, quia nullo iure cauetur, quòd a possessorio, cui obijcitur exceptio præscriptionis, possit appellari. nam ex persona actoris metimur, nec potest reus excipiẽdo naturam iudicij mutare: vt l. 1. in princ. ff. si pars hæredi. peta. Conclusio ergo talis est, quòd consideratis terminis, in quibus sumus, non est appellationi deferendum: & nemo credat, quòd consilia ista sint contraria: quia vnumquodque cum iuris rationibus congruit, vt C. de edendo. l. fi. & ista fundantur per ea, quę no. Cy. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. si iudex. in lect. vbi etiam declarat dictum Specu. Ego Baldus.

*CONSILIVM CCCXXXII.*

1 *Frater alicuius ordinis, qui fuit & alterius ordinis, cui ordini acquirat, & factus est hæres, vel successor aliquorum bonorum: & refert, an sit hæres simpliciter, an pro pauperibus.*

2 *Religiosus factus executor cui acquirat.*

3 *Testator permittit vxori vendere pro sua necessitate, quomodo intelligatur.*

4 *Ratione mortis propinquæ, & imaginariæ præsumitur fraus.*

1 In Christi nomine. † Præmittẽdum est ad euidẽtiam, quòd ordo Sancti Augustini, & fratres dicti ordinis sunt capaces. acquirere enim possunt, quia & viuere volunt, vnde & si dicantur mẽdicantes, non sunt adeo mendicantes, vt fratres minores: quia acquirere possunt, videlicet ordo sibi, & professus ordini, vt not. Iaco. de Are. & Cy. C. de epi. & cle. l. deo nobis. Distinguendum est tamen, an frater dicti ordinis instituatur hæres, an vero relinquatur merus executor. nam si instituatur hęres, tunc refert, aut pro pauperibus, quibus debet distribuere, & tunc nihil efficaciter quæritur ordini, vt C. de epis. & cle. l. si quis ad declinandam. nam licèt honoris causa vocetur hæres, vt not. in l. filium. in princi. ff. de leg. præstan. tamen in effectu pauperes erunt hæredes, vel loco hæredum attendi potius effectu, quàm nomine hæredis, vt ff. de vsur. l. in fideicõmissi. §. cum pollidius. & ff. ad l. falc. l. cum dotem. ibi, & sane in plerisque ita obseruatur &c. & ff. de lega. 3. l. si quis titio. Ibi, nisi dumtaxat &c. & ff. de ali. leg. l. pecuniæ sortem. & ff. de ali. leg. l. filio. §. matri suę. & quod not. ff. de condi. & demon. l. si quis eum. Aut instituitur hęres simpliciter, & non pro pauperibus: & tunc acquirit illi ordini, de quo facta est mentio in testamento: quia cum status suus repugnet, non potest habere proprium. 12. q. 1. c. non dicatis. C. de sac. san. ec. auth. ingressi. vnde cum non possit habere proprium, necesse est, quòd acquirat ordini, siue conuentui, de quo facta est mentio: vt ff. de condi. & demon. l. si filio. & not. in capitu. cũdum. §. verum. de sepultura. in cle. nec distinguitur hoc casu, vtrum sit consanguineus testatoris, necne, licèt in eo, qui posset habere proprium, distingueretur: quia in consanguineo potius attenditur ratio sanguinis, quàm aliud accidens, arg. ff. de excus. tuto. l. tutor petitus. §. quę tutoribus. sic ergo est conclusum, quòd in casu nostro fuerit facta institutio pro pauperibus, nullum commodum acquiritur primę religioni, nec secundę: sed pauperibus nominandis, & postea nominatis. Si autem alicui religioni acquireretur, inspiceretur religio nominata. & si nulla religio esset nominata, inspiceretur illa, quę est tempore mortis testatoris, vt in Authen. de ecclesiasticis titulis. §. si quis in nomine. ff. de condi. & demon. l. quæ conditio. §. cum ita. fecit quod not. Cyn. C. de sacrosanc. eccle. l. 1. quia quantum ad acquisitionem inspicitur tempus, in quo cedit dies relicti, vt ff. de lega. a. l. si alienus. & l. debitor. §. tertio. & licèt post mortem mutauerit religionem, tamen religio in qua erat tempore mortis, præfertur: cum ei ius sit quæsitum. 18. q. 1. capit. statutum. Alij tamen aliter dicunt: & fuit quęstio disputata per do. Fed. de Senis. & posita inter consilia sua. nam quidam dicunt, quòd non potest adire, nisi iubente superiore. Iubere autem non potest, nisi quia superior tempore iussus, quia ille habet eum in potestate. & hoc in institutione hęredis in legato prima opinio est verior sine dubio. Sed
2 hoc vlterius non examino: quia non expedit. † Sequitur aliud membrum, quando religiosus est relictus executor. Et dicendum est, quòd officium executoris residet in persona executoris: & non acquiritur ordini: quia personale est, & consistit in voluntate, & facto ipsius executoris. Tamen debet habere licentiam superioris, videlicet eius superioris, qui est superior tempore licentię, vt in capitu. religiosus. de testa. lib. 6. & ff. de condi. & demon. l. qui hęredi. in princi. Ex quibus infertur, quòd cum dictus frater Iacobus habuerit licentiam, & bailiam ab Abbate dicti monasterij, in quo residebat, sine dolo aliquo potuit dispensare dicta bona in pauperes hospitalis. & non est dubium in bonis non venditis, † sed dubium
3 est in illo articulo testamenti, quo cauetur, quòd dicta Blancha vxor testatoris possit vendere pro sua necessitate: & ipsa infirmitate grauata vendidit, & confessa fuit se precium habuisse. Quęritur enim, nunquid dicta venditio habeat nocere dicto hospitali: & dicendum est, quòd non. Nam ad hoc, quòd dicta venditio valeat, debet esse euidens necessitas. secundo, quòd in eum modum sit vendenti permissa potestas.

Tertio,

Tertio, quòd in causam necessariam non sit superflua quantitas. Quarto, quòd respectu loci, & temporis emineat opportunitas. Quinto, quòd cesset omnis fraus, vt dicit lex illa notabilis. ff. de exerci. l. Lucius. sed hic non constat de aliquo quatuor præmissorum. Item nec de quinto apparet, scilicet quòd bona fide, imo potius præsumitur, quòd in fraudem, argumentum C. manda. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. quia confessio est suspecta: maximè cum tendat in præiudicium animæ, & piæ causæ. imo sicut dicimus in pupillo, & ecclesia, deberet constare per euidentes probationes, vt notat Gui. de cu. in d. l. 5
4 fi. † Item quia ratione mortis propinquæ, & imaginariæ præsumitur fraus, vt ff. solu. matri. l. filiæ nec emancipatæ, & egregie. & in c. 1. de renunc. lib. 6. Item necessitas intelligitur respectu futuri, non respectu præteriti: vt l. cum hi. in princi. ff. de transac. cum glo. sua. Ex his aperte patet, quòd hospitale habet iustitiam. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXXIII.

1 *De potentia imperatoris, qui fecit Ducem Mediolani suum vicarium, & alias iurisditiones dedit, de quibus omnibus supra in consi. 326. 327. & 328.*
2 *Principes quando possunt statuere contra ius tertij.*

In Christi nomine. Ad intelligentiam sequendorum præ-
1 mittendum quoddam indubitatum. † videlicet quòd princeps Romanus potest sua castra, & iurisditiones, & dignitates in feudum assignare, & conferre: & tanta est in eo plenitudo potestatis, quòd legibus solutus est: vt ff. de legibus. l. princeps. & licèt de plenitudine honestatis teneatur habere firmas concessiones suas: & non debeat venire contra fidem prædecessorum suorum: quia debet esse cultor, & auctor iustitiæ, vt in capitu. si clientulus. §. ecclesia. & in capitu. 1. de natura feudi. vbi dicit, quòd non potest disuestire sine causa: quia fides est de iure naturali: tamen si aliquod motiuum, etiam leue mouet principem, de plenitudine potestatis facere potest, quod ei libet, iuxta illud antiquum verbum, sibi licèt, vt d. l. princeps. C. eod. l. digna vox. quia quandoque possunt aliqua occurrere, quæ pro bono, vel malo sunt estimanda, nullus est melior arbiter, & declarator eo, vt ff. annu. lega. l. meuia. §. fin. & & not. Cyn. C. de precibus impera. offer. l. scripta. ipse enim est iudex iudicum: vt not. C. de decurio. l. nemo iudex. lib. 10. & non habet aliquem supra caput, nisi deum, a quo tamen punitionem expectet, si facit iniustitiam: & interdum propter enorme regimen Papa priuauit eum, vt in capitu. ad apostolicę. de re iudi. lib. 6. quia magis est Vicarius Dei Papa, quàm Imperator: quia Papa æquiparatur soli, qui maior est, quàm luna quantitate, dignitate, officio, & sublimitate, tamé infra Papam omnes eius subditi tenentur obedire. Porro ad eum pertinet gradatio, & degradatio, vt diserte ponit Sene. lib. 6. de clementia ad Neronem in princi. vnde omnes dignitates sunt scabellum pedum suorum: & potest eas infringere, & remouere, & transferre: cum sit deus in terris, vt in Auth. de consulibus. Ex his talis sequitur conclusio manifesta, quòd priuilegium domini nostri seruandum est, prout iacet de verbo ad verbum: nisi ipse Imperator aliter declaret fuisse suæ intentionis: quod non est verisimile eum facturum: quia expedit Romano Imperio fidem seruare Illustri domino nostro. nam tunc Romanum Imperium surrexit a mortuis, si bene consideretur, quando dictam Magnificam, Illustrem, & gloriosam gratiam fecit domino nostro Duci Mediolani, comiti Papiæ, & virtutum &c. Nam si Imperator crearet dominum Regem Arelatensem, nonne omnes comites, & Barones obedirent sibi. Nemo vnquam dubitauit, nisi insanus. desipit enim, qui sic sapit, & valde errat: quia regnum quoddam totum suas partes integraliter continens tam in personis, quàm in rebus, sicut omne nomen collectiuum populorum, & territorij. nam his nominibus continentur magnates, & vniuersæ nationes, quæ circunscribuntur sub finibus designatis, vt institu. de iure naturali. §. 1. Præterea si recte consideremus, nihil diminuitur Marchionibus, comitibus &c. sed dat quædam noua forma, & quidam stilus, sicut Imperator per se potest, ita per alium: quemadmodum posset super eos ponere visitationem, vt C. qui pro sua iurisdictione. l. prima. in fi. vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur: propter conscientiam tamen est cauendum, ne sub hac potestate loquor, & inquantum opinio mea concordet cum iustitia, & aliter non, summum Imperium Imperatori datum fuit, & iugiter conseruatum: quia necesse esset reipublicæ per vnum consuli, vt ff. de origi. iur. l. 2. §. deinde. cum esset commodius enim per vnum expediri, vt l. 3. §. quod in tutore. ff. de admini. tuto. sicut in ista domo non debet esse, nisi vnus paterfamilias, qui appellatur princeps familiæ. ff. de verbo. signi. l. pronuntiatio. §. 1. Item salute reipublicæ tueri nulli magis creditur conuenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem: vt ff. de offi. præfec. vigi. l. nam salutem. & ista tam immensa potestas originem sumpsit a bellis. nam Romanus populus subiugauit sibi prouincias successiuè omnes simul per potentiam armorum. ff. de origi. iur. l. 2. §. capta. deinde Sardinia. C. de Iustiniano codice confirmando. processitque annuentibus fatis, & deo permittente, vt mundus regeretur sub regula: & indomiti populi donarentur, & discerent iuga pati. 25. q. 1. capitu. quid culpatur. Populus enim indomitus est docendus, & frenandus, non sequendus. & de hoc tractat Beatus Augusti. 19. de ciui. dei. 21. Notandum est ergo, quòd originalis intentio creationis Imperij fuit bonum, & vtilitas reipublicæ, non priuatæ, puta Caroli Impera. ergo si Imperator in respublicas seuiret, excutere ab iugum tantæ seruitutis non esset contrarium rationi naturali. Nec obstat, quòd ecclesia approbauit Imperium: quia intelligitur in eo, quod iuste: nó in eo, quod iniuste, argumentum in capitu. cum eterni. de re iudi. lib. 6. & capitu. primo per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur. colla. 10. ita dicit Cyn. in d. §. capta. deinde Sardinia. sed quicquid ipse dicat, nos iuristæ debemus dicere, quòd Imperator est dominus mundi, etiam si male administret: quia non potest inferior corrigere superiorem: licèt Papa posset ex maxima causa eum deponere: vt in capitu. apostolicæ. de re iudi. lib. 6. tamen donec est in actu officij, optimus, maximusque princeps habetur: vt ff. de lega. 2. l. vnum ex familia. §. item Imperator Marcus. ipse denique alienare potest, salua maiestate Imperij. l. obseruandum. ff. de offi. præsi. cum & alteri committere hoc possit, vt ff. de offi. procuratoris Cæsaris. l. 1. §. 1. Item infeudare potest, vt in Authen. de pace constan. §. hoc, quod nos & §. consules. & §. vasalli nostri. cum. §. sequentibus. & de feudo marchiæ. capitu. primo. & per quos feudi cognitio deriuatur. capitu. primo. & quis dicatur Dux, Marchio, comes. capitu. primo. & quia honor est in honorante, princeps dando feudum notabilitat regnũ, expeditque reipublicæ potius habere iustos subditos, quàm peruersos: & sic expedit habere potius subditum Ducem, quàm tyrannum. C. de sacrosan. eccle. l. decernimus. videmus etiam, quòd alij duces magni sub se habent nonnullos comites, & Barones, & comes sabaudiæ gebenem. & re vtero ordini nihil repugnat, qui potius in iure, quàm in voce consistit: vt ff. de pec. lega. l. quædam consuetudo. etiam dat iurisdictionem, & limitat eã: vt C. de emã. lib. l. 5. cum fi. Porro ipse dat dignitatibus esse, & statum. ipse dat dignitatibus ordines, & prærogatiuas, vt in Authen. vt ab Illustribus, & qui super eos sunt. & C. vbi senatores, vel clarissimi. l. fi. Ipse enim potest facere duces, maiorem, medium, & minorem rationis est, quòd minor subijciatur maiori, vt in capit. primo in prin. qui feu. dare pos. Nam etiam inter Angelos reperiuntur ordines, & gradus: minor seruit maiori. nam hoc pertinet ad bonum regimen, & regulam vniuersi. vbi ergo sunt multi parui comites, vel Marchiones, maxime rurales, potest Imperator vnum facere, qui alijs præsit: & ad quem alij recurrant tãquam ad quendam propositum communiter: sicut magister facit magistrum. l. 1. §. magister. ff. de excep. Hoc enim inter eos bella corrigit, & pacem componit, subditosque protegit: vt ff. de vsufruct. l. æquissimum. ff. de serui. vrba. prædio. l. in re communi. & in l. 1. C. vt armorum vsus inscio Principe &c. & in Anthen. de armis. colum. 6. & C. de iudęis. l. nullus. Sane nemo dubitat, quin Imperator possit committere alicui vices suas: quia quod potest per se, potest per alium: cum ipse

personaliter vbique esse non possit. Aliàs igitur asseruit in partem solicitudinis, sed non in plenitudine potestatis nihil sibi absorbendo de iurisditione suprema: quæ cum sit quid persectum, neque crescere, neque minui potest, vt in capi. dudum. de præben. lib. 6. Item in Principe, quia disponit tanquam de re propria, creditur verbis eius: & motiuum ipsius habetur pro ratione certissima, vt ff. de ali. leg. l. diui seuerus. & ff. de manu. testa. l. testaméto Centurio. Diceret aliquis, Marchiones, & Comites non possunt disuestiri sine culpa, vt in capitu. 1. de natura feudi. nam cum hoc sit de natura feudi, ergo contra naturam non potest discerni, vt l. si peculium. §. 1. ff. de pecu. lega. & l. per seruum. in fi. ff. de vsu, & habi. Respondeo, istud non est disuestire: sed ponere sub quadam regula iustitiæ, & æquitatis. Certe & hoc posse inest a natiuitate cuiuscúque feudi: quia Imperator semper excipitur. nec etiam sibi legem imponere videtur, vt in capitu. 1. §. fina. de prohib. feud. alienan. per Federicum. Item non ob. ff. de fideicom. liberta. l. inuitus. & quod not. Cyn. in l. 1. C. de nouationi. & Dyn. in l. 2. ff. solu. matri. quia hic non quærimus de libertate tollenda, vel minuenda: sed de iurisditione: quæ residet sola autoritate communitatis, arg. ff. de annu. leg. l. quintus. §. Pomponius. quia iurisditio non est contra veram libertatem, sed contra vitia. nam ius, & iustitia compescit vitia, & coronat virtutes. l. l. 1. ff. de iusti. & iur. vnde contra subditum etiam inuitum, & damnum patientem committitur iurisditio: quia de natura sui redditur in inuitum, vt ff. de verbo. obli. l. inter stipulantem. §. 1. & ff. de offi. procon. & lega. l. 2. & in Authen. de quæstore. §. super hoc. colum. 6. & in mandatis Principis non requiritur causa, extra de appel. capitu. cum parati. & no. Inno. in capitu. 1. de iudi. lib. 6. Item princeps iura vtilia potest concedere sine causa, ar. ff. de libe. lega. l. si is, qui duos. nam ipse,
2 & ratio idem sunt. † Quid plura. dicit Inno. quòd licitum est regibus, & principibus secularibus aliquid statuere ex causa in præiudicium iuris alterius, vt ipse eleganter no. extra de iureiur. capitu. debitores. & sicut nos dicimus, quòd certa scientia habetur pro donatione in contractu stipulationis: quia ipsa liberalitas est pro causa sufficienti, vt ff. de oper. liber. l. campanus. & ff. de exceptio. doli. l. 2. §. circa. & ff. de verbo. obli. l. si diuortio. ff. de dona. l. aristo. ita multo fortius in Principe: quia ipsa liberalitas habetur pro causa. nimirum quia in Principe certa scientia pro iusta causa habetur, vt leg. & not. in l. idem Vlpia. ff. de excu. tuto. & est gl. ordi. valde not. in capitu. ad hoc. extra de rescrip. & facit quod not. Cyn. & ego in l. rescripta. de preci. imper. offe. & l. fina. C. si contra ius, vel vtil. pub. Item si Imperator concedat alicui homines suos, non tamen videtur alienare: quia adhuc retinet maioritatem, ar. ff. de hære. insti. talem. §. fin. & ar. eius, quod leg. & not. ff. de adi. leg. l. si seruo. in fi. magnæ glo. Patienter ergo, & non indignanter ferant subditi tam magnates, quàm pupilli. nam si magnates, fortius plebei, si Rex, vel Imperator ipsorum ceruices vult subesse maioribus: & altioribus se, quia potentioribus pares esse non possumus: vt l. 3. in princi. ff. de aliena. iudicij. item modernus Rex Romanorum per se propter locorum distantiam non potest Italiam regere. item potest dimittere aliquem in locum suum, qui ius dicat, vt ff. de officio eius, cui manda. est iurisdi. l. 1. §. cuius rei. & ff. de origi. iur. l. 2. §. post deinde diuus. ver. quotiens. item Imperator etiam indelegabilia delegat, vt. C. qui pro sua iurisdi. l. 1. in fi. Ex quibus sequitur euidéter, quòd dominus noster vice Regis Romanorum, & ex dignitate sua, quæ est quædam monarchia creata iuxta contentum suum, potest requirere, & mandare, quòd sibi iuramenta nouiter instituta præstentur sine derogatione substantiæ dignitatum Comitum, & Baronum: & absque subuersione bonarum consuetudinum: quæ omnino seruandæ sunt, si certam formam habent, vt ff. de annu. leg. l. Seyo. §. medico. & ff. vsufru. leg. l. Sempronio. §. fi. ibi, & ad eum modum &c. & ff. communia prædio. l. venditor. §. fi. constat & in capit. 1. de constit. lib. 6. Nam si intelligitur velle detrahere iuri alterius, vt clare legi. & not. extra de rescrip. capitu. ad aures. & iuramentum intelligitur in licitis, & honestis, & consuetis, vt ff. de auro, & argen. lega. l. pediculis. §. argento prætorio. Et notat. ff. de regul. iur. l. non videtur. §. cui iussu. iurabunt, ergo secundum verba priuilegij, & saluis alijs eorum iuribus quatenus de iure debeant reseruari, argu. ff. de damno infecto. l. prætor. §. si controuersia. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXXIIII.

1 *Contractus quando dicatur perfectus per nuntium, quem consueuit semper vti pro nuntio, & eius contractus confirmare.*

1 In Christi nomine. † Creditor indigés frumento pro se, & necessitatibus suis, & suæ familię debitori suo nomine. B. cóstituto in partibus remotis scribit, vt eidé debitori placeat dare de fruméto suo pro pretio cópetenti vsq; ad concurrentem quantitaté debiti: debitor rescribit, quòd est paratus ad rationé quatuor ducatorum pro salma: creditor scribit cuidam suo familiari in hac forma, primo, quòd non excedat summam pretij trium ducatorum, & vnius septimi pro salma: secundo scribit in hac forma: super facto grani, quia dictus B. non vult dare granum minori pretio aliàs dicto quatuor ducatorum pro qualibet salma, sit tibi menti loqui cum ipso debitore super facto dicti grani, & operari circa negotia dicti grani ad pretium, quicquid poterit pro commodo, & vtili meo: tandé dictus nuntius firmauit mercatum pro tribus florenis cum dimidio pro qualibet salma, cui dictus creditor scribit, quòd non contentatur. Quæritur, an dictum forum sit perfectum, necne, ita quòd dictus creditor teneatur stare contractui: & quid iuris. & videtur, quòd non, quia istę videntur literæ familiares potius, quàm literę mandati: vt C. quod cum eo. l. fi. Item quia emptio, & venditio est negotium voluntarium, & ideo non obligat dominum absentem, nisi mandato, vel ratihabitione, vt ff. de neg. gest. l. si pupillus. §. sed si ego. Ité quia fines mandati diligenter sunt obseruandi: vnde mulcum pondero illa verba, non excedendo in effectu pretium trium ducatorum vnius septimi pro salma. vnde habito respectu ad primas literas transmissas dicto nuntio dictus dominus non esset obligatus: vt ff. mandati. l. diligenter. & ff. de neg. ge. l. qui aliena. §. libertos. Item quia omnia ista verba, quæ præcesserunt ante firmatum contractum, videntur fuisse quædam prælocuta: & non obligatoria. C. de rescinden. vendi. l. si voluntate. & not. in l. eleganter. circa principium. ff. de condi. indebi. Præmitto tamen, quòd veniendo ad substantiam negotij est videndum, vtrum dictus nuntius habuit mandatum ad firmandum dictum contractum, necne? & videtur, quòd non habuerit mandatum ad contrahendum: sed solum ad tractandum, & rescribendum tanquam quidam mediator ar. ff. de arbi. l. si de meis. §. recepisse. & ff. de institoria. l. cuicunque. §. non omne. & ff. de acquiren. hæredita. l. eum, qui duobus. §. filius. In contrarium videtur, quòd habuerit mandatum ad negotium perficiendum propter verba: quia habuit mandatum circa negocium dicti grani, ar. ff. de neg. ge. l. ex facto. Dictio enim, circa. posita inclusiue includit suas extremitates. Secundo quia habuit mandatum operandi ad precium, quicquid poterit: ergo potuit de precio negotiari, & operari, ar. ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. & verbú, poterit. significat non solum potentiam sed actum. ff. de statu libe. l. 3. §. si quis. Item cui datum est posse, datum est de iure, & de facto efficaciter posse. de verbo. signi. l. nepos. Tertio propter illa verba, pro commodo, & vtili meo. nam vtilitas domini non stat in prolocutione: sed infirmatione, & solidatione contractus. ex hoc enim surgit commodum, & vtilitas in effectu: quia verba cum effectu sunt accipienda, vt l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. nam vtilitas est in substantia, & in effectu. ff. de neg. gest. l. quæ vtiliter. ff. de impen. in rebus dota. fac. l. 1. cum. l. sequen. ff. de verbo. signi. l. impensa. Præterea illa verba, non excedendo &c. fuerunt per sequens mandatum reuocata. l. cum plures. §. locator. ff. locati. Item ampliatum, & prorogatum intelligitur ipsum mandatum primum. l. qui ad certum tempus. maxime propter necessitatem victus. ff. de neg. gest. siue hæreditaria. ff. de exercito. l. fi. Item res erat tempore peritura: quia debitor erat alij distracturus: & sic licuit nuntio interpretari mandatú, & præuenire, idest prius

prius facere, & postea rescribere. Præterea præsupponitur, quòd iste cõtractus erat vtilis, & initium inspicere debemus, vt ff. de neg. gest. l. sed an vltro. §. 1. Sed & illud non est omittendum, quod in puncto præsupponitur, quòd dominus solitus erat se fidei dicti nuncij committere, & ratificare, quę ab eo bona fide gesta essent quantum ad interpretationem intellectus mandati. casus est not. ff. quod cum eo. l. titianus. item ad hoc. ff. de aur. & argen. lega. l. cum quidam libertum. Considero igitur, quòd fides, & industria electa nuntij, scilicet dãnosa esse debet. debemus dicere, quod dictum negocium tanquam vtiliter ceptum, & ab ipso domino ortum debeat ratum haberi per dominum, vt ff. de neg. gestis. l. Pomponius scribit. l. si negocium. & hanc partem puto veram, & æquam omnibus prædictis inspectis. & quia originale mandatum, quod erat limitatum, fuit postea ampliatum: & sic cum mandato fuit gestum. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXXV.

1 *Cedere vsumfructum aliud est, quàm cedere ius vsusfructus.*
2 *Ius patronatus non potest vendi, nisi cum tota vniuersitate, & nume. 4.*
3 *Totum quot modis dicatur.*
5 *Quod non licet in specie, non licet in genere.*
6 *Honoris nomina quid contineant.*
7 *Vocabula sunt intelligenda secundum quod vulgus intelligit.*

In Christi nomine. Quędam mulier relicta vsufructuaria cuiusdam fundi cessit titulo dotis vsumfructum, & iura ipsius ęstimata marito suo: hoc pacto, quòd maritus constante matrimonio debeat pro oneribus matrimonij habere, & percipere fructus, & post mortẽ mariti debeat habere iura. vsus-
1 fructus, ipsique mulieri debeant restitui. † Quęritur, vtrum per hoc mulier ceciderit a iure formali vsusfructus. ita quòd sit reuersus ad proprietatem necne? & videtur, quòd ceciderit, vt instim. de vsufruc. §. finitur. in contrarium, quia illud verum, quãdo dicitur, cedo ius vsusfructus: secus si dicat, cedo vsumfructum, quia tunc intelligitur largo modo pro commoditate, non pro iure inseparabili, vt ff. locati. l. si quis domum. §. 1. ff. de peric. & commodo rei venditæ. l. necessario. §. fina. Solutio, non cecidit a iure suo: quia de sola commoditate videtur actum. & hoc tribus rationibus. Primo, quia verba dicunt pro oneribus matrimonij. nam oneribus deseruit commoditas, non ipsum ius intellectuale. secundo propter illud verbum, percipere fructus. quod manifeste exprimit intentionem contrahẽtium relatam ad solam commoditatem. ff. de vsufruc. lega. l. fundi trebatiani. Tertio, quia verba debent intelligi secundum patiẽtem materiam. ff. de vsufructu. l. proculus. & est expressum in contractu. C. si pignus pignori datum sit. nec est mirum, quòd nomen vsusfructus accipiatur pro commoditate. l. 1. ff. de vsufruc. leg. Certe & illud est notandum, quòd non dicitur prorsus alienatum, quod in corpore matrimonij est spe retentum, & reuersurum, ac etiam. reseruatum. C. de iure dotium. l. in rebus. ex expressa prouidẽtia disponentis, vt not. ff. de adi. leg. l. si seruo. in fi. magnę glo. Item si esset erratum in iure, & maxime in subtilitate iuris, succurreretur mulieri, præsertim in damno vitando. Item per hoc. ff. de contrahen. emptio. l. qui tabernas. Item non præsumitur quis suum iactare: nec etiam eligere viam ad impugnanda sua iudicia, ff. de testa. milit. l. 3. vnde inspecta mente contrahentium, & sano intellectu verborum ista mulier non cecidit a iure suo, nec est reuersus vsusfructus ad proprieta-
2 tem vllo modo. † Secundo quæritur, supposito, quòd vnus vendidit omnes honores, & omnes honorantias, & ius patronatus, quos, & quas, & qd habebat in tali loco, an valeat vẽditio, & transactio iuris patronatus dicta de causa, vel non? & videtur primo, quòd non, quia venditio, vel translatio iuris patronatus non fit, nisi cum vniuersitate rerum, quibus adhæreat, vt not. in capitu. ex literis. de iure patro. & gl. in l. si operarum. ff. de ope. liber. & in l. in modicis. ff. de contrahen. emptio. Item quia fuit expressio iuris patronatus, quo vitiare videtur &c. In contrarium videtur ex eo, quod satis videtur vniuersitas, cum dicitur omnes honores, honorantias &c. Item dicitur, quòd non videtur expressio vitiare: & si vitiaretur, an illa generalis clausula, videlicet omnes honores, & honorantias &c. Supposita vitiata speciali clausula de iure patrona. cum contineat in se ius patronatus, ita quòd emptor possit in casu prædicto consequi ius patronatus, an ne? ad euidentiam sciendum est, quòd ius patronatus ecclesiæ non est de bonis, nec ipse proprie loquendo, in bonis patroni laici multo minus, quàm ius patronatus liberti, & ideo principaliter, & per se non potest alienari, vt nota. ff. de acquir. rerum domi. l. quædam. & in d. l. in modicis. & l. si operarum. ff. de pręscrip. verbis. l. naturalis. in fi. ff. de lega. 1. l. plane. la secunda. vnde principaliter, & specialiter non est commertio, nec potest separari a persona per modum alienationis voluntarię. argu. ff. fami. hercis. l. quædam mulier. & ff. dę iure patrona. l. Carmelia pia. sed accessorie potest alienari cum vniuersitate, idest tanquam pars cum toto, & tanquam contentum sub continente: quia cum vniuersitate omnia trãseant, quæ continentur in ipsa, vel sub ipsa, vt dictis legibus. & ff. de peti. hære. l. item veniunt. transire ergo potest tanquam pars in toto,
3 † vbi sciendum est, quòd totum aliud est integrale, vt fundus, & omne, quod sua integritate continetur, vt ff. vsucapio. l. eum, qui ædes. & ff. de acquiren. posses. l. possideri. §. 1. aliud est totum numerale, vt decem, & viginti: vt ff. de iurisditio. omni. iudi. l. 1. §. si idem cum eodem. C. depositi. l. fina. aliud est totum generale, quod prædicatur, idest verificatur secundum naturam suæ diffinitionis de qualibet specie sub eo contenta, vel ratione signi, quod dicitur vniuersale, siue terminus vniuersalis. sed apud legistas magis dicitur generale, vel generalis, vel commune appellationis, vt iste terminus animal secundum dialecticos, & iste terminus homo secundum legistas, vt ff. de lega. 3. l. si quid earum. §. inter emptum. & nota. in l. 2. si certum petatur. quandoque dicitur totum, idest totaliter, seu omnimodo: vt ff. de orig. iu. l. 2. §. post originem.
4 † Quia modo videndum, quòd ius patronatus non transit in spẽ principaliter, & per se: sed transit cum toto integrali, vt cum gleba. verbi gratia, si in aliqua parte territorij est fundata ecclesia, vtrum transeat cum toto integrali, & dicendum est, quòd cum toto vniuersali transit, & cum toto integrali nõ transit. vnde si quis diceret, dono tibi totũ patronatum meũ: istud est quoddam generale, quod prædicatur de quolibet patronatu ipsius, & quod non transit per numerum, non potest transire per genus, quia non est aliud dicere omnem patronatum, quàm hunc, & illum &c. nec est aliud genus, quàm spe-
5 cies dinumerat. † & quod non licet in specie, nec in genere, facit C. de præscrip. 30. anno. l. omnes. & ff. de lega. 3. l. si corus. attento igitur themate supradicto, quia ius patronatus in casu nostro non venit accessorie, nec tanquam contentum sub aliqua re realiter ipsum continente, terminus generalis non potest ipsum includere ita subtiliter, not. Innocen. extra de iure patronatus. capitu. ex literis. præterea illa verba, omnes honores, & omnes honorantias. nihil significant de iure patronatus: immo est in appellatione, & designatione expres-
6 sa diuersitas. † nam nomine honoris cõtinetur honor sed non honor cum onere. quia mixtum non continetur sub simplicibus, vt ff. de lega. 3. l. hoc legatum. ius autem patronatus est principaliter onus potius, quam honor, 16. quæstio. prima. capitu. visis. vel saltem est quid permixtum, & simplicia mixtis valde sunt diuersa, vt ff. de iurisditio. omnium iudicum. l. Imperium. §. mixtum. facit extra de probatio. capitulo. licèt causam. præterea secundum vsum vulgi patronatus non dicitur honorantia, scilicet si suo nomine stat, argum. ff. de pa-
7 ctis. l. iurisgentium. §. 1. † & vocabula sunt interpretanda, secundum quod vulgus intelligit: vt ff. de fundo instructo. l. cum delanionis. §. Asinam. & ff. de lega. 3. l. librorum. §. quod tamen cassius. concluditur igitur ex prædictis ius patronatus translatum non esse, nec ex his sermonibus transferri potuisse. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXXVI.

1 *Maritus an possit relinquere vsumfructum vxori contra dispositionem statuti.*

2 *Quando statutum, vel lex vltra procedit disponendo, actus aliter factus an valeat.*
5 *Maritus potest remittere vxori onus, ꝙ non possit nubere.*

In Christi nomine. Iuxta casum illius bonæ mulieris, cui in testamento quondam mariti sui fuit vsusfructus legatus, seu vidua remanserit, seu ad secunda vota transierit, & hoc non obstante lege aliqua generali, seu speciali in contrarium disponente, quo casu quæsitum fuit, an eo quia mulier transiuit ad secunda vota, ceciderit a dicto vsufructu? & hoc ex virtute dicti statuti. Rubrica, quòd maritus non potest vxorem ipsius hæredem instituere, nec legare, nec relinquere in aliqua vltima voluntate vxori suæ, nisi vsumfructum. Item statuimus, quòd de cætero aliquis maritus non possit vxorem ipsius instituere, & legare, nec relinquere in aliqua vltima voluntate vxori suæ, nisi vsumfructum: proprietatem autem alicuius rei relinquere non possit, sed de dicto vsufructu vti non possit, nisi honeste, & in viduitate manendo, & thorum viri sui honeste custodiendo: alimenta autem possit ipse maritus relinquere dictæ vxori suæ lectum viri sui honeste custodiendo, vendere vero, nec alienare vxori, vel alteri postea constante matrimonio non possit: & si secus factum fue-
1 rit, non valeat, nec teneat ipso facto. † ad euidentiam præmitto, quòd vbi statutum prohibet relinqui, testator non potest facere, ne statutum habeat locum in suo testamento. primo propter regulam generalem: quia iuri prohibitorio non potest renuntiari: vt l. 1. & 2. C. ne fideiussores dotium dentur. secundo propter aliam regulam, quia nemo potest facere, ne leges habeant locum in suo testamento, vt ff. de lega. 1. l. ne-
2 mo potest. † tertio propter legem expressam ff. de lega. 1. l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de lega. 2. l. codicillis. §. vltimo. ff. ad l. falcid. l. quod de hominis. §. 1. si autem lex expresse non prohibet, sed permittit, nec vltra procedit, non est dubium, quòd valet: vt l. 1. C. de sacrosan. eccle. & l. 2. C. communia de lega. cum similibus. si autem lex vltra procedit disponendo, qualiter relictum perdatur, sicut dicitur hic, quòd vsusfructus relictus relictum perdatur per transitum ad secunda vota: quia
5 dicit, quòd non possit vti, nisi in viduitate. † tunc maritus in suo testamento potest remittere hoc onus, permittendo quòd possit nubere, & legatum retinere: quia fauore testatoris emanauerat hoc statutum. text. est expressus in Authen. de nuptijs. §. disponet. nec enim turpe est nubere, sed honestum, vt ff. ad Trebell. l. mulier. §. cum proponeretur. & reipublicæ hoc expedit propter replēdam liberis hominibus ciuitatem: vt l. 1. ff. solu. matrimo. & ff. de conditio. & demonstra. l. hoc modo. & olim conditio cęlibatus reijciebatur. ff. eod. titu. l. mulieri & titio. & C. de indic. viduit. l. 2. & aut. cui relictum. & ibi no. nam ꝙ amittit vsumfructum nubendo, est quędam pœna, quam potest remittere testator, vel hæres eius: vt C. vt in possess. leg. l. scire. Ego Baldus.

Casus longus sequentis consilij.

In Christi nomine. Comes helli montis appellatus nomine proprio Longaspada habebat ex antiquo matrimonio tria castra, quæ idem comes vendidit communitati ciuitatis Arlarum pro precio m. lib. Turonensi. sub annis dñi 1326. & eadem castra dicta communitas postea dedit commiti in feudum pro se, & hæredibus suis, pacto inter cætera tali habito inter eos, quòd dictus comes teneat, & tenere debeat ipse, hæredes, & successores sui dicta tria castra in nobile, rectum, & gentile feudum a dicto communi, & omnia, & vniuersa castra villas, & loca, quæ dictus comes acquiret, & eius filij, vel aliquis ipsorum faciendo ipse dominus Comes, & eius filij, & hæredes, & successores de ipsis castris pacem, & guerram ad voluntatem dicti commitis contra quascunque personas &c. vt ibidem continetur. contingit, quòd currente 1334. dictus Comes acquisiuit nouum aliud castrum præter illa tria, quæ tenebat in feudum prius, vt supra: quo acquisito dictus Comes accessit ad antianos dictæ ciuitatis Arlarum, & notificauit, sicut tale castrum de nouo acquisiuit: vnde separatum asserebat illud in feudum tenere a dicto communi virtute dicti pacti, quo promisit tenere in feudum omnia, & vniuersa castra, quæ acquiret &c. vt supra in dicta clausula continetur. qua notificatione, & obligatione facta dicti antiani eandem obligationem acceptauerunt eundemque comitem de dicto castro inuestiuerunt, & ipse comes prouide fidelitatem iurauit, & fecit in forma solita, & communi: quibus peractis dictus Comes postea in anno domini 1345. alienauit dictum castrum per eum vltimo acquisitum absque consensu communis ciuitatis prædictæ, siue eius præsidium vni alteri comiti, qui bene sciebat conditionem dicti castri, qui appellatur proprio nomine Thedericus. Quam alienationē dictum commune dicit fore nullam, asserens dictam rem fore feudalem: & eam non potuisse alienari absque consensu ipsius cōmunis, siue ciuitatis: & per consequens infert dictum commune, quòd emptor non potuit dictam rem acquirere: immo tenetur eam eidem communi reddere, & hoc gratis, & sine precio: cum rem feudalem scienter emerit &c. iuxta no. in libro feudorum in titulo de prohibita aliena. per Fede. ca. sancimus. §. cacillidis. cum similibus. econtra vero dicunt dicti comites tam vendens, quàm emens negantes dictum castrum fore feudale: dicit enim dictus comes longaspada venditor quòd licèt in sua antiqua inuestitura ipse promiserit tenere in feudum a dicto communi omnia castra, quæ acquiret præter etiam prima feudalia, vt supra, & licet ipse recognouerit dictum castrum vltimo per eum acquisitum in feudo: & per eum inuestituram receperit, vt supra: tamen per hoc non fuit dictum castrum effectum feudale: cum tempore dictæ vltimæ inuestiturę dictum castrum, de quo agitur, non foret in bonis dicti communis Arlarum: nec fuit in dictum cōmune per talem recognitionem, & inuestituram vnquam dominium dicti castri translatum: nec etiam possessio eiusdem, vnde cum prædicta recognitio, & inuestituræ receptio non fuit modus efficiendi dictum feudale, infert dictus comes lōgaspada dictam alienationem reuocari non posse. & idem dicit pro cōseruatione iuris sui dictus comes Thedericus esse: dictus emptor, vt supra inferens ex præmissis, quòd ideo potuit acquirere, vt supra. Sapientes vero dicti communis respondent ad allegata per comites antedictos, & dicunt: quòd per dictam recognitionem, & inuestituram maxime hoc adiuuante clausula dicti pacti dominium dicti castri, quo quæritur, quadam breui manu fingitur in dictum commune translatum fuisse. Et eadem breui manu dicto comiti vassallo retro traditum in feudum. Modo super præmissis quæritur, quid iuris? Secundo principaliter postea contingit, quòd currente 1356. dictus comes longaspada decessit mulus liberis, & nepotibus inde relictis: Quorum aliqui ex dictis nepotibus acquisiuerunt aliud castrum in anno domini 1370. Quod quidem castrum dicti emptores taliter tenuerunt nullam pro eo dicto communi recognitionem facientes, vel inuestituram recipientes: Et demum dicti nepotes dictum castrum per eos acquisitum, vt supra, etiam alienauerunt sine licentia communitatis, siue ciuitatis prædictæ. Quam alienationem commune dictæ ciuitatis properat etiam impugnare, dicens, quòd virtute dicti pacti dictum castrum per dictos nepotes nouissime acquisitum, & ipso facto, idest eo ipso, quòd acquisitum est, & ipso iure feudale, & ita iure feudum obnoxium dictæ ciuitati, sicut alia tria castra primo in antiqua inuestitura in feudum concessa, per consequens sit inalienabile, acsi fuerit profectum, ac proprium dictæ ciuita. econtra dicunt dicti nepotes alienantes, siue ille, qui ab eis emit, dicentes, quòd virtus dicti pacti non est tantę efficaciæ, quòd castra citra tempora dictæ antiquæ inuestituræ acquisita sint ipso facto, & ipso iure feudalia: nisi prius interueniat factum ipsorum contrahentium. nec sufficeret sola requisitio, siue inuestituræ receptio, sicut interuenit in casu præcedenti: imo est opus citra dicta antiqua tempora &c. facta per eos notificatione talis nouæ acquisitionis, vt supra, vel requisit. ipsis per dictam communitatem, quòd illud teneat in feudum iuxta formam dicti pacti, & cętera: nec vendant, vel donent, nec aliter tradant dicto communi dictum tale castrum. Ita quòd dominum talis castri prius in dictum

com-

commune transferatur: quia translato dictum commune illud tale castrum retro tradas, aut reddatur tali vassallo illud acquirenti postea in feudum. Quæ cum facta non fuerint prędicta, vel similia dominium transferentia, restat, vt dicunt dicti acquirentes, quòd dictum castrum nullatenus est feudale: imo potuit & licite alienari. Dicunt etiam plus dicti vassalli acquirentes, vt supra, quòd in casu, quo ipsi teneantur virtute dicti pacti tenere in feudum a dicto communi omnia castra, quæ acquirent &c. quòd hoc non tenentur gratis facere: imo conueniens, & debitum est, quòd dictum commune soluat ipsi vassallo pretium, quo ipse emit tale castrum: vel saltem det valorem talis castri de nouo acquisiti, cum non videatur conueniens, quòd ipse vassallus de tribus castris &c. emat vnum aliud præter illam forte carissimo precio, sicut fuit in casu præsenti, & postea gratis tradat: & de illo, quod liberum acquisiuit, se vassallum alterius constituat: aliter sequeretur, quòd dicta ciuitas locupletaretur cū aliena iactura: quod esse non debet: sapientes vero dictæ ciuitatis ad allegata per dictum vassallum respondent dicentes, quòd tanta est virtus dicti antiqui pacti, ꝙ quicquid dictus vassallus acquiret, tenere debet in feudum: & hoc gratis, & sine alio pretio, vel rei ęstimatione, vel valore: immo sufficit primum beneficium in primum comitem translatum: cuius virtute ille comes longaspada se obligauit, & etiam posteros suos ad tenendum in feudum etiam acquirenda. & quòd acquirenda veniant in obligatione illius antiqui pacti, est ita facibile, sicut videmus in obligante generaliter bona sua præsentia, & futura, siue habita, & habenda. nam ita reperiuntur obligata acquirenda, postquam acquisita sunt sicut illa bona, quæ erant tempore obligationis iam quæsita. ex præmissis etiam quæritur, quid iuris: & super omnia diligenter videatur super viribus dicti pacti. & habeatur in præmissis consilium domini Baldi de Perusio, qui nedum in materia feudorum, imo in omnibus iurisque apicibus fœcundius præ cæteris dignoscitur Illustrissimus. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCXXXVII.

1 *Pactum, quòd quicquid acquirat aliquis, vel eius hæredes, seu castra, vel simile sit feudum tertiæ personæ, an valeat, necne.*
2 *Fictio non operatur plus, quam veritas.*
3 *Donare, vendere, vel pacisci super futuris quādo quis possit.*
4 *Inspicimus tempus, in quo aliquid confertur magis, quam tēpus, in quo aliquid fit.*
5 *Pactum, de quo supra repetitum est in persona paciscētis, quid operatur, nisi ipse comes paciscens acquirat ciuitati, seu cōmuni, & si vendat, incidat in commissum.*
6 *Pactum pars pretij est.*
7 *Concesso aliquo videtur concedi, quod sequitur ad illud eo ordine, quo illud sequi posset.*
8 *Pœna indiuisibilis est.*
9 *Pretium mox emptori reddi an debeat.*
10 *Pretium non repetit, qui contra legem scienter mercatur.*
11 *Quid de castren. emptis ab hæredibus paciscentis, de quo supra, an sint effecta feudalia, ita vt non possint alienari. d. irrequisiti.*
12 *Possessio an transeat ex solo contractu.*
13 *Feudi denominatio, & appellatio triplex est.*
14 *Feudum omne largo modo potest dici paternum, quod originē sumpsit in persona transmittentium.*
15 *Instrumenta antiqua an probent absque eo, quod de instrumento mandati notarij appareat.*
16 *Antiquitas dat autoritatem, & fidem.*
17 *Ceptum per vnum procuratorem an per alium prosequi possit.*
18 *Alienatio patris an noceat filio: & quid in feudis.*
19 *Transmissio in feudo, & dignitatibus regalibus an locum habeat, & quid veniat nomine filij.*

1 In Christi nomine. In primis vidĕdum est, † an illud pactum, quòd omnia, & vniuersa castra, villas, & loca, quæ dictus comes acquiret, ipse comes tenere debeat in feudum rectum, & gentile a dicta communitate, valeat, necne. & videtur, quòd non valeat ratione generalitatis, & incertitudinis, argumen. ff. de transac. l. cum aquil. incertum enim est, quod nullis finalibus continetur, vt ff. de censi. l. forma. & ff. de rei vendica. l. si in rem agat aliquis. Item ex isto pacto tam incerto nulla potest acquiri possessio: quia est incertitudo ratione loci, & quotæ, vt ff. de acquiren. possess. l. 3. §. incertum. & l. locus. Item ex tali pacto posset sequi inconueniens, & absurdū. idest enormis læsio vltra dimidiam iusti pretij, si forte dictus comes acquisiuisset castrum in duplum melioratum. sed huiusmodi iniquitas est vitanda, vt ff. de contrahenda emptione. l. domum. C. de rescindenda venditione. l. secunda. & argumen. ff. de legatis tertio. l. offilius. Præterea dicit lex, quòd ex contractu societatis transfertur dominium sine traditione, in rebus tamen præsentibus, non futuris: vt legi. & nota. in l. prima. §. in societate. & l. si quis societate. in fine. titu. ff. pro socio. quia ad futura nondum possessa non potest adaptari traditio vera, vel ficta: quia quod non est, tradi non potest: esse enim debet aliquod corpus, quod a tradente tradi possit, vt ff. de hæredi. vel actio. venditio. l. quod si nul-
2 la. † Itē nec debet plus operari fictio, quàm veritas: vt l. liber homo. de stipulatio. seruo. & de noxal. l. electio. §. si is. & ff. de adoptio. l. adoptio. sed vere nemo potest tradere, quod non habet: ergo nec fictę: vt l. cum eo. in princip. ff. de acquiren. rerum domi. in dubio ergo, idest incerto nihil valet: vt ff. de in diem adiec. l. cum duo serui. cum mult. concordan. ibi allo-
3 gatis. In contrarium videtur, † quia super futuris rebus bene potest qui pacisci: & ea donare, & vendere: dummodo sint in commercio, idest in vsibus hominis applicatæ, vel aptæ applicari, seu deuenire: vt legi. & not. C. de pac. l. fina. C. quæ res pignor. obligari possunt. l. vlti. ff. de condictio. demonstratio. l. nam ad ea. ff de actio. emptio. l. si iactum retis. extra de re iudic. capitu. Abbate sane ff. de verbo. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de contrahen. emptio. l. nec emptio. in princ. prætereа ista incertitudo, siue generalitas reducitur ad certitudinem, & speciem ex postfacto, vnde valet quod agitur, ac si a principio esset certum, arg. ff. de hęred. institu. l. asse toto.
4 & ff. de rebus dub. l. verum. §. cum quidam. † certe debemus inspicere tempus, in quo aliquid confertur, magis quam tempus, in quo aliquid fit, vt ff. de contrahen. emptio. l. quod sæpe. §. si quis amico. & C. de donatio. ante nupt. l. quod sponsę. solutio, in hoc puncto dicendum est pactum valere: vt ff. de contrahen. emptio. l. qui fundum vendidit. j. respon. & incertitudinem non uitiare, quia reducta est ad certitudinem, vt ff. pro socio. l. coiri. cum legibus sequen. & ff. mandati. l. fina. in princip. & ff. de procura. l. Item ad litem. cum infinitis similibus. sane similem contractum habemus, quia olim uocabatur contractus colonarius. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. fina. & in Authenti. dum alienā. §. uult enim. præsupposita igitur sit pro constanti ualentia pacti. Sed ultra pro-
5 cedamus, † uidelicet quòd istud pactum ualeat operari, & primo in persona paciscentis: secundo in persona hæredum eius, in persona si quidem paciscentis: & in persona hæredum fuit collatum pactum: & si habuis duo capita personarum, & duo capita rerum acquirendarum. capio ergo primum de rebus acquisitis per Comitem, qui primo recipit feudum, utrum statim facta sint feudalia, uel saltem per inuestituram postea subsecutam: & uidetur primo, quòd statim, quia ex contractu emptionis, & uenditionis, uel ex facto ad ipsum contractum opposito transit in ciuitatem dominiū sine possessione: quia speciale est in ciuitate, & in ecclesia, ut C. de sacrosanct. eccle. lege finali. duo enim sunt contractus, ex quibus surgit istud priuilegium circa ecclesiam, & ciuitatem, scilicet contractus emptionis, & uen-
6 ditionis: & intelligo cum pac. & appendentijs suis, † quia pactum pars pretij est, ut ff. de contrahenda emptione. l. fundi partem. & ff. de actione emptione. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de pac. l. iurisgentium. §. quinimo. Item contractus donationis: & intelligo large, quia priuilegia debent extendi, ut l. beneficium. de constitu. princi. ut contineat etiam donatio-

nem sub modo, quæ proprie, & simpliciter non est donatio,
nec mera liberalitas: cum habeat in se onus ex parte post, vt
leg. & not. ff. de donatio. l. 1. & l. hoc iure. & l. aristo. ex his se-
quitur, q statim, quòd dictus comes primus acquisiuit nouũ
castrum, sit adeo ciuitas effectum, vt ciuitas possit ei infeuda
re, quia iste est ordo tacitus istorum contractuum, vt ff. si cer.
pet. l. certi condictio. §. si nummos. & l. singularia. & ff. de do-
7 na. inter virum, & vxor. l. 3. §. sciendum. † quia aliquo conces
so videtur id concedi, quod sequitur ad illud: & eo ordine,
quo illud sequi possit, vt ff. de seruitu. l. si coi. & ff. de seruitu-
te vrbanorum prædiorum l. seruientes. §. si domo. præterea
& si non esset acquisitum dominium ciuitati statim, es-
set tamen acquisitum per recognitionem in feudum. nam ip-
sa recognitio duo in se includit: primum est dari ciui: secun-
dum recipi ab ea in feudum, vt ff. si cer. peta. l. si tibi. & argu.
ff. solu. matri. l. seruos dotalis. Item inuestitura est traditæ pos
sessionis validum argumentum, vt extra de consuetudine. c.
ex parte. sic iste comes vtile dominium habet a ciuitate, &
econtra ciuitas habet proprietatem ab ipso comite perpetuo
alienatam in ipsam. Item possessionem naturalem habet co-
mes a ciuitate, sed ciuilem possessioné habet ciuitas per qua-
si traditionem comitis: pro qua ciuili possessione fiunt ciuita
ti seruitia tanquàm dominæ principali: & nihilominus pro
naturali, cuius commoditas est penès feudatarium. sed in cõ-
trarium videtur, quia hic non interuenit inuestitura corpora
lis, quæ debet fieri in re, vel in conspectu rei, vt in c. 1. de con
suetudine recti feudi. & argumen. ff. de iure dot. l. si sponsali-
bus. §. fin. & sine corporali inuestitura feudum non est quid
perfectum, nisi subiaceat pœnis feudorum: quia non habet in
se debitam quidditatem, neque naturam, vt in c. 1. quid sit in
uestitura. collatio. 10. sol. omnibus consideratis dico, quòd
iste comes incidit in cõmissum, & forte omnium castrorum:
8 † quia pœna indiuisibilis est, & ratione partis coniunctæ cõ-
mittitur insolidum in persona ipsius contrahentis, argumen.
ff. fami. ercis. l. hæredes. §. si vnus. ff. de penu leg. l. 1. in fi. ff. de
verborum obliga. l. eadem. §. Cato. æquius tamen puto, quòd
non incidant in commissum nisi castra, quæ alienata sunt ci-
uitate irrequisita, ne pœna legalis transgrediatur delictum, vt
ff. de his, quibus, vt indig. l. rescriptum. & si dicatur, certe im-
mo nihil incidit in commissum: quia non fuit comiti tradi-
ta possessio corporalis: respondeo, hoc non fuit necesse, quia
possidebat, vnde sufficit traditio ficta, cum titulus fuerit ve-
rus oriens ex contractu principali, vt plene leg. & not. per Cy.
C. loca. l. qui rem. & per Barto. ff. de acquiren. possessio. l. si ali
quam rem. ad quod facit. ff. de rei vendica. l. quædam mulier.
9 & quod plene legi. & nota. C. de acqui. pos. l. cum nemo. † Sed
quæritur incidenter, nũquid nouo emptori debeat reddi pre-
tium: & dicendum est, quod ciuitas non tenetur reddere pre
tium: quia rem propriam vendicat, vt C. de furtis. l. 2. quia
non potuit facto tertij iniqua cõditio domino irrogari, vt de
rei ven. l. si mancipium. sed nunquid dictus comes vendime
teneatur reddere precium ei: potest dubitari. videtur enim,
quòd sic, vt ff. de euic. l. si prædium. & ff. de actio. emp. l. emp
torem. §. ibidem. In contrarium videtur, quia qui rem feuda-
lem scienter emit, pretium perdit, vt in c. imperialem. §. talio-
10 nis. de prohib. alie. feud. per Fed. † nam qui contra leges mer-
catur scienter, non repetit pretium propterea primum, vt pu
niatur, quia legem contempsit, vt C. de sacro sanc. eccle. l. iu-
bemus nulli. secundo, quia iniquis comparatoribus pretium
repetere non licet, vt C. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib.
10. tertio, quia emptor soluit pretium, quod sciebat non se de
bere, vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. solutio, scienter con
tra l. mercatus est, pretium, quod soluit, petere non potest: ni-
si per pactum stipulatione vallatum esset hoc expresse conuẽ
tum, vt C. de euic. l. si fundum sciens. Venio ad secundum pũ
11 ctum principale, † quo quæritur, quid de castris emptis ab
hæredibus: vtrum sint effecta feudalia ex pacto defuncti, ita
quòd si per hæredes sunt alienata ignorante domina ciuitate
prædicta ad dictam ciuitatem sint reuersa? & videtur, quòd
sic, quia ex pacto defuncti obligatur hæres: & maxime si non
fecit inuentarium: quia hæres, & defunctus censentur vna, &
eadem persona, vt l. hæredes. ff. de regu. iur. Item in ciuitatem

transit dominium sine possessione, vt d. l. fi. C. de sacro sanct.
eccle. plus dicunt quidam, quòd etiam possessio transit, quã-
do erat penès contrahentem. nam si transit dominium, quod
plus est, & fortius radicatum habens, vt. ff. de acquir. pos. l. si
quis vt. §. differentia. Multo fortius debet transire possessio,
12 vt ff. de acqui. pos. l. 1. §. si vir vxori. † In contrarium est veri-
tas: quia possessio non transit ex solo contractu, licèt in eccle
sia sit speciale, quod transeat possessio, ex no. ti. & inuestitura
abusiua, vt extra de consuetudine. c. 2. & ibi per Inn. & ita de
terminat gl. quod possessio non transit sine traditione, vel ali
quo actu, qui habeatur pro traditione, vt no. in d. l. fin. de sac.
sanct. eccle. & ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem respondit.
& ff. de publicanis. l. commissa. nec mirum, quia etiam in hæ
redem non transit possessio, nisi apprehensa: quia in facto cõ-
sistit, & in actu corporeo, vel quasi: vt ff. de acqui. pos. l. cum
hæres. ff. quibus ex cau. mai. l. denique. ff. si quis testamento li
ber esse iussus fuerit. l. 1. §. scæuola. vnde de possessione nõ est
quæst. & ille, qui non possidet, nec quasi, alium inuestire non
potest, vt ff. de acqui. rerum domi. l. traditio. ex hoc sequitur,
quod dicta ciuitas in dictis castris acquisitis per hæredes nul
lum habet feudale dominium: quia nũquàm possedit. Dicet
aliquis, esto, quòd ista castra non sint feudalia, tamen sunt ci-
uitatis ex pacto, vt d. l. fin. ergo ciuitas vendicare potest per eã
dem legem. respondeo, cõsidera subtiliter, quòd illa lex æqui
parat contractum, & legatum: sed testator legando rem hære
dis dominium non transfert, vt not. ff. de seruit. l. Papinianus.
Item res defuncti tantum sunt hypothecatę, non res hęredis,
vt C. communia de lega. l. 1. & 2. Item in generali hypotheca
non veniunt bona hæredis separata a bonis defuncti, vt ff. de
pigno. l. Paulus. & no. C. qui potio. in pigno. hab. l. assiduis.
circa fi. magnæ gl. tamen quædam glo. quæ est in l. 2. C. com-
munia de leg. dicit, quod testator legando rem hæredis trans
fert dominium, quasi hæres adeundo hæreditatem videatur
in hoc consentire, & ratificare, argu. optimum. ff. quib. mod.
pigno. vel hypo. sol. l. sicut. §. venditionis. sed adhuc conside
ra, quòd hæres tenetur ex quasi contractu: & specialitas di-
ctæ legis vltimæ non habet locum in quasi cõtractibus: quia
speciale est in quatuor casibus, vnde de primo ad vltimum
concludendo sequitur, quòd castra acquisita per hæredes nõ
possunt ab emptoribus per ciuitatem auocari, vel euinci, ex
eo videlicet, quod ceciderit in commissum: quia nullum est
commissum. Bald. de Perusio. Vlterius iuxta præmissa quæri-
tur, an castrum de nouo acquisitum per aliquem ex dictis ne
potibus, siue efficiatur feudum ipso iure, vel ipso facto, siue
per hominis factum, puta per reductionem, vel aliud huius-
modi, sit feudum nouum, ita quòd in eo non habeat locum
ius reuocationis inter agnatos. Puta, q si alienetur vni agna
to remotioris gradus, alij agnati proximioris gradus non pos
sint reuocare, vel reuocando retrahere: an vero habeat anti-
quum propter vim clausulæ dicti pacti. Item quia inter di-
ctas partes lis vertitur, vt supra, & vna pars producit certa an
tiqua instrumenta venditionum, in quibus fit mentio, sicut
a procuratore, vel procur. nomine. B. vt de eius procura. con-
stat publico instrumento scripto mano talis notarij M. emit
tale castrum &c. & non scitur, quis fuerit notarius, qui de-
buit recipere instrumenta procuræ: cum multi sint illius no
minis: nec dicit, cuius fuerit, nec producitur eius mandati
instrumentum, nec de eo aliter apparet. Quæritur, an dicta
antiqua instrumenta venditionis faciunt fidem absque eo, q
de instrumento mandati illius procuratoris appareat maxi-
me cum sit negatum in iudicio illum talem assertum procu-
ratorem vnquam fuisse in rerum natura: & si fuit, negatur il
lum habuisse legitimum mandatum ad dictam emptionem
faciendam. Item an instãtia causæ per procuratorem inchoa-
ta possit mutari in alium procuratorem aduersa parte contra
dicente, non tamen contradicente primo procuratore absq;
cessione aliqua, vel absque eo, quòd omnia de nouo narrẽtur
per secundum, in quem fit transitus, iuxta no. in l. mutari. &
in l. causæ. in fi. ff. de procur. cum simi. Et quid deberet in tali
mutatione fieri, & prædictis obstet, vel prosit, quòd in dicta
13 causa proceditur sine figura iudicij. Quo ad primum † re-
spondeo, q triplex est denominatio, & appellatio feudi: nam
quoddam

quoddam est feudum nouum: quoddam paternum: quoddam antecessoribus acquisitum. N uuum enim dicitur, quod ab ipso primo acquirente procedit: & nondum fecit transitum ad alium gradum. paternum autem dicitur, quod a patre descendit vsque ad quartum gradum liberorum. antecessoribus autem acquisitum dicitur, quod iam quartum gradum excessit: nam supra quartum gradum nec ascendentes, nec infra descēdētes habēt propria vocabula: sed illi, scilicet ascendentes vocantur progenitores innominato vocabulo: & genus appellatur proles, siue descēdentes. Initium ergo facit feudum nouum, sed vlterius deriuatum in alium gradum non dicitur nouum, vt in c. 1. de succes. feudi. & ibi not. glo.
14 quid ergo in textu in verbo, initium. † largo tamen modo omne feudum potest dici paternum, quod originem sumpsit in persona transmittentium, vt in c. 1. de gradi. succedend. in feudum. verficu. quod ita. in illa autem persona intelligetur incipere feudum, in qua primo habuit perfectum esse per inuestituram: nam ante inuestituram non est feudum, vt in c. 1. in princip. quid sit inuestitura. & in c. sciendum. de consuetudine recti feudi. Et ex his sequitur, quod si dictus prunus recipiens alienauit ciuitate inconsulta, quòd transuersales tpsius feudatarij nullum habent ius reuocandi, vt in cap. 1. §. in alio vero. de succes. feudi. & in c. 1. §. cum vero Corradus. qui feudum dare possunt. & in cap. 1. §. nos antem. & §. calidis. de prohi. ita aliena. feudi per Fredericum. facit c. primum. §. sed & per quos fiat inuestitura. & in c. Titius. si de feudo defu. li fuerit controuersia. & de alienatione feudi paterni. c. 1. Praeterea ista quaestio non procedit in castris nouis acquisitis per nepotes: quia vt dixi, iura feudi non cēseatur, licet obligatio personalis transeat in haeredes, vt not. in d. c. 1. in glo. quae dicitur, de successione feudi. & in glo. magna. Aliud est enim realis acquisitio, aliud personalis obligatio: vt ff. de leg.
15 1. l. apud Iulianum. §. si Titius. † Quo ad secundum pūctum de instrumentis antiquis puto negationi locum non fore: sed in instrumento tādum est. quisquis ille notarius fuerit, nihil ad rumbum: quia eadem est autoritas, argumen. ff. de libe. &
16 posthu. l. Gallus. §. si Caius. † Item antiquitas dat authoritatem, & fidem, cum instrumenta fiant in visum, & ad p batio- nem redacta, vt extra de verbo. signific. l. super quibu dam. §. Praeterea. & argumen. ff. de vsuris. l. cum de in rem verso. Et quod no. C u. C. de fide instru. l. solennibus. alioquin instrumenta antiqua non debent reuocari: & multae scripturae sunt sine Titulo, ut patet in libro psalmorum: quia punctualiter nescimus auctor: & tamen faciunt fidem. tamen textos dicet, quod instrumenta antiqua in fide sunt debilitata, vt in Auth. vt e lesia Romana. §. 1. & facit extra de testibus. cap. Albericus. & C. de falsis. l. si quis decurio. et impossibili ergo nō est facienda fides, sufficit constare, quod in praeteritum si fuerit
17 vsitatum: vt ff. de vsuris. l. cum de in rem verso. † Quo ad tertium punctum dico, quòd ant in mandato continetur, quod vnus inceperit, & alter prosequi possit: & tunc non est necessaria cessio instantiae, argum. in l. 1. ff. de officio consulis. aut non sunt haec verba: & tunc est necessaria cessio instantiae, vt notat. ff. de procurat. l. mutari. & l. quae omnia. vel quòd de nuo narrentur praeterita, & accedant fienda, quod sit breuibus verbis, id est sola facti recitatione. & ibi per Bart. de iure can. non puto, quod ista superfluitas, & scrupulosa subtilitas sit necessaria, arg. extra de electione. c. quorelam. praesertim in administratoribus, qui habent publicum officium, vt sunt syndici ciuitatum, vt ff. de euictio. l. si ideo. §. 1. & practica in dictorum ita se habet, quòd ad absq; cessione instantiae, quod vnus incepit, alter possit prosequi recta via, facit c. si duo. vel sic. aut dictum. de procura. lib. 6. Conclusio igitur super singulis dubijs difficilibus, clara est, sicut clare dixi, & ista pun-
18 cta sunt de apicibus iuris. † Restat vnum, an alienatio patris noceat filiis: & dico, quod aut pater fuit stipolatus feudum filio, vt haeredi, & nocet. Aut filio vt filiis: & non nocet. aut est dubium: & tunc in feudo videtur stipolari filio vt haeredi in c. 1. an agnatus, uel filius. & in c. 1. de duobus fratribus a capitaneo inuestitis. sed si aliquis extraneus, puta tabellio tanquam pu ca persona stipulatus esset pro patre, & filio mandato patris, ederet: sed si tanquam gestor filij, & patris, filius

non intelligeretur appositus in consequētia successionis, sed solum in ordine. mortuo patre. & sic alienatio patris ei non noceret: immo aperiret feudum ipsi filio: quia exclusio prioris est inclusio posterioris. facit qood not. ff. de pac. l. si tibi. §.
19 si pactus. & C. de oper. lib. l. liberti. per Petrum, & Cyn. † haec natura in feudo transmissibili: sed in non transmissibili, vt in feudo dignitatis regalis, puta Marchiae. & ducatus comen filij intelligitur pro filio simpliciter: non pro haerede, vt ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. quis ita. non obstat capitulum primum. §. in feudo. de feudi alien. ibi dum dicit, vsurpatum est. quia illa vsurpatio cessat, vbi est peccatum expresse oppositum, quod est ius commune, potest referri, vt C. de pro cu. l. maritus. & l. fin. C. de pact. conuentis. intelligo enim pactum secundum ius commune, & secundum vsurpationem. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCXXXVIII.

1 *Contumax quot modis dicatur.*
2 *Electioni interesse qui non vult, se facit alienum ab ea. & quid s t praesens, sed nolit eligere.*
3 *Electiones duae si fiant in discordia, & diuersis temporibus, vtra ipsarum praeualeat.*
4 *Electionis substantialia quae sint, & quae adi centia: & quando valeat, & qua do non.*
5 *Consuetudo d cur nem.*

1 In Christi nomine. Ad euiden iam est praemi ten ū, † q lic c natus non venien quandoque sit veru c ntumax, quan us fict , quand que nec verus, nec fi . & quando s per casum impeditus, tamen si citatus accedit. & postea re ed t, semper est verus contumax, nisi cc la necessitas, cui naturaliter res non pote t, eum naturali er compulerit ad re llum. ff. d re i iudic. l. quaesitum. ff. de publicanis. l. Caesar. ex lo, & contu. cap. 1. lib. 6. quomodo
2 & quod iud. c. S indo praemitto, quod ab electione se fa alienum, qu el om interesse non vult, vt ff. de fidei com. liber. l. li batario §. a duobus. di Iacob. de Aret. notandum, que ab electione faciunt alienos, qui per contumaciam absunt: & ad suos coelectores iu el di transfertur, vt h extra de el im nobi olim. Idem praesentes sint & ete ol ntra eo. l. non antum. §. penu. Iacob. d Aret. em e d cens, h igitur, quod si plures ete abe nt, & liqu per cō tumaci a t, q gen in alios trasfertur.
3 sic supr dem. l. 1. & §. ait O T praemittendum quod qu de duae el ones fiunt in d dia, non simul d diuer bus, aut valet pi ma: & non valet secund aut n alet & tun est notorium non alere. val nd: dummodo aliàs sit legitima, & formalis sed sic du um est, an valeat prima, necne, secunda elect interim est alland vt e de elect. ons nius & capit. audiuis. nimirum qui eligentes debent el ert tam de iure eligen i, quàm de facto. non enim po sunt fa o el gere, sed cum anim lena de iberatione, & ra entia, l. quae ro. ff. de eo, qui pro tui . & i regu iuris in tum, omnia, quae an u lest nai ne tun ir non ni er & certa scien a per ci olluni ad em. ff. de testamentis. latu. C d captiui & postliminium reuer l. nec n . ff. de condi. & dem. l. u tum interest. His er o praemissis po o duas conclusiones: pr a h c est, quod io ma A tooij
4 fuerit noni c sic probatur. † f t legitima, & formalis, ergo canonica. .o, quod fuit legitima quantum d substantiam consensus maioris partis, & mio : secundo quantum ad substantiam f rmę & ista duo sunt, quae canonizant electionem. ub ltoris con nsu , substanna formae. Caetera autem accidentia, seu adiacentia sunt, vt extra de ele. c. quia propter. & c. in Genesi. E consideto, q ractat u comparationem numeri ad numerum, voc. lea electores mag Pet Antonij fuerunt maior pars. t. plus dimidia par vt C. de dē cu. l. obseruare. & l. nominatt nū formae. d. . . S i aūt cō ideo t s, aut minor pars ceciderat a iure eligēdi: quia ab eo iure

se fecerant alienos per contumaciam: necnon elegerunt post prandium: & sic hora incongrua. nam hoc vitio annotatur, licèt forte non sit de substantia. Item licèt recedentes debeant reuocari, vt extra de elec. capi. ecclesia. Tamen si iterum vocat, non veniunt, ista 2. vocatio habetur pro peremptorio termino, vt extra de elec. cap. cum inter vniuersas. Quare de primo ad vltimum concludendo prima conclusio est, quòd electio magistri Antonij fuit canonica: & magistri Felicis abusiua. huc accidit autoritas partis generalis ministri. nam validum esse debet, quod eius autoritate firmatur: quia supremum locum in ordine tenet, vt l. 1. §. solent. ff. quando appellandum sit. & ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor. & C. de prædijs curia. l. 1. lib. 10. Nec obstat appellatio contraria: quia frustratoria, vt in capi. statuimus. de elec. lib. 6. nam friuolis appellationibus idest in quibus est euidens iniustitia, non est deferendum, sicut dicit regula iuris canonici, & ciuilis. Confirmatur hoc maxime per priuilegium Papæ. Præsupponitur enim, quod secundum ordinem ordinis prædicti domini generalis processit: hoc dico pro tanto, quòd verba priuilegij dicunt secundum morem ordinis, vt extra de verbo. significa. capitu. abbate. Item non obstat, si dicatur, minister generalis non potuit substituere vocales loco schismaticorum, licèt non reuocetur in dubium, quod possit substituere loco aliorum fidelium: pro qua allegatione facit, quia non videtur repetiri iure expressum scilicet, quod pro schismaticis, siue infidelibus substitui possit. & erubescimus sine lege loqui, vt in Authen. de trien. & semis. §. si consideremus. Respondeo, quod ista allegatio non est bona, nec vera, nam cauetur, quod loco absen. vel impediti tutoris pôt aliàs substitui, vt ff. de tutelis. l. quæsitum. Dubitatur, vtrum idem sit, si tutor sit bannitus: quia schismatici pertinaces, & obstinati comparantur bannitis, & exulibus, vt C. de hæreti. anthen. Gazaros. & certe lex determinat, quòd idem in bannitis, & exulibus, quod loco eorum non solum possit, sed debeat alius subrogari. & proprie loquendo ista nô est subrogatio: sed institutio, quia deportatus, vel schismaticus pro mortuo habetur, vt l. 1. in fin. ff. de contratabu. & ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. & quid si tantum. & ideo indubitanter dictus pater generalis eo modo, quo instituit notabiles instituere potuit. & ad hoc optime facit ff. ad Tertu. l. 2. §. non solum. & §. sed quod diximus. & §. si mater. & ff. de tu. da. ab his. l. si tutor reipublicæ. §. pen. & ff. de testa. tutel. l. si quis sub conditione. §. plane. nam mors ciuilis, & canonica naturali æquiparatur. ff. de verbo. obliga. l. ex ea parte. §. in insulam. nam schisma simile est morti, quia schisma est quædā species hæresis, quia dubitans in fide infidelis est: iuxta illud, qui mecum non colligit, spargit, vt C. de iudæis. l. cælicolarū. & ibi not. nec etiam est dubitandum, quod condemnantes generalem ministrum non debent remanere impuniti, ne publica vilescat autoritas, vt ff. de re iu. l. contumaciæ. ff. de his, qui no. infa. l. debuit. ff. si quis iusdicenti non obtemperauerit. l. 1. quia qui contemnit magistratum, & ipsam rempublicam contemnit. & contempta maiestas prætoris debet iudicari, vt ff. de iuris. om. iudi. l. si familia. Et his sequitur conclusiue, quòd præmissum est: quòd dictus minister generalis potuerit substituere vocales electores pro locis schismaticis: & pro illis, qui desunt. nam ex quo hoc possunt custodes in suis custodijs, & prouinciales in suis prouincijs per ordinis statuta, multo fortius generalis in capitulis generalibus, & prouincialibus potest supplere, subrogare, & instituere vocales: ne quod inferiori conceditur, superiori denegetur, vt C. de offic. præfec. vrba. l. prima. cum enim esset præsens generalis minister, ad ipsum potius potuit pertinere suppletio, vt ff. de damno infec. l. 4. §. si iam vicinum. non tamen dico, quod ex hoc debeat alicui ius suum detrahi, vt l. 2. ff. de his, qui sunt sui iuris. pro ecclesia, & iurisditione domini generalis ministri facit: † quia consuetudo dat iurisditionem: & ipse habet hoc de consuetudine generali ordinis: iuxta id, quod plene leg. & no. in l. 1. C. de emanci. libero. per glo. & Cyn. & ff. de iuris. om. iudi. l. more maiorum. & quia consuetudo ea... est probata per Papam. Vnde facta est, sicut priuilegium, quod adhuc maioris autorita. est, quam consuetudo simplex, vt extra de verbo. significatio. capitu. super quibusdam. Prætere dicit text. omnia merito nostra facimus, quibus ex nobis impartitur autoritas, vt C. de vete. iur. enuc. l. 1. §. omnia & enim. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXXIX.

1 *Verba determinata ad certum tempus, vel locum, vel quantitatem, vel ad præsens tempus non comprehendunt aliud tēpus, locum, vel quantitatem.*

2 *Legatum factum de emptis paratis an extendatur ad ea, quæ post ea empta parata sunt.*

3 *Verba sunt interpretanda, vt dispositio maxime ad pias causas valeat.*

In Christi nomine. Casus talis est: quędam indulgētia cōcessa per dominum summum Pontificem cuidam capellæ, quę licèt olim fuisset constructa, tamen a paucis annis citra mutato vocabulo nuncupata est in honorem visitationis Beatæ Mariæ. & Magnificæ, illustrique dominæ d. Ducissę applicata: necnon post dictas applicationem, ac nouam nuncupationem festum visitationis Beatæ Mariæ Virginis publice est solennizatum. Tandem dicta indulgentia ad dictam capellam, vel in dicta capella est impetrata, & obtenta: in cuius priuilegij tenore verba hæc in forma continentur. Cupientes igitur, vt capella sub vocabulo visitationis Beatæ Mariæ Virginis in ecclesia Sancti Ioannis domus fratrum heremitarum Sancti Augustini extra muros Nouarienses constructa: cum obijciatur, quod non sit constructa. respondeo, quòd licèt a princi. non
5 fuerit sic nominata, tamen ad præsens sic nuncupatur. †Quęritur, an dicta indulgentia ad dictam capellam applicetur, & teneatur, & videtur, quod dicta indulgentia non aptetur ad dictā capellam, quia verba dicunt, vt capella sub vocabulo visitationis Beatæ Mariæ virginis in ecclesia Sancti Ioannis cōstructa, sed in dicta ecclesia non reperitur dicta capella constructa. & quod non reperitur, pro nullo habetur, vt ff. de lega. 1. l. si quis legauerit. Cum enim non reperiatur ipsa capella, nec ei similis, non tenet priuilegium, argu. ff. de condi. & demon. l. in testamento. nam propter incertitudinem vitiatur dispositio, nec reducatur ad certitudinem debito modo: ut institu. de lega. §. incertum. & ff. de testamen. tutela. l. duo sunt Titij. Item verba determinata ad certum tempus non comprehendunt aliud tempus, vt ff. de seruit. vrbano. præd. l. si seruitus. sic determinata ad certum locum non comprehendunt aliū locum, vt ff. de damno infecto. l. damni. §. si is, qui. ff. de contrahen. emptio. l. rutilia. & l. in l. similiter determinata ad certam quantitatem non comprehendunt aliam qualitatem. ff. de leg. 3. l. hoc legatum. ff. de noxalibus. l. in delictum. §. si extraneus. ff. de testamen. mili. l. Titius. habemus etiam, quod verba determinata ad præsens tempus non comprehendunt futurum, vt ff. de auro, & argen. lega. l. si ita. ff. de verbo. obliga. l. cum stipulamur. & l. si a colono. Modo in casu nostro verba videntur terminata respectu loci, & respectu tēporis, propter illud participium, constructa: ergo si non reperiatur ab initio fuisse constructa sub illo vocabulo, falsus. & per consequens nullus est tenor priuilegij, vt ff. de contrahen. emptio. l. lege venditionis. & facit ad prædicta, quod plene legitur, & not. extra de desponsatio. impuberum. capitu. ad dissoluendum. In contrarium est veritas. & præmisso ad intelligētiam, quòd sicut quædam sunt res, quæ fuerunt, & sunt indubitāter, istis potest concedi priuilegium: quædam, quę fuerunt, & tempore dati priuilegij non sunt in rerum natura; & istis non potest adaptari priuilegium, vt l. apud. ff. de auro, & argen. lega. ff. de hæredi. institu. l. quo loco. §. si iam mortuo. ff. de aqua quoti. & æstiua. l. hoc iure. §. si aqua. quanquam in priuilegio nostro putarem, quòd sufficeret memoria, & eius reliquię. Quę verba intelliguntur apposita ad demonstrationem, seu ad intelligentiam: non ad restrictionem, vt ff. de acquiren. rerum domi. l. insula. in fine ibi, dum dicit, sed quo facilius res intelligeretur eum agrum, qui insula fuerat, insulam appellasti. Quędam sunt nunc, quę non fuerunt prius: & his rebus proculdubio priuilegium concedi potest, vt plene lega. & not. per Cyn. C. de sacrosanc. eccle. l. placet. in penul. & vlti.

& vlti. quæst. Quædam autem sunt, quæ nec fuerunt, nec sunt
in natura, sed disponens credidit ea esse: & istis si non est spes
de futuro, non potest concedi, priuilegium: vt ff. de hære. in-
sti. l. si mihi Meuij. quia vbi non est substantia, ibi non potest
esse qualitas. nam qualitas esse est inesse: vt l. 2. ff. de vsufr. sed
si est spes de futuro, bene potest concedi futurum priuilegiũ:
vt d. l. si seruitus. §. futuro. modo videamus, in quo casu stat
quæstio nostra. & tota quæstió residet in illo verbo, constru-
cta: quia ista capella a principio nõ fuit constructa sub eo no
mine, sed ego dico, quod sufficit, quod reperiatur constructa
sub eo nomine tempore dati priuilegij: quia tempus datæ re-
spicitur, vt extra de rescri. c. cum te. & hospitalem dicitur cõ-
structum, puta sub nomine sancti Antonij, licet a principio
fuerit domus prophana, si tamen domus redacta est ad ho-
spitale, vt in Authen. de ecclesiasticis titulis. §. si quis in
nomine. nam impositio noui nominis constructionem facit
sub eo nomine. vnde referendo ad principium nominis veri
ficatur verbum constructa. Et pro hoc do quasi casum legis,
2 † nam si testator legat vxori suæ empta parata, etiam quæ post
ea empta parata sunt, legato cedunt. vt ff. de legat. 2. l. si quid
earum. in princip. Alia lex dicit, quod si testator legat agateá,
& illa ancilla fuit alienata, & postea alia empta, cui impositũ
nomen est agatea, ista nouella agatea venit dispositione testa-
menti, licèt ante sic non vocaretur, vt ff. de condi. & demon.
l. filiæ. §. a Titia. ita dico in proposito, quod capella, quæ glo-
rioso nomine fulget, & illud nomen tempore datæ erat in re-
rum natura: & in ipsa capella habetur indulgentiæ priuile-
3 gium: quia verba priuilegij ipsam significãt. † & quia aliud
significare non possunt, merito sic verba debent interpretari,
vt dispositio tam pia, & tam fructifera valeat, & non vitietur,
argu. ff. de condi. & demon. l. in testamento. & ff. de fund. in-
struc. l. fundus, qui locatus. & Papa idem esset declaraturus,
& concessurus, si sciret. ff. de pactis. l. tale pactum. §. fi. ex qui-
bus euidenter concluditur, secundum ea, quæ proponuntur,
dictæ capellæ competere, seu accidentibus debite ad dictam
capellam dicta indulgentia. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCXI

1 *Sententia facta ex abrupto nullis factis proba. nec statu di-
latationibus nulla est, & nullam meretur executionem.*
2 *Præsumitur pro arbitramento, sicut pro sententiis iudicis.*
3 *Negatiua, quæ consistit in scripturis, quomodo probetur.*
4 *Præsumitur pro arbitro.*
5 *Terminus litis habetur pro termino assignato vtrique parti.*
6 *Sententia ex abrupto nullis factis probationibus, nullis statu
tis terminis, est nulla.*
7 *Negatiuæ positiones ad quid fiant, & quomodo ad eas respon
dendum sit.*

In Christi nomine. Statuto Papiæ ca-
uetur, quod si ali-
quis voluerit dicere, vel allegare præcepta, arbitria, vel arbi
tramenta arbitri, vel arbitratoris esse iniqua, vel iniusta, de-
beat infra dies 30. vtiles a die præceptorum, arbitriorum, vel
arbitramentorum, & scientiæ eorum dicere, & ostendere tam
agendo, quam excipiendo de grauamine, & iniquitate, & de
omnibus suis iuribus: & hoc casu procedi possit extra ordi-
nem, etiam nulla iuris, vel statutorum solẽnitate seruata: quo
termino elapso executio fieri debeat per iudicem de ipsis præ
cep. arbitrijs, vel arbitramentis, nisi doctum fuerit infra di-
ctos dies 30. vtiles de grauamine, & iniquitate ipsorum. Mo-
do arbiter, & arbitrator condemnauit reum in certa quanti-
tate non modica sine aliqua probatione: quod quidem arbi-
tramentum fuit petitum reduci ad arbitrium boni viri, & nõ
dato aliquo alio termino per iudicem ad probandum, quod
nihilo vlterius dicto, vel facto per aliquam partium, mensis
vtilis est elapsus: petitur executio arbitri, & arbitramẽti: quia
iste recursus dicitur desertus. E conuerso excipitur, quod cum ni
hil incumbat probandum petenti reductionem, eo ipso intel
ligitur esse probatum: quod contrarium non probatur. nam
omnis condemnatoria sententia præsumitur contra ius lata
1 nullis factis probationibus. † Modo quæritur, quid iuris? Et
videtur, quòd dicta sententia sit exequẽda tribus rationibus.
2 † Primo, quia pro arbitramento diffinitiuo præsumitur, sicut
pro sententia iudicis, vt not. Dyn. in consi. 10, quod incipit,
Tholomeus manentis. Secũdo, quia per statutum est assigna-
tus terminus 30. dierum vtilium ad probandum, in quo ter-
mino debuit saltem petens reductionem producere capitu-
la, & facere ostendi acta per notarium causæ iudici istius qua
3 si appellationis. † sic enim probatur negatiua, quæ consistit
in scriptura, scilicet per rimationem actorum, vt C. si cer. pet.
l. fin. & in l. 1. C. de exactionibus tributorum. lib. 10. & ff.
de fideiussoribus. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aure-
lio. & C. de probationibus. l. ad probationem. si ergo petens
reductionem hoc non fecit, sibi imputet: quia terminus men
sis, post quem non sperant alius, est præcise peremptorius,
quinimmo fatalis, vt C. de temporib. appellationum. Auth.
ei, qui. Tertia ratio est, quia ita statutum disponit, dum dicit,
quod elapso dicto mense fiat executio, nisi docta fuerit sñia
fore iniusta, & iniqua: sed hic nihil fuit dictum de iniustitia,
4 vel iniquitate, prout doceri debet: † quia vt dixi, pro arbitrio præ
sumit: vt not. Cyn. C. de epis. aud. l. si qui ex consensu. Porro
iste terminus statuti currit, etiam si iudex non assignet termi
num: quia dicit Barto. quod tempus litis habetur pro termi-
no ad probandum, & producendum, vt not. Barto. ff. de arbi.
5 l. si de meis. §. fin. † Et ego dico, quod habetur pro termino as
signato vtrique parti ad probandum, quatenus incumbit, ni-
si quis dicat ideo hoc esse falsum, quia reos potest probare
post terminum: & ideo iste terminus non est peremptorius
reo, sed actori, vt C. de tempo. in integrum restitutio. l. peten-
dæ. In contrarium videtur, quia in condemnatoria sententia
requiritur causa, sicut in contractu promissionis, vt no. C. de
iudi. l. properandum. §. illo. & ff. de his, qui no. infami. l. 2. §.
ignominiæ. sed hic nulla fuit inserta causa in condemnatio-
ne. Præterea sententia lata nullis factis probationibus, nec sta
tutis per iudicem, vel arbitrum ad probandum dilationibus,
est ipso iure nulla. & not. extra de constitutionibus. in c. eccle
sia Sanctæ Mariæ. secunda quæstio. 1. cap. nos in quenquàm.
& C. de sententijs, & interlocu. l. inter prolatam. dicet aliquis
quòd arbitrator nullam dilationem assignare tenetur de ne-
cessitate, vt no. Innocen. de iureiuran. ca. quintauallis. præter
tim, quia ex forma compromissi habet liberam potestatem,
argument. ff. de legatis 3. l. fideicommissa. §. quamquàm. sed
certe quando procedit condemnando, & non transigendo,
non est proprie arbitrator: sed tanquàm iusdicens. & licèt ha
beat autoritatem plenam, tamen debet ex bona fide pronun-
6 tiare, vt ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. in fine. † Constat au-
tem, quòd ex abrupto pronuntiare non est de bona fide pro-
nuntiare, vt ff. de transactio. l. cum his. §. si prætor. Item non
possunt præsumi communia solenniter acta, cum nihil sit
actum, vt C. de sententijs ex peri. recitandis. l. secunda. Item
est considerandum, quòd tempus triginta dierum est vtile:
sed tempus vtile non currit in probatione negatiua: quia
per rerum naturam perpenditur probare, & videtur proba-
re eo ipso, quòd non probatur contrarium, vt not. ff. de pro-
batio. l. verius. Certe nullitas istius arbitrij apparet sine alia
probatione: ergo eius executio fieri non debet, vt plene no-
7 ta. Barto. de re iudica. l. quarta. §. si ex conuentione. † dico
etiam, quòd negatiuæ positiones fiunt ad cautelam, non de
necessitate: & proprie non sunt positiones: quia nihil ponun
tur: & ideo non debet responderi tanquàm positionibus, sed
tanquàm interrogationib. vt not. in c. 1. de confessis. li. 6. nisi
negatio haberet implicatam affirmationem, vt extra de fid. in
stru. c. cũ Ioannes heremita. Ex quib. concluditur, quod siue ista
causa sit appellabilis, siue ei similis negãti se debere nulla pro
batio incumbit: quia nec ordinatio hominis, nec ordinatio
legis hoc disponit. ff. de appella. l. hi, qui ad ciuilia. & l. ciues,
& incolæ. & ibi plene per alios doc. & me. & quia si nihil est
contra te probatũ: nec ego te condẽno. C. de eden. l. qui accu-
sare. & no. Inn. in c. solet. in fi. de sent. excom. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCXLI.

1 *Maritus, vel eius hæredes an possint repetere ab vxore expẽ
sas factas, [illegible] melioramenta in feudo dotali. & nu. 4.*

2 Donatio

1 *Donatio inter virum, & vxorem non confirmatur morte, nisi tra[illegible]ione, vel quasi interueniente.*
3 *Donatio quid sit.*

1 In Christi nomine. †Maritus prædium dotale cuidam cōcessit in emphy[illegible] tim tuito, hoc pacto expresse apposito, q in fi. mat. [illegible] tueretur mulieri cum omnibus melioramen. quę fierent per [illegible] p ivte [illegible] tam, pro quibus nullo nō teneretur vllo modo, sed [illegible] e vir. Quæritur, vtrum soluto mat. & emphyteosi resti[illegible] u [illegible] ul [illegible], teneatur vir ad dicta meliorramenta, an mulier, vel [illegible] tes mariti, an neuter, an vterque? Et videtur, q standum [illegible] contractui: & ab e us forma non di[illegible] enden. vt ff. de pac. [illegible] 1. §. 1. C. de iure emphy. l. 1. ff. depositi. l. 1. §. si conuenerit. nec dicat aliquis, q per istud pactū nihil quæritur mulieri: quia alteri pa[illegible] isci nemo potest, nisi alieto præsente, vt ff. de ver. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. & l. si procutatori præ en. quia statutum [illegible] oci vult, q acquiratur alteri per alterum. & sta tutum potest hoc disponere, sicut disponit in multis casibus ius commune: & maxime in re dotali: vt ff. solu. mat. l. Caius. qua [illegible] appo[illegible] is in re ipsius mulier [illegible] durante ina, vt C. de iure [illegible]. l. in rebus. & ff. depoli [illegible]. publia. in prin. & l. 1. C. de dona. quæ sub modo. & ff. de pac. l. in tradmonibus. Itē quia dictum pa[illegible] um videtur appositum ut [illegible] berand im ea quo q̄ ritur exceptio doli, vt no. ff. de libera. l. non solum. §. h[illegible] a[illegible] turis. & ff. de pac. l. [illegible] scriptum. §. fi. & econtra videtur quod istud pactum non valuerit: quia effectus istius pacti est d[illegible] a[illegible] collata inter virum, & vxorem, nam ex quo vxor ex isto pacto lucrum per [illegible] pit ex liberalitate mariti, sequitur [illegible] nec [illegible]

2 tate, q est donat[illegible], vt ff. de duna. l. hoc iure. † ac don[illegible] o inter vir. & vxo. non c[illegible] essa: nec con firmatur morte donatoris [illegible] traditione, vel quasi [illegible] subnixa, vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. [illegible] aptutanus. & no. in l. [illegible] C. de dona. ante nuptias. & C. de dote cauta non numerata. l. quod de [illegible] & cōfirmatur, q ista est intercessio mariti [illegible] pro debito vxoris animo non repetendi, vt ff. de pac. l. fideiu[illegible] is. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu [illegible] onsumuntur. l. i. [illegible] nam nisi fuisset istud pactum, mulier tenebatur expensa resicere, a quo debitu libera

3 ta gratuito donatum est dicitur [illegible] quia donatio est cuiuscunque rei gratuita pactio: alio remedio non [illegible] manente, vt ff. de nouationibu[illegible] l. si quis delegauerit. [illegible] oc dico per pignus, cuius tenunt[illegible] atio non est donatio, vt C. ad vel. l. iubemus. & ff. quæ in frau. credito. l. f[illegible] pignus. quia debitor ad[illegible] ue[illegible] manet obliga us actio[illegible] e vel remedio [illegible] rsonali. † diceret aliquis,

4 inter emp[illegible] teutam [illegible] n nu[illegible] a vertitur donatio, [illegible] ff. de donation. [illegible] vi inter donares. Sol[illegible] hoc concedo, tam n resu tat donati [illegible] ter virum, & vxorē: vnde [illegible] r, qui solutio vir litatem v[illegible] n[illegible] repet[illegible] t ab ea, quia facta est locupletior, vt ff. de dona. inter virum, & vxorem. [illegible] vxor marit. & hoc credo verum, ne[illegible] inuenio, q instrumentum dicat otrarium. f. q maritus nō possit repetere ab vxore, quatenus de burla sua instuit pro ipsa. Item etiam, [illegible] to non obl[illegible] to q̄ quis intercedere, si causa debiti in [illegible] a [illegible] o, qui [illegible] non ob[illegible] igauit, sicut si te obligasset, licet [illegible] le nō obligauit causatum. l. obligatio non fit in ipso, vt ff. de doln. l. eleganter. §. [illegible] erius pactorum. Quapropter a muliere potest repeti quod verum est in vir ita tem ipsa [illegible] t si per [illegible] iuramentum [illegible] super hac causa. l. tum inter. ho[illegible] non[illegible] ve [illegible] ve [illegible]. [illegible] t. cauta. l. quod dimus. & arg. ff. de verb. l. de [illegible] int. §. fi. n[illegible] illud damnum dolo mariti istas expēsas repet [illegible] latum mulieri: quia maritus deduxisset causam hoc arbitramento iniquo, argu. ff. de arbi[illegible] s. l. inter calle[illegible] anum. [illegible] ia lex. a. C. si mater indemnitatem promiserit. non obstat [illegible] dicatur, q impensa fuit facta ani[illegible] n repetendi, qua hic per pactum expressum dabatur rep[illegible] tio contra vnum, vt sunt expensæ conuentionales, in q[illegible] u[illegible] e [illegible] p[illegible] vxor. [illegible] commodo obligauit, alias non cō tra[illegible] o [illegible] teuta. Et sic respondetur ad legem in hoc iudicio. ff. [illegible] d iudun. cum materia sua. & facit ad prędicta. ff. [illegible] l. cum hæreditaria. & [illegible] ed an vltim. §. a. Concluditur igitur q pro hęrede mariti contra mulierem, q ipsa teneatur: quia locupletata ex ista donatione, ex qua non fuit inter virum, & vxorē secuta aliqua traditio vera, vel ficta, sed

contra hoc videtur, quia soluendo pro ea fingitur ei solutū, & ipsa creditori tradid[illegible], ergo morte confirmatur. Soluimus, hic non soluit, sed promisit, & sicut in solis finibus promissio als. Item si non vir, sed eius hæres soluisset, ista traditio hæredis non confirmaret traditionem defuncti, quæ tritta facta &c morte donatoris. Idem econuerso si vir soluisset muliere iam mortua propter eandē ratio. ff. de reb. dubijs. l. si inter uir. & vxorem. Omissis omnibus supra dictis considerandum est, q emphyteusis est quædā locatio, ut instituta locati. §. adeo. sed si uir locat fundum dotalem, tenetur pacta seruare & si per quandam consequentiam tendant in fauorem uxoris, ut not. in l. diuortio. in prin. ff. solu. mat. Item si uir mandat alicui, q faciat expensam in re dotali, tenetur actione mādati, quasi gerat negocium proprium: quia dos est in eius patrimonio. & illud mandatum potest dici gratia sua, & aliena, vt l. 1. ff. mādati. Tamen si impensa esset ad perpetuam utilitatem rei soluto matri. un repe[illegible] eret ab uxore, ac si per semet fecisset expēsam: quia qui per alium facit, per seipsum facere uidetur: & tenetur mulier saltē, quatenus esset locupletior effecta: quia uir gerendo negocium uxori, & uxor sibi, ut C. de neg. gest. l. q in uxorem. Ego Baldus.

C[illegible] N S I [illegible] I V M CCCXLII.

1 *Iuri offerendi an præ[illegible] tur. & nu. 7.*
2 *Cond[illegible] tionibus an præ[illegible] atur.*
3 *Cond[illegible] oni p[illegible] n præ cribatur.*
4 *R[illegible] pr[illegible]*
5 *F[illegible] s [illegible] atis an currat præscriptio ad peten. bo. pos.*
6 *T[illegible] s [illegible] ertam [illegible] præ[illegible] ibat.*
7 *Futur[illegible] orat [illegible] ibi an possit.*
9 *Cr[illegible] i [illegible] p[illegible] onem, & postea recuperauit, an tenetur [illegible] tuere.*

1 In Christi nomine. † Super eo, quod quæ[illegible] tur, utrū creditor possidens hypothecam [illegible] g. ssimo tpe possit præscribere uri offerendi, quod competit debitori uolenti agere actione pignoratitia. quæstio antiqua est, & uf, q possit prescribere, quia omne ius est præscriptibile quārum ad exceptionem: sed illud est ius, & ius uocatur, & est ius offerendi: ergo est p[illegible] scriptibile longissimo tempore. h[illegible] d[illegible] tex. C. de præs[illegible] p. 30. anno. l. cum notissimi. §. Se[illegible] cum illud. Et ista est præscriptio negatiua, q non possit offerri, & non præscribitur actioni p[illegible] noratitiæ: quia non est nata, sed bene præscribitur nationi, et eius, ne possit nasci, & si creditor retinebit pignus pro debito non soluto, & quod nec solui potest inuito [illegible] ebitore: nec tamen fiet dominus p[illegible] quia nnoquam quis efficitur dominus per præscriptionem, n[illegible] possederit titulo pro suo, uel quasi. [illegible] ditor non po[illegible] et pro suo, nec qui si pro sua [illegible] si qui tatt da[illegible] e gan. l. [illegible] um. § [illegible] ne non præscribit dominium. [illegible] men b[illegible] e pr[illegible] bit iuri [illegible] ferendi, ut dictū est. hoc sentit gl. [illegible] d. [illegible] illud. & ff. de ui[illegible] l. pignori. & ff. de pign. actione. [illegible] em. §. omnis. Preterea expressum est, q iu[illegible] rendi potest præs[illegible] ribi. ff. de captiuis & postliminio reuersis. l. in bellis. §. quis terunm. hoc etia firmat gl. ff. de usu[illegible] p. l. pignori. Sed in contrarium sunt quasi omnes moderni [illegible] centes, q aut ius offerendi concernit actionem natam: & potest ei præ[illegible] ibi, ut uerbi grati. Secundus creditor habet [illegible] nfferen[illegible] priori creditori ad suam hypothecariam iam natam præferendam, uel confirmandam, ut d. §. sed cum illud. aut concernit actionem, quæ non est nata, sed pendet ex tacita conditione offerendi: & tunc non potest præscribi, ut quando debitor uult offerre creditori, ut sibi actio hypothecaria nascatur: quam interim nō est aliquod ius formatum, & est ratio, quia præscriptiones sunt exceptiones, & nō est exceptio priusquam actio, quæ non prius est primaria, quam habitus,

2 ut ff. de uerb. obli. l. decem. † & ideo conditionibus non præscribetur: sed actionibus. & etiam ratio huius, quia cōditiones habent se per modum cuiusdam facultatis facti: & cōtra, istas facultates non præscribetur. argumentum. ff. de uia publica. l. uiam publicam. hanc opinionem tenet Bartus d. l. pignori.

gnori. tali addita ratione ultra alios doctores : quia filius po-
test institui sub conditione potestatiua dandi, si leuis cōditio
est, ut ff. de hære. insti. l. si ius. §. puto. & no. per Cy. C. de insti.
& substi. l. si pater. & lex dicit, ꝙ filius potest implere usq; ad
ultimum uitę suę spiritum, ut ff. de conditionibus institutio-
nū. l. fi. Et tunc arguit Bat. si possit pręscribi, ergo post 40. an-
nos filius reperiretur pręteritus: & tanquam pręteritus rum-
3 peret testamentum: quod falsum est. † Concludit ergo, ꝙ con
ditioni potestatiuę nō possit obijci pręscriptio temporis, cui
consonat regula uulgaris : nam impedito agere non currit p̄-
scriptio, ut C. de annali pręscriptione. l. 1. §. fi. Sed certe posset
responderi: quia uerum est, si impedimenti remotio sit in sua
4 potestate: tunc enim bene currit pręscriptio. † unde pręscribi
tur rescissorię, & nondum natę: quia erat in potestate eius fa
cere eam nasci petēdo restitutionem in integrum, & eam per
uictoriam obtinendo, ut no. C. ex quibus causis maiores. l. fi.
Ad hoc facit extra de elec. c. cis quibus. & ff. quibus ex causis
5 maiores. l. sed & si per pętorem. §. 2. † Item filio emancipato
currit pręscriptio anni ad petēdum bonorum possessionem,
l. unde liberi. & tñ nō per prius eam potest petere iure prisco,
nisi primo petat bonorum possessionem causa liuis agnoscen
6 dę, ut C. de inoffi. testa. l. 2. † Item patronus pręscribit ꝯ liber-
tum, licèt libertus non possit agere nisi petita uenia. Pręterea
expressum est, ꝙ potestatiuę conditioni pręscribitur per mo-
ram non implendi, ut ff. de condi. & demon. l. hęc conditio.
§. in legatis, & fideicommissis, non in hęredum institutionib.
nisi forte hęredis institutio resoluatur in legatum, ut quando
quis est institutus in re certa dato cohęrede uniuersali, ut ff.
de hęredibus insti. l. si quis instituatur. & C. eo. ti. l. quotiens.
Concludit igitur, & qui negligens fuit, lęditur in tēporis mo
ra, & in conditionibus implendis. unde ratio Bart. non bene
probat illud, ad quod eam inducit: licèt subtiliter loquatur.
7 † sed ego dico per alias rationes nouas, ꝙ creditor, qui possi-
det pignus, non pręscribit ꝯ ius offerendi : quia non pōt præ-
scribere ꝯ ius ęstimandi debitum per fructuum perceptionē,
ut ff. de solutionibus. l. titia. Et extenuato debito fructus po-
steriores efficiuntur furtiui, ut ff. si cer. pet. l. si quis nec cau-
sam. §. res pignori. & ff. de furtis. l. si quis uxori. §. eum credito
rem. & iuri offerendi non potest pręscribi. Item alia ratione :
quia creditor, qui percipit fructus, agnoscit se creditorem, &
insuper se debitorem respectu pignoratitię, ergo quotidie in-
terrumpitur eius pręscriptio, ut C. de pręscrip. 30. anno. l. cū
nouissimi. §. 1. Item percipiendo fructus debitor tacite offert
ei: & ipse acceptat, & recognoscit ab eo. Item non potest sibi
causam possessionis mutare. Item non possidet, ergo nō præ-
scribit. Item ad quid pręscriberet iuri offerendi, si non posset
percipere fructus ex re aliena absq; uitio furtiuitatis, & om-
nis pręscriptio pręsupponit aliquem finem, ad quem ordina
tur: & talem finē, qui sortiatur effectū de iure: sed hic non es-
set aliquis talis finis. Pręterea daret per hāc pręscriptionē ma
teria delinquendi, & detinendi rem alienam durantem alienā
inuito domino ꝯ ius naturale. Sed pro opinione gl. facit ratio
satis fortis: nam debitor potest intentare officium iudicis, ut
creditor pręcisè cogatur recipere debitum, & facere debito-
ri apocam, seu instrumentum de rescripto, ut C. de fi. instru. l.
plures apocis publicas. l. 1. lib. 10. ff. de lega. 3. l. 14. §. si rem.
Nam hoc ei nihil nocet, & debitori prodest, ff. sol. mat. l. 2. §.
nec cogitur. C. de liberali causa. l. sicut datum. ergo ꝯ istud of
ficium iudicis pręscribitur, ut C. de pręscri. 30. anno. l. sicut.
Pręterea consumpto debito potest incipi res pręscribi: & præ
scribatur non solum res, sed contra pignoratitiam, quę iā nūc
nota est: ut d. l. sicut. & quod notatur. in l. 1. C. de annali exce
8 ptione. † Ego teneo, ꝙ futurę pignoratitię actioni interim nō
possit pręscribi, nō ob. ar. de offi. iudicis. l. quia nullę. lex hoc
dicit, sed solum dicit de iure offerendi, & deponendi, ut C. de
usuris. l. acceptam. & C. de solutionibus. l. obsignationem. &
notatur, ꝙ glo. quęsierunt de iure offerendi, tamen similiter
9 debuerunt quęrere de iure deponendi, & consignandi. † Se-
cundo quęritur, si creditor amittit possessionem per uiolentiā
tertij inuasoris, & post ea inuasor faciēs gratiam creditori re-
stituit, an creditor teneatur restituere; & dicendum est, ꝙ sic,
quęstio enim est liberatus, si recuperat, ut ff. de rei uend. l. nisi
mulit. cum. l. si uero. §. Iulia. ubi est expressum, ꝙ etiam de re-
stituendo in casum cum facultatem restituendi resumpserit,
cauere tenetur. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCXLIII.

1 *Quando capitula pacis, vel ligæ, seu confederationis interpre tentur.*
2 *Bonæfidei contractibus veniunt casus improuisi iuris, secus in contractibus stricti iuris.*
3 *Veritas quid sit.*
4 *Contractus per pactum, possunt recipere formam accidentalem.*
5 *Interesse quid sit.*

1 In Christi nomine. † Examinā da sunt capitula istius ligæ
per singula, & aptanda est congruens interpretatio, quę sem-
per inest de necessitate, de uerisimilitudine, uel ipsius rei na-
tura, ut ff. de pac. dotalibus. l. inter socerum. §. cum inter pa-
trem. ff. de uerbo. ob. l. igitur ita stipulatus. & l. fortè. ff. pro so
cio. l. si socius pro filia. & id uidetur esse de mente contrahen
tium, quod utriq; parti prodest, & neutri parti onerosum est.
ff. si quis cautionibus. l. 1. ff. de solutionibus. l. cum stichus.
nam facilitas implendi incentiuum tribuit paciscendi: pręsertim cum societas iure contrahitur, ut inspiciamus, non qd illi, aut illi expedit, sed quod ipsi societati utile est. ff. pro socio. l. cum duobus. & ad ea, quę faciliora sunt, penès uiam implementi sapientum animi ordinantur, ut ff. de neg. gest. l. diuortio. nam quòd natura homo sit animal rationale, pręsumitur esse pluribus rationibus, & amicus ipsius. ff. de conditionibus institutionum. l. filius. & licèt aliquando litera habere se possit ad plures interpretantes formas, tamen illa est inspicienda, quę plurimum habet humanitatis, & quam discretio naturalis, quæ est plus omnis virtutis, nobis insinuat, & sic muta ratio loquitur in cordibus nostris: & regulat, & regit conditiones, vt ff. de condi. & demon. l. in cond. primum locum. & l. pater Seuerinam. §. conditionum. optima igitur pactorum interpres est vtilitas, & causa finalis : quia omne, quod mouetur, naturaliter tendit ad bonum, quod omnes appetunt, vt patet in multis principijs philosophorum : nec est recipere in rerum natura maius lumen, quam lumen intellectus. His ergo proœmialiter pręmissis, vbi text. verborum est clarus, non oportet nos laborare: sed vbi est confusus, vel generalis, quia generalitas parit obscuritatem, fugienda est obscuritas, tanquam quędā nebula de oculis nostri intellectus: quia in sereno, & nō in obscuro habitat lux. Dimittamus ista generalia, & veniamus ad factum, & in 1. c. quid continetur, inter quos facta est liga, & ad quem finem, quia ad finem defensionis principaliter, sed incidentes etiam ad viam offensionis: & quia non potest separare vnum a reliquo, totum intelligitur esse permissum, etiam de iure diuino. ff. de iusti. & iu. l. ut uim. ff. ad l. Aqui. l. scientiam. §. qui cum aliter. & l. si ex plagijs. §. tabernarius. C. vnde vi. l. 1. & in clemen. vltima. de homicidio. & cum opus sit licitum, potestquis associare sibi socios, vt notatur in l. culpa est. ff. de re. iur. Sed notādum est, ꝙ verba dicunt de omnibus illis gentibus, quas dicti colligati tenere possunt ad eorum stipēdium. hoc. n. verbum, possunt. significat moderationem, & arbitrium boni viri. ff. de verbo. sign. l. nepos proculo. & coaptanda est impensa necessitati occurrenti, vt ff. de exercitoria. l. Luc. nec. n. oportet fingere necessitatem: sed pro qualitate iminentium causarum expensas intrare. in parua enim necessitate minus, in magna plus expēdere oportet, argumentū in l. 1. ff. de alimentis pupillorū. Sequitur aliud capitulum, quod incipit. Item si cōtingat. quo cauetur, ꝙ aut colligati simul offenduntur, aut nō simul. Primo casu debet mitti ad indigentem. Secundo casu ad offensum iuxta exigentiam necessitatis istud est bonum, & æquū capitulum: quia natura immitatur naturam. trāsmittit subsidium ad membrum egrum, & ubi magis festinat, ibi periculum. Item magis ad saluandam nauem, quàm periri, ita multo magis ad saluandos homines, quàm ad saluan. merces, vel animalia, ut ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. nauis onustę. Modo

sequitur,

ſeqnitur, allud capitulum, in quo Andreas aggregatur alljs
colligatis, & vltra ſpecificatur in pluribus: circa quæ omnia
vertūtur principaliter quatuor dubia: primum de ſtipēdijs:
ſecundum de damnis: tertium de promiſſionibus: quartum
de baliſtarijs, de quibus per ordinem videamus. Et incipio
ibi, poſtquam per interuallum &c. in quo capitulo cōtinetur,
ꝙ nobilis vir Andreas de Mōteſauo fuit receptus cum pactis
primis generalibus, & cum quibuſdā pactis nouis, ac ſpeciali
bus, & certis valet &c. & pro introductione dictorum pacto-
rum, tanquā pro materia finali, & ſubſtantiali ipſorum: quia
non eſt reperire formam ſubſtantialem, niſi in materia præia-
centi, quæ interdum eſt naturalis, interdum materiæ finalis:
interdum pactionalis: interdum intellectualis. Præmittendū
eſt, ꝙ in generalibus capitulis ſequimur naturam generalita
tis: in ſpecialibus, & certis ſequimur naturam ſpecialitatis,
vt ff. de annuis lega. l. ſcio. §. medico. nec debemus recedere a
verbis ſpecificatis propter difficultatem promiſſoris, dum-
modo id, quod eſt promiſſum ab aliquo alio impleri, vt ff. de
verbo. ob. l. continnus. §. illud. ff. ſi cer. pet. l. quod te. ff. locati.
l. in naue ſaufelij. ff. de publicianis. l. cęſar. Et iſta ergo eſt theo
rica diſiūctiua articulos, quęſtionum pręclictarum quā opor-
tet diſtinguere, & ſingula ſingulis adaptare. promiſſionū au-
tem quædam fiunt determinato modo, quarum fines oportet
pręciſe ſeruari: vel ſaltem ſatisfieri de intereſſe: quia non eſt
bonus vir ille, qui non obſeruat promiſſa. quinimmo fidē ſal
lere grauibus eſt graue grauioribus grauius grauiſſimis, &
exemplaribus viris grauiſſimum: quia in ſe malum, & extra
ſe datum malum exemplū, vt ff. de conſtituta pecu. l. 1. in prin
cip. quinimmo magis expedit vulgo bonum exemplum, qđ
a famoſis viris naſcitur, quàm boni rei ſubſtantia ab ignotis:
& ſi quæratur, quid eſt boni rei ſubſtantia, dico, ꝙ alteri non
feceris, quod tibi fieri nolis. &c. hęc eſt enim lex, & prophetę,
vt in prin. decretorum, & ſi ad iſtud ſpeculum mens hominis
conſeratur, claoe ingenij non errante per conſolidationē ſcri
pturarum redditur anima valde tuta: quia ſi fidem innocen-
tis geris, maximam habes ſecuritatem: quippe magna ſecuri-
tas datur ab excuſatione, quia beati quorum remiſſa ſunt pec
cata magna ab Inno. ſed maxima ab alacri conſcientia, vt C.
de iniurijs. l. ſi non cōuitij. C. de his, quibus vt indignis. l. cū
fratrem. dicit aliquis, ergo in contractibus bonæfidei, & ſtri-
cti iuris non debet eſſe differentia: quia mala ſides ab omnib.
actibus eſt depulſa, ſed bona in omnibus eſt bene viſa, vt C.
de act. & obli. l. bonam fidem. Solutio, immo eſt differentia:
quia iura ſtatuerunt, ꝙ in contractibus bonęfidej venirent ca
2 ſus improuiſi ad fines caſuum prouiſorum, † ſed contractus
ſtricti iuris caſus improuiſos non concernunt, vt ff. de ne. ge.
l. quia tantundem. ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. Iuli. in om-
nibus tamen contractibus inſpicitur bona fides. i. bona mēs:
licèt aliquando excuſet a pœna, nō dico a ſorte fatalis impotē
ria, vt no. Inno. in c. 1. extra de oſti. dele. nimirum fortuita im-
pediunt contrahenda, ſed non reſoluunt iam cōtracta facto,
& obligatione, vt ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. ſunt vehenda. §.
idem iuris. nam quod perfectum eſt, & trāſiuerit ad iuris vin
cula, ad imperfectum caſum non facit, & licèt hæc defenſio
non poſſit plus, vt ff. de procuratoribus. l. Tit. quia oculi non
poſſunt extrahi de ceco, vt ff. de dolo. l. nam bis. tamen iſtud
non eſt proprie excipere, ſed compulſum vitare, vt C. qui bo-
nis cedere poſſunt. l. fina. & tunc iſta legatio vertitur in natu
ram ceſſionis bonorum, ita, ꝙ qui hoc allegat, debeat cōſigna
re bona creditoribus ſuis, ac ſi expreſſe diceret, cedo bonis:
alioqoin talis allegatio ſe non poſſe, non eſt veridica, nec iuri-
dica, cum retentiua bonorum implicet contradictoria, ſcili-
cet ſe habere, & non poſſe: & mendax ipſe ſibi nulli poteſt di-
cere verum: quia ſemper ſibi fallax imprudentia dignitatem,
& altitudinem veritatis nō poteſt immutare, vt notatur. ff. de
3 neg. ge l. ſed an vltro. §. fi. † Nam veritas nihil aliud eſt niſi ip-
ſa rerum conſtātia, & firmitudo, vt notatur. ff. de aqua plu. ar-
cen. & iſta eſt baſis, & fundamentum iuſtitiæ: qua virtute nul
la præclarior: vnde ſcribitur in eccleſiaſtico, ante omnia ver
bum verax præcedat te, ſcilicet ex corde, ex lingua, & ex fru-
ctu operis: & qui animo ſuo deſtinauerit fidem non ſeruare,
ſtatim mendax eſt. amplius licèt omnes iſti contractus bonęfi
dei dici poſſint propter naturam ſocietatis, quæ bonam fidē
exigit in ſupremo, etiam ſui interpellatione: vel dic, vt infra
dicam, ꝙ in alijs contractibus vix reperitur. niſi vbi contrahi
tur mora: in regularibus tamen per pactum expreſſum de bo
nafide ſeruanda, & de malitia propulſanda omnes cōtractus
mundi poſſunt redigi ad inſtar, & ſimilitudinem eorum, qui
per naturam ſunt contractus bonæfidei, ar. ff. de pac. l. nō im-
poſſibile. & econuerſo contractus, qui per naturam ſunt bo-
næfidei, per pactum expreſſum poſſunt redigi ad ſimilitudi-
nem ſtricti iuris, ſi hoc agitur, vt nihil addi, vel detrahi poſ-
ſit, niſi quod ſcriptura loquitur, argu. ff. de vſufr. lega. l. ſi alij.
C. de fi. inſtru. l. contractus. Porro ſtrictum ius conſiſtit in ver
bis, & ſcriptura præciſe obſeruandis, latum autem conſtat ex
ſuppletione, vt notatur. ff. de condi. inde. & ff. de triticar. l. in
4 hac apparet expreſsè, † ꝙ per pactum expreſſum poſſunt con
tractus recipere formam accidentalem. i. quæ nō inhæret ori
ginaliter proprio ſubiecto: ſed formę naturales cohęrent, niſi
per pactum ſint remotæ. ff. de contrah. emp. l. pacta cōuenta.
naturalia, cum naturaliter cohęrent: accidentalia autem niſi
exprimantur, credimus, non ineſſe. Reuertendum eſt ad pro-
poſitum: quia melius eſt vnum recipere, quàm centum. Quę-
ro, an actus argumentandi eſt apud infinitos conclusio reſpō
dendi, & medicina ſanandi apud paucos. Et venio ad dictum
verſiculum, quod dicti colligati durante dicto tempore, & tē
pore pacis &c. Et de iſto capitulo, qui ſit, & quid dicat, nō eſt
expeditum dicere, ſed quod verbum ſonat, illud fiet. ff. iudica
tum ſolui. l. iudicatum. nec indulgemus gl. vbi habemus tex.
ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis. Sequitur aliud capi-
tulum, quod incipit, ſi vero contingeret dictos colligatos, &
dictum Andream habere guerram cum aliquo confināte, ſeu
vicino dicti Andreę, & ſeu eius territorio, vel qui manifeſtā
guerram faceret dicto Andreæ, nō intelligendo de gētibus ſo
cialibus, tunc dicta guerra durante teneantur dicti colligati
ſoluere dicto Andreæ nomine prouiſionis mēſtruos florenos
auri 100. & iſtud capitulum vr̄ dubium: quia guerra nō fuit
mota contra dictos confederatos omnes: ſed contra dictum
Andream confinantem, & cōtra commune Maceratę, & ideo
vulgaris copula. quę ſurgit ex plurali numero copulato, & ex
dictione ſeu, non videtur habere locum in ſenſu diuiſo: vide-
licet qn̄ alij non haberent guerrā, ſed ſolus Andreas: quia na-
tura copulatiuæ eſt requirere vtranq; partem veram, vt ff. de
conditionibus inſtitutionum. l. ſi hęredi plures. ſed contrariū
dico, quia guerra communis eſt omnium partialium, & qui
ſe iuuant in actu guerræ, vt extra ne poſtulatione prælatorū.
c. j. Vnde copula guerræ optime cadit inter Andream, & eius
partiales, vt ff. de arbitris. l. cum pęna. vnde concludo, ꝙ dicti
flor. 100. debeātur ſingulo menſe durante guerra prędicta. &
idem de baliſtarijs poſt requiſitionem: quia cum hæc ſubuen
tio ſit quoddam obſequium, nō debetur niſi petenti: ſicut di-
ximus in vaſallis. Item dico, ꝙ poſt requiſitionem, & non an-
5 te venit intereſſe, quod eſt reſtauratio damni. † ſic enim diffi-
nitur intereſſe, ſed reſtauratio damni emergentis, & ſuppletio
lucri ceſſantis: &c. C. de ſententijs; quæ pro eo quod intereſt.
l. vnica. ad hoc tenetur commune Maceratę ex natura, & for-
ma ſocietatis, vt ff. pro ſoc. l. de illo. & quia ita promiſſum eſt,
ſeruetur ergo bona fides, ideſt ſine cauillationibus, vt ff. de
verbo. ſigni. l. eſt natura cauillationis. & l. pe. ff. ad exhiben-
dum. Bart. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCXLIIII.

1 *Sententia lata ſuper appellationem deſertam an dicatur diffi-*
*nitiua, an interlocutoria. Item generaliter quæ ſint ſenten-*
*tia diffinitiua, quæ interlocutoria.*

2 In Chriſti nomine. † Super eo, quod quæ-
ritur, vtrum ſenten
tia, qua pronontiatur appellationem eſſe deſertam, vel redu-
ctionem ad arbitrium boni viri, vel cauſa nullitatis curſo tē-
poris fatalis inducit a l. municipali, vel aliqua expreſſa, vel ta-
cita renuntiatione eſſe ſopitam, ſit interlocutoria, vel diffini-
tiua. Videretur dicendum, ꝙ eſſet diffinitiua. & hoc primo ar
guendo ex generali ſignificato: quia finem imponit liti: nec
enim

enim refert, qoibus verbis feratur, per quæcunq; verbalis totaliter terminetur, illa est propriè diffinitiua: & non impropria, quinimo proprijssima: quia cõuenit diffinitio, & diffinitum, vt no. in l. omnia diffinitio. ff. de re iud. Item per locũ ad effectum: quia oẽ dicitor tale quale ex effectu perpenditur. ff. de inreiu. l. sed & si possessori. §. sed si rerum. ff. de verb. obl. l. 2. §. quędam partis. & l. in executione. §. pro parte. & l. stipulationes nó diuiduntur. immo natura cedit effectui, & effectus a prædominio vniat naturam, vt ff. de postulãdo. l. 1. §. bestias. & institutia de rerum diui. §. pauoonum. sed nemini dubiũ, q̃ sententia appellationis desertę totam litẽ dirimit: & dirimere, & finire idem sunt. & vt dixit, vocabula non curamus, dũmodo sint ęqoipollentia verba: vt notatur. C. de senten. & interlocutionibus. l. præses. ff. de arbit. l. quid tamen. §. Pompo. non enim sunt pręcelsi sermones, quibus Iudaicè, & Ebraicè sit inhęrendum, argumentum. C. de testamentis. l. quoniã indignum. Pręterea in sententia est diffinita, quę habet ea, quę sunt diffinitiuæ, verbi gratia, qood transit in rem iudicatam. Item quod ex ea oriatur exceptio rei iodicatę, vt notatur. C. de arbitr. l. prima. ff. eodem. l. 2. Item quod mandetur executioni, vt ootatur. C. de appellationibus. l. eos. in principio. Item qnod non feratur contra minorem indefensum, contra quem regolariter omnis interlocutoria potest fieri, dummodo sit legitimè citatus. ff. de minorib. l. minor. etiam si qua si contumax: sed certum est, q̃ minor in defensus non patitur sententiam appellationis desertæ, & gl. concludit expresè, q̃ est diffinitiua. C. qnomodo, & quando iodex. l. si pręses quasi desertam. idem tamen ibi Iacob. Buttrig. Item in pluribus assimilatur diffinitiuę, quàm interlocutoriæ, & ita inspicitur, in qoo maior similitudo reperitur, vt ff. de statu hominũ. Quęritur. In contrarium est ipsa veritas, q̃ est interlocutoria naturali ratione, & effectu, licèt vicinitatem habeat, & familiaritatem com diffinitiua, & hęc sic probantur eius contraria. l. appellationem non esse desertam: interlocutoria ergo reuersa. super ista ratione fundat se Ioannes Andreę in ca. fi. de appellationibus in clementinis. Pręterea non fertur soper principali causa: sed super processibus. Item fertur super emergenti. Item fertur quandoque solo curso temporis fatalis: & potius ipse pronuntiat, quàm iudex. ff. de excusationibus tutorum. l. scire oportet. §. consequens. Item sententia super instantia est interlocutoria. C. de iudicijs. l. properandum. in fine. Item ex sententia non oritur actio in factum. ff. de infamibus l. furti. §. primo. ergo non habet ea, quę non diffinitiuę: sicut si index proonntiaret intra decem dies appellatum non esse. Item vitta ratio est: quia fertur seorsum a principali. ff. de minoribus. l. intra vtile. Item profertur non discussis caosis causę: nec enim oportet discotere de obligatione, sed de iudicio: quia desertori veritas obligationis nihil prodest, ex quo processus ei noo patrocinatur, vt C. de fideicommissarijs libertatibus. l. fi. nam qui vult connolare ad sententiam prętermisso processu vult volare sine pennis, & allegationibus, & tanquam ad terram collisus frangit sibi crura. Ex his expresè concloditur, quòd dicta sententia est interlocutoria: tamen quia magni pręiudicij potest appellare tanquam a grauamine indicis, nec potest ista relatio iustificari etiam ex testibus postea receptis: quia non dicitur iudex grauasse, si de grauamine non potuit cognouisse: vt in capitulo appellant. de appellationibus. in cleme. & notatur per Bartol. ff. de minoribus. l. ait prętor. §. permittitur. nec sunt necessariæ nouę allegationes iuris, & de iure, quę non indigent alia probatione, nisi quod videatur tex. legis semper, & vbiqoe. nec obstat prędictis, quod litem dirimat, nam sententia lata super exceptione peremptoria, tamen perpetuo pręiudicat, vt C. ad l. fabiam de plagiarijs. l. pręses. hanc theoricam tradidit nobis Iacobus Butti. in quęstione de tanaxense.

## CASVS.

Verba priuilegij dicunt, dicto Thomę, & suis heredibus, & soccessoribus masculis, & fœminis donamus, cõcedimus, & cõferimus motu ꝓprio, gratiosę, de imperatoria plenitudine pt̃atis, ex certa sciã loca, castra, & reliqua inferius denotata, cũ omoibus, & singulis honoribus mero, & mixto Imperio, gladijq; ptãte, ac iurisdictionibus, ordioibus, vasallia &c. & iuribus quibuscunq; quocunq; nomine cẽseantur, cum omnibus honoribus, pertinentijs, & vtilitatibus qũocunque ad ipsa loca, & castra ad Sacrum Romanom Imperium spectantibus qno vis modo. Quorũ locorum, & castrorum nomina sunt hęc, videlicet, Ritortũ, & Saluanõ, nec non merũ, & mixtum Imperium, & gladij ptãtem, & omnimodam iurisditionẽ, & ius imponendi collectas, & exactiones quascũq;, ac oĩa iura, & godimenta quęcunq; nobis, & ipsi Romano Imperio competens, & competentia in dictis locis, & castris ex certa scientia: de imperialia plenitudine potestatis, & de speciali gratia irreuocabiliter damus, & transferimus tam pręsentem Marchionem, q̃ eiusdem hæredes, & successores prædictos: & in prædictis, & quolibet prędictorum ipsum, & eius hæredes, & soccessores, vt s̃. esse, & habere volumus loco nostri: dantes, & coocedentes de speciali gratia potestatis nostrę plenitudine dicto Marchioni, & hæredibus, & successoribus, vt s̃. licentiam, Bailiam, & autoritatem intrandi, & apprehendẽdi quomodocunq;, & quæcunq; tenutam, & corporalem possessionem, & quasi omnium, & singulorum, vt s̃. donatorum, & translatorum sine requisitione, & autoritate alicuius superioris præsidis, rectoris, iodicis, vel cuiuslibet magistratus ad omnem dicti Marchionis, hæredum, & soccessorum liberam voluntatem: non obstantibus io prædictis, & quolibet prædictorum aliquibus iuribus, consuetudinibus, gratijs, priuilegijs, inoestituris, concessionibus, & cõfirmationibus, literis, seu rescriptis generalibus, vel specialibus in contrariũ factis, vel fiendis, concessis, vel concedentibus alicui ciuitati, vel cõmuni, vel singulari personę, etiam si oporteret de eis, vel aliqno ipsorum de iure specialem mentionem fieri. Quibus omnibus inquantum obuiarent præsenti nostræ concessioni, & translationi in toto, vel io parte de dictæ plenitudine potestatis ex certa scientia tenore præsentium derogamus &c. omnẽ etiam defectum in solennitate, vel aliter si quis in translatione, donatione, & concessione huiusmodi interuenisset forsitam qoouis modo supplentes tenore pręsentiũ motu proprio de imperialis plenitudine potestatis saloo superioris dominio, quod nobis, & sacro Imperio in pręfatum Marchionem, hæredes, & successores suos competit: post modum mortuo dicto q. Thoma, & Ysonardo q. filio eiusdem Thomę filio dicti q. Ysonaradi Marchioni Malespinæ Imperator concessit 1384. quoddam prioilegiom, in quo fuit incertum priuilegium antedictum, & deinde in eo fuerunt apposita hęc verba, inter alia necnon donationes: translationes, & omnia priuilegia, & beneficia per prędecessores dominos nostros Romanorum Imperatores, & specialiter per pręfatum dominũ Carolum dominum, ac genitorem nostrum charissimũ prędecessorem eiusdem Marchionis concessas, & cõcessa factas, & facta confirmaoimus, ratificauimus, approbauimus, innouaoimus, & de nouo concessimus de innata nobis benignitatis clementia, necnon Romanę Regię potestatis plenitudine, & ex certa scientia liberaliter confirmamus &c. non obstantibus in prędictis, & quolibet prędictorum aliquibus iuribus &c. vt supra. Quibus omnibus inquantom obuiarent &c. vt supra omnem etiam defectum in solẽnitate, vel aliter, si qoia in translatione, donatione, cõcessione, & cõfirmatione huiusmodi interuenisset, forsitan quouis modo supplentes tenore pręsentium, motu proprio, & de Regię Romanę plenitudine potestatis saluo &c. vt supra.

## CONSILIVM CCCXLV.

1 *Pactum, quod quis possit ingredi propria autoritate, potest dari in contractum in vltima volũtate, in donatione, & in sẽtẽtia: & quid in rescripto Imperatoris, dum clausula de plenitudine potestatis, & ex certa scientia.*

2 *Rescripta imperatoria non valent contra res sopitas, si nõ faciant mentionem de processibus, & sententijs.*

3 *Executor in re propria clara quis esse potest.*

4 *Titulus imperialis sufficit ad dominium: nec est necessaria traditio.*

5 *Petitorium, & possessorium ex priuilegio Principis oritur.*

6 *Priui-*

6 *Priuilegium primum præualet secundo: fallit, si primum reuocatur ex causa secundo inserta.*

7 *Rescriptum principis vt liceat venire contra pactum iuratum de non petenda non valet, & quid pro hæredibus, & nepotibus. & nume. 8.*

1 In Christi nomine. Ad euidétiam præmittendum est, † ꝙ Imperator rei suæ, quam in priuilegium alicui concedit, potest pro libito voluntatis legem imponere: & priuilegiato suo gratiam facere ampliorem, vt possit propria autoritate, & in re perpetuario possidere, expulso quolibet illicito detentore: nam Imperator est lex viua in terris. Et nos videmus, ꝙ hæc licentia potest dari in contractu, dum tamen non tangat ius tertiæ personæ, vt C. de pignoribus. l. 3. & in vltima voluntate, vt supra de leg. 2. l. Titia. §. 1. Et in donatione extra de consuetudine. c. 2. & in sententia, vt notatur. ff. de re iudica. l. miles. §. fin. sed non posset Imperator dare licentiam, ꝙ quis posset propria autoritate expellere iustum, & legitimum possessorem: quia talis licentia contineret flagitium, & delictum. C. vnde vi. l. meminerint. immo tale rescriptum præsumeretur subretitium, vt extra de rescri. c. 2. & satis patet in l. 1. C. de peti. bon. subla. lib. 10. Nec obst. clausula de plenitudine potestatis: quia illa clausula intelligitur de plenitudine potestatis bonæ, & laudabilis, non vituperabilis, vel tyrannicæ. nã non dicitur Imperator posse, nisi quod de iure potest. Item nihil operantur illa verba, ex certa scientia: quia immo magis sunt apta ad expressionem maioris delicti: & ideo ista temeraria, & abusiua cautela, qua hodie principes vtuntur in suis rescriptis, deberet in totũ radicari ab aula: nec ita in vsu fre-
2 quentari. † Item est secundario præmittendum, quòd contra res transactas, vel sopitas imperatoria rescripta non tenent: præsertim si non faciant mentionem de processibus, & senté tijs, vt C. sentent. rescindi non posse. l. ii. & si autoritate rescripti vnus Baro occuparet rem alterius, tenetur ei restituere cũ fructibus, vt C. vnde vi. l. autoritate. vt no. C. de fundis, & saltibus rei dominicæ. l. si qua loca. lib. 11. vbi est glo. ordin. ad literam. Si Imperator cócedit alicui castrum, iuridice potest dare licentiam apprehendendi sua autoritate. Sed si non potest cócedere principale, nec accessorium. Item quia plus potest naturalis, & ciuilis ratio, quàm Imperator. Item quia & Imperator est animal rationale mortale. Ad euidentiam præmittendum est, ꝙ Imperator castrum Imperij potest concedere quo ad ius, id est quo ad vtilem proprietatem: quia quandoque est feudum quandoque non est feudum: quia non est concessum ad aliquod seruitium, vel incertum: sed est vtilis proprietas simpliciter: licet quando iuratur fidelitas absque obtentu seruitiorum, possit appellari feudum franchum, vt extra de fide instrum. c. inter dilectos. semper tamen superior proprietas remanet Imperatoris: quia nullus inferior potest eam participare, qui non sit capax, nec sit possibile eam euelli de corpore Imperij, nisi transferatur in maius corpus S. Romanæ ecclesiæ: de quo satis est disputandũ in proœmio digestorum. Item potest concedere quo ad factum, id est quo ad possessionem. nam autoritas principis non minus potest, quã autoritas præsidis pro tribunali sedentis, cuius autoritas tradendæ possessionis sufficiat. ff. de acquir. posse. l. qui vniuersas. §. item cum prætor. nec est dubitandum, quin princeps possit concedere licentiam amouendi alium illicitum detentatorem, sicut vulgo patet, eamque potestatem potest etiam concedere ipsi donatario, vt no. de re iudi. l. miles. §. qui iudi-
3 cati. C. vnde vi. l. meminerint. & l. si qs in tantã. † nihil enim prohibet quem esse executorem in propria: dum tamen ius sit liquidum: non in iure dubio: quia non possit se declarare ius hre, ad quod necessaria est senté tia, vt C. ne quis in sua cã. l. 1. sequitur de necessitate, ꝙ nec in possessione apprehendenda potest sibi ius dicere, sed si est notorium, ꝙ habeat ius, vt quia notorium est, ꝙ castrum est Imperatoris, quòdq; concessum est ei, qui possessioñe adeptus est, tunc nulla ratio iuris repugnat, quin quocunq; ingenio ẽt furtiuè possit possessionem acquirere, & acquisitam retinere: quia quod est licitũ in apprehendendo, est licitum in retinendo. C. quod cum eo,
4 l. si seruus. † Et est sciendum, quòd titulus Imperialis sufficit ad dominiũ: nec est necessaria traditio quo ad hoc: sed solũmodo quo ad vsum facti, argu. ff. de publica. l. cõmissa. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem rñdit. nam priuilegium lex principis est: & lex dñium transferre potest sine instrumentali adminiculo, vel pedũ positione. sit ergo conclusum, ꝙ si castrũ erat apertum Imperatori. i. in eius libertate, de iure, & de facto, vel de iure tantum, vel de facto tantum standũ est rescripto, vel priuilegio: adeo ꝙ si ille, qui iniuste tenebat, & qui fuit clam expulsus, vel armata manu non cuto: quia princeps põt cedere arma palam, vt l. 1. C. vt armorũ vsus inscio principe. lib. 11. velit agere ad recuperandam possessionem, non põt. quia est expulsus autoritate magni prætoris. i. principis. & idẽ si autoritate debito modo formata, & iurisdictione fundata, & processu legitimo nostro concurrente esset quis expulsus, vt not. 2. q. 1. c. in primis. Secundo præmitto ad euidentiam,
5 † ꝙ ex priuilegio principis oritur petitorium, & possessoriũ, si validum est: & competit possessorium possessionis adipiscẽdæ ei, qui nondum possedit, vel officium iudicis, quod nõ est propriè interdictum prætoris, vel canonici, vt not. Inno in c.
6 1. de offi. iudi. † Tertio præmitto, ꝙ aut vtraque pars prætendit priuilegium: & tunc prius priuilegium præualet, siue sit eiusdem Imperatoris, siue non: quia vnum est Imperium, & si primus Imperator concessisset semel tantum, secundus decies repetijsset, primæ literæ sunt potiores, quia est eis ius fundatum, vt extra de rescriptis. c. 1. quia tempore posterioris datæ non reperitur concessori ius apertum. Fallit in principe, si ex causa reuocat primum priuilegium: & ipsa causa exprimitur in literis: de hoc creditur ipsi principi, vt in clemen. 1. de probationibus. sed sine vlla causa, vel occasione non posset Imperator disuestire, non denudare legitime inuestitum: nisi inuestitura fuisset facta ad beneplacitum, sicut beneficia manualia auferuntur per superiorem ad nutum, id est solam volũtatem, sed perpetuò nequaquam, nisi victa culpa, licèt Cæsar non habeat necessitatem probandi, tamen litigantes inter se sic, vt ille vincat, qui ostendit iura potiora. Ex his infertur solutio aliorum dubiorum, videlicet an dictus Thomas potuerit expellere &c. dic, vt supra, quia rescriptum Imperatoris non tenuit: ergo nihil cócessit, si probetur id, quod in ter-
7 tio puncto est præsuppositum, † quia ex pacto de non petendo oritur naturalis obligatio ad non petendum in perpetuũ, contra quam naturalem obligationem nõ tenet rescriptum: maximè cum de ea non faciat mentionem, vt extra de decimis. c. ex multiplici. item expressum est, quòd ille, qui iurauit non venire contra, non potest a principe impetrare, & impetrando efficitur infamis. C. de transactionibus. l. si quis maior. si autem concessisset proprio motu, videretur posse agi ex iure superueniente: quia est nouum ius, & noua causa, de qua retro non fuit cogitatum, argumento. ff. de euictio. l. si rem, quam a principio. nec cogitari potuit: cũ ex solius principis potestate penderet, vt ff. de leg. 3. l. apud Iulianum. §. fi. & in capitu. Abbate. de re iudica. lib. 6. Considera, iste dominus Thomas non potuit impetrare pro se: quia periurus.
8 † Sed nunquid pro hæredibus, & nepotibus suis, & videtur, quòd non: quia vbi non est principium, ibi non est successio, neque deriuatio, neque transmissio. item quia ex radice infecta, & causa reprobata. in contrarium videtur: quia nomen successoris non semper ponitur pro hærede: sed interdum pro ea, cui accidit pro tempore absque eo, quòd habeat originem transmissionis a prædecessore, vt extra de præbendis. in capitulo dilectio. vnde possum vti nudo ministerio alterius, qui potuit esse organum meum, & tamen non suum. sicut videmus, quòd per indignum ministrum quæritur dignum. dicit regula, qui vtitur adminiculo alterius, vtitur cum sua causa, suisque vitijs ipsius adminiculi, siue actus, quia ex actu vitioso non quæritur ius efficax, sed tamen non cótingit cũ vitio personali inhabilitatis: quia vitium in ministro non curatur in præiudicium tertij, vnde sequitur, ꝙ successores, quibus ordo temporum dat succedere, & non vera transmissio alicuius corporis hæditarij, non succedunt iudicio: per consequens valet priuilegiũ, qa ius incipit ab eis. hoc forte posset defendi, si renunciarent hæreditati paternę, aliàs

non,

non, nam si sunt hęredes, sunt obligati de euictione: & quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, pro hoc facit, quia suus, & necessarius hęres habet de necessitate vtrunque amplecti, scilicet hæreditatem paternam, & beneficium paternum, vel vtrunque repudiare, licèt voluntarius hęres posset separare, vt in capit. 1. an agnatus, vel filius. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCXLVI.

1 *Iuramentum patris an, & quando noceat filijs tam in agẽdo, quam in excipiendo.*

In Christi nomine. Imperator cõcessit Titio, & hęredibus eius. Modo ponamus, φ Titius iurauerat nõ impetrare. † Qd̃ quęritur, vtrum dictum iuramentum impediat rescriptũ, & si quidem copula pariter cõiungit Titium, & hęredes. i. filio, videtur, φ pro dimidia parte, quę cõcernit Titium. rescriptũ non valeat propter obstaculum iuramenti, sed pro dimidia, qui concernit filios valeat iuramentum patris non ligat filios duabus rationibus. prima ratione suæ personalita. propter q̃ iuramentum ponitur intransitiue, idest, vt non possit disgredi ab anima iurantis in aliam: est enim sacramentum, & character, cuius forma, & figura substantiæ est in anima iurãtis, vt extra de iureiur. c. ueritas. & C. de reb. cre. l. generaliter. in prin. nam si aliquando hæres succedat in re iurata, & vinculo communicabili obligationis ex contractu, tamen non succedit in vinculo spirituali, & in communicabili iuramenti: & ideo in feudis hæredes innouant iuramenta, quia aliud, licèt non aliter est iuramentum defuncti, aliud hæredis: licèt iuramentum defuncti sit quoddam exemplum, & iuramentũ hęredis sit sumptum ex eo formaliter. apparet igitur, φ periurum defuncti non nocet filijs. Sed tunc opponitur: filij vtuntur adminiculo patris impetrantis, ergo dicunt vti cum suo vitio: & sic dolus impetran. nocet eis: quia est dolus commissus in substantiam iure, ex quo actio debet proficisci. vt ff. de exceptione doli, l. apud cellum. §. autoris. & §. si eã legitima. l. si procurator agit. sed responden, φ non inspicitur, quis imperatori loquatur: sed in quem effectus beneficij dirigatur, seu conferatur, argu. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. donationis. cũ igitur filij veniant ex liberalitate Principis, quanquam ex industria patris, considerato, quod industria est causa remota, & non proxima beneficij, & in ipsa causa proxima non inuenitur vitium, vel defectus: sequitur pro dimidia, quę concernit filios, φ dictum rescriptum debeat valere, argu. ff. de leg. 2. l. si Titio, & ei. φ autem dicta copula teneatur pertitiue, videlicet vt rata pars pro indiuiso, & filijs: & tandem si concessum, videtur casus. ff. de vsufructu accrescendo. l. si quis titio, & hæredibus. & arguo sic, verbum, hæredibus. ideo ibi teneretur pro filijs, quia concernit tale ius, quod non potest esse hæreditarium: quia vsusfructus formalis, de quo ibi loquitur, nõ potest iure hęreditario transmitti. ff. de verbo. oblig. l. stipula-
2 tio ista. §. si quis. ita ergo nomen hęredis ponitur pro hęrede sanguinis: quia non potest aliter poni salua ratione iuris, & apti, ac congrui sermonis. ff. de ope. libertorum. l. liberti. Vnde de primo ad vltimum concludendo videtur, quòd saltem pro parte dimidia liberorum valeat rescriptum. dicet aliquis noone filij de euictione tenentur, ergo non possunt uenire contra contractum patris, quatenus sint hęredes: quia quem de euictione tenet actio, eũdem agentem repellit exceptio. Respondeo, sic, si essemus in iudicio, & exciperetur, sed hic filij non agunt, immo possident, quare non obstat obiectio. Idem dicit aliquis, fuit obreptum Imperatori, ergo non valet priuilegium ipso iure. Respondeo, per filios nõ fuit obreptũ, quia nec impetrauerunt, pars vero patris bene est caduca, & uitiosa, nec accrescit filijs, quia iniusta possessio non accrescit iustę possessioni, vt l. Pomponius. ff. de acquir. pos. Sed si salua iustitia posset accrescere, tunc haberet locum ius accrescendi inter socios liberalitatis imperialis, ut C. si imperialis. l. vnica. Considera, obreptio non reddit Rescriptum nullum, sed oportet, φ probetur obreptum, & φ excipiat. unde si obripiens non agit, sed possidet, tuendus est in possessione, donec reuocetur per sentẽtiam. & sicut principale tenet mero iure, ita, & licentia data à Principe: sed princeps debet eam reuocare. Item ex contractu paterno quatenus est actus ad agere, possunt filij conueniri: & quatenus est actus ad excipere, põt filij potentes exceptione repelli. C. de transactionibus. l. si pro fundo. Et scias, φ omnia, quæ dixi, allegando dico, quia animus inclinat contra impetrantem, licèt quę dicta sunt subtilia, & utilia pro, & contra.

### CONSILIVM CCCXLVII.

1 *Rescriptum Principis quibus ex causis non teneat.*

In Christi nomine. Quærto, quidam nobiles possident castrum Imperij, & ipsum diuidunt inter se, iuramento apposito de non ueniendo contra: tandem unus eorum impetrat ab Imperatore totum castrum non facta mentione de dicta diuisione, & possessione adiecta clausula, quòd possit sibi insidicere, & possessionem propria autoritate apprehendere. clam, & furtiue accepit possessionem consorti, & ipsum de possessione eiecit. modo dictus expulsus petit dictam possessionem sibi restitui cum damnis, & fructibus, & interesse: sed expulsor, uel eius hęredes dicunt, quòd non tenentur, quia autoritate Principis ingressi sunt: & ex nouo titulo, & noua causa, & iste est unus passus. alius est de quodam alio castro similiter sibi concesso; utrum possit ex rescripto peti, & uendicari per impetrantem non obstante dicto titulo transactionis, & possessione bonęfidei: quia pręsupponitur, quòd dicta transactio fuerit facta inter dictos nobiles bonęfidei, & secundum consuetudinem antiquam. Et pręmittendum est pro pondere quęstionis, quòd pręsupponitur, quòd dicta castra sint Imperij. quęritur ergo, quid iuris: & ad id, φ in ueritate prębeat di-
1 uina gratia, consulatur. † Et uidetur primo dicendum, quòd dictum rescriptum non teneat, quia non fecit mentionem de compositione, ut in c. ex multiplici. de decimis. Item quia uẽtum est contra iuramentum, ut C. de transactionibus. l. si qs maior. Item quia non est facta mentio decolorata possessione aduersarij, ut in cap. quod nostris. de concessione prębendæ. Item quia ex dicto contractu orta est naturalis obligatio, & iustæ defensionis exceptio, quę per rescriptum tolli non potest, ut C de transactionibus. l. causas, & lites. C. sententiam rescindi non posse. l. fina. Item quia dictum rescriptum est iniuriosum, vt C. vnde vi. l. meminerint. Item quia dicta licentia non potuit concedi, vt C. si per vim, vel alio modo. l. fina. nisi prius esset possessor spoliatus per sententiam in iudicis competentis, vt notatur. C. vnde vi. l. si quis in tantam. & ff. de acqui. pos. l. iuste. Item quia non debet permitti vsus iurisdictionum priuatis personis, vt ff. de regul. iur. l. non est singulis. Item quia petita bonorum sunt sublata, vt C. de peti. bonorum sublatis. l. 1. lib. 10. Item quia rescriptum est ambitiosum. ff. de in ius vocando. l. sed si hac. §. patronum. & talia rescripta continentia concessionem dominij, vel alterius iuris sunt ipso iure nulla, vt l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerendis. Item si valeret gratia, quia continet solum ius concedentis, tamen possessio non posset auferri sine causæ cognitione, vt de pręben. capitu. licet episcopus. lib. 6. Item consuetudo domus nobilium est similis consuetudini oppidi, nam magna parentela, & oppidum instar habet paruæ ciuitatis secundum Aristotelem: valet ergo consuetudo inter se, vt possint concordiam facere super feudis communibus: alioquin oportet eos semper stare in guerra: pręsertim vacãte Imperio, quod dicere est iniquissimum, cum eius contrarium sit ęquissimum. ff. de vsufructu. l. ęquissimum. ideo inter se possunt diuidere, & pacisci: quia in habentibus symbolum facilis est transitus, vt C. de fideicommissis. l. voluntas. In contrarium videtur, quia ciuitates, & castra eiusdem iuris sunt, idest publica regalia, & sacra, ff. de iustitia, & iure. l. 1. §. publicũ ius. sed ista non sunt in commercio priuatorum, & ideo pactum priuatorum non valet, saltem in Principe reuocante, vt ff. de legatis primo. l. apud Iulianum. §. finali. Item non pertinet ad aliquem disponere de iure tertij: ergo nec de rebus Imperij. item nec de rebus fisci: quia ius publicum priuatorum pa-

ctionibus

ctionibus conturbari nō potest. ff. de pac. l. inter. instituta. de vsocapionibus. §. res fisci. nec potest dicere possessor bonæ fidei, qui iura fiscalia, & iurisditiones sine solennitate comparauit. ff. de rescio. venditione. l. fundus. C. si aduersus fiscum. l. edicto. Item improba possessio possessoris non ligat manus Imperatoris, qui rei suæ potest apponere legem, quam vult, non solum Imperator, qui est super omnia terrena, sed quilibet dominus rei suæ, nam Imperator super possidet proprietatem suam in genere suo, id est maioritatem, & libertatem, quæ ab ossibus suis, idest, iurisditione non possunt separari: sicut Imperium deficere non potest, quia est a deo constitutum, & mortalibus aggregatū, vt in Auth. quomodo oportet episcopos. §. fin. colla. 1. solutio, si castra essent fiscalia de feudo francho. i. libero, vel conditionato. i. sub modo, non teneret dicta concessio. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo: quia non videtur princeps alicui velle facere iniuriam. idem si essent aliquorum nobilium ex fundatione castrorum, vel ex perpetua consuetudine, cuius contrarij non staret memoria. hæc autem sunt probanda per illorum, qui dicit rescriptum nō valere: alioquin pro impetrante, qui habet titulum a principe in vtilem proprietatem esset iudicandum, improba possessione contraria non obstante: & ita teneo, vt in capitulo imperialem. §. callidis. vnde consilium venit pro domina, si castra erant aperta Imperatori, siue Regi Romanorum. natura rei idem operatur, quod verbum, vel personarum expressio. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLXIIII.

1 *Interpretantur literę cambij, & verba futuri tēporis faciunt conditionem, nec recedi potest ab istis literis: nec locus est pænitentiæ: quia sunt contractus nomina. & an contractus cambij sit permissus, & non vsurarius: & nu. 6.*

2 *Verba futuri temporis conditionem significant.*

3 *A literis non est recedendum, nec est locus pænitentiæ, quia sunt contractus nominati.*

4 *Scriptura mercatorum, & campsorum habetur pro sententiā facta in rem iudi..*

5 *Addere, vel detrahere aliquid non est licitum, nisi de consensu partium.*

7 *Ex contractu innominato do, vt des: qua actione agatur.*

In Christi nomine. Factæ fuerunt per Bonromeū de Bonromeis literæ tenoris infrascripti, videlicet, pagati per questa prima litera a di 9. de October, a Luca de Goro libre 45. sono per la valota qui da Masio Rena al tempo li pagati, & poneti a mio conto, e. R. che Christo ve guarde. Bonromeo de Bonromei Salut. de Milano a di. 9. de Mazzo. 1325. a tergo Alessandro di Bonromei, e Dominico de Andrea inuenerim prima de li. 45.

1 † Hęc scriptura plures habet partes: prima pars continet mandatū, & cui dirigitur. i. nomen scribentis, & eius, cui scribitur, tenorem mandati, seu fines mandati. & ista patēt per hæc verba, pagati per questa prima litera a di. 9. de October a Luca de Goro libre 45. de grossi. & durat ista prima pars vsque ibi, cioè. sequit. 2. pars, in qua declarat causam mādari ibi, dum dicit, cioè libre 45. sono per la valuta. & sequitur context. q̄ non potest separari, nec diui, per la valuta. deinde sequitur tertia pārs literarum ibi, al tempo li pagati. 4. pars literarum ibi, e poneti a mio conto. Modo nō est dubium, q̄ ista est epistolaris scriptura: quia continet ea, quæ sunt epistolæ, scilicet a tergo, cui scribitur. intus autem quia scribit, & quid mandat amicus amico. Item istæ literæ sonant quoddam cōmercium. primo inter Masiolum Renam, & Bōromeum, & hoc est præsens commercium, quod numeratione confitetur. secundo continet futurum commercium inter Bonromeum, & Alaxandrum &c. inter quos Bonromeum, & Alexandrum &c. tunc contrahetur negocium, cum acceptabitur, & cōsummabitur mādatū: quia verba futuri temporis conditionem significant, vt ff. de leg. 1. l. Stichum, qui meus erit. Et si ista conditio quomodocunque deficit etiam per casum fortuitum, non contrahitur obligatio, vt ff. de verbo. sig. l. cedere diem. Quia modo oportet tria videre: primo an numeratio facta Bōromeo per Masiolum Renam inducat aliquem contractum inter Masiolum, & Bonromeum. & videtur, q̄ non, quia non est actum inter eos, q̄ Bonromeus teneatur ad aliquid, nisi ad scribendum literas mandati: scilicet cū effectu, vt acceptentur, & earum vigore soluator lucæ in literis nominato. quibus explicitis Bonromeus in nullam incidit obligationem dicto Masiolo: quia totus vigor huius commercij, & totus tenor directus est in dictum Lucam. Et arguo sic, hoc potuit fieri in mutuo, & deposito. ff. si certum petatur. l. certi conditio. §. si nummos. ff. depositi. l. publia. in principio. nec habet locum pœnitentia, seu variatio, vel recessus a forma primeua, nec in substantialibus, nec accidentalibus cōtractus: quia est contractus nominatus, vt l. 1. de rerum permutatione, immo plus, quia si isti essent assueti ad solutionē graria vtriusque partis, non haberet locum pœnitentia, vnde non posset numerans pœnitere, vt ff. de solutionibus. l. aliud. & argumentum. ff. de verbo. obligatio. l. qui Romæ. in principio. & est expressum. ff. de pactis. l. si cum fundum. nec obstat, q̄ interuenerit numeratio, quia non omnis numeratio eum, qui acceperit, obligat, sed solum prout actum est inter contrahentes, vt l. non omnis. ff. si certum petatur & si dicatur, istud fuit depositum, ergo habet locum pœnitentia. Respondeo, istud non fuit depositum, sed cambium vulgo dictum: in quo vertitur principaliter vtilitas vtriusque partis, quæ non debet factum vnius auferre alteri. nec obstant protestationes contrariæ, quæ sunt contra vim, & autoritatem contractus. ff. de constituta pecunia. l. vnde falsa. aliàs sequeretur, q̄ Bonromeo posset auferri quæstus cambij sola volūtate aduersarij: quod est falsum. ff. de negocijs gestis. l. Pomponius. nec potest dici, q̄ Bonromeus locupletetur in aliquo, cum suscipiens mandatum habeat pecuniam paratam solutioni, quam offert, vnde pro soluente habetur, vt C. de vsuris &c. Item fit nouatio rei interuentu, & vna obligatio egreditur, & euellitur de corpore alterius, vt notatur. ff. si cer. petatur. l. singularia. ff. mandati. l. qui negocia. nec aduentitij casus pertinent ad contractus consummatos, vt C. si certa. peta. l. incendium. & not. ff. locati. l. in naue saupheli. Cōsidera, interdum pecunia remaneret penès recipientem sine causa: & hoc esset iniquum, & ideo tunc pecunia deberet cedi numeranti ex illa, vt ita dixerim, diuina, & nobili æquitate, de qua habetur. ff. si cer. pe. l. si me, & Titium. quæ lex tanquam speculū debet esse ante oculos mercatorum. & ideo vbi post numerationē nihil sequitur, debet restitui acceptum. Fallit in donatione. sed vbi in aliud transfertur, non debet reddi nisi ex defectu causę finalis, puta si ille cui scribitur in materia nostra declinare mādatum, vel solutionem: quia declinando mandatum non contrahitur mandatū: & declinando solutionē, licet acceptet mādatum, pecunia non est parata solutioni, vnde non fit nouatio, vt ęgregie no. Bart. & ego post eum in d. l. singularia. Amplius sciendum est, q̄ campsor aliquando datur pro soluto, aliquando pro soluendo, nam si actum est, vt facta promissione per campsorem intelligatur vetus obligatio sublata, & noua subrogata, standum est pacto: si autem nihil agitur de ibe ratione, sed solum de obligatione nouæ personæ, tunc durat actio prima, vt no. Bart. ff. de nouationibus. l. si debitorē. scilicet si statim est in finibus promissionis, non interposito contractu translatiuę, & mutatiuę scripturarum, ff. de prætorijs stipulationibus. l. penul. istæ promissiones campsorum sunt sicut sententię liquidæ: tamen per eas non intelligitur satisfactum, cum duret actio, & subsistat debitum. ff. de fun. instru. l. nepoti. C. de confessis. l. 1. per Cy. tamen si campsor offerat a principio, vel postea, puta q̄ sufficiat, q̄ pecunia sit parata solutioni ex interuallo quo ad hoc, vt fiat quasi innouatio, primus debitor liberauit saltē ope exceptionis, vt nota. ff. de nouationibus. l. delegare. ff. de pignoratitia actione. l. solutum. §. satisfactum. ff. mandati. l. inter causas. §. abeste. nunc ad propositam quęstionem de Bōromeo, nam si quidem literę suæ formaliter seruantur cum effectu, non potest conueniri, & repetini casus iniquitas, vel cessantium dolus ei nocet, qui in culpa non fuit. sed si literæ non ponerentur in executione, tunc retro deberet, quod accepit: quia cessante causa cessat effectus vt l. cum quis. & l. si extraneus. ff. de conditione ob causam.

Sed

Sed quid, ecce dictus Masiolus vult, ꝙ Bonromeus transmit-
tat sibi literas, vt ibi Bonromeus scripsit Alexandro, & socio
scribant ponamus Sein mercatori: quia dicit, ꝙ Alexander, &
socius nõ sunt boni promissores, cum sint socij fallbri: vnde si
soluerent, alij creditores possent reuocare pro rata: & sic cum
effectu non esset satisfactum, vnde non põt dici pecunia para
ta solutioni, cũ sit subtecta euictioni. vt ff. de excep. do. l. pater
§. ex quadrante. sed Bonromeus respondet, & dicit, tu nume-
rator non es nominatus in literis vt creditor, sed magis vt pro
curator receptor, cui literæ scribuntur, ergo tibi non compe-
tit agere: nam nullo iure agis, quia sine actione nemo experi-
tur, vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. videamus. non. n. omnis no
minatus in instrumento agit ex instrumento: sed ille demũ, in
quem dirigitur creditum, vt ff. de ver. obl. l. Iulianus. §. 1. ff. de
solut. l. verus procurator. Præterea dicit Bonromeus, ego feci
totum, quicquid teneor facere: quia scripsi literas: & volo, ꝙ
ponantur ad meam rationem. Item pro vno debito non cogor
facere tot scripturas: sic ponere me i duplicato periculo: nec
cogor scripturas permutare, quia hoc non venit de natura cõ
tractus. pro hoc facit illud notabile, sufficit semel. vnde cõclu
dit Bonromeus, & scripsit primas literas, & volo secundas, &
tertias secundum consuetudinem mercãtię: nec volo me alij
obligare, de quo non fuit sensum, nec cogitatum, quia mihi
posset nocere iuxta id, quod expresse legitur, & notatur. ff. lo-
ca. ex aduerso dicit alia pars, tu accepisti, & non exbursasti;
redde ergo, quia res est integra, & mandatum adhuc stat in fi
nibus mandati. & dicit numerator, istud mandatum fuit fa-
ctum gratia mea tantum, & ideo possum prohibere, ne solua-
tur, sed reddatur, vt ff. de solu. l. si cum Cornelius. ff. de donat.
l. sed iure. §. si quis. sed Bonromeus respondet, ꝙ iste cõtractus
non est contractus mandati, sed mercati celebrati gratia vtri-
usque: & ideo non habet locum pœnitentia. Quia modo visis
rationibus pro, & contra causam, decidat ille, qui habet deci-
dere secundum rationes, quæ magis videntur vrgere: potissi-
me quia stabiles, & firmę debent esse scripturę mercatorum,
ad quorum fidem vniuersi recurrunt, vt ff. de eden. l. quędam
§. nummularios. iuxta illud vulgare dictum, quod scripsi scri
4 psi. † quia scriptura mercatorum, & campsorum habetur pro
sententia: & vt ita dixerim, sua fide transit in rem iudicatam,
id est in soliditatem firmitatis, & irreuocabilitatis, vt in Au-
then. de fideiuss. §. argentariorum. licèt modernis temporibus
aliqui mercatores, & aliqui campsores committant enormia:
sed massa eorum, & summum bonũ, & quintum elementum.
Finaliter dic, aut secundum primam conuentionem, & inten
tionem partium literæ possunt consequi effectum suum: &
tunc Bonromeus non potest ad aliquid innouãdum cogi: alio
quin iniquum esset, ꝙ numeranti, vel alij pro eo non satisfie-
ret. ipsa enim numeratio re ipsa fecit eum creditorem: saltẽ
vt alij soluatur, quia sua interest, vt ff. de verb. obli. l. liber ho-
5 mo. §. fi. & l. si ita stipulatus. §. grisogonus. † Item ille, qui adij-
cit, vel detrahit aliquid contractui, nouum contractum effi-
cere videtur, vt ff. de verb. oblig. l. 1. §. cum adijcit. sed hoc nõ
est licitum, nisi de voluntate contrahentium. ff. qui satisd. co-
guntur. l. de die. primo responso. fallit in prætorijs stipulatio-
nibus, quæ corriguntur, mutantur, & conficiuntur arbi-
trio prætoris, vt ff. de præto. stipula. l. 1. in fine. & si notarius
aliquid notaret in iussu præsidis, præsumeretur scriptura fal-
sa, vt C. de testamen. l. si vnus. & ff. de his, qui in testa. delentur.
l. 1. C. de probation. l. iubemus. Item in contractu in scriptis
non est licitum aliquid addere, vel mutare a prima matrice,
siue radice, vt C. de fi. instr. l. contractus. & ideo tabellio nihil
potest superscribere, vel disponere: quia ad tabellionem om-
nis contractus celebratur in scriptis: quia scriptura est substã
tia: & est simul materia, & forma, a qua non potest recedi, &
ideo protocolla dimittuntur: & scriptis originalibus tanquã
exemplaria verorum, vt in Authen. de tabellionibus. §. fi. Item
quid si Bonromeus transmisisset pecuniam, vel per eas nun-
cium firmasset, difficile esset illam pecuniam retrahere, & no
uo homini permittere, quia hoc non posset fieri sine sumptu,
& lite, & ideo non compellimur, vt C. de nouationibus. l. pri-
ma. & ibi notatur per Petrum, Cynum, & alios, non obstant.
ff. mandati. l. idemque. §. si cui. quia ibi loquitur in procura-
tore, qui gerit facta aliena, qui tenetur obedire domino, sed
Bonromeus gerit proprium negocium, & proprio nomine,
& non tenetur ex aliqua consequentia ad nouam promissio-
nem faciendam: aliàs esset abire in infinitum per variabiles
promissiones: quod est absurdum. Item sufficit semel appro-
batum esse. ff. de fideiuss. l. qui satisdare. C. de testib. l. si quis te
stibus. ff. qui satis. cog. l. si ab arbitro. Sed quis contractus fuit
iste? & videtur contractus pecuniæ emptæ, & venditæ, nam
sicuti propter diuersitatem materiæ consistit emptio in pecu
nia: ita si adijciatur diuersitas loci, vel temporis, vbi est sol-
6 uendum. † Et ita mercatores arbitrantur, quòd contractus
cambij sit licitus ex proprio genere contractus: quia est em-
ptio, & venditio, & naturali æquitate propter pericula, quæ
subeunt in transmissione pecuniarum. ff. de nautico fœnore.
l. periculi. & sic licitè recompensatur quæstus, vt ff. pro so-
cio. l. si non fuerit. vnde non est vsura, quia non gratuitã, & nõ
pręstatur propter tempus, quod est commune omnium ani-
mantium: sed ratione periculi empti, & venditi, argument.
ff. de emption. & vendit. l. si iactum retis. Item non curo, an
sit commutatio quædam de re ad rem, vel de persona ad per-
sonam: quia est contractus firmus, & solennis. Amplius lite-
ræ istæ videntur literæ constitutæ pecuniæ, vbi prima perso-
na contrahens ponitur tanquam fundamentum causæ: secun
da persona, quia post receptionem pecunię apponitur tanquã
effectus, & hoc potest esse duobus modis, vel quod sit quędã
persona apposita, & sibi quęratur obligatio: & tunc Bonro-
meus habet ius, præsertim si sua interest, eo quòd versa vice
positum suæ rationi posset compẽsare: quia haberent secum
plura calculare. ff. de nego. gest. l. cum pecunia. ff. de eden. l. si
quis ex argentarijs. §. rationem. & in cõstituta pecunia potest
acquiri obligatio absenti per nũcium, vel epistolam, sicut in-
ter præsentes: quia consensu contrahitur. si autem receptu-
rus pecuniam fuit appositus ut procurator Masioli, & tunc
Masiolus haberet ius, ut ff. mandati. l. idemque. §. si cui. quia
obligatio est sibi radicata, & in alio non transmutata: qua qui
stipulatur procuratori suo, uel propriorum negotiorum ge-
stori, sibijpsi stipulari uidetur. ff. de solut. l. si cum cornelius.
In dubio autem præsumitur negocium principaliter pertine-
re ad eum, qui numerat pecuniam: quia præsumitur sua, &
appositus solutioni uidetur adiectus tanquam simplex procu
rator. ff. de uerborum obligationib. l. Iulianus. §. qui fundum.
ff. soluto matrimonio. l. dotis. cum materia sua. facit quod
notatur. C. de constituta pecunia. in Authentica si quando.
ubi autem constaret, quòd Bonromeus gratia sua, & Ma-
sioli fecisset dictam scripturam ratione alicuius interesse,
tunc Bonromeus haberet ius, quia non teneretur facere,
nisi quod scriptura loquitur, & ad effectum, ad quem loqui-
tur. ff. commoda. l. commodatam. § sicut. & si bene considere-
tur libellus oblatus, sapiens dictator libelli omnia ista consi-
derauit, & perpendit. Et nota, quòd in hac scriptura nul-
la promissio continetur, nec sub uerbo personali, nec im-
personaliter, tamen uidetur subintelligi tanquam persona-
liter facta numeratori, ut dicta authentica si quando. sci-
licet de soluendo apposita præsumitur, quæ utrum hoc ca-
su dicatur adiecta, an dicatur principaliter propter se appo-
sita, iam dictum est. & sic an negocium sit gestum ipsi ab-
senti per præsentem, an econuerso gerendum præsenti per
absentem, & secuto mandato. ubi enim numeratio est cau-
sa alterius ministri, ibi certum est, quod nudus minister ẽ pro
curator. sed ubi principaliter pertineret negocium ad eum,
cui deberet solui, tunc esset econtra, quia qui primo nume-
rauit, esset minister, & recepturus solutionem esset princi-
palis, & dominus negocij: quod ex qualitate personarum,
& ex alijs usitatis inter eos bonus uir perpendet. Item Bon-
romeus habet determinatum commodum, id est cambium,
& sicut non debet sustinere incommodum, ita nec debet lo-
cupletari: quia subsidium cambij resoluitur in cambij fa-
ctum in pecunia numerata, ut ff. depositi. l. dies sponsalio-
rum. & in l. Lucius. & argumentum de usuris. l. in fideicom-
missis. §. cum polidius. pro Masiolo facit, quia iste est primus
nominatus in litera: ergo pręsumitur principalis. Item unus-
quisq; pręsumitur suo nomine cõtrahere, & pacisci. ff. de solu

tionibus.l.& magis.ff.de probationib.l.si pactũ.Preterea dato, q Masiolus esset institor, tamen ex quo stipulatur nomine dominæ agere, & exigere: quia habet directam actionem ex proprio cõtractu, argu.ff.depositi.l.quod seruus. sed certè hic non egit tanquam institor alterius, sed tanquam alter institor suus: ergo debet docere de mandato, quod ille esset suus institor, vel gestor, quia non præsumitur mandatum.ff.depositi l.si quis inficiatus.volue, & reuolue prædicta in cerebro tuo, q libellus contra Bouromeum sit male conceptus, apparet, quia ex contractu innominato do tibi, vt des alteri.ff.de do-
7 natio.l.hoc iure.§.si quis.† agi debuit aut conditione ob causam ex pœnitentia: aut actione præscriptis verbis ad interesse; qui secundus modus agendi haberet etiam locum in contractu nominato. ff.de verborum obli.l.liber homo.§. fi. sed hic neutro istorum modorum est actum: ergo male, & ineptæ libellatum: quod sit contractus innominatus, videtur expressum.ff.de pact.l.si cum fundum.quis posset transire in stipulatione. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCXLIX.

1 *Prohibitus alienare in non ciuem an possit eum instituere.*
2 *Statuto legis, vel municipij potest fieri, q quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
3 *Extranei an possint fieri ciues in absentia, & nemine recipiente pro eis ipsis postea ratificantibus, & acceptantibus.*
4 *Ciuis factus per statutum an habeat vim naturalium ciuium. & vide etiam in fi.consilij.ver.sed hic occurrit dubium.*
5 *Instrumento, qui eo vtitur, ratificare, & verificare videtur.*
6 *Statuto prohibente ne quis aliquo contractu alienare possit, an etiam contineatur vltima voluntas: ac vide etiam infrà in fi.consilij in ver. subsequenter dubitatur.*
7 *Relatiuum diuersitatis substantiæ requirit similia in qualitate.*
8 *Statutum prohibens distrahi, alienari, vel relinqui in homines alterius territorij an valeat.*
9 *Statutum, de quo suprà an locum habeat in ciue facto per decretum ancianorum authoritate, vel consensu principis roborato.*
10 *Statuto prohibente ne quis possit acquirere per contractũ, vel alio modo, an poterit acquirere per viam institutionis.*

In Christi nomine. Statuto Placentiæ cauetur, q nulla persona audeat quoquomodo alienare aliquas res immobiles, vel iurisditiones, infra Placentiam, vel districtum existen. alicui non existente de Ciuitate Placentiæ, vel districtu. Quod
1 si ꝯ fiat, alienatio ipso iure minime teneat. † & vr̃, q alienatio non valeat, ut l.1. C. nõ licere habitatoribus metrocomiæ. li. 11. quia quod lex prohibet, testator non põt relinquere, vt ff. de leg.j.l.citra. & l.si quis inquilinos. §.fi. In contrarium vr̃, q posset venire, & transire cum vniuersitate. s.directa institutionis hæredis.ff.de acq. rer. do.l.quędam. licèt nõ veniret in substitutione fideicommissarij, vt ff.ad Tre.l.quia perinde.& est ratio differentiæ: quia alienatio per institutionem directa includit hoc sub se de necessitate: quia non potest quis decedere pro parte intestatus, siue pro aliqua re testatus pro alia intestatus: sed fideicommissum, & legatum bene recipit diuisionem, ff. de hęredib. insti.l. si quis homo institutus fuerit exce-
2 pro fundo. sed tamen in hac ratione non confido, † quia statutum legis, vel municipij bene põt facere, q quis decessit pro parte testatus. pro parte intestatus, vt ff.de test.l.miles ita.§. & quia diximus.& no. per Cy. & alios in l. cunctos populos. de iusti. & iur.& C.de sec.nup.l. 1. & ff.de adoptionib.l.si rogatot.§.sed an impuberi.tamen non puto, q per dictum statutũ sit vniuersalis hęredis institutio prohibita, sed modificata.ff. de inoff.test.l.posthumus. Venio ad secundum punctũ, quod
3 tale est, videlicet † an extranei possint fieri ciues in absentia, & nemine recipiente pro eis, tamẽ ipsis postea ratificantibus, & receptantibus.& vr̃, q nõ, quia recipere aliquem ciuem est ꝯhere, & ꝯctus non põt fieri inter absentes, nisi mediatore organo, vel epistola, vt ff.de do.cau.mor.l.inter mortis. nã in ciuilitate hincinde ꝯhitur obligatio: non põt ꝯhi, nisi de consensu vtriusq; partis.ff.de ac.& ob. consensu.& est simile de adoptione, & arrogatione, quę non põt fieri, nisi vtroq; loquentę, & pręsente. ff.de adopt.l.2.& l. post mortem.§.fi. Solu.per viã beneficij, & priuilegij fieri potest, quia beneficium, & priuilegium põt conferri absenti, & ignoranti, dummodo ratificet, vt in c.si tibi absenti. de pręb. lib.6. & notatur. ff.de iureiur.l. labeo. nam & legitimatus per priuilegium, & oblationem curiæ potest ratificare, vt in Auth. quibus modis naturales efficiuntur sui.& §.generaliter. Item hoc est quoddam eligere, & elicere, siue inuitare, non contrahere, vt notat. in l.ciues. C.de
4 incol.lib.10. † Venio ad tertium passum, quo cauetur, q non possit fieri alienatio nisi obtenta licentia. nam satis obtinet licentiam ciuium etiã naturalium, qui propter suam nobilitatem efficitur Ciuis per statutum: quia iam est de grege Ciuiũ, & numerarius, vel supernumerarius eorum, & de eodem ciuili corpore, & vniuersitate actiuę, & passiuę, vt l.tribunus. ff. de milita. testam. nam cum iura ciuium sortiti sint, pro extra-
5 neis haberi non possint, † illud est certum, quòd qui vtitur instrumento, videtur ipsum ratificare, & verificare, vt not. per Inn. extra de exceptionib.c.cum venerabilis. pone, verba statuti dicunt, q quis non possit aliquo contractu alienare in emphyteusim, vel in feudũ dare, vel alio modo, seu colore quęsi-
6 to &c. † Quæritur, nunquid contineant vltimam voluntatẽ, & videtur, q non: quia verba extrinxerunt, nõ pertinent ad ius testandi. ff.de ver.sig.l.verba gesserunt.& ff.de leg.3.l.pater filium.in prin. non obst. generalitas verborum, vel alio modo,
7 † quia relatiuum diuersitatis substantiæ requirit similia in qualitate, vt notatur. C.de ser. fugi.l.fugitiui. & arg.ff.de vino legato. l.fi.§. cui dulcia. sed vltima voluntas plenıorem recipit interpretationẽ, quàm cõtractus: nec est eiusdẽ interpretationis, vel naturę: nec intellectu significat idẽ, vel simile, vt.ff.
8 de regulis iur.l.in testamentis. † Sed circa istud genus dominij potest dubitari, vtrũ statutum possit prohibere, ne in homines alterius territorij possit distrahi, vel alienari, vel relinqui.& videtur, q non: si domini rerum non sunt subiecti legibus municipalibus illius loci. nã nõ subiectis non põt imponere legẽ, vt l.cũctos populos. cũ materia. In contrariũ videt, q ista lex est in rẽ, nõ in personam: quia dicit, nulla res immobilis possit alienari extra districtũ. & posito, q nulla persona subiecta &c. possit alienare extra territoriũ, tamẽ qa extraneus, q prohibet, est subiectus, tenet statutũ: qa psonę suę.i. sun subiecto põt legẽ imponere. ff.de pignoribus. l. in quorũ. & l. 1. C.de cupres.ex luco dãnẽs. & vbi reqrũt duo extrema, si vnũ est inualidũ, nõ valet qđ agit: qa susceptiuũ nõ põt rei esse sine suscepto, nec capere põt, nisi in ipsũ trãsferat, vt l. si ego. ff. certũ peta. Solutio, si verba statuti incipiũt a psona subiecta, quia dirigunt ei, puta, nullus ciuis Placẽtię possit alienare i Parmẽsem: vnde valet statutũ, secus si verba incipiũt a nõ subiecto, verbi gra q nõ subiectus nõ possit acqrere, qa dirigit nõ subdito: qa statuẽtibus nõ põt inhabilitari. vel dic vtrobiq; valere statutũ: qa correlatiuorũ eadẽ est ratio, vt l.fina. C. de indi-
9 cta viduitate. † Sed hic occurrit dubiũ, quid si forẽsis factus est ciuis p decretũ antianorũ autoritate, vel cõsensu Principis roboratũ. Respondeo, iste forẽsis accepit vsum togę Placẽtię, & ideo potest acquirere, & cõtrahere, vt ff.de iure fisci.l.sed si accepto.& nota, q ista ciuilitas est beneficium, qđ acceptatur sicut legatũ: nec dicatur ratificari, qa nõ procedit ab ipso, sed in ipsum: & oĩs eius virtus depẽdet a statuẽtibus. ratificari.n. proprie non põt, nisi id, quod per ratificationem fingitur factum a ratificante, vt ff.de neg.gest.l.si pupilli. §. sed si ego. & nemini dubium, q priuilegium non procedit a priuilegiato; sed à priuilegiante, a quo sumit esse, licet per acceptationem priuilegia assumunt incommutabilẽ beneficij acquisitionẽ, ff. de conditionibus institutionum. l. si quis hæreditatem.
10 † Subsequenter dubitatur, si statutum dicit, quod non possit acquirere per contractum, vel alio modo, vtrum poterit acquirere per viam institutionis hæredis: & videtur, quòd non propter generalia verba interposita alternatiua, vel alio modo: quia qui omnia excludit, nihil est, quod non excludat. ff. de rebus dubijs. l. si is, qui ducenta. §. vtrum. de rebus alienis non alienandis, l. fin. Item ista prohibitio fit fauore certarum personarum, idest ciuim, quorum interest propter

datas,

datas, & collectas, non propter ipsius rei naturam, nec propter aliquod odium: ergo intelligitur de alienatione, etiã per institutionem alie. hæredis, vt C. de secun. nup. l. hac edictali. & l. si quis prioris. §. certum. C. non licere habitatoribus metrocomię. l. 1. ff. de lega. 2. l. peto. §. fratre. In cõtrarium vř. ff. de acq. re. do. l. quędam. Item ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt notatur. C. de sec. nu. l. 1. videtur dicendum salua veritate, quòd dictum statutum non intelligatur de institutione hæredis, quia nec de intercessione intestati, in cuius locum succedit institutio. nõ ob. §. fratre. quia ibi in casu alienationis erat res relicta familię, hic nemini. Itẽ hęc commemoratio contractus, quę debet restringere, vt aliquid operetur in declarando generis qualitate. & hoc nisi testamenta antiquorum aliud disponant. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCL.

1 *Clericus tabellio propter crimen falsi a tabellionatu priuatus ab episcopo non potest restitui ad tabellionatum.*

1 In Christi nomine. †Proponitur, quòd quidã clericus fuit condemnatus de falso per episcopum suum: & tandem per eundem episcopum restitutus in integrum: post istam restitutionem cõfecit instrumenta tanq̃ publicus notarius. Quęritur, vtrum talia instrumenta valeant, nec ne, & videtur, q̃ valeant: quia restitutus in integrum perinde habetur, ac si non esset condemnatus. ff. de postulando. l. 1. §. de qua. C. de sententiam passis. l. 1. & l. fi. In contrariũ est ipsa veritas: quia episcopus non potest restituere infamem: cum hoc sit reseruatum principi, & senatui, vt plene legi. & no. per Inno. & alios in c. cum te. de re iudic. Item siue consideramus genus criminis: quia est crimen falsi: quia est atrocissimum, & detestabile, & repellitur a testimonio, vt in c. testimonium. de testi. ff. de infamibus. l. Lucius. siue consideramus genus pęnę, siue vituperij actualis, & verbalis. ff. de infamibus. l. ictus. siue genus sententiæ. eo. tit. l. 1. est verum, q̃ dominus Dy. dicit, q̃ debet inspici genus processus: quia sicut damnatus per inquisitionem non sit infamis, vt l. 3. §. 1. ff. de suspec. tuto. Bat. tenet, q̃, immo est infamis. ff. de publ. iudic. l. infamę. ex quo liquet de crimine maximè per confessionem. ad hoc extra de actionib. c. 1. lib. 6. Præterea iste tabellio est cõdemnatus de fide rupta, & solutus est sacramẽto tabellionatus, vnde dicitur extinctus & exauthoratus, vt ff. de infamibus. l. 2. §. miles. & est expressum, q̃ deinceps non potest conficere instrumenta. in Auth. de armis. in fi. colla. 6. & l. si aliquid. de successorib. & archarijs. C. de dignitatibus. l. iudices. lib. 12. ff. de senatoribus. & multominus admittitur ad testimonium. ff. de testibus. l. 3. §. l. Iulia. l. cassius. nec potest præses facere, quin damnatum vel de furto, vel falso sequatur infamia, cum hoc crimen non contrahatur sine dolo, vt ff. de furtis. l. non potest. Item militi condemnato de fide rupta non potest seruari factio testamenti iure militari, vt l. si quis in principio. §. miles. ff. de lega. tertio. Sed immo videtur, quòd episcopus posset restituere famam, vt notatur 50. distin. in c. domino sancto. sed illa glo. communiter reprobatur: vel sustinendo eum dic, quòd loquitur, quando infamia est contracta leui causa: vt d. cap. cum text. de re iud. Item adhuc videtur obstare extra de iudi. c. at si clerici. vbi dicitur, q̃ episcopi possunt dispensare: sed illud debet intelligi ante diffinitiuam, vt ff. de infamibus. l. quid ergo. §. pœna grauior. vel loquitur ibi quantum ad ordinis ecclesiastici executionem. finaliter concludo a certo, q̃ episcopus nõ possit restituere eum ad officium tabellionatus, a quo semel cum grauissima infamia depositus est: ab ordine enim clericali non potest episcopus funditus absolui, vel exauthorari, nisi prout habetur in ca. degradatio. de pœnis. lib. 6. sed a tabellionatu potest quis funditus abradi: quia per officium tabellionatus non imprimitur character in anima.

### CONSILIUM CCCLI.

1 *Feudum auitum, et paternum vadit ad agnatos nulla ordinatione defuncti obstante.*
2 *Possessio releuat ab onere proba.*
3 *Confessio facta absente parte an probet.*
4 *A glossis non est recedendum.*
5 *Qualitas bonorum, seu patrimoniorum quotuplex sit.*
*Feudum antiquum quomodo probetur. & nu. 10.*
6 *Feudum est quædam seruitus præter naturam rerum.*
7 *Maritata an possit mutare domicilium.*
8 *Dominus feudi potest inuestire filiam vasalli amore patris.*
9 *Feudum quomodo probetur, & per quæ. & nu. 11.*
12 *Negatiua difficilis ad probandum inducit suspicionem in teste.*
13 *Præscriptio feudi quomodo probetur.*
14 *Propria præsumuntur ea, quæ testator mortis tempore tenuit.*

1 In Christi nomine. †In bonis feudalibus fundamẽta nobilium de Sipiono sunt meo videri clara. primo in eis dispositio testamenti nihil operatur: immo feudum auitum, & paternum vadit ad agnatos nulla ordinatione defuncti obstante, extra de success. c. 1. & c. 1. de gradibus succedendi in feudum. quòd autẽ castrum de Sipiono cum puteis salinarum sit feudum antiquum paternum, probatur: nam isti, & parentes eius sunt in quasi possessione Marchionatus, & feudi castri de Sipiono, & salinarum sciente, & consentiente principe, vel eius vicario, vt est probatum per testes: ergo sine alia ostensione inuestiture ipsis iurantibus se vasallos prę́sumendum est pro eis, vt c. 1. de consuetu. recti feudi ergo ista quasi possessio cum eorum iuramento est sufficiens sine ostensione inuestiture.
2 †Prætereà quũ quis est in possessione alicuius qualit. quasi possessio releuat quasi possessorem ab onere probandi, & transfert onus probandi in aduersarium, vt no. gl. in l. si solennibus, C. de fi. instru. quam gl. approbat dom. Iac. & domi. Bal. per l. circa. ff. de prob. Prętereà quotiẽs aliqui sunt in quasi possessione alicuius quali. quę potuit ipsis inesse ab origine eorum, quasi possessio releuat quasi possessorem ab onere probandi: & transfert onus probandi in aduersarios, vt l. circa. de probat. & not. in l. si prius. ff. de ope. no. nun. Modo isti nobiles, & parentes sunt in quasi possessione vassallatici sacri Imperij de terra de Sipiono, & puteis salinarũ, quæ qualitas potuit ipsis inesse ab origine eorum, cum potuerunt nasci vassalli sacri Imperij ex feudo auito, & proauito, ideo ista quasi possessio sufficit sine alia priuilegiorum ostensione: & transfert onus probãdi in aduersarios. cum ergo ipsi non probauerint contrarium: ergo &c. & si ista quasi possessio tanti temporis non faceret plenam probationem, faceret aliquale indicium, & aliqualem præsumptionem. Item adest fama publica, quòd isti sunt vassalli sacri Imperij de terra Sipiono, & de puteis salinarũ: quę & si nõ faceret plenam probationẽ, facit semiplenam, vel aliquale indicium, ut l. 3. §. eisdem. ff. de test. & no. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quęstionib. item adest confessio domi. Ioannis patris Marchasoti, & ipsius Marchasoti, q̃ ipsi erãt vassalli sacri Imperij de terra de Sipiono, & de puteis salinarum: & castrum, & putei erant feudum sacri Imperij.
3 †quæ confessio extra iudicium ẽt parte absente vi statuti huius ciuitatis facit plenam probationem. Item secundum ius commune licet non facit plenam probationem, facit aliquale indicium, vt no. gl. & Bar. in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adul. & argu. l. quærò. in fi. ff. de edil. edic. & l. fulcinius. §. 1. ex quib. cau. in poss. eat. Item adsunt tres testes omni exceptione maiores deponentes se audiuisse legi priuilegia Henrici, & Caroli Imperatorum: quia licèt non faciãt plenam probationem, faciunt semiplenam probationem, ita q̃ est locus delationi sacramenti, vt not. gl. in l. sicut. C. de fide instru. &
4 † a glossis non est in practica recedendum. item adsunt duo testes literarum periti. s. notarius, & vnus presbyter deponentes de tenore priuilegiorum, quod castrum Sipionis cum puteis salinarum est cõcessum in feudum dominis Albertino, & successoribus eius, a quo descenderunt isti nobiles. item & per istos est probatum se non habere copiam istorum priuilegiorum, cum ex consuetudine remanserunt penès Marchasutum: & hoc plena est probatum, item est probatum, q̃ illi de rubeis primo intrauerunt castrũ, vbi visa sunt penès Marchasotũ, & exportauerunt de castro scripturas Marchasoti, vt ex eorum productionibus apparet: & isti iurauerunt in processu non habere penès se,

5 & sic non habere copiã exhibendi ea. † Ad euidentiam pre-
mittendum est, ꝙ quędam sunt qualitates bonorũ, seu rerum
patrimonij proprij, vel aduentitij, ꝙ a non perfectæ ætatis po
test vẽdi, donari, alienari, & permutari, & de quo adultus põt
testari, & codicillari. de isto patrimonio loquitur instituta de
rerum di. §. si quis a non domino. & §. per traditionẽ. ff. de ac-
qui. rer. do. l. acquiritur. & l. traditio. C. cõia de le. l. j. & a. ff. de
rei ven. per totum. C. man. l. in rẽ mandata. Secunda rerũ qua-
litas est, castra donata ab Imperatore non in feudũ, sed in pro-
prium. & idẽ de istis, quod mere de alijs bonis patrimoniali-
bus, licèt ista sint castrensia: quia pleno iure translata sunt: &
non sunt fisci, neq; donatoris, sed donatarij, vt l. bene à Zeno-
ne. & C. de do. l. si ad eã. Tertia maneries rerũ est feudum, & si
est antiquũ, nõ valet testim̃ super eo: quia pertinet ad agnatos.
6 & † pręsumitur antiquũ, eo ꝙ a multis retro genitoribus sit sic
processum: & sic cognominatur, quia antiquitas præstat cau-
sam pręscribendi, vt no. Bar. de vinc. l. celsus. itẽ ex correspon
dentia seruitiorũ pręsumitur feudum. Oportet tñ hęc proba-
ri: nec sufficit pręterita possessio ad probandum pręsumptio-
nę. Sed requiritur pręsens possessio sine violentia, & clandesti
na seruitute, vt no. per Bar. & per me in l. pe. ff. de conditioni-
7 bus institutionũ. † & feudum est quędã seruitus pręter natu-
ram rerũ, quę aliqñ fuerunt liberę: & hodie pręsumuntur, vt
no. ff. de no. ope. nun. l. si prius. ff. si seruitus vendicetur. l. alte-
rius. ff. de vsufruc. l. si cuius. in prin. Circa acta examinãda nõ
possum me extendere: quia infirmus sum, & afflictus corpo-
re: sed nõ mente gratia Dei. cõscientia in rebus dubijs est mul
tum bona, & placens deo, vt no. ff. de neg. ges. l. at qui natura.
§. cum me. Ad factum do. Agnetis, quæ est prior agitata, dicẽ-
dum est, ꝙ qui vult succedere in locũ alicuius personę, debet
probare eam mortuã per sepulturã, vel aliam certitudinẽ, vel
sufficientẽ coniecturã eius, vt C. de captiuis. l. nec nos. itẽ de-
bet exhiberi persona, vt l. cũ si exhibuisset. ff. de publ. itẽ cõ-
fessio consonat naturalibus. & ideo præsumitur vera, & valet
8 et inter absentes, vt l. quoti. C. de naufragijs. lib. 14. † itẽ dici-
tur, domi. Agnes fuit effecta forensis: quia maritata per me, &
sic originẽ mutauit, vt no. in l. origine. de municipibus, & ori
ginarijs. sed ista allegatio non est vera: quia ibi loquitur solũ-
modo quo ad forũ iudiciale; non quo ad bona; cum rõne bo-
norum retineat originale domicilium, vt no. in l. 1. C. de mu-
lieribus, & in quo loco. lib. 10. Et hoc in bonis non feudalib.
9 nam bona feudalia non vadunt ad fœminas, † nisi dñs velit fi
liam inuestire honore, & amore patris: quod hic non propo-
nitur. item. feudum principis non probatur per testes, sed per
scripturã, vt l. bene a Zenone. sed inferiora feuda probantur ꝑ
10 scripturam. itẽ per pares curtis. † Item si est antiquũ feudũ,
probatur per alios testes idoneos. facit quod no. in proœmio
sexti libri in nouella. item fama publica multum valet: tamẽ
sola non sufficit, vt no. C. de rei vendica. l. iudicia. & d. §. cum
me. Item de iure communi per verba enuntiatiua inter absen
tes non probatur dominiũ, vt C. de iur. & fac. ign. l. cum fal-
sum. item ad illud, quod dicitur, ꝙ hæredes præsumuntur ha
bere scripturã. Respondetur, quod possessio non præsumitur,
vt l. 1. §. Scæuola. itẽ difficile est per id, quod no. in c. 1. de vsu
ris. in cle. itẽ difficile est probare tenorem priuilegij ꝑꝑ alia, q̃
requiruntur, videlicet de signo Imperatoris, & alijs solennib.
& quia oportet, ꝙ ipsi cognoscant literas per bullã, & alia, q̃
subtiliter sunt inquirenda, vt extra de fi. instr. c. inter dilectos.
Et no. cõiter ista castra consueuerunt esse feudataria Imperato
ris, vt in c. 1. quæ sint regalia. coll. 10. & ex frequentia, & ge-
neralitate præsumitur veritas, nisi probetur cõsuetudo defor-
mis. Et nota, ꝙ in ista patria, vt in Austria nõ sunt pauciora ca-
stra, non feudalia, q̃ feudalia. & ideo incertum est, an sint feu-
dalia, necne. Porro de bonis parmensibus nullum est dubiũ,
quòd pertinent ad illos nobiles de rubeia, vbi non apparent
alibi de substitutione facta dicto Marchasoro: quod dixi, ꝙ
possessio multum valet, intellige nisi sit violenta, vt C. de pro
bationib. l. si de possessione. & l. vis eius. quia fauorabilis præ-
sumptio excluditur a crimine, facit, quod no. ff. ad leg. Aqui-
liam l. in l. Aquilia si deletum. & l. fina. ff. de in litem iurando.
& ff. de furtis. l. qui tabulas. & l. quidam tabularum. Ego
Baldus de Perusio.

Ad idem. *CONSILIUM CCCLII.*

In Christi nomine. Materia feudorum habet suas singula-
ritates, quæ vocãtur naturæ: ea autem, quæ habet communia
cum cæteris 𝔠ctibus, non vocantur naturæ feudorũ: sed in ge
nerali nomine sicut item, dicimus natura contractus bonæ fi-
dei talis est, & natura 𝔠ct' stricti iuris talis est, & naturæ actio
nis de dote talis est: & sic de singulis. est autem natura quædã
ratio, quæ inhęret ipsi actui per dispositionẽ legis, vel consue
tudinis, vel æquitate iusdicentis, siue principali, siue accesso-
ria: vt hoc varijs legibus comprobantur, quæ vulgo no. sunt,
inter cætera sunt autem, quæ naturę feudi attribuuntur, est
modus probandi. nam alius est modus probandi per testes,
alius est modus probandi per instrumenta publica, vel auten
tica, puta bullas principum, vel episcoporum. Item testes alij
sunt pares curtis, idem de vassalatico eiusdem dñi fidelitate.
alij sunt extranei, de quibus dixi in alio consilio: & ideo non
1 repeto. † Nunc venio ad quæsitum, vtrum fundum Marchiæ
possit probari per alios testes, q̃ per pares curtis, vel priuile-
gium principis: & de hoc non habemus aliquam legem spe-
cialiter loquentem pro, vel contra. Et ideo vr, ꝙ non possimus
aliud dicere, nisi quòd dicta regula generalis valet, quòd ante.
feudum est nouum, id est ꝙ nunc primum dicitur sumpsisse
originem: & tunc debet probari per pares curtis, vel breue
testatum: dicitur autem breue testatum. quia olim instrumẽ
ta erant valde breuia: & breuitas chartę non uitiat instrũm. fal
lit si curia dñi non habet pares. itẽ fallit in feudo clericorũ. si
aũt est feudũ antiquum, recipiuntur oẽs boni testes, ẽt si non
sint pares, ut in c. 1. si inter directum dñm, & uassallũ de inue
stitura. & in c. 1. de feudo guardię. & in c. sciẽdum. de cõsue.
rectu feu. cũ si. tñ bene põt possessor arguere, ꝙ sicut collatio
beneficij ecclesiastici notabilis quantitatis, vel qualitatis, di-
gnitatis, vel iurisditionis non põt probari, nisi per sacros api-
ces bullatos bulla principis cõcedentis, ut C. de diuer. offi. l.
probatorias. lib. 12. ita & in beneficio feudali, cui est annexũ
territoriũ. l. mensuratũ spaciũ iurisditionatũ: nam omnis con
cessio ꝑpetuę iurisditionis dignitatẽ habet, & gradũ excellen-
tię superioris, cũ pręsit vniuersitati. & de hoc satis exquisite
no. in proœm. li. 6. in nouella. facit. C. de iu. fis. l. prohibitũ. de
metatis. l. deuotũ. C. de mã. prin. l. j. 96. dist. ca. nobilissimus.
ad hoc facit extra de resc. per totũ. & de pręs. imp. off. & ti. seq.
ꝑ totũ. eo. c. quę perscripta cõcedi solẽt. & nõ oraculo viuę vo
cis scripturã requirere verborũ significatio manifestat: quia
rescripta dñr a rescribendo, & per hoc l. bene a Zenone. in ver
bo existimare. nisi dicatur, ꝙ illa lex loquatur, qñ rescriptum
principis uergit in derogationem iuris alterius. i. dñi rei alie-
natæ: sed certè in qõne nostra cũ allegetur rescriptũ, siue pri-
uilegiũ, oportet probare per eam speciem probationis, q̃ alle-
gatur pro substãtia cõcessionis: quia astringere se videtur, qui
instrm intentat: cum non pręsumat nisi vnus actus, ut in c. cũ
Ioan. heremi. de fi. instr. Dicet aliquis, hic probatum est priui-
legiũ per testes, qui deponunt se illud legisse, & uidisse nõ abo
litũ, non cancellatum, nec rasum, nec in aliqua sui parte uitia
tum. ista. n. uisibilia probantur per uisum, intellectualia ꝑ in-
tellectum: qui tamẽ nusquam debet abesse, ut ff. de testa. l. qui
in testõ. §. fi. Rñdeo, nisi probetur casus, qui inuito acciderit,
tales testes nõ probãt: quia illud non est testimoniũ: sed testi-
moniũ testimonij: & de cõsciẽtia aliena, nõ de propria, & im-
mediata scia deponentiũ: & testis est seruãdus de cõscientia
propria: & non de aliena, & ideo testimoniũ de auditu audi-
tus, & de tactu tactus nõ probat: quia inter sensum, & obiectũ
2 est quoddã mediũ: in quo testis posset de facili decipi. † Item
ista negatiua est difficilis probationis, & distans, siue remota
abesse rei, & negatiua, multum difficilis ad probandum indu
cit suspitionẽ in teste, ut extra de causa pos. c. cum ecclesia. Ite
non debet dari materia falsum fabricãdi. ff. de eden. l. 1. §. edi-
tiones. item qua rõne non ualet exemplum exempli, eadem ra
tione non ualet testimonium testimonij, ut dixi in alio consi-
3 lio. † Sed hic non inutiliter aduertendũ, quia pręscriptio sem
per probat per testes: & maximè ubi diuturnitas tpis tacitam
concessionem inducit: quo casu non est probandum de titu-
lo

lo. ff. si serui. vend. l. si quis diuturno. immo nec de bona fide,
quæ causatur ex cõtractu temporis. C. de apocis publi. l. qui-
cunque. ff. de vsu. l. cum de in rem verso. C. communi diuidũ.
l. pen. & no. in c. si quis per 30. si de feu. fue. controuer. Sed ad
hoc respondeo, q in illa præscriptione duo requiruntur scili-
cet scientia Imperatoris, & taciturnitas. C. de serui. & aqua. l.
2. Item q vtens fuerit vsus tanquam iure feudi, sicut in serui-
tutibus præscribendis, vt l. fi. ff. quemadmo. ser. amit. vnde cõ
cluditur, quam feudum imperiale non possit præscribi, nisi
sciente Imperatore, vel eius locum tenente, vt no. Barto. ff. de
publi. l. si publicanus. Item qui possedit tanto tempore, præsu
mitur habere dominium directum, vt no. Bart. ff. de acq. pos.
l. tem quæ nobis cõsidera. feudum, dum acquiritur est facti:
sed postquam est acquisitum, est iuris. facta autem constat nõ
præsumi: & ideo qui allegat feudum, debet hoc probare. Por
ro hoc ex eo patet: quia agnati debent probare feudum gra-
dualiter aden per necessarie, ita q debent probare feudum in
stirpe in eos iure successorio subdescendisse, vt no. in capi. 1.
§. hoc autem sciendum. qui feu. dare possunt. col. 10. hoc au-
tem probanu de tali feudo non potuisset quis testari: quia li-
cèt fuerit in bonis tunc vasalli viuentis, tñ in eius hereditate
non remansit, sicut quædam sunt nostra dũ viuimus, & dum
mortui sumus non computantur in bonis nostris, vt not. in c.
præsenti. de offi. or. li. 6. C. de leg. l. vxor pattui. Aduertatis tñ
vos, q habe. iudicare, & ita discutiatis factum, q conscientia
vestra, & mea nõ possit esse læsa, & ita protestor vobis sub in-
terminatione diuini iudicij à certo sciens, q conscientiam ha
betis optimam, quæ est rerum agendarum speculum, & lucer
na, loquor secundum ea, quę proponuntur: sed si aliter se ha-
beret veritas facti, ipsa omnino sequenda est. veritas est verũ
4 esse, & verum dici. hic accidit, q † ea, quæ testator tpe mortis
plena possessione tenuit, præsumuntur fuisse eius propria, do
nec probetur ꝯtrium, vt l. edicto. & l. 3. ne vxor pro marito. cũ
multis si. facit. C. de epis. & cle. l. raptores. & possessio natura-
lis est instrumẽtum, & ordo, nam ciuilis, si est corpus animę,
rationalis est. & ideò datur intelligi vnum per reliquũ, vt no.
in l. stipulatio ista. §. hi quoque. de ver. obl. ex quibus clare cõ
cluditur, q non præsumitur feudum in derogationum testa-
menti: quia & ratio generalis, ac æquitas naturalis suadent te
stamenta seruari, vbicunque est possibile sine derogatione iu
ris alterius. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCLIII.

1 *Papa superiorem, nec parem habet: & qualiter possit infeuda re, & illustrare suos.*
2 *Feudum quandoque regulatur secundum naturam, quandoq; secundum pacta, per quæ licitum est transgredi simplicem naturam feudi.*
3 *Boni stili sunt seruandi: quia inuenti a peritioribus.*

1 In Christi nomine. † Præsupponendũ est vna cum verita-
te, quòd ciuitatis, oppida, castra, habitatoria, quę Romana ec
clesiæ, qua ad omnimodam iurisdictionem tenet, & possidet,
siue largitione imperatorum, vel regum, siue alijs iustis titu-
lis, ex quibus proprietas oriri solet, sunt ecclesiæ iure supre-
mo, & libero, ita q etiam Romana est maior, & domina: ab-
sque eo, q recognoscat Imperatorem, vel aliquẽ alium in ho-
nore, vel iurisditione, vel aliqua maioritate superiorẽ, vel pa-
rẽ hoc. n. sibi vendicat eius prerogatiua, & possessio, vel quasi
innumerabilium annorum. & opi. omnium gentiũ, q̃ sanum
habent intellectum, vt no. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. p̃fe-
cti vr. & in princ. ffoium. & Gu. de Cu. Cyn. & a ios: & patet
euidentissima ratione, quia secundum veritatẽ Imperator est
fidelis ecclesiæ, & ei iurat fidelitatem, nec põt aliter confirma-
ri, vel coronari, vt in c. venerabilem. de elec. & in c. 1. de iure-
iu. in clem. licèt de patientia ecclesiæ quædam, q̃ sunt volun-
tarię iurisditionis, vt creare tabelliones, & similia, quę nemi-
nem ledũt, Imperator posset exercere in terris ecclesiæ tñ im
possibile est, & implicat ꝯdictionem, q ecclesia Romana pos-
sit recognoscere aliquã superioritatẽ ab Imperatore, vel et pa
ritatem, & hoc præmisso pro constanti sequitur vidẽdum, vt
infra quæritur, cum Papa cum suo collegio velit quosdã Ma-
gnificos, qui sunt magnæ ecclesiæ sustentaculum in tempora
libus: præsertim temporibus modernis, quibus terræ ecclesię
patiuntur strages, & damna, & innumerabilia erigere, & per
amplius nobilitare, & decorare indices, quis modus, & quæ
forma sit securior, & habilior, ac iustior tenenda: & qua via
sit procedendum, & concludendum. Circa prædicta pręsup-
ponendum est, quòd Papa possit de plenitudine potestatis re
seruato sibi maiorita. honore, & iuramento fidelitatis. nam
& Imperator hoc potest, vt in capi. 1. de feudo marchię. ergo
& Papa, qui maiorem Imperatore, quia quod licèt inferiori,
multo fortius est licitum superiori, vt ff. de offic. prætoris. l.
2 Barbarius. in fin. & C. de adoptio. l. 2. † Item tres videntur es-
se vię, scilicet per emphytheosim, quia Papæ nihil est infeuda
bile idest, quòd ipse infeudare non possit, si velit, iuxta nota.
extra de iudi. capitu. cum venisset Alia via est per feudum, &
illud est feudum ligium, & præcipue nobilitat, vt in capim.
pastoralis. de re iudica. in clemen. & ibi not. Tertia via est vi-
cariatus perpetui, qui transmittitur ad heredes, si hoc in con
cessione exprimitur, per id, quod not. Bartol. in l. pater. ff. de
serui. lega. Sed aduertendum, quòd emphyteosis non est spe-
cies dignitatis, cum sit quædam conductio, quæ non nobili-
tat conducentem: nec per eam fieret dux, cum sit mercena-
rium commercium, vt institu. locari. §. adeo. Item vicariatus
est nomen cuiusdam officij subalterni, vt in capitu. extirpan-
dę. de præbendis. licèt reperiatur vicariatus perpetuus. de fi-
de instrumentorum. capitu. perpetuus. & ideo non significat
eiusmodi dignitatem, quapropter videtur veniendum ad feu
dum ducatus, quod sui nobilitate præcipua subiectum suum
illustrat. cum igitur habeamus hic respectum non solum ad
vtilitatem, sed ad dignitates, via feudi nobilior est. nam eo-
dem modo tenetur dominus vasallo, quo vasallus domino:
licèt vasallus iuret fidelitatem domino, non econtra, vt in ca-
pitu. 1. & titu. sequenti. de forma fidelitatis. colla. 10. vnde
vasallus potest requirere auxilia domini, quando expedit ei
circa feudum: ad quod non teneretur dominus ex contractu
emphyteotico, vel ex concessione vicariatus. & ideo via feu-
di est nobilior, altior, & vtilior: & quia feudum quandoque
regulatur secundum naturam: quandoque secundum pacta,
quę sunt altera natura: vt in capitu. 1. §. cum vero corradus.
qui feud. dare possunt. & in capitu. 1. de natura feud. & in ca-
pitu. 1. de feudo non habente propriam naturam. licitum est
per pactum transgredi simplicem naturam feudi, vt in capi-
tu. 1. de eo, qui sibi, & heredibus suis masculis, & fœminis. nã
contractus ex conuentione legem actui pariunt. ff. depositi. l.
1. §. si conuenerit. vnde in feudo masculino possunt ex pacto
succedere fœminę, quę aliàs non succederent: quo casu serui
tia poterunt explicare per substitutũ, quia tacite videtur hoc
actum. ff de verbo. obliga. l. continuus. §. si ab eo. Item nec te-
nebitur mulier, nisi ad ea, quę generi conueniunt fœminino,
argumen. ff. qui petant tutores. l. credendum. Item ex pacto
potest quis iurare fidelitatem domino recipiẽti pro se, & suc-
cessoribus suis: & quòd si nouo Papæ non iuraret, amplius
non incideret in cummissum: quia iuramentum ex parte re-
cipientis est reale, licèt ex parte iurantis sit personale propter
ipsius iuramenti exceptionem, atque naturam, quæ inhęret
proprio subiecto: ita quòd non communicant aliena, vt C.
de rebus credito. l. generaliter. in princip. & eleganter no. per
Innocen. extra de iureiuran. Innocen. capitu. veritatis. ex quo
igitur per pactum, vel clausulas priuilegij possunt omnia du
bia declarari apostolico annuente, vt per apertam verborum
naturam subcidatur omnis materia quæstionis, vt ff. de ver-
bo. obligatio. l. stipulationes. commodissimum est ita com-
ponere. Porro de successione fœminæ non esset æquum,
quòd cũm masculina prole succederet, neque vtile subditis:
& ideo consueuerunt non poni fœminæ, uel si ponãtur, con-
sueuerũt poni in defectum non subsistentium masculorum:
3 † & boni stili seruandi sunt, quia inuenta peritioribus. &
ibi prudentia, & ibi mortua est pænitentia, ut C. de diuor.
l. dubium. & C. de dona. l. si auia. Ecce ergo, q sentio de facto
magnificorum dominorum meorum gloriosę domus de Ma-
latestis, nihilominus quacunque ex tribus uijs teneant, ualet

de iure: quia materia capax est cuiuslibet formæ ex prædi-
ctis tribus: licèt elegantior forma sit forma feudi, per quam
feudatarius magis corruscat, vt in l. 1. C. de prępositis laborũ.
lib. 354. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLIIII.

1 *Stipulatio pro se, & Titio extenditur ad hæredes stipulantis, non Titij de natura directionis sibi.*

1 In Christi nomine. †Item forma verbo
rum, quę hic videtur personalissima: quia dicit pro se. sed hoc non obstat: quia
si stipulatur sibi, aut Titio, videtur stipulari etiam suis hæredibus, sed non hęredibus Titij. nam hæc dictio, sibi. demonstrat, sed non arctat: & quia oratio personalis construitur cũ
verbo principali: non cum verbo executiuo. ff. de probationibus. l. si pactum. vnde dictio, sibi. est dictio fundamenti, sed
non arctamenti. ff. de act. & obli. l. quęcunq;. ff. de verb. obli.
l. eum, qui. §. qui sibi. vnde significat principium, sed non terminũ: & reddit orationem perfectam subiecto, & prędicato.
C. de consti. pec. auth. si qñ. quod ostendit sequela realium verborum. ff. de iuris, & facti igno. l. regula. §. fi. & arg. extra de appella. c. 2. requiris. nam orationes coniunctæ per copulã identitatis, & non diuersitatis sibi inuicem mutuant significata,
arg. ff. de fun. instr. l. cum delanionis. §. 1. hoc remittitur in cõ
silio seq. vbi signatũ est, oportet. n. naturã sequi. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLV.

1 *Priuilegia an, & quando transeant ad filios, vel successores. & numero 5.*
2 *Causa posita a principe præsumitur finalis.*
3 *Natura rei in omni dispositione inspicienda est.*
4 *Obligatio realis, personalis, vel hypothecaria an transeat ad hæredes.*
5 *Priuilegium an transeat ad successores filios, & quando.*
6 *Princeps renouare tenetur filijs priuilegium patris, aliàs facit eis iniuriam.*
7 *Dictio, pro se. quid significet.*

1 In Christi nomine. † Præmittẽdum est
ad euidentiam, ꝙ
priuilegium aliud est personale, aliud reale, aliud est rationabile in dubium, vtrum sit reale, vel personale: vel sit in eo reperire mediam iurisdictionem, dispositionem, vel diuersam
respectu extremorum, puta ex parte concedentis finitur, cum
persona ex parte recipienti. transit ad successorem, vel econtra
ad quędam munera se extendit: vel ad quosdam casus, & ad
alia, vel alios non, in quibus omnibus oportet diligenter videre tenorem priuilegij, vt est de priuilegijs. c. porro. nã omnia
priuilegia sunt stricti iuris naturaliter: quia vulnerant ius cõmune, & ideo innituntur verbis. de verbis autem, & tenore
est etiam causa, siue ratio scripta in priuilegio: quia ratio dictum ostendit, & eius intelligentiam aperit, & demonstrat,
2 vt ff. de acqui. poss. l. si is, qui animo. ff. de hære. insti. l. fi. †quæ
causa posita a principe pręsumitur finalis, & vera, licèt contineat verba enunciatiua. argu. C. de testam. mili. l. ex his verbis
fortunato. & no. in c. 1. de probat. in cle. Considerandũ etiam
est, vtrum concedatur super re trãsmissibili, puta quæ naturaliter,
3 & de necessitate inhæret personę, † quia naturam rei in
omnem dispositionem inspicimus. C. de cad. toll. §. ne autem.
ff. de ver. obl. l. stipulatio ista. §. si quis ita. Oportet enim naturam sequi. ff. de ver. ob. l. ita stipulatus. la granda. quia ipsa natura regit conditiones, ff. de cond. & dem. l. pater Seuerinam.
§. conditionem. & circa hoc oportet considerare, vtrum munera consistant in obligatione personali, an in obligatione reali, vel hypothecaria: & dico, quòd si sunt adiecta, vel inducta
personis pro munere capitis, ibi est obligatio personalis, &
4 hypothecaria: † quæ tamen hypothecaria non consistit in
omnibus bonis, sed tantum in re illa affecta, quæ hypotheca
ria potest reperiri sine personali, vt no. ff. de publicanis. l. cõmissa. & ff. ad Trebell. l. si hæres, & quia consistit in possessione, vt ff. de euictio. l. si cum venditio in patri. & possessio iure hæreditario non transit in hęredem, sed per apprehensionem, vt l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testamẽto liber esse iussus fuerit. sequitur, ꝙ hęres tali hypothecaria non tenetur, vt hęres,
nisi esset in iudicium deducta, vt l. 1. ff. de pręto. stipu. & l. de
eo. §. fi. ff. ad exhiben. natura realium actionum est transire ad
hęredem agent. nõ autem ad hęredem possidentis, nisi lex sit
cępta: immunitates etiam possidentibus prosunt, sed nõ possidentibus non sunt necessarię: quia non tenetur hypothecaria. potest etiam dici, ꝙ licèt non sit personalis obligatio, est
tamen officium iudicis: cur hypothecaria adhęret: & hęc ve
5 ra. his pręmissis. †Sequitur videre, an priuilegium transeat ad
successores. dicit Dy. ꝙ aut persona est immediata causa priuilegij: & tunc ius quęsitum ex priuilegio transit ad hęredem,
quia formam, & originem, & perfectionem assumpsit in forma defuncti, vt no. Dy. in c. priuilegium personale. sed Petrus
dicit, ꝙ aut priuilegium non est reclusum in iuris corpore:
& non transit. l. 1. §. permittitur. de aqua quoti. & l. 1. de iure
immunitatis. aut est reclusum in corpore iuris: & tunc est cõcessum inspecta naturali æquitate, & transit ad hæredem, vt
ff. de in integrum restitu. non solum quia naturalis æquitas,
etiam persona hæredis repræsentatur ex persona defuncti. Itẽ
ex persona hæredis non mutatur conditio obligationis, nec
ad essentiam, nec ad impugnationem, vt ff. de verbo. obliga. l.
3. C. de restit. mili. l. qui a patre. Item officium iudicis, quod
ex priuilegio oritur, est aptum ad transmissionem. ff. de admini. tuto. l. si tutore. Aut est concessum non per viam, naturalis
ęquitatis, sed sine radice naturalis æquitatis: & tunc nõ transit ad hęredem. ff. de regu. iur. l. in omnibus. ff. de consti. principum. l. 1. secundum Petrum, & Cyn. qui ita eleganter notant. C. ad Velle. l. hæredẽ. ex qua theorica videtur concludendum, ꝙ dicta immunitas morte esset consumpta: quia beneficium est successiuum, & nõ instantaneum recipit temporis
diuisionem, vt pro parte temporis duret, & pro parte temporis non duret. ff. so. ma. l. alia. ff. de re iu. l. sed hoc ita. & l. assiduis. C. qui pot. in pig. habeantur. cum materia sua. sed certè
immo videtur, quòd dictum priuilegium transeat in filios, &
posteros tali ratione: quia quotiens liberi sunt causæ priuilegij, transit ad eos priuilegium, vt d. l. assiduis. & econuerso si
parentes sint causa priuilegij filijs concedendi, debet transire
ad filios filiorum propter amorem, & honorem parentum, licet parentes desierint esse in humanis, & sic merita parẽ trãseunt in filios. Item quia istud priuilegium videtur cõcessum
memoriæ, & nobilitati, quæ per gloriam viuere intelligitur.
6 Item si rationes non sufficerent, tamen illa ratio sufficit, †quia
princeps tenetur renocare, aliàs facit iniuriam, textus est aureus, & vulgaris in d. §. permittitur. Pręterea esto, quòd priuilegium personale finiretur cum persona, istud est verum, nisi
concedens vltra processit extendendo. Sed hic vltra processit
per similitudinem extensiuam, & exemplarem, nam quod
inest termino exemplificanti, videtur inesse termino exemplificato, etiam ex tacita repetitione, vt ff. de condit. & dem. l. in
testamento. ff. de dote prelegata. l. Theopõpus. ibi dum dicit,
sciens mentem meam inæqualibus summis. nam cum princeps exęquauerit alijs nobilibus nominatis in priuilegio omne, & quicquid concessit illis, & domino Antonio concessisse videtur eodem modo, forma, & ordine, vt C. de rei vxo. act.
l. rem in præsenti. §. 1. & l. 1. ff. de leg. 1. facit quod no. in l. edita act. in verbo, prout notant doctores similitudinarię indiffinitis appositę, & non determinato modo eandem formã repetere videntur, vt de ver. sig. l. abb. Pręterea posito, ꝙ immunitates persona finita essent finitę: libertas tñ territorio acquisita esset perpetua, quia natura libertatum sicut seruitutum est
perpetua. ff. de censib. l. forma. §. qq̃. ff. de seruitutib. l. seruit.
Itẽ corpora mystica, seu figuralia sicut sunt seruitutes, non dicuntur mori, quia viuere cum viuentibus est esse semper in
7 eis, reperitur mysticę. C. de fructib. et litis expensis. l. fi. † nec
ob. verbum, pro se. qd est in literis dñi, nam nõ semper ꝑ hoc
verbũ dispositio efficitur ꝑsonalis: quia nõ ponitur strictè, sed
ad ampliandi gratiã subditur, & infrascriptis &c. itẽ quia fit
mentio de hęredib. q. Do. Gilberti, sic apparet de intentione
loquentis, arg. ff. de vino legato. l. fi. §. cui dulcia. & hęc est vir

rũs cõpulę: quia habet ampliare. ff. de leg. 3. l. ea tamen adie-
ctio. ff. de fundo instru. l. seges. §. Caio. dicit Bar. quòd benefi
ciũ personale sepellitur cũ persona de autoritate, & vin pallij
exnarum, siue sit beneficium materiale, vt pallij. siue intelle-
ctuale. Ex prædictis concluditur pro dictis nobilibus filijs in
dicto priuilegio non inquietandis, sed defendendis vnà cũ te
stimonijs. & ad prędicta optime facit, quod no. p Bar. in l. pa-
ter. de ser. leg. & extra de institutionibus. c. cum oouisset. per
Inno. & ff. de pac. l. iurisgentium. §. pactorum. per Gul. & Bar.
Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIVM CCCLVII.

1 *Stante statuto, quod qui conatus est committere adulterium, puniatur capite. Modo quidam attentauit, quia ipsa clamauit, ipse aufugit, quaritur, an sit decapitandus, vel an alia pena puniendus, & de verbo, nixus quomodo exponatur.*

1 In Christi nomine. †Statuto placentiæ
cauetur, q quicun
que nixus fuerit adulterium committere, decapitetur. Modo
Titius animo adulterium cõmittendi Bertam cepit, & proie-
cit in terram, sed ipsa obstãdo clamauit, & Titius clamore ter
ritus aufugit, captus est per potestatem Placentiæ, & inquisi-
tio formata est contra eum narrando factum, & intentando
adulterium committendum confessus est maleficium. Quęri
tur, an veniat decapitãdus: & vr, q sic, quia iste vr raptus mu
lieris, vt l. 1. C. de raptu virginum. Item & si non esset raptus
consummatus, est tamen enorme maleficium attentatum, &
per actum proximum factum, vt l. si quis non dicam rapere.
C. de epi. & cle. Item quia statutum loquitur clare, & expresse
puniendo nixum, ergo ex quo habemus legem, debemus eam
sequi, licèt sit dura, & valde rigorosa, vt ff. qui, & a quibus. l.
prospexit. quia non est nostrum rescindere statutum simplici
ter, vel secundum quid: quia iudex non debet esse clementior
l. vt in auth. de iudicib. §. oportet. Item iste mecatus est in cor-
de suo, et in opere suo: & ideo diuina scriptura iudicat eum
adulterũ, & sic duabus legibus diuina, & humana debet pu-
niri tanquam adulter, & fortius, & expressius l. municipali.
In contrarium videtur veritas, quia aut tu arguis de iure com
muni & tunc consuetudo, quę interpretatur ius commune,
disponit, q mitius puniatur, idest pęna pecuniaria, vt ait spe.
& no. per Cy. C. ad l. Corneliã de sicarijs. l. is, qui cũ telo. nec
est verum, q istud sit crimẽ raptus. & rapere est de loco ad lo-
cum trahere cum vi, vt ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est.
l. sed etsi mendi. aut tu loqueris de iure diuino: & tunc per in-
dulgentiam indulgetur pœna: & hoc iure diuino non vti-
mur in foro, sed deo soli relinquitur: aut tu loqueris de iure
municipali, & in hoc stat totum pondus huius quęstionis: &
ad hoc sciendum oportet exponere istud vocabulum, nixus.
est tex. in l. fina. §. pen. C. de tem. appel. exponit, summa ope ni
xus. & glo. in capi. ex no. de regu. iur. lib. 6. exponit nixus, sci-
licet cum effectu, vel quia perseuerauerit. & ego expono ni-
xus idest facit quicquid potuit, & per eum non remansit per-
ueniendo scilicet ad actum proximum, & immediatum, vt
quia voluit aperire claustra pudoris, & per eum non stetit. nõ
enim dicitur actus proximus, si alius est magis proximus, ver
bi gratia, Si quis tangat vestimenta, vel capiat per pannos,
istudque apparet naturali ratione, nam proximum dicitur il-
lud, quo supposito alterum sequitur continuatione, & de fa-
cili, argumen. ff. de serui. rusti. prædi. l. tria prædia. & l. qui sel
la. §. in rusticis. Præterea ille, qui fugit, nõ intelligitur perseue
rare: sed potius deserere, quod inchoauit, argumen. C. de fal.
l. qui falsam. Ex quibus concluditur, quòd iste non dicitur ni
xus, sed niti cœpisse niti voluisse, quia non dicitur in inquisi-
tione, quòd fecerit, quicquid potuerit, & per eum non steto-
rit. Ex quo sequitur, q iste non venit decapitandus: sed ex alio
capite statuti pœna pecuniaria puniendus, prout iudicis ar-
bitrium dictabit: quia in arbitrarijs non datur certa forma,
vt ff. de effractoribus, & expilatoribus. l. 1. §. expilatores. ff. de
pen. l. hodie. & no. ff. de infa. l. quid ergo. §. pœna grauior.
Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIVM CCCLVIII

1 *Statutum, q mulier non nubat extra territorium cum hæreditate &c. qualiter sit intelligen. hoc elegantissimo consilio disputatur. & nu. 3.*
2 *Hæreditatis nomen quomodo accipiatur.*
4 *Pater non potest abdicare hæreditatem maternam a filia.*
5 *Exterus quis dicatur.*
6 *Nubens cum dote materna an dicatur nupsisse cum hæreditate materna.*
7 *Dictio, cum. quid importet.*

In Christi nomine. Nulla mulier se nu
bat cum hęreditate
extra iurisditionẽ cõis Mediolani: & si nupta fuerit extra iu-
risditionem, non succedat alicui de iurisdictione Mediolani:
sed illa hæreditas perueniat in agnatos proximiores, vel alios
propinquos: & hoc siue perueniat ex testamento, siue ab inte
stato: & eodem modo perueniat in agnatos proximiores, vel
alios propinquos, si mulieri nuptæ extra iurisdictionem cõis
Mediolani hæreditas aliqua in ea deferatur, seu aperiatur,
idem sit, & intelligatur in omnibus descendentibus talium
mulierum, qui nati fuerint ex nõ supposito iurisdictionis do-
1 mini potestatis, & communis Mediolani. † Ponderare opor-
tet singula verba statuti, in quibus stat intellectus. & primo il
lud verbum, se nubat. secundo illud verbum, cum hæredita-
te. tertio illud, extra iurisditionem. quarto illud verbum, non
succedat alicui de iurisdicti. quinto illud verbum, sed illa hæ
reditas perueniat in agnatos, vel alios propinquos. sexto, sex-
tum dictum. septimo, septimum. Redeo ad primum, verba
dicunt, se nubat, quod omissa grammatica est dictum marita
re se: vbi est considerandum, an videatur maritare se illa, quæ
maritatur a patre. & videtur, q sic, quia substantia matrimo-
nij est a se, i. ex proprio, & immediate consensu, sine quo ma-
trimonium nec initiari, nec consummari legitime potest, vt
C. de nup. l. in copulandis. & l. nec filium. in contrarium vide
tur, quia pater est harum nuptiarum auctor, & in patris pote-
state, ac autoritate consistit, non dico solius patris, sed simul
cum filia, vt ff. de contrahẽ. l. 3. si emancipatus. ff. de iure do.
l. adoptiuũ: vnde hæc præpositio; ista se nupsit. non est simpli
citer vera, nisi adijciatur cum patris autoritate: sed statutum
non loquitur de adiectione, & sic cessantibus verbis statuti
cessat statutum, quia mixtum sub simplicibus non contine-
tur, siue realiter distinguatur, siue per differẽtiam casuum, vt
ff. de leg. 3. l. hoc legatum est. præsertim quia propter cultum
reuerentiæ patrię vr consensisse magis, q̃ maritum elegisse, vt
ff. quarum rerum actio non da. l. 1. §. quę onerandę. Item quia
iussus patris etiam rectius excusat puellam in eius potestate
manentem a pœna insuccessibilitatis, & statuti, vt ff. de regu.
iur. l. ad ea. quia in tali facto non inest dolus: sed potius est
pœna sine culpa. ff. de actio. & oblig. l. seruus nõ in omnibus.
2 ff. de his, qui notantur infamia. l. 1. † Sequitur in statuto illud
verbum; cum hæreditate. & quidem hæreditas dicitur homi
nis mortui: cum autem est adita, efficitur viuentis, & non est
proprie hæreditas. ff. de vulg. subst. l. sed si plures. §. filio. &
l. 1. §. sciendum. ff. de separatione bonorum. In contrarium vi-
detur: quia hæreditas dicitur habito respectu, q quondam
fuit, & nunc etiam est ius, & corpus hæreditarium. ff. de verb.
sign. l. nihil aliud. & C. de peti. hæredi. per totum. Præterea si
ista verba loquerentur tantum in hæreditate iacente, præsup-
ponerent impossibile, quia cum ius adeundi sit ius directum,
& inseparabile, non potest cedi, vt l. si mulier. §. ex asse. ff. de iu
re dotium. & ideo ista dictio, hęreditate, supponit hic pro pa-
trimonio hæreditario, vt ff. de hæreditate, vel actione ven-
dita. per totum. sed licèt hoc verum sit tantum, totam oratio-
nem simul iunge: inquit enim, nulla mulier se nubat cum hę
3 reditate. modo videamus, † an ista puella se nupserit cum hæ
reditate. & videtur, q sic, quia tacite videtur dedisse bona sua
in dotem, vt not. ff. de iu. dotium. l. mulier. In contrarium vi-
detur, quia potest esse matrimonium sine dote præ tensa a
puella, si a patre, vel extraneo profiscatur, vel a nemine, vt
C. de dona. l. fi. & quando, & quibus quarta pars debetur. l.

vlti.& l. 1.C. de imponenda lucratiua descriptione. libro 10.
Solutio, concedendum est, quòd ista puella non nupsit se cũ
4 hæreditate, nec tenetur habere ratum, quod pater fecit, † non
potest pater abdicare hæreditatem maternam a filia: quia aut
hoc facit per viam delicti, & delictum patris non nocet filię,
vt C. ne filius pro patre. in rubro, & nig. aut per viam repudia
tionis: & idem, vt C. de bonis, quæ liberis. l. quòd non solum.
in princip. aut per uiam cõtractus, & alienationis: & certum
est, quòd pater nõ potest alienare, licèt habeat vsumfructum,
vt C. de bonis maternis. l. 1. & quia non trãsfertur in aliũ, nõ
recedit a primęuo dñio, vt ff. qui. ex can. maio. l. deniq;. facere
aũt, q filia non possit transmittere, nec testari, sed debeat alie-
na remanere, esset a iuri cõi filiam facere alienã. Præterea ista
filia nõ habet intentare hæredẽ, sed agere ꝯctu transactionis,
licèt ista ratio non concludet in filijs filiæ, qui habent necesse
intentare se esse hæredes matris. Mõ illud certũ est, q statutũ
nõ debet absurde intelligi: ita q illa puella, & maxime minor
25. annis possit per patrẽ, vel patruum iniqua conditio. affer
ri, & ad succedendum inhabilitari. ff. de hęr. inst. l. pater. ff. de
iur. & fac. ign. iniquissimum etiam, qñ sunt legitimi admini
stratores, quia debent bona tueri, non dilapidare, vel subuerte
re, vt l. qui fundum. §. si tutor. ff. de vsucap. pro emp. secundũ
ea, quæ proponuntur, statutum non loquitur in casu nostro:
quia principium facti non congruit statuto, & a principio ti-
tuli posterior formatur euentus. Itẽ illa verba, se nubat cũ hæ
reditate. significant eã esse hæredẽ, & dñam, quia prohibitio
alienationis significant habitũ procedere, vt l. si ita. ff. de ma-
nu. testõ. nam traslatio non põt fieri, nisi pręcedat habitus: qa
qui nihil habet, nihil põt transferre, vt in auth. ingressi. & l.
traditio. ff. de acq. re. do. Quia tunc est aduertẽdũ, si semel est
hæres p se nubens non desinit esse hæres, quia non põt desine
re esse eadẽ persona cũ defuncto, in qua identitate consistit si
cta continuatio dñij, vt l. si fine. §. sed papi. ff. de mino. & ff. de
hær. inst. l. aliquo casu. sed quid est, si ista, q̃ nupsit extero, mo
ritur, ei non succedũt liberi ex extero procreati essendo in ca
su statuti, quia illi hñt pro nullo, & qui pro nullis hñt, non fa
ciunt gradum, neq; impedimentũ alijs, vt ff. de lib. & posth. l.
Gallus. §. & quid si tñ. & ff. de coniungen. cum eman. lib. l. 1.
§. si pater. & ff. ad tertu. l. 2. §. obijciatur. nam qui nullum ius
succedendi in ciuitate habet, inter non entia computatur, vt
ff. de vul. sub. l. lex Cornelia. subijciamus rem exemplo, quia
exempla sicut digitus rem ostendũt, & tactui quodammodo
subijciunt, vt insti. de gradibus. §. sed cum magis. vt l. 1. de p-
scrip. ver. Sit ergo exemplũ tale, ex duabus sororibus vna nup
sit extero, altera ciui Mediolani: donec viuit, quæ nupsit exte-
ro, non est tractandum de successione ipsius, vt C. de capti. l.
nec nos. nemo est, dum viuit qui habeat hæredem, nisi in spe.
ff. de lib. & posth. l. in suis. ff. de acqui. hęre. l. qui superstitis si
moriatur ergo illa, quę nupsit extero superstitibus filijs ex se,
succedat per statutum soror, vel alius de illa stirpe, & non li-
beri nati ex ea, quæ contra nupsit, quia ita dictat statutum fa-
ctum fauore reipublicæ ipsorum statuentium, an nubentiũ,
nec mirũ, quia hoc alibi contingit, q extra territorium nõ pa
tet successio deferenda his, qui de eodem territorio non sunt,
vt l. 1. C. non licere arbitratoribus metrocomiæ. Illud. n. statu
tum habet caput in subdito, licèt processum in extero: & qa
lex est dicta capiti. & subiecto extendit se per quandã conse-
quentiam patriudicialẽ, & ad non subditũ, quia legislator in-
spicit, q principale est, quia per viã fundamẽti, vt in l. 1. ff. de
5 auto. tu. & ff. de lib. leg. l. si is, qui duos. † Sed nunquid dr ex-
terus ille, qui habet domicilium Mediolani? Respondeo non,
quia quo ad forũ, & bona verus ciuis Mediolani, vt no. in ca.
statutum. §. cũ anth. de rescriptis. li. 6. et si post ꝯctas nuptias
mutet domicilium: quia ad initium nuptiarum statutũ se re-
tulit, vt l. quid ergo. in princ. ff. de his, qui notantur infa. Vlti-
mo concludo, q thema nostrum debet disponi secundum ius
cõe: quia cessant termini statutales, secundum ea, quæ propo
nerentur, vt ff. de acq. hęre. l. si seruum. §. nõ dixit. sed quo pos
sunt Mediolanẽses statuere, q extraneus, puta Papiensis nõ
possit petere dotem maternam consistentem in quãtitate, vel
genere, nam genera non sunt in territorio, vt ff. de iud. l. fidei-
com. §. tractatum. & l. vlti. C. de præscri. lon. tem. cũ ergo non
sint in territorio, nec de territorio statuentium, ergo nõ valet
eorum statutum, vt in c. postulasti. de foro com. per Inno. nisi
dicamus, q actiones ad illum locum pertinere dicantur, vbi
debent exerceri, vt ff. de solu. l. quem. vel vbi sumpserunt ori-
ginem ratione contractus, vel quasi: vt ff. de iudicijs. l. heres
absens. Sed tunc satis videretur obstare in dote. l. exigere do-
tem. ff. de iudicijs. vbi dicitur, quòd inspicitur domicilium
mariti, vbicunque sit celebratus contractus. sed respondeo, q
illi legi potest derogari per statutum expressum loci, sicut pos
set derogari per pactum: quia statuta, & consuetudines habẽt
vim pacti facti de omnium ciuium consensu. sed in hoc non
6 insisto, quia practica Mediolani ita vult. † Quæro, an ea, quæ
dicit, nube mecum cum dote materna. dicatur nupsisse cum
hæreditate materna, supposito, quòd nihil aliud sit in hære-
ditate, quam dos. Respondeo nõ, quia si mater testatur de do
te, non tamen testatur de hæreditate, sed re certa, vel quanti-
tate. & plene not. ff. de transac. l. controuersia. & C. de hæred.
instim. l. quotiens. & diuersitas ex eo apparet, quia dos, & hę-
reditas non sunt eiusdem rationis, nec diffinitionis: & ex hoc
aperte apparet, q puella, de qua hic q̃ritur, & eius filij, & eius
descendentes non includuntur in prohibitione statuti, quia
7 non nupsit cum hæreditate. † nam dictio, cum, tanquam co-
pula requirit rationem vtriusq; partis. Ego Bal.

Statutum, q de qualibet re alienata in subditum soluatur tan
tum pro libra, an extendatur ad legata in testamento in non
subditum, & ad legata ecclesię.

## CONSILIVM CCCLVIII.

1 *Nomine alienationis an contineatur vltima voluntas.*
2 *Clausula in fine posita declarat totum præcedens.*
3 *In prohibitione alienationis non includitur filius.*
4 *Immunitas an præscribatur: & quanto tempore.*

In Christi nomine. Quidã lucanus reli quit in testamento
certas possessiones quibusdam one subiectis. Item de alijs bo
nis iussit fieri, & dotari duas capellas: & pręsupponitur statu
tum, quo cauetur, q qualibet ciuitatis, & districtus lucem, q̃
in aliquem nõ subditum iurisditioni communis lucę aliquã
rem immobilem quoquo modo alienare voluerit, soluat dẽ
vera æstimatione rei, quam alienat, vel in alium non supposi
tum iurisditioni præfati cõis transfert de qualibet libra soli-
dos decem: & si alienare contigerit sine solutione, ipso iure
cadat, & cecidisse intelligatur in ius, & dñium cõis Lucanis
& cõtractus sit ipso iure nullus. Quæritur quid iuris: & vtrũ
commune possit sua autoritate apprehendere possessionem
1 pręscriptione temporis non obstante. † Et ad euidentiam con
siderandum est primo, vtrum nomine alienationis continea-
tur vltima voluntas. & videtur indubitanter, quòd sic, quia
alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur,
ut l. 1. de fundo dotali. Sed certum est, quòd per vltimam vo
luntatem transfertur dominium, ut l. 1. & 2. C. communia de
legatis. Pręterea ista prohibitio est generalis, vt C. de secun.
nup. l. hac edictali. & l. si quis iuris. §. certum. ibi dum dicit,
videbitur rerum alienatio, quia in testamento. ergo statutum
vendicat sibi locum, quia verba statutorum seruanda sunt,
prout iacent, vt ff. de exerci. l. 1. §. si is, qui nauem. & ibi not.
In contrarium videtur: aut dicemus, quòd alienauerit testa-
tor, & istud non videtur verum, quia viuo testatore non ce-
dit dies legati, vt C. de cadu. tollen. §. & cum triplici. Item le-
gatarius nõ potest acceptare, nisi testatore mortuo. Item & eo
mortuo si repudiat legatum, non dr alienatum. ff. si cer. pet.
l. proinde. aut dicemus, quòd alienauerit hæres, & istud non
videtur verum: quia cum textus statuti dicat, cum alienare
voluerit, certus hęres non voluntarie alienat, sed ex necessita
te, vt ff. de lega. 2. l. vnum ex familia. in princip. Præterea ab-
surdum videtur, quòd dictum statutũ intelligatur in vltima
uoluntate, quę debet esse libera quo ad testatorẽ, ut C. de sac.
san. eccl. l. 1. & gratuita quo ad legatarium, ut l. hęredẽ. ff. mã
dati. Sol. uerba statuti vñr determinare hanc q̃õnem, uideli-
cet q dictum statutum non habeat locum, nisi in ꝯctibus, qa
2 uerba statuti dicunt, & contractus sit ipso iure nullus. † quæ
clausula

clausula declarat totum statutum. ff. de iurisdictio. omnium
iudi.l. si idem. cum eodem.§. fina.& extra de appel.c. secun-
do requiris.& C.de præ. cntia.l.fi.lib. 10. Et probat hoc tali
ratione, nam licèt principium legis videatur generale, seu in
diffinitum, quia dicit, quoquo modo. tamē post genus sequi-
tur species restrictiua: quia subdit, & cōtractus &c. vnde spe
cies restringit genus, vt ff.de verbo.signi.l.si cum fundum. ff.
de leg.2.l.legatorum.§.qui plures. & maxime quia verba gess
serunt, & contraxerunt. non pertinent ad testamenta, vt ff.de
verb.signi.l.verba gesserunt. De eo autem, quod relinquitur
capellis ciuitatis Lucanæ, vel extra, minus dubium est, quia
dicit glo.ecclesia habetur loco filij. ff.de verbo. obliga.l.si ita
3 quis.§.ea.l. † licèt in prohibitione alienationis nō includitur
filius, vt l.1.C.de impo.lucra.descrip.lib.10.Item quia gene
rali verbo non subditorum non continetur libertas ecclesia-
rum, nec videtur cōtra eam aliquid excogitatum: præsertim
quia induceret peccatū mortale, nam mortaliter peccat, qui
in fraudem libertatis ecclesiæ aliquid statuit, vt c.nō minus.
& c.aduersus.de immuni.eccle.& hoc dico, nisi per consue-
tudinem, & practicam dictum statutum esset extensum ad vl
timas voluntates: nam prout practicatum esset, ita debet ser-
4 uari, saluo quàm contra libertatem ecclesiæ. † Et tunc an præ
scriptio curreret immunitati, & cuius temporis, recurrendū
est ad diffinitionem doctorum in l.viri.C.de sacr.sanc.eccle.
vt ff.de diuer.& tempo.præ.l. intra. 4.§. in omnibus. & per
Dyn. in l.a.de regu.iur.lib.6. nam si quidem non sunt incor
poratæ in fiscum, sicut est hic: cum non fuerint in fiscum de-
nuntiatæ, requiruntur viginti anni a tempore, quo fuerūt per
legem municipalem acquisitæ fisco, seu communitati. Sed si
fuissent denunciatæ in fiscum per aliquem promotorem, præ
scriberetur spacio quadriennij, & statutum non obst. quia
cum de præscriptione nihil disponat, relinquitur dispositio-
ni iuris communis. Præterea est aduertendum, quòd dictum
statutum non irritat, nisi contractus, & ideo non vltimas vo-
luntates, quæ sunt fauorabiliores, vt ff. de regulis iur.l.in te-
stamentis. Sed tamen huic rationi repugnare videntur: quia
de rebus confiscatis ipso facto non potest testamentum con-
firmari, quia exiuerunt de corpore hæreditatis: & translatæ
sunt in fiscum priusquàm in legatarium: quod esset verum, si
istud statutum esset interpretatum in vltimis voluntatibus,
& non esset præscriptum, sed tempora laberentur. qualiter au
tem statutum fuerit practicatum, & intelligi consuetum, mi-
hi non constat, & ideo super hoc articulo consulere non pos-
sum, nisi tanquam super dubitabili propositione: nisi distin-
guendo, vt supra, & scias, quòd opinio Barto. est, quòd pro-
pter vectigal non solutum, quod est simile nostro casui, in re-
bus non incorporatis contra fiscum præscribatur quadrien-
nio, vt ipse no. in d.l.in omnibus. computando a die, quo fis-
cus incepit agere posse. sed prior distinctio magis mihi pla-
cet, quia vectigal non pertinet ad res immobiles, sed mobiles
quæ facilius præscribuntur. & quod dicitur, q res fisci non
vsucapiuntur, verum est in rebus incorporatis, in quibus ces
sat vsucapio sumpta, vt insti. de vsucap.§.res fisci. & adde qđ
not.ff. de iure fisci.l.1.§.an bona. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLIX.

1 *Rescriptum principis ambitiosum non est exequendum, sed principi rescribēdum est. Et quare dicatur ambitiosum, quia continens iniusta, & vitiosa tacita expressa veritate.*

2 *Verba assertiua principis an probent, & an si admittatur probatio in contrarium, transferat onus probandi in contrarium.*

3 *Restitutio non trahit fructus consumptos.*

In Christi nomine. Proponitur, q in-
ter agnatos, & spu
rios testatoris fuerunt factæ transactiones, & latæ sententiæ,
& emologatæ: & quòd dictis agnatis nō citatis, cum esset as-
sertum Imperatori, quòd dicti agnati occiderant testatorem,
legitimauit dictos spurios & ipsis bona restituit, dato eis exe
cutore aditionis non obstantibus quibuscunq; cōtractibus,
& quacunque temporis præscriptione. Modo cum dicti agna-
ti non fuerint citati, nec habentes causam ab eis, & cum etiā
2 vnus ex dictis spurijs esset mortuus, † quæritur, vtrum legiti
matio Imperatoris hæredibus dictorum agnatorum, & habē
tibus causam ab eis noceat necne: considerato etiam, quòd
præscriptio quadragenaria iam detransit. & mirum, quomo-
do tale præscriptum exiuit de cancellaria, cum contineat tot
abhorrendas iniquitates, & absurditates, vt extra de rescrip-
tis.c.2.nam emanasse dicitur assertis fallacijs, & naturalibus,
& ciuilibus defensionibus sublatis ex eo, maxime quòd tollit
omnia, quæ sunt de iure gentium. Item transactiones. Itē præ-
scriptiones. Item testamentum. Item disponit super persona
iam mortua. Ex quibus omnibus credo non valere tanquàm
principe circumuento. nec est verisimile, quòd princeps hoc
voluerit, vt in c.quàmuis. de rescriptis. libr.6. & quod plene
no. per Modernos in l.Gallus.§.& quid si tantum, de liber. &
posthu. Item legitimatio, quia est quædam regeneratio, post
mortem autem nihil regenerari potest, vt ff.de oper. lib.l.qui
libertinus.§.posthumus. Item præsumitur clandestinum, ex
quo non fuit citatus possessor, vt C.vnde vi.l.meminerint.C.
si per vim, vel alio modo.l.fina.ff.de natali. restim.l.viri.C.si
propter publi. pensi.l.si deserta. præterea etiam si agnati in-
terfecissent testatorem, & essent indigni, tamē requiritur sen-
tentia, vt l.his consequenter.§.1.ff.fami.herci.ff.de iure fisci.
l.Lucius. quæ non posset ferri super homicidio parte non ci-
tata, vt extra de re iudica. c. pastoralis. in clemen. & cum re-
scriptum sit nullum per suspitiones, cessant partes executo-
ris, vt l.4.§.cōdemnatum.ff.de re iudica. Item non est merus
exequutor ille, qui habet cognoscere, an præces veritate nitā-
tur, & ideo defensiones, si quæ competunt, debent audiri. C.
si contra ius, vel vti.pub.l.& si non cognitio.& l.fi. & quod
plene no. per Innocen.& alios extra de re iudica. c.de cætero.
Præterea executor etiam merus non habet cognoscere de sub
stātia rescripti principis, vt extra de iudicijs.c. cum venisset.
quia faceret se superiorem, vel parem principi, & poneret se-
dem suam ab Aquilone tentando esse similis altissimo, vt C.
de crimine sacrilegij.l.instar. tamen rescriptum principis ap
paret ipso iure nullum, & plurima vitia continere, ideo non
debet exequi, & debet ipsum principem consulere data parti
consultationis copia, & expectare secundam dimissionem, vt
legitur, & notatur in Authē. de mandatis principū.§. deinde
comparationes. nec per hoc fit iniuria principi, cum fiat de
mandato legis, & non principis contemptu.C.de præ. impe-
ra.offe.l. rescripta.nam simplices aures principum sua natu-
ra alios æstimantes præsumuntur circumuentæ per importu-
nitatem petentium, vt C.de petitio. bonorum sublatis.l. 2.li.
10. & dicuntur talia rescripta ambitiosa, vt ff.de decretis ab
ordine faciendis.l.ambitiosa. & inducunt peccatum.i.rapi-
nam rerum alterius iusta, & antiqua rerum dominia subuer-
terent: quod est iniquum, & contra bonos mores: & alia re-
scripta nunquàm consueuerunt emanare; quando iustus rex
sedet super sedem, cui non aduersatur quicquàm malignum,
vt C.de summa trin.l.epistola inter claras. sed si impetrās vel-
let iustificare, & probare rescriptum, quod in precibus conti
netur, tunc rescriptum deberet executioni mandari seruato
iuris ordine contra detentores hæreditatis, & bonorum dicti
testatoris: quia princeps potest non solum ex causis præcisis;
sed etiam ex iustis motiuis, & occasionibus gratias facere ef-
ficaces, & quæ videntur sibi iniusta, rescindere, vt no. in pro-
œmio digestorum. hoc enim contingit vel propter exuberan
tiam meritorum eius, cui conceditur, vel propter odium de-
linquentium, quibus auferțur, vt l.1.ff.de constitutionibus
principum. Item considera, quòd hic non fuit facta mentio
de rebus iudicatis, & arbitratis; sed perfunctoria, & incerta,
2 quæ nihil operantur. & not. in l.turpia. de lega.1. † Item non
in concessis, & verbo principali rescripti, sed in clausula enū
tiatiua non obstant. quæ verba enuntiatiua non disponunt,
sed coadiuuant, si possunt, alias non, vt in c.1.de præbendis.
in clemen. ex quibus concluditur, vt supra, quòd non proba-
ta morte alijs probandis rescriptum non tenet. Dubitatur igi
tur, quia princeps in verbis dispositis videtur declarare non
per errorem, & causas prædictas pro veris, & legitimas habē
re, an contra huius principis dispositionem admittatur pro-
batio

batio in contrarium. & si admittatur, an transferatur onus probandi in contrarium ipsis agnatis, & nepotibus, an vero ipsis spurijs, & ablaticis. per not. in clemen. r. de probationibus. quibus dicitur, q contra verba assertiua principis, scilicet in quibus fundatur gratia, si quidem princeps attestatur de facto proprio, non admittitur probatio in contrarium, sed de alieno facto talis assertio transfert onus probadi in aduersarium. nam illud non procedit in eo, quod princeps verisimiliter ignorat, quæ assertio principis non facit ius in p̃iudicium innocentis. Præterea hic negatiua non posset probari: vnde non solum transferret onus probandi, sed totaliter absorberet disensionem absentis, quæ est de iure naturali, vt est casus in d. c. pastoralis. Item non obstant illa verba, per habentes causam ab eis ex iustis causis saltem præscripsissent. vt C. de præscrip. triginta annorum. l. si quis emptionis. Item princeps prætendit informationes per quasdam literas, quæ informatio est quædam relatio, & super ista informatione se fundat: sed ista informatio, siue relatio non præiudicat absenti, & ignoranti, vt C. de rela. l. 1. Item etiam princeps debet citare, cum pronuntiat, vt C. vnde vi. l. meminerint. ff. de adop. l. nam ita diuus. Item possessor semper est citandus, vt in c. licet episcopo. de præb. lib. 6. & C. si propter publicas pensitationes. l. si deserta. Item de fructibus non est dubium, & maxime de consumptis, quòd dictum rescriptum non debet intelligi de ipsis, qui maxime extant, qui non extant. ff. de vsuc.
3 l. sequitur fructus. † & restitutio non trahit consumptos, vt C. de hæret. Authen. idem de necessarijs. & pro certo dictum rescriptum continet multas enormitates ex inspectione. & licet Imperator habeat plenitudinem potestatis, tamen in iure, & in facto potest errare, & ideo debet expectari saltem secunda iussio, antequàm fiat exequutio, vt in Authen. vt iudi. non expectent sacras iussiones. & in Auth. in medio litis non fieri sacras formas. col. 8. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLX.

1 *Fiscus habet pecunias a suis publicanis exactas ex victualibus obligatas, etiam si ad tertium depositarium peruenerint; & negociorum gestor non debet pecunias domini conuertere in proprios vsus.*
2 *Vtilitas succedit loco rei.*
3 *Confessio thesaurarij non nocet principi, nec ciuitati.*

1 In Christi nomine. † Cóclusio facti videtur esse ista, Bancherius primo soluit sibi de sua sorte vsuras, quàm soluerentur fisco de suis gabellis, & intratis, & sic dictus Bancherius supplantauit rationes fiscales, & de pecunijs fisci sibimet soluit, vel solui fecit sortem suam, vsuras fiscus repetit: Bancherius reperit; sed Bancherius, quem scontatorem vocant, dicit nihil se cum fisco contraxisse, nec vsuras, quam vtilitatem vocat, a fisco habuisse. Item allegat quandam confessionem thesaurarij, per quam prætédit se liberatum a pecunijs per eum receptis, & a fisco si in aliquo fuisset ei obligatus. quæritur, quid iuris. Publicanus, postquàm percepit introitus, siue vectigalia, factus est dominus perceptorum, vt not. Barto. ff. de publi. l. eotem. §. qui maximos. tamen pro quantitate, qua códuxit vectigalia, ipsi introitus ad eum peruenti sunt obligati ipsi fisco, argu. ff. de acti. emp. l. Iulianus. §. offerri. & l. si vótri. §. r. ff. de pri. cre. necnon & oia bona ipsius, donec fisco sit integraliter satisfactum, vt ff. de iure fi. l. aufertur. §. fiscus. & si publicanus dictas pecunias deposuit, vel cósignauit alicui nummulario, donec pecunia sit consumpta, non est dubium, quòd est obligata fisco: quia adhuc durat in bonis publicani, vt ff. depositi. l. licet. §. rei depositæ. sed si pecunia non extat, sed est consumpta per nummularium, & nummularius est factus locupletior, proculdubio tenetur nummularius fis
2 co vtili actione, † quia vtilitas succedit loco rei, vt ff. de vsufruct. l. qui precio. ff. de legatis secundo. l. Imperator. §. fin. ff. de pign. l. cum tabernam. modo in proposito casu dico, quòd nummularius, seu Bancherius factus est ex introitibus fiscalibus locupletior. & hoc probo primo quo ad vsuras, quas sibimet soluit, quia percipere vsuras est lucrum equidem odiosum, vt l. 1. C. de condictione indebit. restituere debet ergo eas, non vt vsuras, sed tanquàm sortem fisci, vt ff. de iure fisci. l. deserre. §. fina. & l. Titius. nisi ipse Bancherius mutuasset sub vsuris de domini voluntate, siue dominus mandasset ipsi Bancherio, siue thesaurario, nam posset mutuans solutum ex hac causa retinere, quia domini voluntate procedit, & quę processerunt de labijs domini, dominus non debet facere irrita: licet mutuari de vsuris sit peccatum in recipiente, non in præstante, vt extra de iureiurand. capitu. debitores. & ad honestatem domini pertinet, immo ad vtilitatem pertinet vsuras conuentabiles soluere, aliàs raro inueniret mutuantem, vt not. in l. prima. ff. de pigno. actio. de ipsa autem sorte duorum millium floreno. conuersorum in vtilitatem domini non est dubium dominum teneri, & secum compensari posse per dictum Bancherium. Conclusio ergo est ista, quòd dominus tenetur de sorte duorum millium flore. ad se peruentorum, & de vsuris conuentis pro dicta quantitate: sed ad aliam summam, quam Bancherius thesaurario soluit, dominus nó tenetur, immo restitui debet domino, quia non debet Bancherius ex fraudibus suis locupletari, vt dictum est non obstantibus quibuscunque confessionibus mala fide factis, & extortis, quia non potest gestor negotiorum pecunias domini in vsus suos conuertere in domini præiudicium. ff. de negotio. gesto. l. qui sine vsuris est. & ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. in fin. & ibi est casus. Item nec per confessiones, quibus fraus, & dolus inest, potest conditio domini deterior fieri, quia non videtur hoc mandatum, neque permissum, vt l. si pater. ff. de priui. credi. ff. mandati. l. si mandauero. §. qui cętum ibi. qui §. in ratione sui optime facit ad quæstionem no-
3 stram. † confessio quoque thesaurarij non officit principi, vel ciuitati, vt ff. si certum petatur. l. ciuitas. & Authen. hoc ius porrectum. C. de sacro sanct. eccle. & nota in l. si pupilli. §. 1. ff. de negost. gest. & per Innocen. extra de deposito, capitulo grauis. & ff. de exercitoria. l. Lucius. & ff. de institoria. l. cuicunque. §. omne. & solutum ante diem adueniente. die non repetitur, vt ff. de cond. indeb. l. sub conditione. Ego Bal.

## CONSILIVM CCCLXI.

1 *Occiso vno a pluribus quis eorum teneatur ad mortem, & an omnes teneantur, an vnus, an duo &c. & an puniatur affectus non sequuto effectu.*

In Christi nomine. Quidam rumor iã pluribus dieb. elapsis fuit factus in terra poliani ducatus Mediolani, in quo rumore quidam Vincentius de mino vulneratus fuit duobus vulneribus, videlicet vno in stomacho cum vno cultello a pane per Antonium de turate cum magna sanguinis effusione, & per Ambrosium filium suprascripti Antonij de turate vno alio vulnere in spatula dextra cum vno falzino cum sanguine; ex quo formata fuit inquisitio per dominum Potestatem Mediolani, & iudicem maleficiorum contra ipsos Antonium, & Ambrosium de morte dicti Vincentij. & videatur dicta inquisitio, si placet. Postea suprascriptus Ambrosius captus fuit in carceribus consignatus occasione contentorum in dicta inquisitione, cui inquisitioni dictus Ambrosius respondit, & negauit se fore culpabilem contentorum in eadem, verum Antonius tanquam àbsens citatus fuit, & bannitus de vita. Postea suprascriptus Ambrosius personaliter detentus, vt supra dato sibi termino per suprascriptum dominum iudicem ad defensam fecit capitula, volens probare dictum vulnus illatum in stomacho non esse mortale, & sic non teneri de morte, sed debere pecunialiter condemnari de
2 vulnere tantum, super quibus capitulis producti, & recepti fuerunt certi testes tam medici, quàm alij. & videntur capitula, & testes producti, & recepti, vt supra. Modo quæritur, vtrum dictus Ambrosius venerit condemnãdus de dicto vul
5 nere tantum, & non de homicidio, an ne. † Si plures vnum percusserunt, & mortuus est, ictus cuiuslibet contéplari oportet, & si vulnus vnius erat mortale, & vulnus alterius nõ erat mortale, quod ex medicorum testimonio qualitate loci, personæ, & qualitate instri perpendi põt, vt l. semel. C. de re mili.

lib.

lib. 12. & ff. ad l. Corne. de sic. l. 1. §. sed si claua. & extra de homic. c. significasti. dicit lex, q ille, cuius ictu perit, tenetur de occiso. alius autem non tenetur de occiso, sed de vulnerato, vt ff. ad. l. aquil. l. item mella. §. sed si plures. dixerunt antiqui, q aut agitur ciuiliter: & tunc illa distinctio est vera, aut agitur criminaliter l. Cornelia de sicarijs, & tunc vterque tenetur pœna homicidij, quia vnus interfecit, alter animum occidenti habuit, vt C. ad l. Corne. de sicca. l. is, qui cum telo. & sic seuerius punitur criminaliter, quia tanquam de facto cõsummato, quàm ciuiliter, quia in ciuili punitione consideratur potius affectus, quàm effectus. Alij dicunt, q ille, qui percutit in loco, quo non consueuit mors inferri, puta in pede, vel manu, non videtur habuisse animum occidendi, & ideo non punitur pœna legis Corne. vt d. §. sed si claua. & ibi per la co. de Are. Præterea de consuetudine non seruatur dicta lex is, qui cum telo. vt ibi plene per Cy. & est sententia Spec. Item statuta ciuitatum considerant factum, non animum, si factũ non est sequutum: & ita seruatur. Alij dicunt, q si vulnerans præstitit opem homicidæ, tenetur pœna legis Corneliæ, si nõ, tunc nõ. ff. de fur. l. qui seruo. §. si. & si quidem deliberato animo simul ad homicidium perpetrandum accesserunt, inuicẽ videntur auxilium præstitisse, si autem in rixa, tunc secus, vt plene no. p Cy. in d. §. sed plures. in suis additionibus. veritas est considerato puncto, prædicto, q filius de homicidio non tenetur, sed solum vulnere. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXII.

1 *Coniuncti re, & verbis qui dicantur, & qui re tantum, & qui verbis tantum, & quando ius accrescendi inter eos habeat locum, & quando non.*

1 In Christi nomine. † Quæritur a me, vtrum copula, &. vel alia coniunctio posita inter orationes inducat coniunctionem verbalem, ex qua oriatur ius accrescendi. Et præmittendum est, q quædam est coniunctio dictionum, quædam orationum, quædam loqutionum, vt no. ff. de pecu. legato. l. quædam in testamento. coniunctio dictionum est, quando vnus act⁹ verbi regit duas diuersas dictiones, vt lego Titio, & Seyo talem fundum. Coniuctio orationum est, qñ sunt duæ oratio nes cum copula, vt lego Titio fundum. item Seyo lego istum fundum. item Seyo domum. Præmitto etiam, q aliquando vna determinatio determinat plura determinabilia, vt lego Titio, & Seyo fundum. nam lego determinat determinabilia, determinabilia autem sunt Titius, & Seyus, tunc pp vnitatẽ sermonis lagatarij sunt coniuncti verbis: quod idem est dicere, quod sermonis vnitate, vt C. de cadu. tol. §: hoc ita tam varie. & hoc quando testator nõ est loquutus distributiue, nam si adiecisset portiones, pp distributionem portionum non essent re coniuncti, sed verbis tantum, vt ff. de hære. insti. l. interdum. nam vbi est diuisio voluntatis distribuentis portiones, ibi dicitur esse realis distinctio, remanente tamen coniunctione verbali, & vtrunque procedit a vocis virtute, & testatoris voluntate, vt ff. de leg. 3. l. re coniucti. primo, & secundo responso. quando igit̃ duæ sunt orationes copulatę, tamẽ quęlibet stat per se, talis copula non facit coniunctionem verbalem, quia sunt diuersæ determinationes determinantes diuersa determinabilia, vt no. ff. de hęre. inst. l. liber homo. §. Titius. & vbi est portionum distributio, ibi non est coniunctio re. & hoc patet per locum ab effectu, quia non parit ius non diminuendi. Item quia seruo testatoris non attribuit suam virtutẽ cuilibet insolidum. Ex quibus sic concluditur, q distributio partium remouet realem, distributio vero orationum remouet verbalem coniunctam. & ista est ipsa veritas. & duo verba principalia faciunt duas orationes, quas dialectici appellant cathegoricas, quia quælibet earum habet subiectum, & prædicatum principales partes sui, & de per se, vñ nulla est hic copulatiua, quia non copulat neq; sensum neq; verba, cum quælibet per se habeat instrumentum proprium, & ideo nulla est vnio. & sicut se habet distributio partium ad discressionem realem, sic se habet distributio orationum ad disiunctionem verbalem. hoc probatur expresse instit. de leg. 3. §. si coniunctim. Secundo respondeo, q dixi, q pluralitas orationum facit cessare coniunctionem verbalem, quantum pertinet ad ius accrescendi est verum, si quælibet oratio est perfecta in nomine, & verbo, puta lego Titio fundum, & Seyo lego eundem fundum: sed si vna oratio est perfecta in nomine, & verbo, alia autem est siue verbo, vt lego Titio fundum, & Seyo eundem fundum, tunc est copula verbalis: quia verbum, lego. semel positum commune est, & vt influit super toto, vt ff. de lega. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta. in verbo, ad communionem assumuntur. Et ita posset intelligi opinio domini Rayuerij, qui dixit coniunctionem verbalem esse in orationibus copulatis. hoc modo potest reduci ad concordiam opi. Bar. in l. triplici tum opi. Raynerij. Et ex prædictis apparet, q terminus cõis est ille, qui inducit coniunctionem verbalem, sed duo termini nõ faciunt coniunctionem verbalem: & ideo quando apponitur his lego, non sunt coniuncti, quia ille terminus, lego. est positus bis. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXIII.

1 *A fisco ementes, vel in dolo accipientes an possint molestari, vel ne a veris dominis illorum bonorum emptorum, vel donatorum.*

2 *Filius quid sit, & quare sic dicatur.*

3 *De intellect. l. bene a Zenone.*

4 *Filius concedens bona generaliter non videtur concedere ea, in quibus tertia persona habet ius singulare, & perpetuum.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, an si p officiales cameræ fiscalis domini Ducis vendita essent aliqua bona, vel per ipsum dominum Ducem, præsupposito, q dictus Illustris dominus Dux habeat omnia regalia, & fiscalia iura Imperij sibi concessa iure ducalis, & perpetui dominij, dictæ res venditæ, vel donatæ possint per aliquem vendicari, ad quem iure dominij ante dictam venditionem, vel donationem pertinebant: an vero inseuincibiles sint, & dicti emptores, vel donatarij sint facti noui domini, & perpetui possessores, ita q ab omni inquietudine sint securi, & q dicti officiales rem alienã vendere non potuerint in præiudicium veri domini, nec etiã ipse dominus Dux: quia in mandato generali dictorũ officialium non includunt res, q̃ non sunt mãdãtis. mãdatum. n. generale debet adaptari ad ea, quæ iuris sunt. ff. de cõd. ind. l. si procurator. §. cel sus. nec debent principium commissiones sic interpretari, vt alijs generetur præiudicium, vt in l. 2. §. si quis. ff. ne quid in lo. public. extra de autoritate, & vsu pallij. c. ex tuarũ. quia nõ debent iniuriæ nasci ex fonte iustitiæ, vt C. vnde vi. l. meminerint. quinimmo ipse dux non vr̃ posse auferre dñium alterius, cum dñia sint de iure gen. vt no. in l. quot. & in l. rescripta. C. de precib. Imper. vnde princeps est sub l. naturali vt C. de legi. l. digna vox. In contrarium videtur, q dictus emptor, & donatarius perpetuo sit securus, perinde ac si dictũ esset expresse, vt C. de quadriennij præscri. l. 2. in glo. nunc fortis. & non solum ipse vtilis princeps idem dux distraxerit, sed etiam procurator eius: quia habet generale mandatum cum libera administratione, vt l. 1. ff. de offic. procu. cesa. hoc tenet Barto. expresse in l. si procur. ff. de iu. fisci. referendo dictum Bart. ad textum illius legis, quæ loquitur in procuratore fisci vendente. nec enim possunt venditiones fiscales fieri nisi interuenien-
2 te ministro fisci, quia † fiscus per se est quoddã corpus inanimatum cõsensum per se non habens, sed simpliciter representans, vt accedat, quod no. in l. 1. C. de ℥ctibus iudicium. & per Petrum, & Cy. C. de sac. san eccl. aut. quibuscunque modis. dicens, q id quod distrahitur, vel donatur tanquam fiscalis, vel imperialis recipienti bona fide. i. sine fraude, securus est recipiens, si autem tãquam in aliena executione alicuius decreti, tunc põt euinci per eum, qui non fuit, quia decretum intelligitur interpositũ saluo iure tertij, vt no. Inn. vt lite non conte. c. qñ. & idem si tãquã de bonis Sei, si essent Titij, quia error causę finalis preiudicat concessioni: & ex subreptitio ℥ctu nõ quæritur ius efficax, & hæc vera in rebus incorporatis, vel incorporandis. Si est res corporalis, vel saltẽ assignata, si cõsistit in iure, assignatio. n. quæ fit officialibus pro possessione habet

tunc

tunc emptor, vel donatarius, vel priuilegiatus perpetuo est securus; nec est hoc iniquum, quia ille, qui primitus ius habebat, habet regressum contra fiscum, infra quadriennium: & sic conseruatur indemnis in effectu, igitur non patitur damnum, quia fiscus semper est soluēdo. dicitur enim fiscus quasi fixus huc accedis, quod legitur, & not. ff. de leg. 2. l. qui solidū. §. prædium. ff. de condi. l. Lucius. ff. de rei vend. l. Item si verberatum. & in procemio digestorum. & est text. vulgaris in l. bene a Zenone. & not. C. si aduer. fisc. l. edicto. non obst. ff. de iur. fisc. l. Valerius. §. Trifonio. quia ibi loquitur in onere, quod ex ipso contracto fiscali oritur, & ei inest simile: & si fiscus vēderet hæreditatem, nam nomine hæreditatis continentur actiones actiuæ, & passiuæ, vt C. de here. ven. l. 1. securus est enim emptor ab extrinsecis, & emergentibus, non ab onere, quod venit tacite ex natura contractus: quia natura contractus est illa, quæ eos regit, & regulat, vt ff. de vsuris. l. si stipulatus. siue sit natura generalis, siue priuilegiaria. Item nō ob. si dicatur, quod priuilegium fisci, vel Imperatoris nulli alij competit, quia personalissimum, vt l. 1. de consti. principum. quia nullum inferius attingit maiestatem supremam, vt C. de leg. l. fin. nam hic non fit mutatio fiscorum: quia idem est fiscus, cum ipsum fiscum Imperator concesserit magnifico, & translato sacerdotio, necesse est, vt translatio legis fiat, extra de constitutionibus. c. translato. non ob. ff. de publicanis. l. licitatio. §. fi. vbi priuilegium fisci non transit in emptorem, quia ibi nec fiscus transit, vnde mutatione personæ, & statutum rei conuenit immutari, vt ff. de acqui. hær. l. Paulus. & l. 1. C. de imponenda lucratiua descriptione. lib. 10. Item eodem modo non obst. quod no. in l. 1. C. de bonis vacantibus. & confirmantur prædicta: quia videmus, quod per priuilegia Imperatorum conceditur fiscus ciuitatibus quo ad administrationem, & quo ad iurisdictionem, in Authen. de defensoribus ciuitatum. §. nulla. vnde possent ciuitates idem statuere quo ad suos subditos, si haberent plena regalia ex Imperiali concessione: alias non. ff. de priui. cre. l. antiochēsium. ff. de polli. l. totiens. quia non solum ciuitas, sed prouinciæ iure communi censentur nisi Imperiali emplasmate sint munitæ. nam Imperatores propter inclytam nobilitatem, & coniunctionem Romani Imperij solent priuilegia concedere, vt ff. de excu. tuto. l. non solū. §. si libertus. dum dicit, propter inclytam nobilitatem, & coniunctionem originis Romani. hanc coniunctionem cum Cæsare facit fides, & summa deuotio, quæ a principe, non domino Duce nunquàm absit. hęc credo, & sentio salua substantia veritatis. Quibusdam ergo concurrentibus. s. quod res sit solenniter vendita. Item quod dolus non dederit causam doli. Item quod interuenerit traditio, vel id, quod pro traditione habetur, & quod in ipsa traditione non interuenerit legitimus contradictor.
3 † tunc habet locum lex bene a Zenone. aliàs non, vt C. de rebus va. l. fi. lib. 10. C. de priuilegio fisci. l. 2. ff. de rescin. vend. l. fundus. C. si propter publicas præstationes. l. 2. ff. de emptionibus. l. si pignora.
4 † Item si fiscus concedit bona, generaliter non videtur concedere ea, in quibus tertia persona habet ius singulare, & proprium, vt ff. de euictionibus. l. 1. & in c. 1. de inuestitura. de re aliena facta. colla. 10. ff. de re iud. l. quod nostrum. extra de pignoribus. c. ex literis. magistratus autem ad has res deputati, & referendarij, qui habent referre domino, veridici, cauti, & discreti, debent esse, ita quod subditi non concutiantur, vt C. de bonis proscri. l. si quis post hac. conclusio, dominus habet vtilem fiscum, & vtilis æquipollet directo in omnibus, & per omnia. Ego Baldus de Perusio.

### CONSILIVM CCCLXIIII.

1 *Qui dicantur ordinarij, & qui delegati.*
2 *Conductor domus, qui eam non potuit habitare propter mulierem tediosam, an teneatur tamen soluere pensionem integram.*

1 In Christi nomine. † Dominus, Dux Mediolani mādauit antianis, & Potestati Mediolani, quòd reciperent quendā placentinum in ciuē. modo quæritur, verum intelligantur ordinarij, vel delegati. Respondeo, si aliàs non habebant super hoc ordinariam potestatem, tunc quia sunt ad vnam speciem deputati, censentur commissarij delegati: & ideo sine potestate Mediolani non valeret receptio, vt no. Bar. expresse. ff. de de
2 cretis ab ordine faciendis. l. ambitiosæ. in fi. † Secundo quæritur, vtrum conductor, qui non potuit habitare totam domū locatam sibi propter inquietudinem cuiusdam mulieris, & habitan. teneatur soluere integram pensionem. Respondeo, tenetur pro ea parte, quam habitauit, & pro eo tempore, quo habitauit: & non vltra, arg. ff. de contrahen. emptio. l. officio. & l. dolum. & ff. locati. l. habitatoris. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXV.

1 *Dominium rei dotalis mortua matre in matrimonio an transeat ipso iure in filios.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum muliere mortua in matrimonio dominium rei dotalis transeat ipso iure in hæredem mulieris. Respondeo, non vertitur ad hæredem ipso iure: quia hæreditas iacens representat personam mulieris defuncti. & posito, quòd translatio dominij esset priuilegium, tamen quia ex quibus causis alicui acquiritur, ex eisdem acquiritur hæreditati iacenti, vt ff. si cert. petat. l. eis, qui. §. pen. & per hoc priuilegium est executum per translationem dominij, merito transit ad quemlibet hæredem tanquàm factū hæreditarium, iuxta theoricam Petri, & Cyn. quam ponunt. C. ad Velle. l. hæredem. Præterea istud non est proprie priuilegium sed est quędam exuberantia fauoris eius singularis, quę transit saltem ad filium eiusdem matrimonij, vt C. qui potiores in pigno. hab. l. assiduis. & l. etiam. ff. solut. matrimon. & ideo filia dictæ mulieris habet ius vendicandi dictas res dotales pro ea parte, in qua est hæres matris, vt C. de iure dotium. l. in rebus. & facit lex hæredem. ff. de reg. iur. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXVI.

1 *Conductor recedens a domo locata ante finitam locationem an teneatur ad integram pensionem? an pro rata.*

1 In Christi nomine. † Quæstio est, cū inquilinus migrauerit, seu recesserit non finito tempore cōductionis, quæ erat facta in plurimos annos, vtrum teneatur soluere pensionem integram totius temporis, an vero eatenus, quatenus habitauit, & non vltra. Respondeo, aut stetit per inquilinum, & tenetur soluere integram pensionem, aut per locatorem, & non tenetur, nisi pro rata temporis, quo habitauit, vt ff. de migrando. l. 1. §. si pensio. intelligo autem stetisse per locatorem, si stetit facto suo, vel autoris sui. puta testatoris, a quo causam habuit, vt ff. de verborum obligatio. l. stipulatio ista. quia factū defuncti interpretatur factum successoris, vt C. de rei vendi. l. cum a matre. & ideo pariter tenetur sic ex facto auctoris, sicut si ex facto proprio. quandoque inquilinus migrat casu fortuito, & ista non est materia nostra, sed legis habitatoris. §. fina. ff. locati. & legis. Item quæritur. §. exercitu. eodem titu. Quandoque impeditur habitare facto tertij inquietatis, & tunc fit remissio pro rata temporis, quo habitare commodo non potuit, vt ff. locati. l. si fundus. §. 1. idem quod dixi de parte temporis, dico in parte rei conductæ, vt pro rata vsus teneatur ad pensionem: pro alia parte non, argu. sumpto de re ad tempus, & quia hoc officio iudicis competit. ff. de contrahē. empti. l. officio. & l. demum. & sic debetur tantum pro tanto interesse: & ideo non est vsura: & in hoc contractu si conductor haberet commoda habitationis, & non solueret pensionem, tenetur post moram ad interesse, sicut in contractu emptionis: quia est 3ctus bonæfidei, vt C. de actio. empt. l. curabit. nec dicitur vsura, sed quædam recompensatio relatiua. Quandoque impeditur habitare, quia non est facta traditio, & tunc eatenus; quatenus non est facta traditiō, non debetur pensio. ff. de actionibus empti. l. qui pendentem. & not. instit. de suspe. tuto. §. fin. ff. de excepti. l. pater. §. ex quadrante. ff. de pericu. & commo. rei vend. l. habitationum. §. fin. ff. de decre. ab ord. facien. l. ambitiosa. in fin. ex his concluditur secundū

ca,

ea, quæ proponuntur, conductorem a libello absoluendũ pro tpe, quo non habitauit, & quatenus non habitabit. Ego Bal.

## CONSILIVM CCCLXVII.

1 *Executio an, & quando sit retardanda appellatione pẽdente, & omnia innouata reuocari.*

1 In Christi nomine. † Ad euidentiã præmittendum est, ꝙ nil nouari potest appellatione pendẽte, dummodo appellatio sit aut aliqua, aut vt ita dixerim, aliquabilis. Si enim esset apparenter, & existenter appellatio irrita, seu nulla ipso iure, nõ retardaretur executio. nam quod viribus non subsistit, impedimentũ non præstat. oportet enim impedimentum ingenerari ab obice contraria rationis, nam nullum agens liberum, & arbitrarium prohibetur, nisi a suo maiori, vel pari obstatiuo. hæc enim est natura parium, vt alterũ in alterum non habeat predominium, nisi fauore rei, vel aliquo priuilegio, vt ff. de manumis. l. Iulia petronia. & ff. de re iud. l. fauorabiliores. vñ pari causa deterior conditio est exceptio eius, qui non potest vincere. nam aduersarius eius habet dua capita vincendi, & duas vias: sed agens non habet nisi vnam viam strictam. s. per apices probationum, vel urgentem disputationem, ut not. ff. de acqui. pos. l. 1. §. ueteres. uel per uiam stabilem equitatis, ut no. ff. si cer. pe. l. cum fundus. §. 1. dico igitur, ꝙ interdum appellatio est prohibita, uel notorie nulla: & non impeditur executio, ut l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. interdum appellatio est a iure permissa, & tunc impeditur exequutio, ut ff. nil nouari appel. pen. in rubro, & nigro. & in c. quod nobis olim. de elec. & ff. de infamibus. l. 1. §. 1. ff. de iniusto test. l. si quis filio exhæredato circa medium. Interdum est dubium pp opiniones doctorum, vt in possessione recuperandæ, & tunc aut appellatur cum expressione causę: & debet supersedere in exequutione, aut incolorate, & tunc secus, ut in c. uenerabilis. de sen. excom. lib. 6. & ar. ff. de in integ. resti. l. & etiam d. ulti. C. de ordi. cogni. & hoc not. extra de resti. spo. c. cum ad sedẽ. & 2. q. 6. c. sunt quorum. Præterea si in sententia exprimitur petitorium, potest ex hac adiectione appellari, ut no. per doc. C. si de momenta. poss. l. 1. & C. unde ui. l. si quis in tantam. quia propter cumulationem petitoris ulteratur possessorium, cum ueniunt simul examinanda, & simul terminãda, ar. ff. de emp. l. non est nouum. ff. de acqui. poss. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ui, & ui ar. l. cum fundum. §. fi. ex prædictis apparent tres conclusiones per ordinem. primo, ꝙ potest appellari. secundo, ꝙ executio debet reuocari, ut in c. non solum. de appella. lib. 6. ex his concluditur tertium. s. omnia innouata debent reuocari, quia agens altrinsit se cõuerse agẽdo, & hæc respiciunt merita processus. Bal.

## CONSILIVM CCCLXVIII.

1 *Ius patronatus habens an etiam habeat ius censuale, & econtra, & quomodo inter se differant: & an ille, qui habet censum, possit aduocare bona patronatus, super quibus census præstatur, & quando debeat præstari census, vel pensio, cuius causa ignoratur.*

2 *Iuspatronatus an dirupto reædificato hospitali remaneat ad eum, ad quem primo spectabat.*

1 In Christi nomine. † Nũc venio ad merita causæ principalis, ad ius patronatus, vtrum pertineat ad abbatem, an ad priorem, & videtur, ꝙ ad Abbatem, qa in eius territorium fuit fundatum hospitale, & ordinatio facta præsumitur exequuta, si quocunque sit facta exequutio. ff. de ver. obl. l. cum seruus. & l. fin. C. de vsuris pupillaribus. In contrariũ videtur, quia non constat, per quem ędificatum fuerit, nec cuius nomine. & de hoc probatio debet esse no. vt ff. de ne. gest. l. cum actum. quia semper petitori incumbit probatio, vt l. 1. in fi. vti possidetis. & C. de rei ven. l. fi. & ibi loce ancillam. Item quando iura partium sunt obscura, semper melior est conditio rei, vt in regula. ff. de ver. ob. l. si seruum. §. sequitur. sciendum est, ꝙ in fundatione potest de consensu episcopi fundator retinere certum censum, vt extra de iure patro. Præterea secundum vltra nil debet exigere, quàm taxatum sit, vt extra de statu mona. c. in singulis. §. vlt. & ꝙ aliud est census præstatio, aliud ius patronatus, vt colligitur, & no. in l. 1. §. 1. ff. de publi. & si consideremus causam propositum, nulla fit mentio in eo de aliquo iure patronatus ordinato a principio: sed solum modo de cẽsu: & ideo non debemus extendere, vt ff. de fideius. l. fideiussores magistratuum. §. pro nihilo. & notissima sunt ea, quæ veniũt ex iure patronatus, sicut sunt honor, emolumentum, p̃sentatio, prælatio, defenditio, & alimenta, quæ tamen non continetur in contractu censuali. C. de sac. san. ec. l. placet. item ius patronatus prouenit ex dote, ędificatione fundi, ex successione: sed ius censuale prouenit ex proprijs capitulis, ergo non sunt idem, cum aliter generentur, & corrumpantur, vnde Abbas debet esse contentus suis finibus, & non inualidare alienum, vt C. finium reg. l. si constiterit. dicet aliqui, hic est patronus ex fundo: sed ad hoc respondeo, ꝙ origo processit ab alio domino, nõ ab Abbate, quia conditionaliter fuit facta cõsignatio Abbati, ar. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. C. de test. tu. l. tutor. nec habet ab hæredi. ff. de hęre. insti. l. si seruo fideicõ. ff. de manu. vindic. l. pater ex prouidentia. ille enim videtur facere, in cuius arbitrio est fieri, non ille, qui exequitur, vt extra de appel. c. nouit. Sciendum est etiam, ꝙ non debet pręstari census, vel pensio, cuius causa ignoratur nisi longo, & continuato tempore sit præstitus, vel iure, nam sui, vel situ loci sit censualis, vel in præsentibus actis, quia hoc continent, vt ff. de proba. l. census. C. de don. l. censualis. ff. de acqui. rerum do. l. quæ quisque. C. de agri. & censi. l. litibus. lib. 10. 18. q. vlti. c. seruitium. de ver. sig. l. super quibusdam. & probatio perceptionis census si quidem cum est cum tempore sufficienti ad censum præscribendum, probat proprietatem. Si uero minor tempore, tunc si quidem cum bona fide probat quasi possessionem. si vero per impressionem, vel dolum probat inuasionem, extra de appel. c. bonæ. si autem petatur ex promissione, debet mõstrari an, qualiter, & quantum sit promissum: & stare debemus contenti terminis contractus. ff. de ver. obl. l. quicquid estringendæ. vnde si quęratur, quod ius habeat dictus Abbas, scriptura loquatur, sed si probatur secundum, si quantum de necessitate probatũ est, ꝙ ius patronatus habeat conferre: sit ergo contentus dictus Abbàs eo iure, & ea pręstatione, quæ consuenit fieri, præsertim temporibus nouissimis, ut ff. de acqui. pos. l. si quis ante. C. ne de statu defunctorum. l. si mater. ff. de ali. leg. l. mella. §. 1. & ar. de pac. l. pacta nouissima. ff. de proba. l. procula. ff. de vsu. l. quis emisse.
2 † Super alio puncto an dirupto hospitali bona eius remaneant matris ecclesiæ patronis, dicendum est, ꝙ non, sed debet reformari, & reædificari, nisi perpetua sententia superioris sit destructum, ut no. Inu. de. no. ope. nun. c. cum ex iniuncto. ff. de vsusf. l. an vsusfructus. ff. de leg. 3. l. pater. §. tusculanus. nam licèt sit hospitalitas ibi deformata actu, tamen uirtute. i. habitu subsistit: & nõ est caduca propter spem reparationis, ut no. in l. sicut. §. fi. ff. quod cuiusque uniuer. nomine. & per Moder. in l. 1. & ult. ff. de colleg. illicitis. Conclusio est, ꝙ Abbas nõ potest uindicare possessionem: sed solum cẽsum petere, quia possessiones non sunt suæ, nec ad eum deuolutæ, ut not. Inno. in ca. constitutus. de reli. domi. de hoc not. per Barto. ff. de dam. in fec. l. si finita. §. si qua sunt iura. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLXIX.

1 *Vassallus imperatoris an possit se submittere alicui ciuitati.*

2 *Confederati qualiter dicantur rumpere fedus.*

3 *Et an qui promisit aliquem defendere, & bene tractare, possit eum iuribus suis inquietare.*

4 *Pactis federis primo contrauenìens dicatur federis pacta fregisse, & ipse solus contrauenisse, ad hoc, vt alius non teneatur sibi pacta seruare.*

5 *Confederationem faciens cum vno an possit se confederare cũ eius inimico.*

1 In Christi nomine. † Quæritur primo, an vassallus Imperatoris possit se submittere alicui ciuitati, & fędus cum ea contrahere.

trahere. & dicendum eſt ſic ſine Imperatoris præiudicio, vt
not. Archi. de hæreti. c. præſidentes. & Hoſtien. de iudic. c. ſi-
2 gnificanit. † Secundo an ille, qui offendit ſubditum confede
rati, intelligatur venire contra fędus: & dicendom eſt, q ſic
3 vt nót. Inno. in c. dilectis. de app. † Tertio an ille, qui promiſit
aliquem defendere, & bene ttactare, poſſit eũ in iuribus ſuis
inquietare, & prohibere, ne eis vtatur? Et dicendũm eſt, q nõ
põt prohibere, nec moleſtare, vt l. alterius. ſi ſeru. vendi. & l.
4 frater a fratre. ff. de cond. inde. † Quarto an ille, qui primo ve
nit ꝯ pacta fęderis, dicatur fęderis pacta fregiſſe, & ipſe ſolus
cõtraueniſſe ad hoc, vt alius non teneatur ſibi pacta ſeruare:
& dicendom eſt, q primo offendens eſt ille, qui fecit contra,
& ipſe ſolus in pœnam incidit. ff. de tranſactio. l. qui fidem.
5 † Quinto, an ille, qui fecit confederationem cum voo, poſ-
ſit ſe confederare cum eius inimico, & dicendum eſt, q oon,
niſi ex cauſæ ſumpta occaſiooe a lege iuſtis iudicijs, puta me-
tus, quia legitima defenſio eſt permiſſa: nec debet expectara
ſe percuti, extra de homicidio. in c. ſignificaſti. ff. de verb. obl.
l. quidam cum filium. Porro dicendum eſt, q per ſimplicem
actum verbi, ſeu promiſſionem neutra pars intelligitor rum-
pere confederationem, quia pactũ debet intelligi in caſu de
iure licito, & poſſibili, videlicet ad defenſionem, vel iuſtam
propulſationem. tale enim pactom iure naturali, & cõmuni
fouetur, & ideo pœnale non eſt, & tẽdit ad defenſionem, quæ
eſt iure naturali, & ad remouẽdas hinc inde inſidias. ff. de iu
ſtitia, & iure. l. vt vim. Item cum vna pars facit iniuriam, vel
præparat ſe ad faciendum, licitum eſt alteri parti capere con-
ſilium, & auxilium, ac protectionem, ne vis fiat ei, vt ff. de off.
procur. Cæſaris. l. fi. & ff. de off. præſ. l. illicitas. §. vt potentio-
res. prorumpere autem ad actum facti neutri parti licet in-
choando, inchoare autem dicitur, qui prius aggreditur. l. 1.
§. cum arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. quia
qui cauſam dat ſceleri, ſceleratior eſt, q̃ qui proſequitor, vt C.
de ſer. fug. l. quicunq;. §. fin. & C. de his, qui ad eccleſias con-
fu. l. ſi ſeruus. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLXX.

1 *Locatio non extenditur ad res emptas poſt locationem.*

In Chriſti nomine. Magnifica, & Illuſtris domina noſtra
Dueiſſa Mediolani per ſuos officiales fecit locationes de poſ-
ſeſſionibus de Lazclata pro certa annua penſione ſub, vel no-
mine territorij: poſt modum per ſeotentiam obtinuit quen-
1 dam portum intra dictos fines, † Quæritur, vtrum dictus por
tus includatur in dicta locatione? & videtur, q ſic: quia vni-
uerſitati accedunt, licèt poſt contractum acquirantur, vt ff.
de fun. inſtru. l. Locius. contrarium eſt verum, quia de futuris
noo fuit cogitatum, vt not. in l. fi. C. quæ res pig. obli. poſſ. ff.
de verbo. obli. l. quicquid aſtringendæ. & l. eum ſtipulamur.
& l. ſi a colono. ff. de contrahen. emp. l. ruptilia. & l. inclt. ff. de
dam. infec. l. damni. §. ſabini. & ar. ff. de tranſac. l. cum aqoilia
na. & ff. de pac. l. tres fratres. ff. ad l. fal. l. ſi hæres. ff. ad trebel. l.
ſi debitor. §. fina. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLXXI.

1 *Locatio facta de re emphyteotica ſi emphyteota renunciat emphyteoſim domino, & acceptet dominus, an dicatur de iure finita.*

In Chriſti nomine. Maſiolus iouestiuit Petrum titulo loca-
tionis vſque ad certum tempus de quadam domo facta ad for
nacem cretorum. iſte Maſiolus erat emphyteota perpetuus,
tandem dorante tempore locationis iſte Maſiolus renuntia-
uit emphyteoſim in manibos domini, qui dominus vult ex-
pellere dictum conductorem: quia dicit domum ad ſe iure
2 proprio, & libere eſſe reuerſam. † Quæritur, an poſſit, & vide
tur, q ſic: quia extincto iure locatoris extinguitur ius condu
ctoris, vt ff. de pigno. l. lex vectigali. Præterea videtur hoc ex-
preſſum in 10. col. qoibus mo. feu. ami. c. 1. §. rurſos infidelis.
in verbo, refutauerit. ad idem facit. ff. locati. l. ſi quis domum.
§. hoie. & totum illud generale finito iure auctoris finitur ius
ſucceſſoris. In contrariũ videtur, quia ſolutio contractus non
debet remanere in poteſtate debitoris, vt l. ſi res. ff. quib. mo.
pign. vel hypo. ſol. Præterea hoc videtur expreſſum. ff. quem-
ad. ſer. amit. l. ſi partem. §. 1. Præterea iſta non eſt ſimplex re-
nuntiatio: quia non poteſt renuntiare domino, vt l. ſi quis vi.
§. differentia. ff. de acqui. poſ. ſed eſt quoddam pactum nouũ,
& nouus ꝯtractus, qui non præiudicat alteri, cum quo non eſt ce
lebratum, vt l. fina. ff. de pac. & not. per Bartu in l. in diem. ff.
de aqua. plu. arc. Præterea iſta renũtiatio videtor facta in frau
dem, ergo non præiudicat eius conductori, ar. ff. ſolu. ma. l. fi-
liæ meæ. & ff. de bo. lib. l. liberto octingenta. Præterea vna eſt
conditio omnium annorum, & a princ. ceſſit dies obligandi,
vt no. Bar. in l. 1. §. ſi penſio. ff. de migrando. Præterea condu-
cens a primo conductore habet cauſam a primo locatore, er-
go per primum locatorem non poteſt expelli. ff. de pig. acti. l.
ſolutum. §. vnde ſi domum. dum tamen penſio ſoluatur do-
mino. Iſte eſt caſus in d. l. lex vectig. & iſta opinio eſt multum
ęqua. Et ſi contrarium diceemus, tamen dictus conductor ha-
beret actionem ex conducto ad intereſſe ſuom.

## CONSILIVM CCCLXXII.

1 *Legitimati an habeant ius præſentandi.*

Adde conſilium ſequens.

In Chriſti nomine. Dominus Ambroſius de medicis ſta-
tuit, q ſacerdos, ſiue Capellanus eccleſiæ ſancti Bartholomęi
de Olena elegi, ſiue nominari debeat pro infraſcriptos eius hę
redes, quos patronatos ipſius capellæ ſtatuit, ſiue ordinauit,
& ipſis deficientibus per eorum descendentes maſculos tan-
tum hẽdes ſunt hi, videlicet dominus Chriſtophorus de me-
dicis archipresbyter, & pater ſpuriorum dominus Vitor de
medicis, & Iacobinus de medicis legitimus. & viuens elegit
præsbyterum Stephanum. modo illegitimi filij archipresby-
teri, & ideo ſpurij nou legitimati præſentauerunt vnum: legi
2 time autem natus. ſ. d. Iacobi præſentauit alium. † hic quæri-
tur, an legitimati habeant vocem in præſentando conſidera
to dicto teſtamento, & legitimatione prædicta, & verbis, &
mente ipſorum, & alijs conſiderandis. & videtur, q dicti legi
timati ius habeant præſentandi. & hoc oſtenditur ſic, non eſt
dubium loquendo ſecundum veritatem natoralẽ, q iſti ſunt
deſcendentes maſculi: quia natura immutabilis eſt: vt in Au
thẽ. quib. mo. natura. eff. ſui. circa prin. in glo. no. glorioſiſſi-
mom verbum. & quilibet deſcẽdens videtur ſubſtitutus ſoo
aſcendenti, ſed quid erit de voce mortua illius, qui deceſſit
ſine deſcendente io voce patris, ſuccedit filius ex teſtamento
ordinatoris capellæ, ſi patroni æquali numero ſunt, ille, ad
quem pertinet ſubſtitutio, poteſt adhęrere cui vult, & etiam
prouidere per ſe. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCLXXIII.

1 *Spurij non habent nomen filiorum, & ſunt infames.*
2 *Princeps eſt deus in terris.*
3 *Imperator poteſt legitimare ſpurios, & inceſtuoſos, & hanc poteſtatem committere.*
4 *Imperator an poſſit legitimare ſpurios ad ius patronatus eccleſiæ & quid in Papa. & nu. 5.*
6 *Spurij an dicantur de deſcendentibus.*
7 *Quomodo intelligatur verbum, deſcendentes, prolatum a preſbytero.*
8 *Deſcendentium appellatione qui contineantur.*
9 *Dictio, quibus. quid importet.*

In Chriſti nomine. Pręmittendum eſt, q non ex maſculo,
& fœmina nos in eſſe prodoeit: & q homo generat homi-
nem. Solot. iſtud eſt adeo naturale, eſt precíſe naturale: tamen
quod honeſtis moribus non cõuenit, impoſſibile reputatur,
1 vt ff. de coodit io. inſtitutio. l. filius. † hinc eſt, quòd ſporij nõ
habent nomen filiorum non ſolum in his, quæ requirunt ex-
celleotiam,

cellentiam. sed etiam in alijs, quæ requirunt illesæ famę statum. nam quantum ad famē omnes liberi legitime nati sunt īfames per respectum,& ad cōparationem ad legitime natos, & non sunt eorū consortijs aggregandi: & præsertim qui sunt ita degeneres, ꝙ nec nomē filiorum habere merentur: & qui nō possunt nominari, nisi cum infamia, vt natus ex monacha, vel ex presbytero, vt not.C.quemad. testa.ape.l. pe.erubescit enim rerum natura se tales genuisse, qui ex pacto quasi cōtra naturam nati sunt, vt in Aut.de ince.nup. in prin. veruntamē Imperator noster velut suæ maiestatis prodigus, & honestorū bonorum sub velamento pietatis, & naturæ simplicitatis optimos mores, in quibus consistit humani generis propagatio, quæ per matrimonium recto ordine conseruatur, vt not. in Aut.de nup.in prin.mitigare volens quicquid sibi placet, pro lege statuit habendum, vt ff. de consti.prin.l. 1.& sic pro ratio
2 ne voluntas.& si placet principi, valeat ac si placet deo,† quia
3 princeps est deus in terris, vt in Aut. de consulibus. & † ideo præsupponere debemus, ꝙ Imperator possit legitimare,& spurios,& incestuosos,& hanc potestatem committere: quia hæc potestas est sua,& non alterius,& est voluntaria Imperij:& nemo potest suæ potestati contrauenire, vt not. in Auth.qb.mo.na.effi.sui.§.fi.col.7.dummodo ne per talem legitimationem alijs præiudicetur, apponantur necessariæ,& assuetæ clausulę non obst.& sint talia non obstantia, quę sint de posse,& iurisdi.Imperatoris, vnde non posset remouere obstan. iuris cano. quia qui non potest concedere, non potest remouere, vt in regula eius est nolle, qui potest & velle. sub hac consideratione
4 pendet articulus iste, † vtrum Imperator possit legitimare ad ius patronatus ecclesiæ: videtur enim, ꝙ sic, quia potest legitimare ad hæreditatem: sed sub ista vniuersitate continetur ius patronatus, quia non potest quis hæres esse, nisi sit hæres vniuersalis, non potest testator decedere pro parte cum hærede, & pro parte sine hærede. ex qua sequitur, ꝙ ius patronatus trāsit cum ista vniuersitate, quæ est sine exceptione omnium iurium hæreditariorum comprehēsiua: quia ius patronatus habet in se onus:& venit in consequentiam passiue, ꝙ non possit separari ab ipsa hæreditate. Item quod venit in consequentia, regulatur a principali vt in l. 1. de au.tu.& hoc est ex dispositione iuris tam ciuilis, quàm canonici. Item præualet, quod principale est: sed hæreditas est principale, & ius patronatus est accessorium, vel adeo annexū, ꝙ separari non potest ab ipsa vniuersitate, vt not. in cle. plures. de iure patronatus. ergo qui est dominus hæreditatis, est dominus iuris patronatus,& qui possit vnum, possit & reliquum, extra de iure patronatus. c. ex literis. ff. de acqui. rerum do.l. quidam. ff. de contrahen. emp. l. in modicis. Tamen ius patronatus non est simpliciter hæreditarium: quia est specialiter annexū,& in potestate, ecclesiæ, & ideo Imperator ipsum nec dare, nec auferre potest principaliter,& per se, quia principaliter, imo totaliter est ecclesiasticæ iurisdictionis,& ecclesiastico iudici,& non seculari pręsentatio debet fieri, extra de iudicijs. c. quanto.& in cle. dispēdiosam.& de re iudica. c. pastora. & quod non est de foro contentioso, ex eo ꝙ laicus non capax iurisdi. contentiosæ, certe nec erit capax inuoluntariæ, vt C. de testa. l. consulta. in fi. sed dubium fortissimum est, ecce Imperator dat hæreditatem,& hoc potest sine dubio, & ius canonicum cum hæreditate statuit trāsire ius patronatus, ergo de iure canonico isti hæredes sunt patroni.& huic rationi vr̄ difficile respondere, sed respōdetur, ꝙ hoc verum est, nisi qualitas personæ hæredis sit non capax huius iuris, quod dicitur cū vniuersitate transmitti in nō capacem, non potest fieri transmissio, vt l. si alienū.§. in extremis. ff. de hære. inst.& l. 1.§. exigit. ff. de bo. pos. secundum tabu. sed spurij non vidētur capaces, vt in c. 1. de filijs presbyterorum. lib. 6. quia patiuntur defectum natalium, vt c. innotuit. de electione.& sunt odibiles legibus, canonibus, vt extra de renun. c. nisi cum pridem.& non sequuntur patrem, vt ff. vnde cog. l. si spurius.& l. hac parte.& ff. de sta. ho. l. vulgo. Itē quia etiam patronus ecclesię. quędam prærogatiua, & pięeminentia,& honor, qui non congruit spurijs in ecclesia dei. nam turpe est in ecclesia dei habere talem, supra verticem, & in loco honesto inhonestas auocare personas, vt in l. si qua. C. de specta. li. 11. Præterea subtiliter allegabatur, ꝙ inspecta dispositione testamenti, quod facit mentionem de descendentibus,& non dicit & de hęredibus illius, de quo quæritur, descendit in descendentes non tanquam in hęredes bonorum, sed sanguinis. vnde non est de vniuersitate hęreditatis, sed speciali iure descensionis. C. de ope. lib. l. liberti. ff. de acquir. hære. l. patre hærede.§. 1. ff. ad trebel. l. ex facto.§. fi. ff. de leg. 1. l. filius.§. si quis. ff. de pac. l. si tibi.§. pactus. facit quod no. Pe.& Cy. in l. 1. C. de condi. inser. si igitur est ius non hęreditarium: ergo non transit cum vniuersitate hęreditatis, nam cum de iure patronatus sit facta dispositio in descendentes specialiter, & per se non transit in hęredes presbyteri, immo sicut legatū detrahit̄ ab hęreditate, ꝙ si dictus presbyter instituisset alios hęredes, quàm descendentes, dato ꝙ illi hęredes haberēt vniuersitatē, non tā habēt patronatū. l. proinde. ff. si cer. pet.& ff. de peculio. l. sed si dāno.& l. a Titio. ff. de furtis.& per hoc videtur tolli allegatio prędicta presupponendo, ꝙ in hoc articu
5 lo valeat dispositio testamenti. † hęc tamen non haberet dubiū, si legitimati essent a Papa ad ius patronatus ecclesię: quia Papa potest spiritualis, & spiritualibus annexa legitimare. extra qui filij. in c. tanto.& statim natalium est de principali iurisdic. ecclesię, vt extra de ordine cogni. c. tuā. nec pertinet ad Imperatorē status, qui a matrimonio depēdet, vt extra qui filij sint legitimi. c. per venerabilem. quod ergo not. extra de fide instru. cum P. tabellio. ꝙ ita potest legitimare Imperator sicut Papa, verum est in causis, & terris sibi subiectis in causis spiritualibus, ꝙ non legitimat Imperator, nec apponit manum ad plaustrum alienum, vt no. Cy. C. de inces. nup. aut. ex complexu. nam vt ait Inn. vbi supra sunt quasi vt miraculosa, & quēadmodum contra naturam, de infami. c. facere bonam famā, & de illegit. c. legitimum.& omnia sui iuris subijcere alij. Vnde ex prędictis videtur concludendum, ꝙ ex defectu potestatis causę efficientis. i. Imperatoris non tenet legitimatio quo ad subijciendam ecclesiam patronatui spuriorum, nec potest opponere clausulam non obstante aliqua decretali: quia canonica statuta non possunt derogari per Imperatorem, qui est subiectus, sicut quicunque laicus. dicet aliquis, ꝙ spurius nō proprius, sed alienus nomine spurius alienus potest hęres institui,& ei legari, vt no. in Auth. quib. mo. natu. effi. sui.§. fin. colla. 7. sed isti quondam spurij veniunt ex prouidentia trans
6 uersali, quia sunt descendentes ex linea transuersali, † vnde cū vigore testamenti veniant, & sint de descendentibus ex transuerso, nec aliqua ratio impedit eos venire, certe etiam si non essent legitimati, venirent. ista ratio concludit, ꝙ si relinquitur Titio amico, & eius descendentibus, ꝙ veniant descendētes ex eo, licet sint spurij. sed an hoc sit verum, videamus: & disputando vlterius de potestate Imperatoris ad verba testamenti, & interpretationem verborum procedamus: verba enim dicunt, quibus deficientibus veniant descendentes. nā hæc adiectio, quibus deficientibus. est numeri pluralis, & copulatiue significationis: sed ex dispositione copulatiuæ requiritur veritas vtriusque partis: sed hic restat alter in rerum natura,& non deficit, ergo conditio falsa, vel saltem nondum verificata, vt ff. de re. dub. l. is qui ducenta.§. cum quidam.&§. vtrum.& ff. de cond. inst. l. si hęredi plures. Item propter gradus pręrogatiuam videtur pręferri, qui extat. ff. de leg. 2. l. cū ita.§. ita.§. in fideicom.& ff. ad trebel. hęredes mei.§. fi. Pręterea quando substitutio fit a pluribus cum copula verbali, siue mentali,& existit conditio in persona vnius,& non alterius, si quidem extat persona, quę ex præsumpta voluntate testatoris excludit substitutum, nō est locus substitutioni. C. de impu. & alijs substi. l. pe. si vero nō extat talis persona, habet locum substitutio in parte deficientis, vt ff. ad treb. l. hæredes mei.§. cum ita. sed hic extat & verus, & legitimus agnatus, qui in honorem familiæ, seu agnationis debet pręferri, vt in l. 1.§. quamuis. ff. de ven. inspi. sed contra hoc videtur aduersari voluntas defuncti, qui naturam imitatus descendentes rogauit in locum progenitorum suorum, sequutus naturalem, & ordinatum effectum magis, quàm iuris subtilitatem. ff. de hære. insti. l. Lucius. in fi. Pręterea † istud verbum, descendentes,
7 relatum a presbytero non potest intelligi, nisi de spurio: vt ff. ad trebel. l. hæredibus.§. fi.& de eo potest de iure intelligi, ergo intelligemus de ipso ex interpretatione non solum coniecturali,

tuali, sed necessaria, respiciendo personam, ad quam dirigit sermonem. sed ad hoc potest responderi, q illud, descendentibus. referatur ad eos, qui possunt habere iustos descendentes: quia sermones sunt ciuiliter intelligendi, vt ff. de seruit. l. si cui. vnde circumscripta qualibet legitima, & etiam posito, q repudiarēt hæreditatē paternam, ad quam sunt legitimati, tamen possent venire ad patronatum ex dispositione iuris testamenti; vt in Auth. de eccl. tit. §. si quis edifica. coll. 9. Item Imperator potest legitimare incestuosos, qui possunt actiue, & passiue legitimari: vt sint subditi Imperatoris, vt l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. & si dicatur, tales filij sunt odibiles, ergo non continentur in fauorib. vt ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius. Titius damas. eñden, imo non sunt odibiles quo ad transuersales, nec est ĕt nouum, † q in plerisque minus legitimi cō-
8 tinentur appellatione descendentium, vt quando vtimur verbis naturalibus, non ciuilibus, vt not. Barto. in l. 2. ff. de accu. & C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. & Ioan. And. in c. statutum. de hæreticis. lib. 6. in nouella. quia videtur dicendum, q testamentum sit seruandum. casus in d. §. si quis ędificationem. in Authe. de eccl. tit. col. 9. qa legitimatio Imperatoris nihil addit, nec detrahit testamento, vt C. de test. l. omnium. quia non est intentio Principis alterare testamenta, sed fauere, & obseruare ipsa, & obseruari facere, prout iacent, & sine extraneo intellectu: nisi vbi lex interpretatur, vt in c. quia contingit. de religiosis domibus. in clementinis. hinc est, q si testator substituit legit. filijs legit. nascituris, non intelligitur de legitimatis quia non sunt legitime nati: presertim si alia dignitas, vel alia ratio naturalis non patitur. ff. ad treb. l. ex facto. §. si quis rogatus. vnde dicit Spec. q in emphyteusi ecclesiæ non continentur illegit. nati. in Spec. de loc. §. nunc aliqua. circa fi. vnde concluditur, q legitimatio facto testamentu eius sensum non habebit mutare: sensus autem naturalis, non fictus accipitur, quia mens hominis naturalis est, ff. de cond. & demon. l. fidei com. Et ideo pondus nostræ quæstionis stat in testamento, cuius verba sunt. Quibus deficientibus in descendentes eorum. allegatur enim, vt supradixi, q verba substitutionis complexiue debēt verificari in quolibet extremorum, vt C. de impu. & alijs substi. l. hæreditatem. hoc videtur tenere Spec. expresse in Spec. de loc. §. nunc aliqua. versi. 69. versi. quæritur, pone. sed illud est propter præsumptam prouidentiam, & charitatem. sed ad hoc respondetur, quia illud est verum in substitutione directa, non autem in fideicommissaria: ergo nec in legatis, quia legata, & fideicommissa æquiparantur. & ad hoc videatur, & inducatur lex hæredes mei. §. cum ita. & eo. titu. l. Lucius. §. Caio. sed certe §. cum ita. loquitur, quando conditio est in persona vltimi morientis, sed in casu nostro vnus superuixit: & ille videtur tacite vocatus ad vniuersum ius, vel saltem ad vocem eius, qui decessit sine descendente, vt ff. de leg. 2. l. Titia Seio. §. Seia. vnde præsentatus ab eo est præferendus: dato q isti legitimati succederent in iure paterno, vt d. c. plures. videtur, q nondum extitit conditio testamenti per talem theoricam: quia conditio sumitur ex vniuerso, si quidem existit in persona vltimi morientis, & non primi, habet locum substitutio fideicommissaria: sed si econuerso existit in persona primi, vltimo superuiuente non habet locum substitutio. sed ita est in proposito: ergo non est verificata substitutio. Quapropter descendentes prædicti in substitutionem non veniunt nec ex transmissione, quia testator voluit descendentes venire, nisi deficientibus principalibus, qui
9 erant instituti patro. illa enim dictio, quibus. † intelligitur omnibus: quia sumitur ex vniuerso: & indefinita æquipollet vniuersali: & maxime complexiua. non obstat. §. Caio. quia cum ibi quilibet fuerit rogatus de parte sua, videtur quilibet grauatus per se. sed hæc responsio non videtur bona, quia translatio, quæ fit in descendentes, videtur esse quoddam grauamen decedentis: quia impedit transmissionem: nisi quis dicat, q legatum diuisum per tempora, scilicet primo dotu viuit, & descendentibus postea, non est proprie grauamen, quia nihil venit restituendum: & vnicuique acquiritur, quantum tempus patitur, vt l. si seruus communis meuij. §. fina. de stip. seruo. Item quia pendet ex re familiari. Item aliud est ordinatum: puta a testatore, qui in testamento dotat. aliud formatū, scilicet ab episcopo, qui interponit autoritatem: primum est causale, & de futuro: secundum formale, & de præsenti, sicut dicimus in dote puellæ, quæ dr̄ dotata, etiā antequam nubat propter spem de futuro. ff. de admi. tuto. l. cum plures. & quo ad dotem potest de ipsa ordinare. ff. sol. mat. l. quoties. & ius patronatus est indiuisibile, ne veniatur ad inconueniens: & quia non potest reduci ad diuisibile.

Aliæ allegationes ad consilia duo præcedentia.

## CONSILIVM CCCLXXIIII.

In Christi nomine. Verba in l. hæredes mei. §. cum ita. talia sunt, dic, aut tractatur de substitutione directa, aut de fideicommissaria. primo casu, quia dixit testator, Titium, & Meuium filios hæredes instituo: & si vterque in pupillari ætate decesserit, talis sit hæres. & moritur alter in pupil. ætate, substitus non vendicat sibi locum: & ita loquuntur leges contrariæ. sed si tractatur de fideicommisso rest. sub illa conditione facienda, quæ dicitur in hoc. §. habet locum. §. iste, & hoc patebit infra. eo. l. Lucius. §. Caio. & l. fi. §. filia. de leg. 2. ratio autem huius solutionis posset esse: & ita videtur innuere. §. Caio. quia quando testator facit substitutionem directam sub illa conditione, si moriatur vterque in pupillari ætate, perinde est, acsi substitutio facta esset sub duabus conditionibus copulatis: & in illo casu exigitur, q vtrunque existat, vt l. si hæredi. de condi. insti. tunc videtur testator separatim duas conditiones apposuisse: vnde sufficit, q vna existat. & ita loquitur hic, & d. l. Lucius. §. Caio. nam hoc est regulare, quòd quotiens apponitur aliquid copulatiue, perinde habetur, ac si separatim appositum esset: & sufficit vnum fieri: vt l. falsa. §. fin. de condi. & demon. & l. 2. de condi. insti. & l. qui concubinā. §. præstitus. de leg. 3. di. dixit Iaco. But. aut dispositio habet singulares, & separatas rationes, non communiter respicientes dispositionem; & tunc pluralis locutio resoluitur in singularitates: vt l. falsa. §. fi. de cond. & dem. sed qn̄ rōnes cōiter respiciūt ad dispositionē, adeo q sufficiat vnū sine reliquo, & tūc producat vnū effectum, & vnā dispositionē, nō resoluitur in singularitates: vt hic, & l. si seruus plariū. ff. si quis cautionib. Iaco. Bu, & Cy. in l. pe. de impub. & alijs substi. in 2. oppi quando de causa possess. cum ita. & §. fides, q sit substitutio fideicommissaria, si substitutio fideicommissaria sit similis, siue singulariter fiat, cuiuslibet per se fides videtur electa; vnde quilibet videtur grauatur de per se: vt l. Lucius. §. Caio. sed in directa refert, vtrum sit facta substitutio coniunctim, uel diuisim. primo casu requiritur ueritas, saltem in persona ultimi morientis. secundo casu referuntur singula singulis secundum Cyn. prædictam distin. firmat glo. in l. pater filium. §. duos. ff. ad l. fal. tex. in §. cum ita. reddit rationem, quia sicut se habet totum ad totum, ita pars ad partem. ff. de rei. uen. l. quæ de tota. sed text. in §. Seio. sensit aliam rationem quo ad uerba testamenti, quia in fideicommissario quilibet grauatur de parte sua, & non alterius, ergo mors alterius frustra expectaretur. & est uiua ratio iurisconsulti, & præsertim quia non superest persona, quæ ex præsumpta uoluntate defuncti habeat excludere substitutam secundum Barto. natu ille. §. cum ita. fundat se in pręsumpta consideratione testatoris: & duo reputat eius præcepta: quia non superest persona, quæ ali quo iure possit excludere substitutum: ideo uerba copulatiua accipiuntur distributiue, ac si nominatim dixisset, substituo talē in parte sua, & talem in sua: resoluēdo plurale in suas singularitates, ut in legibus superius allegatis. nā sicut qn̄ copula ponit̄ inter honoratos, ut si relinquo Titio, & Seio, ita si ponit̄ inter grauatos, nō requiritur ueritas utriusq; partis. ita qn̄ in cōditionibus copula supponit̄ inter diuersos grauatos respectu rei, quę recipit distributionem, significatio attribuitur cuilibet parti de per se: licet inter copulatiuam dispositionem respectu unius personę, & copulatiuam conditionē longa sit differentia. nunc uenio ad casum nostrum, quia uerba dicunt, ipsis deficientibus. & primo utrum ista sint uerba determinata numero, uel indefinita, an uniuersalia. nam uniuersalia fiunt non solum ternis uerbis, ut dialecti. sed mens disponentis, ut dicunt iuristę, qui dicunt, q ex propria significatione

ratione indefinita ſimilis eſt vniuerſali. Iura ſunt not. aliquan
do tamen non æquipolet, quando non eſt eadem ratio inclu
dendorum ſub hac ratione ſecundum Dyn. & Oldra. Item
hæc nõ videtur proprie ſubſtitutio, ſed quædam diuiſio tem-
poris ſci licet genitori in vita, & genito poſt mortem genito-
ris, vt C. de lega. l. fina. Item ſi eſſet ſubſtitutio, videtur æqui-
parari directæ, quòd nulla fides genitoris erga genitum ſit ele
cta. & eſt quædam tranſlatio potius, quàm fideicommiſſum.
ſed contrarium videtur, quia legata, & fideicommiſſa æqui-
parãtur: & quia iſtud eſt grauamen genitoris: grauatur enim
in hoc, quia alias tranſmitteret ius patronatus cum vniuerſi-
tate, vt in capitu. ex literis. quod nunc non tranſmittit ipſo iu
re, ſed ex ſingulari diſpoſitione teſtatoris, & recta via tranſit
in deſcendentem tanquam in deſcendente, non tanquam in
hæredem: cum idem habiturus eſſet quilibet hæres deſcen-
dens, & exiſtens. hæc clauſula probatur. ff. de oper. liber. l.
vt iuriſiu. §. ſi liberi. nec dicat aliquis, iſti non poſſunt cape-
re, quia ſpurij: quia imo poſſunt capere ex teſtamento tranſ-
uerſalium, vt quorumcunque extraneorũ: vt not. in Authen.
quib. mo. natu. efficiun. ſui. §. fina. colla. 7. & ff. de vulga. ſub-
ſti. l. is, qui. Præterea iſti ſunt legitimati ab Imperatore, q po-
teſt conferre ius verum legitimatis: ſicut poteſt conferre ve-
rum ius Romanorum. & quod poteſt induci per veritatem,
non eget adminiculo fictionis, vt dicit. l. tãquam. & ideo tex.
dicit, quòd filij ſint legitimi: quod verbum, ſint. eſt verbum
præciſe ſignificans ſubſtantiæ veritatem. i. alioquin liceta vte-
retur verbo videri, vel haberi, vt not. ff. de verbo. ſignificatio.
l. mercis. nec obſtat, quod not. Innocen. in capitu. cum P. ta-
bellio. de fide inſtrumen. vbi dicit, quòd ſpurij ſunt quodam
modo contra naturam nati: quia verum eſt reſpectu natura-
lis iuſtitię, & originis, quæ macula eſt facti. & quod factũ eſt,
non poteſt eſſe infectum. nam hoc ſolo priuatur deus: ſed qa
ſunt renati, quemadmodum baptizati recuperant iura origi-
nis, & tunc poſſunt ſuccedere in hæreditate, vt l. ex facto. in
prin. ff. de vul. ſubſti. ex hoc ſequitur neceſſario, q in eos trãſi
uit ius patronatus. nam per ſententiã iudicis ſecularis ſi tran
ſiuit hæreditas, per conſequentiam neceſſariò tranſit ius pa-
tronatus eccleſiæ. & hoc contingit ex diſpoſitione iuris ciui-
lis, & canonici: q ex diſpoſitione hęreditatis, quæ eſt ſucceſ-
ſio, ſiue ius ſuccedendi in vniuerſum ius, qđ teſtator habuit,
hoc idem patet in teſtã, quod eſt de iure ciuili: & in ſucceſſio
ne ab inteſtato, & in bonorum poſſeſſione, quæ eſt de iure pͣ-
torio. & hoc contingit, quia nõ poteſt quis decedere pro par-
te teſtatus, pro parte inteſtatus, vt dicit regula iuris. vel pͦ par
te cum hærede, pro parte ſine hærede, vt no. C. de ſecun. nup.
niſi hoc faciat ſpecialis, & regularis lex, vel Principis diſpoſi-
tio, vel impoſſibilitas capientis, vt quia eſſet Iudęus, vel ſara-
cenus, qui legitimatur per Imperatorem ad alia, pręterquam
ad ius patronatus. & ſi dicat, ius patronatus eſt ſpirituali an-
nexum: reſpondeo, potius eſt annexum hęreditati. his omnib.
conſideratis, & auditis ſufficient allegationibus vtriuſq; par-
tus, dico, q iſti legitimati habẽt vnam vocem. i. patris eorum:
& legitime nati habent aliam vocem. vox autem mortui. ſi
eius, qui deceſſit ſine deſcendente, eſt communis vtriuſque:
vel nullius tanquam caduca. & propter diſcordiam patrono
rum ille, qui habet ius inſtituẽdi, poteſt de iure adherere, cui
vult. & præſertim digniori tam præſentati, quam præſentato.
& ſic locus eſt gratificationi, ſicut in pleriſque iuris articulis.
Vltra dictum conſilium non omitto, q Spe. tenet, quòd quam
diu omnes non deceſſerint, non ſit locus ſubſtitutioni, vt no.
in Specu. de locato. §. nunc verum aliqua. verſicu. 69. quæri-
tur, pone eccleſia. & ſi quis vellet tenere hanc opi. iſti legitima
ti nondum haberent aliquod ius præſentandi. non ob. l. hære
des mei. §. cum ita. quia ibi loquitur in re diuiſibili, ſed ius pa
tronatus eſt indiuiſibile, quod diminueretur per concurſum
inſtituti cum ſubſtituto eius: quod non videtur fuiſſe de mẽ-
te teſtatoris. iſta quæſtio eſt dubia pro vtraque parte, & eſt di
ſputabilis: tamen in re dubia tutius eſt verba teſtamenti ſerua
re, quia illa verba, ipſis deficientibus. æquipollent huic copu
læ A. B. & C. deficientibus, quia nominatus in inſtitutione pa
tronatus videtur a teſtatore pręlectus, & prælatus, vt ff. de cõ
di. & demon. l. publius. §. 1. ibi, ſed non eſt veriſimile &c. So-
lu. ille, qui habet inſtituere, poteſt de iure electum a legitimo
confirmare, vt no. Innocen. in capitu. 1. in fi. de iure patrona.
dictum Spe. in emphyteuſi, quæ datur gratia, & amore reci-
pientis, & iuxta ius accreſcendi lata ſuit interpretatio, eadem
ratione fauoris fit diuiſio voluntatis in fideicommiſſo, ſecus
in directa ſubſtitutione, quia excludere venientes ab inteſta-
to eſt quodammodo odium: & pp hoc interdum directa ver-
titur in obliquam, vt l. precibus. nã ille, qui ſubſtituit directe,
non intendit aliquem grauare, ſed ille, qui ſubſtituit p fidei-
commiſſum, intendit quemlibet grauare de ſua portione: ac
in emphyteuſi illa verba, de quibus loquitur ſpeculator, non
ſapiunt grauamen. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXXV.

1 *Pactum non ſeruans, quod ſibi obſeruetur ab altero, petere non poteſt.*

2 *Beneficium legis ſecundæ. C. de reſcin. ven. habet etiam locum in incantu, ſeu in venditione facta per fiſcum.*

In Chriſti nomine. Caſus, ſuper quo conſilium petitur,
ſubijcitur in terminis. magiſtri intratarum Magnifici domi-
ni noſtri vendiderunt Abſaloni de ſanſonibus officium the-
ſaurariæ intratarũ extraordinarium pro annis duobus, & pro
pretio flo. octingentorum, cum certis pactis, videlicet q di-
ctus Abſalon recipere debeat omnes intratas tam ordinarias,
quam extraordinarias pertinentes ad cameram intratæ extra-
ordinariæ. Item, q dictus theſaurarius poſſit accipere cuili-
bet ſoluenti de ſuper certis intratis, ſi ſoluerit flore. vnum, vel
minus de confeſſione imperiales tres. & ſoluenti a flore. uno
vſque in 10. imperiales. 6. & ſi a 10. vſque ad 25. imperiales.
12. & ſi a flore. 25. ſupra ſolidos 3. imperiales, & nõ vltra ex-
cep. de denarijs poſſeſſionum Mediolani, de quibus habeat
pro flore. 2. ſolidos 2. pro confeſſione. & ſi durante dicto in-
cantu aliquid diminueretur propter aliquam dationem, vel
donationem, vel reſtitutionem, fieret debitũ reſtaurum &c.
contingit, quòd Magnificus dominus non vult pacta ſibi ob-
ſeruare, quoniam vult partem dictæ intratæ debere recipi p
alios officiales, quàm per dictum theſaurariũ. & ideo dictus
theſaurarius recuſat exercere dictum officium, & etiam ſol-
uere pretium dictæ intratæ, eo quòd pro parte dicti M. domi
ni non adimpletur, quod promiſſum eſt. ex aduerſo pro parte
dicti M. domini allegatur, quòd dictus theſaurarius non po-
1 teſt a contractu reſilire. † Reſpondeo, pacta ſunt clara, quia
ſi aliquid diminuitur, debet fieri reſtauratio pro rata, vt ff. de
contrah. empt. l. offi. 10. ſed ſi in totum non obſeruatur, cum
talia pacta dederint cauſam contractui, ille, qui non ſeruat pa
ctum, non poteſt petere ſibi ſeruari per contractum, vt C. de
pac. inter emp. l. cum te. & ff. locati. l. quęro. §. inter locatorẽ.
ff. de actionibus emp. l. Iulia. §. offerri. & l. qui pendentẽ. ff. de
excep. doli. l. pater. §. ex quadrante. & C. de pactis. l. cũ propo-
2 nas. † idem ſi pacta non ſeruata aſcendunt vltra dimidium iu
ſti precij, ſeu incantus, vt ff. de contrahen. emp. l. domum. C.
de reſcin. ven. l. 2. ff. de verbo. oblig. l. ſi quis cum aliter. quod
notatur. C. locati. l. olei. facit quod no. Bart. de verbo. oblig.
l. ſi quis arbitratu. verſicu. formo tibi unam quæſtio. &c. &
idem, quod no. Bar. ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. elegãter. in pe.
quęſtione. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXXVI.

1 *Decretum iudicis non validat contractum, in quo fuit læſus pupillus. & an decretum faciat præſumi omnia ſolenniter acta diſcuſſa, & vera.*

In Chriſti nomine. Quæſtio, ſuper quã conſilium petitur,
ſubijcitur in terminis infraſcriptis. tutor pupilli ob alienum
æs uendidit domum ipſius pupilli pro precio flore. 22. cum
decreto iudicis. & in ipſo inſtrumento venditionis aſſeritur,
q nulla alia bona mobilia, nec pecunia aderat in bonis ipſius
minoris: & ſic iudex interpoſuit decretum: nõ tñ apparet de
alia excuſſione facta per ipſum iudicem, vel tutorem de bo-

nis ipsius minoris: pupillus autem finita dicta tutela videns se deceptum cepit vendicare dictã domum, dicens alienationem nullam esse: & inquantum aliqua petijt beneficium restit. in integ. & pro fundamento suo produxit inuentarium factum ante ipsam vẽdi. per dictum tutorem, in quo ipse tutor eam posuit esse multo maioris valoris, & æstimationis communi æstimatione vltra quantitatem, pro qua fuit vendita dicta domus: nec aliter apparet, quòd alia bona mobilia sint data in solutum pro dicto debito, nisi precium dictæ domus. ex aduerso allegatur, quod decreti interpositio facit, vt præsumatur omnia solenniter acta. Item quantumcunq; confessio facta in inuentario probet contra tutorem, non tamen probat contra ementem: & ideo quia aliter non est probatum, quod bona mobilia adessent tempore dictæ venditionis, præsumitur omnia solenniter acta propter decreti interpositionem. ex his quæritur, quid iuris &c.

CASVS.

1 In Christi nomine. † Quod pręsumantur omnia solenniter acta discussa, & vera, quæ narrantur in instrumẽto, ex quo iudex interposuit decretum, tenet gl. in l. 1. C. de fi. instru. & iure hastæ fisca. li. 10. Idem tenet Spe. in Spe. de emp. & vend. §. nunc dicendum. versi. & breuiter scias. & hoc videtur probari per tex. in l. 1. §. 1. ff. de reb. eorum. & tex. dicit, quod qui allegat obreptionem, debet probare: ergo si non probat, præsumitur pro instrumento. potest ad idem induci, quod notatur in l. actor. ff. rem ra. hab. in contrarium videtur, quod solennitates, quæ consistunt in actu separato a principali, non præsumuntur: quia sunt solennitates extrinsecæ, vt not. ff. de verbo. obli. l. sciendum. & ff. de publ. l. quæcunque. §. fina. & per Inno. de eo, qui furtiue ordines suscepit. cap. innotuit. Præterea non creditur iudici, nisi quatenus ex actis appareat. de offic. deleg. c. cum in inte. de probationibus. c. quoniam contra falsam. Præterea in vendit. rei minoris requiritur inquisitio, & discussio, vt ff. de reb. eo. l. magis puto. §. non passim. ergo si non est inquisitum, non valet decretum: quia non liquet iudici illud, quod liquere debet, vt ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor. hanc partem tenet Bar. expresse in d. l. sciendum. quia ista discussio non potuit fieri loco, & tempore confecti instrumẽti. i. tempore decreti: nec est credendum tutori, & maxime quia iudex debet se informare ex rationibus pupilli, & ex inuentario, vt d. l. magis puto. §. in primis. & quia magis præsumitur pro inuentario, quam pro contraria exceptione tutoris, vt l. fi. C. arbitrium tutelæ. & sic contra præsumptionem solennitatis est alia præsumptio scilicet, quòd extarent mobilia, non statur præsumptioni. ff. de in integ. restitu. l. diuus. Solu. licèt pupillus potuerit habere pecuniam, & mobilia, tamen tempore interpositionis dicti decreti potuerit dicta pecunia esse consumpta: & similiter de rebus mobilibus. tamen quia pręsumuntur extare, ex quo contrarium non probatur, vt C. de probatio. l. ex persona. & ff. qui satisdat. cogan. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. dico, quòd dictum decretum, & dicta venditio non tenuit. tamen quia dicta pecunia fuit conuersa in vtilitatem pupilli, competit emptori retentio rei emptę, donec sibi reddatur precium antedictum, vt not. C. commodati. l. sub prætextu. per Cyn. & alios, & ff. de cond. inde. l. si non sortem. §. si centum. & ff. de pigno. actio. l. eleganter. §. qui reprobos. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXVII.

1 *Dominium, & possessio an per inuestituram acquiratur ecclesię.*
2 *Hospitale ædificatum per quem præsumatur ædificatum.*
3 *Edium nomine an contineatur fundus.*
4 *Possessio, & dominium qualiter probetur.*
5 *Confessioni serui quando stetur.*
6 *Ex confinibus rerum declaratur ipsa res.*
7 *In interuersione requiritur animus.*
8 *Censum, vel tributum debens an sit dominus vtiliter, & directo, & an cadat a iure suo, si tributum non soluerit.*
9 *Appellari an possit ex possessorio.*
10 *Executio facta appellatione pen. debet retractari.*
11 *Hospitali dirupto, & funditus destructo an duret ius patronatus.*

In Christi nomine. Otto præcedens se inuestitum ab Abbate Sancti Petri cum annulo aureo de quatuor perticis terrę refutauit dictam inuestituram in manibus dicti Abbat. & dictus Abbas acceptauit causa faciendi ibi vnum hospitale in honorem dei, quod deberet ædificari per quendam fratrẽ Gandulfum, cui præfatus Abbas donationem fecit de dictis quatuor perticis terræ, retinens dictus Abbas in se nomine dicti monasterij ius patronatus, & instituendi magistros in dicto hospitali sub cẽsu annuo vnius libræ candellarum, & isti
1 contractus fuerunt celebrati 1262. † Hic primum quæritur, quia non apparet de aliqua tradi. possessionis, an dicto monasterio Sancti Petri sit aliquod ius acquisitum: & videtur, quod non, quia dominium, & possessio non probantur per instrumentum inter alios factum: licèt contractus, & obligatio probent inter contrahentes, vt ff. de acqui. pos. l. prędia. & extra de fide instrumen. capitu. inter dilectos. §. fin. & hoc verum, si sub iuramento calumniæ negetur dominium, & possessio, vt no. in Spe. de loc. §. nunc aliqua. versic. 52. quæritur idem, si sub iuramento calumniæ dicit quis se ignorare: quia factũ est antiquum: quia ex titulo solo non probatur dominium. si autem constaret de dominio, satis esse in ecclesia, vt C. de sacrosanc. eccle. l. fina. imo dicunt quidam, quòd etiam possessio pręsumeretur, vt in cap. 11. 2. extra de consue. sed ibi interuenit traditio facta ex consuetudine loci. Quidam etiam dicunt, quòd per renuntiationem non transfertur dominium, argumen. C. de transac. l. si pro fundo. Barto. tangit istum passum. ff. de acqui. pos. l. quę nobis. tamen hęc opin. reprobatur per glo. C. de proba. l. cum res scilicet quãdo de dominio agitur directo, seu principaliter nam sicut alia est essentia dominij, alia possessionis: ita alius est modus probandi possessionem, vt ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil commune. super isto igitur primo puncto cõcludo, quod ex narratis nulla surgit probatio pro ecclesia Sancti Petri, nisi quod adiuuaretur per alia instrumenta: quia sępę per adiunctum probatur, quod per se solum non probatur, vt ff. de rei vẽdi. l. quędam mulier. & C. de acqui. pos. l. minus instructus. nam antecedens trahit ad se consequens, & econuerso. Item a primordio tituli posterior formatur euentus, vt l. 1. C. de impo. luc. descriptione. & hoc quantum ad primum punctum.

Ad idem. CONSILIVM CCCLXXVIII.

In Christi nomine. Sequitur aliud instrumẽtum factum anno 1319. die 27. Septembris: in quo continetur, qualiter Abbas dictę ecclesię asserens hospitale Sancti Antonij ędificatum super territorio antedicto pleno iure spectare, & pertinere monasterio antedicto tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, eligit in ministrum dicti hospitalis quendam fatiolum cum onere dandi census, presupponitur tamen, quod non apparet, quòd ipse fatiolus rexerit dictum hospitale, nec soluerit dictum censum. Item quòd nõ apparet, quis dictum hospitale ędificauerit, nec quòd fuerit ędificatũ super dicto territorio, nisi quatenus resultaret ex verbis dicti instrumenti. respondeo, vt supra, quia res inter alios acta alijs non facit pręiudicium, nisi dictam ecclesiam se possedisse probet, vt in regula iuris. quid autem sit probandum, ponit Specu. in titu. de locato. §. nunc aliqua. versicu. 56. & versicu. 58. quęritur.
2 & patet. ff. de publi. l. si eum quis si duobus. & §. fin. † sed hic restat videre, si apparet hospitale ędificatum, per quem pręsumatur ędificatum, & videtur dicendum, quod pręsumatur ędificatum per eum, qui tenebatur ędificare, ar. C. de ali. pupil. pręstan. l. fi. nam ipsa natura probat hospitale constructum: & ratio dicat, quod pręsumatur factum ab eo, qui facere debebat, vt probat Barto. ff. de verbo. obli. l. cum seruus. & ista ratio multum facit pro Abbate. est. n. cõtinuatiua superioribus instris, & plurimum adiacens veritati, tamen nõ extendit se vltra cor-
3 pus hospitalis: & cum alio territorio nihil habet cõe, † quia nomi-

noie ędium non continetur fundus, vt ff. de act. empt. l. fundi nihil. & l. granaria. ff. de vsucap. l. eū, qui edes. licèt aliquādo contineantur horti coniuncti ipsis ędibus, vt ff. de seru. vrb. prædio. l. ulympico. & ff. de leg. 1. l. prædijs. §. pe. & fi. & hæc accessio est extrinseca, non intrinseca, quia non continetur in propria diffinitione substantiali, sed habet proprium corpus, & propriam substantiam. huic adiungo, quod dictum hospitale est funditus destructū, de quo infra dicā. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCLXXIX.

In Christi nomine. Sequitur, q an. dñi 1328. de mēse Nouemb. idem Abb. instituit in perpetuum fratrem Guidonē, & cęteros socios ordinis Sācti Antonij nomine, & uice domus, & ordinis Sancti Antonij Vienensis de quadraginta perticis terræ super quibus erat vna ecclesia constructa sub vocabulo Sancti Antonij cum certis domibus ibidem adiacētibus, sub censu flore. nouem, pacto apposito, quòd idem inuestiti facerēt dictam inuestituram confirmari tā per Papam, quàm per generalem Abbatem Sancti Antonij Vienensis: de qua tamē confirmatione non apparet, bene apparet confessio, quòd dictus Abbas fuit confessus se recepisse a fratre Guidone nomine dominorum Sancti Antonij pro cēsu flor. nouem. Item apparet quoddam aliud instrumētum alterius solutionis nouem florenorum. modo quęritur, utrum ex istis probetur ius
4 dicti Abb. † & vr̄, q sic, quia quotiens ex facto serui acquiri-
5 tur dño, † statur confessioni serui, vt ff. de manu. l. Cayus. ff. depositi. l. quod seruus. ff. de re. iu. l. ex qua persona. igitur Abbas Sancti Anto. Vienensis, & ēt fratres dicunt stare instrumētis celebratis inter fratrem Guidonem, & dictum Abbatem Sancti Petri. Præterea ex longa possessione præsumitur dicta confirmatio, argu. ff. acqui. hære. l. qui in aliena. C. de peti. hære. l. si filius. & ex solutione census præsumitur causa, vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & ex præcedente titulo datur intelligi subsecuta possessio, vt ff. de rei ven. l. q̄dam mulier. C.
6 de acqui. pos. l. 2. ff. si serui. uendicetur. l. si a te. l. † & ex confinibus rerū positis instfis ipse res declarantur. ff. de censi. l. forma. ff. de rei uēd. l. si in rem agat aliquis. Item duo adiacētia p inspectionē oculorum possunt conprehendi. sunt. n. suburbanæ deseruientes vrbanis, sine quibus principales vrbanę non bene se habent. & intra corpus earum, vel iuxta corpus ipsarū situatæ, vel eius deputatæ: sicut in simili dicimus de suburbijs ciuitatis, vt plene no. in c. ciuitas. de sēia exc. lib. 6. & l. 2. ff. de ver. sig. Item quod oculus vidit, nemo faciliter negat. & extrinsecus q̄ patent expresse, non est probare necesse, ff. fi. regun. l. si irruptione. §. ad officium. & C. fin. reg. l. si quis super. hēc hic fuerunt expressæ certę domus tanq̄ adiacentes, & ideo adiacētia non debent aliter probari, quia rei demonstratæ frustra arguitur demonstratio. ff. de le. 3. l. Patro. §. 1. ff. de do. p̄leg. l. 1. in fi. ff. si cer. pet. l. certum. In 3cium vr̄, quia ex omnibus istis non probatur possessio, nec inuestitura corporalis; vt in c. 1. de consue. recti feudi. & ff. quib. mo. vsufru. amitt. l. Pomponius. C. de dona. l. censua. ff. de acq. rerū do. l. quæ quisque. de fi. inst. l. inter dilectos. in fi. Item non apparet de mandato, vel ratihabitatione, ff. depositi. l. si quis inficiatus. ff. de neg. gest. l. si ego. & q sit sine mandato, non præiudicat dño, nisi ratihabitio comprobetur: quia ratihabitio facit negociū nostrum, quod est nostra contemplatione gestum, vt ff. de ne. gest. l. si pupilli. §. idem ait. nec dr̄ interuertere possessionem, qui hoc negat: ex quo nunquam hoc nomine possedisse pro-
7 batur. † requiritur. n. ad interuersionē factū ad animum spoliandi, vt C. de acqui. pos. l. fi. ff. de vi, & vi. arma. l. colonus. ff. de rest. spo. l. olim causam. Videamus, & præsupponamus nō solum vera, sed ēt probata oīa, quæ dictis instfis continentur. Quęro, quod ius resultat vtriq; parti ex inuestituris, & confessionibus supradictis: & an ordini, & dominis Sancti Antonij sit acquisitum directum dñium, conditionatum tñ. l. censuale, an vtile, seu emphyteoticum: nam in dictis instfis non fit mentio de reseruatione dñij facta per Abbatem Sancti Pet. ergo dictæ 40. perticæ terræ pertinent ad dominium directum, & totale S. Anto. Vienensis, quia 5ctus cēsualis perpetuus est mista cā transferendi dñij directi, & totalis, licèt cū onere tributi, seu census, vt C. de sac. san. ecc. l. placet. nam ista stant simul, q quis soluat tributum, si tamen habet directum dominium, vt C. de vsuca. transfor. l. j. sicut quis habet dominium, & tñ p̄stat alij seruitutem. nam præstatio census est quædā seruitus, ar. ex̄ de elec. c. quærelā. dicūt doc. in d. c. olim causam. super verbo, tres solidos censuales. nota, q per retentionē pensionis non retinet dñium: alias superfluum esset, quod sequitur: dñium nihilominus &c. de hoc s̄. in tit. 1. c. fi. de re iudi. c. cum Bertoldus. de religiosis domib. c. constitutus. de appellationibus. c. bone. el 1. dicit Bar. in l. 1. §. hic titulus. ff. de pu
8 bli. † q si census, vel tributū debetur alij q̄ fisco, puta priuato ciuitati, vel ecclesiæ, tunc ille, qui debet. s. censūm, est dñs vtiliter, & directo: & si non soluit censum, non cadit a iure suo. allegat dictum c. constitutus. & dicit, q hoc ęst notabile, & q non præsumitur contractus emphyteoticus, nisi ille, qui concesserit, reseruauerit sibi ius in re. ex his concluditur manifeste, q ecclesia S. Petri nullum habet dñium, neq; possessionē legitimam in dictis terris, & domibus posito sine præiudicio veritatis, q census deberetur, vt ff. de iudi. l. fideio. §. tractatū, versi. qui tñ. Amplius sciendum est, q ea, quæ relinquūtur cōtemplatione beati Anto. cum relinquens nō esset alias relicturus, acquiruntur ipsi beato Anto. nec est necesse, q appareat, q ille, cui est hac contemplatione relictum, sit frater dicti ordinis, vt ff. de vul. substi. l. si plures. §. in arrogato. ff. de annu. leg. l. annua. §. 1. & etiam ecclesiæ potest acquiri per quēcunque catholicum, tanquā per subiectū ipsi catholicę, & vniuersali ecclesiæ, in cuius potestate spirituali sumus omnes: quia domini est terra &c. hoc probatur prima quęstione. septima. c. quotiēs cordis oculus. Demum sequitur, q aliud instrumētum, in quo continetur, q pręfatus frater Guido asserens infrascriptam domum peruenisse in dicto hospitali titulo legati, de quo tamē non apparet, inuestiuit ad fictum perpetuum de prædicta domo, de qua ad præsens est quæstio, per quēdā Iac. fornatium in 1337. Item aliud instrumētum confectum in 1339. in quo continetur, q dictus Iacobus uendidit dictā domum domino Carbono cum onere soluendi fictum: & q dictus dominus Carbonus fuit inuestitus nomine dicti hospitalis per pręfatum dominum Guido. anno 1340. die &c. & quòd post dictam inuestituram præfatus Carbonus soluit dictum fictum dicto fratri Guidoni. Modo quæritur, quid iuris resultet ex dictis instrumentis, præsupposita possessione dicti Carboni: & non est dubium, quòd resultat publiciana: qa Carbonus possedit titulo, & bona fide, vt legitur, & not. ff. de vsucap. l. census. & si fuissent decursi 40. anni, esset quæsitum dominium, vt C. de sacrosanc. eccle. authent. quas actiones. deinde subiungitur quædam inuestitura verbalis versus fratrem Benedictum ordinis Sancti Antonij. sed dico, quod ex dicta inuestitura dicto Abbati Sācti Petri, seu monasterio suo non est ius acquisitum, quia non potest religiosus, cum sit seruus monasterij sui, suo monasterio præiudicare, vt C. de pac. l. seruus. & precipue quia postremus hæres dicti Carboni inuestitus Franciscum de florentia de dicta domo: quod potuit, etiam si non potuisset habuisse, nisi vtile dominium ex contractu censuali, vt ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. ff. de lega. 1. l. si domus. §. fina. examinatis igitur contractibus veniamus ad materiam iudicij. & loquendo realiter, veritas non constat mihi, quòd dictus Abbas habeat ius, sed dictus Francis. & nisi aliud viderem in facto, ibi iure videtur mihi certissimum, secundum ea, quæ proponuntur. & non restat, nisi videre de appellatione, vtrum a sententia lata pro dicto Abbate in possessorio recuperandæ possit appellari: & an executio eius debeat retractari: insuper ex abundanti an destru-
9 cto hospitali duret ius patronatus. † Circa primum an possit appellari, videtur dicendum, q non de iure ciuili, si sit merū possessorium, vt C. de sen. & interlo. om. iudi. l. post sent. C. si de momen. pos. l. vnica. sed de iure canonico potest appellari: pręsertim si causa rationabilis exprimatur in appellatione, vt extra de resti. spo. capit. cum ad sedem. & c. ex conquestione. & de testibus. capit. significauerunt. de rest. autem in inte. non est dubium, q minor, & ecclesia pñt petere, si sunt enormiter lesi, plene disputatur, & notatur in d. l. vnica si de momē. pos. & satis probatur. C. de iudicijs. l. properandum. in fine.

ne. coniuncto eiusdem legis prin. & succurratur minori, & ecclesię da iure speciali, quare non eodem modo succurritur de iure communi, implorando auxilium superioris. Item si esset possessorium recuperandæ, & sententia per iudicem extra hæretur ad constitutionem legis si quis in tantam. fortius, & iustius esset dicendum, ꝙ posset appellari, ne proprietati fieret præiudicium, arg. ff. de appel. l. creditis. §. iustus. hoc notatur in Spe. de appel. §. in quibus. versi. 6. & versi. sed nunquid. licèt Archi. super hoc multa scripserit. 2. q. 6. §. sunt & quo-
10 rum. versu, si de possessione. † Tñ ista est veritas, & ideo executio facta appellatione pendente debet per viam attẽtorum reuocari, vt in c. non solum. de appel. li. 6. dicit In. ꝙ si totum
11 cassat, ergo & executio, de offi. deleg. c. pastoralis. Venio † ad vltimum punctum de hospitali dirupto, & funditus destructo: & dico, quòd per ipsum non potest præsentari rector, quia est aridum, & siccum, vt ff. de seruitu. rusti. prædio. l. & Attilianus. nisi ad gubernacula bonorum ipsius, & ad spem reficiendi, argum. ff. de lega. 1. l. domos. & l. si domus. & ff. de pigno. l. Paulus. §. domo. nam emphyteusis durat in ipsis bonis, quæ casmate non perierunt, vt C. de iure emp. l. 1. & argumẽ. ff. de condi. inde. l. qui exceptione. §. si pars. reliqui enim retinent nomen hospitalis: & quod superest alimentia hospitalarijs, ministrabitur pauperibus, vel conuertetur in rędificationem hospitalis, si sit possibile reparari. text. alibi dicit, quòd conducetur domus, in qua interim seruetur hospitalis, in Authenti. de eccle. titu. §. si quis ædificationem. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXXX.

1 *Reductioni ad arbitrium boni viri an possit per pactum renuntiari.*

In Christi nomine. Pręmitto, qđ ista fuit q̃stio antiqua: an per pactum quis possit renuntiare reductioni ad arbitriũ boni viri. & Iaco. de Are. tenet, ꝙ sic eo modo, videlicet quòd fiat pactum liberatorium de non petendo, & de non exercendo ius tale reductioni in casu, quo contingit talem reductionem competere, vt in simili. ff. de liberatio. leg. l. non solum. §. fin. & l. si rationes. & ff. de pac. l. si vnus. §. illud. & in ista forma dicit Cyn. Dyn. vero simpliciter tenuit tali reductioni renuntiari non posse, in capitu. scienti. de reg. iur. lib. 6. & ff. de verbo. ob. in l. quidam cum filium. dicit enim, ꝙ semper videtur tacita conditio, si ęquè fuerit arbitratus. Iaco. But. tenuit, ꝙ valeat talis renũtiatio nisi dolus ex animo arbitratoris procedat: sed vbi læsio non interuenit re ipsa, dicit pactum seruãdum, & valere. nec obst. ratio. Dyn. secundum eum: quia verum est, ꝙ tacita conditio subintelligitur, nisi aliud exprimatur: nam ex conuentione alteratur tacita compromissi natura, vt videmus in simili stipulatione prætoria. ff. de ver. obl. l. in conuentionalib. Bar. tenet simpliciter cum Dy. quia si pactum valeret; arbiter, vel arbitrator induceretur ad delinquẽdum. sed ista ratio non multũ valet, quia iã faceret, ꝙ si appareret de dolo arbitratoris, ꝙ pactũ nihil operaretur, vt C. de arbi. l. 3. quicquid sit, oĩs obligatio est, ꝙ quæconq; verborum cautela sit apposita, pp enormem læsionem potest peti reductio: quia de verisimili hoc non senserunt cõpromittẽtes, ꝙ eos arbiter, vel arbitrator enormiter læderet, ar. ff. mandati. l. creditor. §. L. nc. & ff. de trãsa. l. cum Aquilia. nec ob. dicta lex non solum. §. fi. & l. si quis rationes. quia loquuntur in actu liberi. s. legato: sed nos in cõpromisso, in quo partium intentio non ast donare: nec. n. venirent ad arbitrum, vel arbitratorẽ, si talis eorum fuisset intentio. imo intendentes suum ius prosequi ad eũ accedunt: & ideo non debẽt ab eo decipi, de quo confidunt, arg. ff. de transa. l. qui cũ tutoribus. §. qui per fallaciam. & ff. de pac. l. tres fratres. simile videmus in libero arbitrio dato, & l. quia in pręiudicium alterius nõ est trahendũ, vt ff. de test. mili. l. 1. & l. in fraudẽ. & facit quod no. in cle. sępe. de ver. sig. Secundo præmitto, ꝙ vbi arbitrator enormiter lædit partem, præsumitur ex aio, & dolo fecisse, vt no. ff. de p̃to. stip. l. fi. & per Bar. ff. pro socio. l. si duo societatem. §. arbitrorum. ex supradictis sequitur, quamcunque opinionem teneamus, cum hic partes enormiter fuerint læsæ, arbitrium reducendum. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXXXI.

1 *Licentia data arbitro debet intelligi plena, sed cum fide.*

In Christi nomine. Concessio arbitrij licèt plenarie debet intelligi, hoc modo. s. plene quidem, sed ex fide. ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. & ideo quod perfide, & enormiter gestũ, est, debet arbitrio iudicis corrigi, si manifeste iniquitas apparet, vt ff. pro socio. l. vnde si nerua. ff. de ope. libe. l. si libertus, ita de iureiu. c. quintauallis. & in c. scienti. de reg. iu. per Dy. C. de arbitris. l. pe. per Cy. & ideo si arbitrator enormiter modum excessit, vel totaliter, vel vt multum, vel totum cassabit, vel factum vltra modum reducitur ad modum, siue interuenerit dolus, siue lata culpa, quæ dolo comparatur: puta si interuenerit error supinus. ff. si messor falsum modum dixerit. l. 1. §. 1. dicet aliquis, laudum est species transactionis, vt no. in Authen. vt differentes iudices. §. 1. ergo standum est, licèt interuenerit magna læsio. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. fi. Solutio, ibi loquitur in vera transactione, quam partes faciunt per se. Sed si arbitratori data est potestas transigendi, & perperam transigit, bene potest peti reformari, quod contra ius ligatorum, & contra spem eorum factum est, vt notatur. ff. de verb. signification. l. illa verba. & C. de contrahenda empt. l. finali. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXXXII.

1 *Condemnati ad mortem efficiuntur serui pęna. sed an possint facere testamentum.*
2 *Executio corporalis facta contra ius constitutionis non inducit seruitutem pœna, nec inhabilitatem testandi.*
3 *Sententia lata ad mortem an trahat secum executionem.*
4 *Feudatarius occidens alterum confeudatarium an tam ipse, quàm eius filij priuentur feudo ipso iure, vel per sententiam.*
5 *Feudatarius, qui expulerat feudatarium, an cadat a iure suo.*
6 *Impetratio facta ab illo, qui per vim expulit consortem de castro communi, an valeat.*
7 *Adiens hæreditatem an debeat esse certus de morte: & qua certitudo requiratur.*

1 In Christi nomine. † Dicit lex, ꝙ condemnati ad mortẽ efficiuntur serui pœnę, nec possunt facere testm̃. ff. de testa. l. eius, qui. §. hi vero. & est duplex ratio. s. quia carent bonis, & statu libertatis: non ergo testantur, vt pote nec dñi rerum. nõ .n. valet testamẽtum eius, qui nulla bona in ciuitate reliquit, vt ff. de vul. sub. l. lex Cornelia. nam cum capite fortunas omnes admittit, vt ff. de bon. pos. secundum tabulas. l. qui ex liberis. §. testõ. prędicta probantur. ff. de iniu. testa. l. si quis filio exhæredato. §. sed & si quis. Ioan. And. tenet, ꝙ etiam ad pias causas, vel super restitutione vsurarum non possit testari, vt valeat iure testamenti, vel codicillorum, ut ipse plene not. in capitu. quanquam. de vsuris. lib. 6. in nouel. & disputãdo ita fuit determinatum. Sed est aduertendum, quòd illa ratio, quę redditur in textu in d. §. & si quis. ibi, dum dicit, nam pœnæ seruus efficitur. est correcta secundum glo. ibi positam. nam licèt sint obnoxij pœnæ, non tamen sunt serui pœnæ: quia hodie nemo bene natus. i. ingenuus ex supplicio efficitur seruilis conditionis, vt in Authen. de nup. §. quod autem. licèt contrarium notetur. ff. de pęnis. l. qui vltimo. si ergo tenemus gl. quæ est in dicto §. sed & si quis. correcta ratione illorum tex. cessat lex prohibens, vt l. adigere. §. quamuis. de iure patrona. & ff. de adulte. l. quòd ait lex. sed certe licèt corrigeretur vna ratio, remanet alia. s. quia nulla bona in ciuitate reliquit: cum eo naturaliter mortuo succedat dispositio authenticæ bona damnatorũ. sed hic est considerandũ, ꝙ decedens pẽdente tẽpore appellandi non dicitur decedere sine bonis: quinimmo morte eius appellatione pendente extinguitur iudicatum, ac si esset appellatum, ut singulariter not. ff. de accusatio. l. ex iudiciorum. quia beneficium appellationis appellatione pendente

dente idem operatur, quod appellatio solenniter interposita, vt no. in l. 1. ff. nil nouari appel. penden. sed certum est, quod appellatione interposita, siue fuerit recepta, siue non, morte cõfirmatur, vt d. l. si quis filio. §. hi autem omnes. ergo & testamentum huius, de quo quæritur, qui fuit immediate post sententiam decapitatus, fuit morte confirmatum. sed argu. ff. de don. inter virum, & vxorem. l. sed interim. & sola cõfessio nõ tollit ius appellandi, quia posset reuocari, vel excusari in causa appella. vt no. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. verbi gratia, si pro recuperatione suæ possessionis, cum ei alia ciuilis efficacia deficeret, vsus est victricibus armis in rixa, vt no. C. de iudæis. l. nullus facit. ff. ad l. Aquil. l. ex plagis. §. tabernarius. & C. ad l. Iuliam de vi. l. quoniam multa facinora. & C. vnde vi. l. 1. nam ferro sananda sunt vulnera, cum fomentarum non suscipiunt disciplinam. si autẽ esset casus, in quo de iure non posset appellari, ita quod appellatio esset irrita ipso iure, tunc cõmunis opin. est, quod testamentum non valeat. ad prædicta facit. ff. de appel. l. non tantum. C. quorum appel. nõ reci. l. 2. C. de appel. l. aditos. cum simi. Porro qui se illicite defendit, potest offendi cum moderamine tamen, si potest moderamen adhibere, vt C. de his, qui ad ecclesi. confu. l. si seruus. sciẽdum est etiam, quod si sententia esset ipso iure nulla, nõ est dubium, quin valeat testamentum, vt d. l. si quis filio. §. quod si quis. & l. 2. ff. de

2 pœnis. † Et per prædicta apparet, quod executio corporalis facta contra ius constitutionis non inducit seruitutem pœnæ: nec inhabilitatem testandi. ff. de testamen. l. qui a latronibus. & facit quod no. in l. pe. ff. de condit. ob causam. si bona non fuerunt expresse adempta. & in ca. 1. §. fina. de milite vasallo, qui contumax est. & extra de accusa. capitu. cum dilecti. & not. quod Barto. secundum Iaco. de Are. in d. l. ex iudiciorum. dicit, quod si damnatus non appellat, imputet sibi. sed non dicit verum, quia beneficium dilationis. 10. dierum nemini est auferendum: & iste vsque ad vltimum vitæ spiritum incluse habet tẽpora appellandi, cui non potest in causa capitali renuntiare, vt no. ff. de pactis. l. pactum. licèt assessores de consuetudine non obseruent hanc dilationem. 10. dierum ad appellandum. capit.

3 idultum. de reg. iur. Sed contra prædicta videtur, † quia sententia lata ad mortem statim trahit secum executionem habitu, licèt non actu: idem intellectualiter, licet nõ materialiter, quia nondum mortuus, qui viuit, vt no. l. qui duos. ff. de manu. test. Nam adhuc indiget cibo, & refectione. ff. de capi. dimi. l. lectum. ff. de re iud. l. si victum. tamen statim sententia adimit statum, qui in iure consistit. i. libertatem, vt not. ff. de pe. l. qui vlt. & ibi plene hoc dr per Bar. qui et dicit, quod de consuetudine nullum expectatur spacium appellandi: quod fortificatur ratione, quia talis s͠nia non fertur, nisi in confitentẽ: & confessio facit notorium: & contra notorium non admittuntur libelli querimoniales, vt no. in c. Romana. de appel. li. 6. sed illud intelligitur, vt ibi no. Spe. dicit, quod infra tempus appellandi nõ potest fieri executio corporalis, & quod antequam possit fieri executio corporalis, statim sequitur, quod hodie non fiet seruus pœnæ: & si moritur interim, valeat testamẽtum, ac si esset mortuus appellatione interposita: quia si non perdit interim bona, ergo non perdit statum idest libertatem, quia qui perdit libertatẽ, nulla bona in ciuitate relinquit: vt ff. de vul. sub. l. lex Corne. Breuiter si volumus credere glossatori. Spec. testamentum valeat, & celeritas mortis non pertinet ad ius testandi. dicit Bar. quod dilationi inductæ a lege non potest renuntiari in causis capitalib⁹, vt ipse no. ff. de pub. iud. l. custodias. in fi. q. d. secus si essent concessæ ab homine. i. ministerio iudicis. sed nunquid possit renunciari instr̃is: & vr̃, quod nõ, nisi sint suspecta, vel negentur vera vt C. de fi. inst. l. si aduersarius. l. fi. ex prædictis apparet, quod celeritas executionis non tollit beneficium dilationis de iure, licèt tollat de facto. Quo ad secundũ

4 punctum proponitur, † quod vnus ex feudatarijs interfecit alterum, qui erat germanus, siue patruelis ipsius. Quæritur, vtrũ interficiens, & filij sui per hoc ceciderint a iure feudi? Et dicendum est, quod per sententiam ille, qui fratrem suum occiderit, feudi amissione priuatur, & ad dominum reuertitur, vt in cap. 1. similiter. quib. mod. feud. amitta. non tamen ipso iure, sed per sententiam coniuncta culpa, vt in ca. sanci. quo tempore miles. eadem collatione. & in capi. 1. §. denique. quę fuit prima causa beneficij amittendi. & in capitu. si vasallus culpam. Si de feudo controuer. fue. & in capitu. 1. an ille, qui interfecit fratrem domini sui. & in capitu. imperialem. §. callidis. super verbo, amittat. de prohibitio. feu. alie. per Federic.

5 † Sequitur videre, vtrum Cabriotus, qui expulerat Nicolaũ, ceciderat a iure. respondeo, vt dixi, sentẽtia requiritur, vt not. C. vnde vi. l. si quis in tantam.

6 † Item quæritur, nũquid teneat impetratio facta ab illo, qui per vim expulit consortem de castro communi. & glo. ordi. determinat, quod non, & ponit exemplum in comite Bartoloto. C. de fundis, & saltibus rei dominicæ. l. si qua loca. lib. 11. & est expressum. C. vnde vi. l. autoritate.

7 † Sequitur aliud punctum, quia nescitur, si filius viuit, necne. respondeo, qui adit hæreditatem, debet esse certus de morte, vt C. de captiuis. l. nec nos. tamen non semper requiritur certitudo per visum, quia per locum & cõiter accidentib. probatur mors, vt no. C. so. ma. l. si quidem. & l. qui ex liberis. in prin. de bo. pos. secundum tab. Ego Bald.

## CONSILIUM CCCLXXXIII.

1 *Signum crucis an sit de substantia inuentarij.*
2 *Solennitatis leuis non est, si lex vltra procedit annullando.*
3 *Proœmia non sunt de substantia.*
4 *Inuentarium ab inueniendo dicitur.*
5 *Citatio absentium an in confectione inuentarij requiratur.*
6 *Signum crucis in quacunque parte instrumenti appositum an sufficiat.*
7 *Inuentarium si non sit inchoatum infra mensem, sed solenniter consummatum infra alios duos menses, an sit satisfactum iuri.*
8 *Bona fides excusando multa supplet.*
9 *In confectione inuentarij requiritur iudicis præsentia, & non eius decretum.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, an signũ crucis sit principium inuentarij, an vero sit quoddam præludium eius, siue quædam præfatio, vel exordium: & an sit de substantia formę inuentarij, itaque si hęc solennitas non seruatur, inuentarium sit ipso iure nullum: & hęres perinde teneatur insolidum, ac si perinde inuentarium nõ fecisset, & super hoc duæ sunt opiniones: vna continet rigorem, quia tendit in pęnam: & ista rigida, quæ opinio tenet, quod inuentarium non valet, quia ista solennitas non est modica, quia est introducta in honorem Dei, vt ff. de aur. & ar. le. l. Tritia. §. fi. Item signum crucis facit deũ esse testem, vt in Auth. quib. mo. na. effi. leg. §. quantum. Item: qui facit signum crucis, aspiciendo hoc terribile signum in mẽtem habet, ne committat dolum, vel fraudem: sicut interdum euangelium ante oculos positum facit, quod videtur iuratum sacrosanctis tactis scripturis.

2 † Item quia lex vltra procedit annullando: dicit enim, si præfatam obseruationem solidauerint, idest insolidum omnia capitula obseruauerint, tunc habeant beneficium inuentarij. & non aliter. C. de iure deliberan. l. fina. §. & si præfatam. illud autem non est de leui solennitate, qua non interueniẽte, lex vltra procedit annullando, vt ff. de transactio. l. cum hi. §. si pretor. Item Spec. qui habuit experientiam totius practicæ vtriusque iuris, & qui bene nouit scripta antiquorũ, ponit signũ crucis in instr̃o inuentarij. in Spe. de instr. edi. §. dicto ad finem. In contrariũ vr̃, nam istud signum Crucis ideo præmittitur, ne illotis manibus ad inuentarium procedatur. ff. de orig. iur. l. 1. non quod ip-

3 sum signũ crucis sit de inuentario: † & præludia omissa non vitiant, quia proœmia non sunt de substantia, ut no. in Authẽ. in medio litis non fieri sacras formas. §. fi. & per Bart. ff. de test.

4 l. si quærimus. † Præterea inuentarium dr̃ ab inueniendo, vt C. de bonis vacan. l. fi. C. arbitrium tutelæ. l. vlti. C. de bonis proscriptorum. l. si quis intra. C. de episco. & cler. l. nulli. sed per signum crucis nihil inuenitur, ergo non est de corpore inuẽtarij, argumen. C. de ferijs. l. a nullo & C. de codicillis. l. si idẽ. Præterea in inuentario tutoris, curatoris, orphanotrophi, & similium signum crucis non est de substantia: & tamen si nõ faciunt inuentarium, præsumuntur subtraxisse, & animo celandæ veritatis in inuentario omisisse. ff. de administratione;



tuto. l.

tuto. l. tutor, qui repertorium. C. de admi. tuto. l. tutores. ergo a simili idem in inuẽtario hęredis. praeterea legis intentio vna est. s. vt veritas elucescat: qua habita alia superficialia nõ curantur, quia non sunt de esse, licèt sint de bene esse, vt C. de fideicom. l. quaestionẽ versus. lex enim, & ista opinio sapit naturalem aequitatem: nam poenae, quae surgunt, si omittitur solennitas, tamen si seruatur veritas, non sapiunt bonam, nec rectam conscientiam, vt no. in c. quanquam. de vsuris. lib. 6. in nouel. hanc opi. tenet Cy. C. de iure deli. l. fi. quia haec solennitas licèt non sit leuis pp dei reuerentiam pleniorem, tñ nõ est grauis, & ideo omissa non vitiat, vt l. 1. in fi. ff. de ven. inspi. & arg. in l. 1. C. de formulis. dicit apostolus, quicquid facitis, in nomine dñi nři Iesu Christi facite. & tñ illa verba, in nomine domini. non sunt de substãtia, quia sufficit dicere, hęres esto, vt l. 1. ff. de haere. insti. licèt notarij de stilo cõi ponant: tamen illi, qui actum conficiunt, non habent necesse ista verba proferre, vt no. 23. dist. c. in nomine dñi. Item beneficium inuentarij prodest iudaeis, & saracenis populo Romano subiectis: & tamen illi pp eorum superstitionem non faciunt signũ crucis: & absurdum esset, q̃ isti essent melioris conditionis, quàm nos, qui Iesum Christum dei filium catholice profitemur, vt C. de Iudęis. l. Iudęi Romano. imo in multis Iudaei sunt deterioris conditionis, quàm veri Christiani, cum Synagogae Iudaeorum nõ possint allegari per Christianos, vt cultus eorum approbetur. C. de Iudaeis. l. quod Cornelia. nec ad ciuiles honores, vt C. eo. l. fi. ex his sequitur, q̃ signum crucis nõ est proprie initium inuentarij: quia non proceditur per ipsum signũ ad aliquid substantiale inuentarij. & ideo errare videntur aduocati, qui dicunt, talis pro principio inuẽtarij fecit signum crucis. Item ponunt haeredem in magno periculo: quia hęres crederet sibi superesse tres menses, vnum ad inchoandum inuentarium, & alios duos ad perficiendum. nam secundũ opi. Spe. statim, q̃ est inchoatum, currunt duo menses, vt d. §. onerosa. & sic perfectum post duos menses nihil prodest: quia q̃n lex vltra procedit, non potest purgari mora tamen aequior esset opi. q̃ deinde elapso primo mense currerent duo alij menses: quia quicquid facit infra mensem, antequam perficiat, dicitur inchoare, donec sit perfecta: & testamentum dicitur inchoatum, donec sit consummatum, vt ff. de vsuca. l. ceptam.
5 & ff. de leg. 3. l. fideicommissum. §. 1. Modo sequitur. † videre, quia in prin. inuentarij non fuerunt citati absentes, vtrum per hoc vitietur inuentarium. videtur, q̃ sic, vt in Authen. de haere. & fal. §. si vero absunt. Solutio; dico, q̃ si in inuentario inchoato potuit committi fraus, non valet inuentarium: sed si non potuit committi fraus, vt in appositione rerum stabilium, vt C. quando, & quibus quarta pars debetur. l. 2. tunc non requiritur citatio, quia non interest, nec interesse potest absentium: & quia quod potest fieri eis inuitis, potest fieri eis
6 non citatis, vt no. ff. de bo. pos. l. 3. §. pe. † Subsequenter quaeritur, nunquid sufficiat apponere signum crucis in quacunque parte instrumenti: & videtur, q̃ debeat apponi in prin. ad instar tituli, vt no. in l. 1. C. ne liceat potentioribus. In cõtrariũ, q̃ in fine inuentarij ad instar subscriptionis. C. qui testa. face. pos. l. hac consultissima. §. fi. solutio, sufficit in quacũque parte instrumenti fiet. C. de insti. & substi. l. pe. de appel. c. secun-
7 du requiris. † De vno quaeritur, si inuentarium non fuerit inchoatum infra mensem, sed solenniter consummatum infra alios duos menses, an sit satisfactum iuri: & videtur, q̃ non, quia primo termino non est satisfactum: & quotiẽs lex requirit plura ad vnum effectum consequendum, non sufficit alterum, sed requiritur vtrunque, vt d. l. cum hi. §. si praetor. in cõtrarium videtur, quia vltima diligentia prodest, & supplet, quod in principio defuit: ex quo res est integra, vt ff. de optione legata. l. apud aufidium. & ff. de no. ope. nun. l. praetor. §. si aliquando. Praeterea haereditas, de qua quaeritur, pro maxima parte deducto aere alieno erat in remotis partibus, cum testator esset de Cherio pedemontiũ: & quatuor millia flo. in prouincia Beauianciae: quo casu sufficit inuentarium inchoari infra quatuor menses, & finiri infra alios octo continuatiue sequentes, vt no. C. de iure delib. l. fi. §. sin autẽ a locis infra quos quatuor meses omnia solennia fuerunt sine dubio obseruata, tam de signo crucis, quàm de citatione absentium, scilicet illorum, qui citari poterant: & per edictum publice propositum: & reliqua omnia, prout formaliter ius requirit. ergo dictum inuentarium fuit solenne, & haeredes habent beneficiũ
8 inuentarij. & hoc iustum, & aequum est, maxime † quia bonafides multa supplet excusando, vt ff. de condi. & demon. l. quamuis. pręsertim in apicibus, & laqueis iuris ciuilis. & l. j. in fi. ff. de abigeis. & no. in l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. praesertim in poenis vitandis. illud certum est, q̃ ignoranti non currit tempus inuentarij: vnde quam primum scit res ponendas, tam primum incipere debet inuẽtarium: & adhuc habebit saltem mensem vnum. Porro ignorans non est in dolo, vt C. de incestis nuptijs. l. cum ancillis. ff. de admini. tu. l. quidam decedens. §. ex quo innotuit. ff. de excus. tuto. l. quinquaginta. ff. de edil. edicto. l. cum sex. ff. de infamibus. l. gene-
9 ro. ff. de calum. l. annus. † Insuper sciendum est, quod in confectione inuentarij requiritur iudicis praesentia, quia ille debet adesse, qui habet citare: tamen nullo iure cauetur, quòd requiratur eius decretum, vt no. in Specu. vbi supra. & argu. C. qui admitti ad bono. pos. possunt. l. fina. & quod not. Bart. ff. de dona. l. Modestinus. & C. de testamen. l. omnium. Sed in inuentario tutoris requiritur decretum: & est ratio, quia tutor non potest administrare, nisi ei decernatur administratio per iudicem, vt C. arbi. tutelae. l. fina. haeres autem habet administrationem suo iure. Pręterea in quaestione nostra fuit interpositum decretum saluo, q̃ super postea superuenientibus ad notitiam haeredis. & licèt natura decreti sicut non trahit ad futura tamen ista veniunt in consequentiam antecedentem: quemadmodum si tutor addit suum inuentarium. nam probabiliter dici potest, quòd sufficit decretum semel interpositum, quia statim traxit secũ executionem beneficij inuẽtarij. Ego Baldus.

Ex positione casus seipsum firmat.

CONSILIVM CCCLXXXIIII.

1 *Declaratio posita in limitatione contractus non transit ad hęredes.*

2 *Compensatio an possit opponi contra depositum.*

In Christi nomine. Duo sunt videnda: primo cum pater, & filia fecerint depositum de conuertendo ipsum in redemptione praediorum, seu in retrodatum fiendum in personam patris, & filiae, vel solius filiae de voluntate patris: & sub hac forma obligat se depositarius: & mortuus est pater voluntate sua non declarata: & filia repudiauerit haereditatem paternam, vtrum dicta filia possit agere ad retrodatum fiendum: & fuit per arbitros sententiatum, q̃ possit sic agere ipsa faciẽte, & curante, q̃ dictum depositum reddatur ipsi venditori, q̃ se ad retrouendendum obligauit, & bene fuit laudatum. vnde dictus emptor non tenetur ad retrouendendũ, nisi habeat precium secundum formam cõtractus, & laudi. Modo dicta filia agit 5 dictum depositarium petens, q̃ obseruet pactum: ipse dicit se non teneri, quia se obligauerit ob causam retrouendendi, & sub conditione voluntatis paternae: insuper dicta pecunia fuit patris iuris pręsumptione: quodque filia nõ est haeres patris. Item opponit exceptionem compensationis ex instrumento mutui quantitatis concurrẽtis ad dictum depositum: insuper allegat pecuniam sequestratam sibi, & vetitum, ne soluat occasione dictis quondam dicti deponentis.
1 Modo quaeritur, quid iuris? † Et quaestio ista est inter filiam deponentem, & depositarium: quia certum est, quòd rebus sic se habentibus non debet fieri retrouenditio, nisi precium exbursetur, vt l. 2. C. de pac. inter empto. ff. de solu. l. si solutus. ff. de actionibus emp. l. Iulianus. §. offerri. insti. de rerum diuisio. §. venditae. Quaestiones aliae ergo surgũt inter dictam filiam, & dictum depositarium: quia depositum certa lege fuit factum: & pater non declarauit suam voluntatem: & declaratio voluntatis posita in conditione, vel limitatione contractus non transit ad haeredem, vt l. 4. ff. locati. extra de rescri. c. si gratiose. lib. 6. & consueuit notari ff. sol. mat. l. post dotem. & arg. ff. de verbo. obl. l. qui Romę. §. augerius. tamen ex hoc sequeretur, quòd reducta causa ad nõ causam dictum depositum

depositum deberet restitui deponenti, si hoc fuisset petitum in libello, vt ff. de dolo. l. si oleum. tamen dictæ filiæ non deberet restitui, nisi pro parte sua: quia diuidua est obligatio. ff. de verbo. obliga. l. eadem. §. cato. & l. reos. §. cum tabul. de duo. reis. & l. si diuersa. locati. et si tota pecunia fuisset filiæ: quia deponens pecuniam alienam potest sibi stipulari, vt l. 2. C. si cer. peta. & hic interuenit stipulatio tam vere, quam præsumptiue: quia præsumitur stipulatio interueniente instrumen-
2 to, vt instituta de inuti. stipula. §. si scriptum. † Sequitur videre de exceptione compensationis: & videtur, quod nõ obstet in deposito naturali, quia spoliare, videtur, qui legem depositi non seruat, vt no. Dyn. in capitu. qui ad agendum. de regu. iur. lib. 6. & C. de compensa. l. fin. versicu. accepta actione depositi. & si dicatur, hic agitur ex pacto præscri. verbi. Respondeo, imo actione depositi informata a pacto in eodem instrumento apposito, vt ff. de pac. l. iurisgen. §. quinimmo. & posito, quòd interesse succederet in obligatione, tamen origo, & causa inspicienda est, vt ff. de don. l. quicquid. Item sequestrũ factum per iudicem, quia non fuit factum solenniter, nec pro debito, ad quod filia teneretur, non nocet filiæ. C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum. quia repudiauit hæreditatem paternam, vt C. de iure deli. l. fina. simulique modo. & C. depositi. l. fi. & authen. ibi posita. nec præsumitur ista pecunia fuisse patris tantum, quia per instrumentum mutui factum filię appa ret contrarium: & etiam per alias coniecturas, vt no. C. de bo no. quę lib. l. cum oportet. & C. de pigno. l. fina tamen ille, qui promisit reuendere, non cogitur partem recipere, & partem retrouendere, vt ff. de verbo. obli. l. stipulationes non diuidũtur. Solutio, quia ordo rei gestæ fuit in hac forma, videlicet quia breui manu iste depositarius primo mutuauit filiæ, & illud mutuum recepit in depositum a sola filia: & sic dictum depositũ fuit impletũ ex causa mutui: vel verius nulla interuenit exbursatio, seu naturalis numeratio, licèt fuerint duæ conuentiones, vna depositi, & altera mutui: & sic quia vtraque descendit ex vno fonte, dici potest compensationem locum habere, argumen. ff. fami. herciscun. l. Meuius. §. cum quia ex mutuo natum est depositum. & hoc dictat æquitas naturalis, quia nemo ex re mea debet locupletari cum iniuria mea, vt ff. si cer. peta. l. si & me, & titio. dico etiam, q; vbi non apparet de deposito per numerationem, sed per solam compensationem, non haberent locum leges, quæ dicunt causam depositi in hoc esse priuilegiata, vt non admittatur compensatio, argum. ad hoc optimum. C. qui pot. in pigno. ha. l. assiduis. in glo. parua. quę incipit, non ergo in dote confessata. Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIUM CCCLXXXV.

1 *Casus summat consilium in effectu declarans, qui sint de familia rectorum. & an rectores ciuitatis teneantur pro familia sua, & quibus casibus teneantur, in quibus non.*

In Christi nomine. Casus est talis, dominus Io. de Castelliono est vicarius generalis in toto territorio domini: & ex forma suæ literæ habet prouisionem, & salarium pro se, & familia sua, quam habet tenere in domo. Item habet salarium pro vno vicario duobus notarijs, & vno comestabili: & illos eligit, & conducit ipse, & mittit quocunque vult, & in se retinet in domo ad sui expensas, & ipsis ipse promittit, & soluit salarium, sicut faciunt potestates ciuitatum: habet etiam, vt possit tenere vnam comitiuam pauesanorum exercentem officiũ breuariorum, & ipsos breuarios comestabilis eligit, & conducit ipse: & quos ipse conducit, & illi scribunt ad bãchum vestrum: aliqui habent ire, & curare territorium domini: alij deputantur sibi tam pro sociando eum, quam pro exercendo officium secum, prout ipse mãdaret: aliquando habet vnam comitiuam vngarorum, aliquando vnam balistariorũ ab ęquo: aliqñ lanceę aliquę: aliquando. 12. ęquites, siue caualcatores, qui eliguntur per prælibatum dñm, & rescribuntur ad cõdictum tanquam stipendiarij Illustris domini do. nostri & ipsi met recipiunt stipendium, & de p se stant. sunt tñ deputati cũ præfato do. Ioan. cum modis prædictis ad sociãdum eum: &

1 ad obediendum in officio suo. † Insurgit nunc dubium, si isti ęquites, & caualcatores sicut dictum est scripti, non cõducti, non electi per dictum dom. Ioannem vngari, vel balistarij, ab æquo, seu a lancea faciunt delictum, vel delinquunt, vtrũ dictus do. Ioan. debet teneri pro eis, si aufugerent, vel non soluerent, tanquam si forent de familia sua: & vtrum debeant censeri, vel dici de sua familia: adeo q; si statuto, vel decreto caueatur, q; quilibet capiens bannitum lucretur lib. 100. saluo q; si foret de familia officialis lucretur tñ lib. 50. prędicti tales ęquites vngarij balistarij ab æquo æquites, vel caualcatores, vel lãceæ debent habere lib. 100. tñ tanquã si essent de familia dicti do. Ioan. debeant habere lib. 100. vt habent, qui non sunt de familia dicti do. Ioan. Dicit d. Dy. in l. 1. §. familiæ. ff. de publicanis. q; dominus de delicto familiaris sui nõ tenetur, per l. quotiens. de noxalibus. fallit in casu dicti. §. sed familiæ. Barto. distinguit, nam qñ quis præponit familiarẽ ad aliquod officium, & familiaris in illo officio delinquit, tunc tenetur dominus, quia in culpa est, q; talem familiarem eligit, vt ff. furti aduersus nau. cau. stab. aut deliquit extra id, ad quod propositus est: & tunc dominus nõ tenetur. hoc satis probat extra de resti. spo. c. cum ad sedem. & eadem distinctione dicit vtẽdũ, si quæratur, an rectores terrarum teneantur de delicto suorũ familiarium. nam si delinquunt in officio sibi commisso, tenẽtur: si extra officium, non tenentur, ergo ille, qui agit ꝯ potestatem ex delicto familiæ, duo debet probare. s. eum esse de familia, & eum ad tale officium esse præpositum: & q; in illo officio deliquerit. q; autem sit de familia, probatur, quia sub nomine familiæ stabat cum alijs de familia, & familiares actus exercebat secundum Bar. tamen in effectu ista fuerunt verba domini Dy. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. & le. qui talia sunt not. quia. s. familiare potestatis vulnerat aliquẽ, q; potestas non teneatur soluere pęnam, si criminaliter agatur contra eũ: secus si delinquat ratione officij, vt in Auth. vt diffe. iudi. §. tantum. & infra de publica. l. 1. §. familiæ. & gl. quæ incipit. l. rationabilis &c. & infra furti. aduer. nau. caupo. stabu. l. 1. §. serui. Porro illi propriè dicuntur familiares, quos secum habet, vt ff. de iur. om. iudi. l. qui iurisditioni. vnde qui seorsum habitant, & viuunt de per se, non sunt propriè familiares. Item si eos non eligit, sed superior, non potest dici, q; mala electio sit in culpa: tenetur tamẽ, si prohibere potest, & non prohibet & hoc propter officium, quod gerit: nam ad necessitatem sui officij pertinet obuiare, & etiam punire, vt ff. de pœnis. l. si quos forte. §. si quis. & in Auth. iusiur. quod pręstatur ab his. ibi dum dicit, semper mihi assidẽtem talem studebo assumere: & circa me omnes, ut nun ego quidem purus sim: qui vero circa me furentur, & delinquent. & in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio. §. cos. ibi dum dicit, vt non videantur illi quid in noxi esse per alios: aut delinquant, & furẽtur, quod magis turpe est &c. ecce ergo quid iuris de familiaribus, quos vos domine Ioan. elegistis: sed de stipendiarijs, & similibus, quos deputat vobis princeps noster Illustris, non tenemini ex mala electione, quia eos non elegistis, sed suscepistis in comitiuam vestram de necessitate iussu superioris, iussus excusat, vt l. furti. §. qui iussu. ff. de infamibus. sed bene tenemini ex malo vsu, si eis mandaretis aliquid iniustum, vel malè agentibus non resisteretis iuxta posse, vt C. ne sanctũ Baptisma. l. fi. argu. C. de appel. l. quoniam iudices. quia qui negligit, consentire videtur: imo etiam fouere, vt no. in ca. 1. de offic. deleg. & ff. qui sine manumis. ad liber. perueniunt. l. Imperator. & hoc de delictis: de contractibus autem eorum proculdubio non tenemini, quia nec pater tenetur pro filio, vt C. ne filius pro patre. per totum. nisi teneretis aliquem contra legis, vel superioris mandatum, vel statutum: quia tunc teneremini ciuiliter ex culpa eorum, vt d. §. proficisci. visum est de pœna, modo videamus de lucro, nunquid quantum ad lucrũ isti stipendiarij debeant dici de familia officialis: & dicendũ, q; non, quia non sunt de corpore familiæ, sed discreti, & separati, & de per se, vt probatur ex theorica Bar. quam supra recitaui. & facit. ff. de rei vend. l. qui restituere. isti. n. sunt potius vestri defensores, qui ducunt vos securum per itinera, quàm famuli communis: & vsus loquendi non vocat eos officiales vestros, nec famulos. Ego Baldus de Perusio.

### CONSILIUM CCCLXXXVI.

1 *Frater vterinus non habet aliquam diuisionem petere cũ fratre ex vtroque parente: & si facta fuit diuisio inter eos, resciditur. & l. 2. C. de rescin. vendi. habet locum in cõtractu diuisionis.*

In Christi nomine. Proponitur, ꝙ frater ex vtroque parẽte diuisit hæreditatem fraternam cum fratre † vterino: &ꝙ cõfectũ inde fuit solenne instrm, Quæritur, an dicta diuisio possit rescindi? & vr, ꝙ non, quia nõ licuit ius ignorare. C. de iur. & fac. igno. l. pe. Item vnusquisq; præsumitur iura scire, vt C. de legi. l. leges sacratissimæ. & standum est igitur contractui, vt C. communi diui. l. si maior. contrarium est verum, quia maioribus perperam factis diuisionibus solet subueniri: & quod inęqualiter esse factum constiterit in melius reformari, vt C. communia vtriusque indici. l. maioribus. dicit ibi glo. quod cum vltra dimidiã sit alter deceptus. Certe hic non fuit deceptus in quota tantum, sed in tota: quare nihil valet. ff. de contrah. emp. l. domum. Præterea diuisio est quædam permutatio. vt plene not. ff. de verbo. obli. l. qui Romę §. duo fratres. sed permutatio non potest fieri, nisi si trãsferatur aliquid hinc inde, vt ff. de rerum permu. l. 1. sed hic frater vterinus nil posuit ex parte sua: ergo nec potuit permutare. Præterea considerandum est, quòd aut tractatur de lucro quærendo, aut de quæsito auferendo. primo casu error iuris non est immediata causa rescindendi, si contractus alias, habet sua essentialia. secundo vero casu error iuris excusat, quia perdere lucrũ radicatum est damnum, cum sit factum de bonis vnius tantũ, & de suo certo patrimonio, vt l. 1. §. sciendum. ff. de separa. bono. & sic non obstat lex si emancipata. C. de iur. & fac. igno. hoc est expressum. C. eo. tit. l. si post diuisionem. & l. cum falsa. & l. cum testamentum. Concluditur igitur dictam diuisionem non solum irrationabilem, sed ẽt impossibiliter factam esse nullius efficaciæ. & hoc pertinet ad officiũ iudicis. ff. de offi. præsi. l. illicitas. in prin. ne vlpina simplicitas comedat pecus, & quod sit pecus, satis ostẽdit: quia est ei interdictum bonis dato curatore. & bonum fuisset, si examinatis super his aliquibus testibus, & iudice sedente pro tribunali, hæc fierent: si facta nõ sunt, vt ff. de curatore furiosi. l. obseruare. Ego Bal.

### CONSILIUM CCCLXXXVII.

1 *Dignitas in ecclesia quæ sit maior post episcopum, an archidiaconi an præpositi: & ex quibus cognoscatur, quæ dignitas sit maior.*

1 In Christi nomine. † Archi. habet maiorem dignitatem post episcopum in ecclesia cathedrali, vnde maior est dignitas sua, quàm dignitas præpositurę, textus est vulgatus, & expressus 25. di. capit. perlectis. idque apparet, quia in ecclesia tenet cathedram, & altitudo sedis significat pręexcellentiam dignitatis: quia maiores sedere debent in altiori loco, vt legitur, & no. institu. de bono. posses. §. aliam vero. in verbo, altiore loco. ubi gl. dicit hinc trahe, ꝙ digniores altiori loco sedere debent. & est altior, q proximior dño, ita no. dicit ibi gl. Præterea notissimum est, ꝙ archidiaconus ecclesiæ Augustensis habet in multis merum, & mixtũ Imperium in suo archidiaconatu, qui est dignitas ecclesiæ antedictæ: sed non est dubium habere merum, & mixtum imperiũ habet in se excellẽtiã, & non cõcedit nisi maioribus magistratibus, vt ff. de officio eius, cui manda. est iurisdi. l. 1. in prin. & ff. de iurisdi. om. iudi. l. Imperium. & ff. de dam. infec. l. 4. §. duas. & §. si tam vicinum. & C. de pedaneis iudicibus. l. placet. ff. de iud. l. pars litterarum. ff. de iniurijs. l. nec magistratibus. Similiter etiã certum est, ꝙ qui pluribus, & melioribus pręest, maior est, ut no. in Authẽ. constitutio, quæ de dignitatibus. §. generaliter. vbi glo. dicit nota nobiliorem propter subiectos. Item constat, ꝙ inter iudices multi sunt minores, & pauci maiores, vt not. in Auth. de iudicibus. in rub. colla. 6. Porro etiam pręmium dignitatis est, vt habeat subiectos, vt no. in Auth. vt iudices sine quoquo suffra. §. volumus. vbi glo. dicit no. pręmium dignitatis, vt habeat subiectos. Item est verum, ꝙ vnusquisque in propria sede, & dignitate maior est quolibet alio, vt legi. & not. ff. de manumis. l. apud eum. vbi glo. dicit, nonne ambo sunt ibi spectabiles: & responde, esto: sed quilibet in suo territorio maior. unitum quia vnus non debet tangere de officio alterius, vt no. C. de executoribus & exactoribus. l. 2. lib. 12. Et ille, qui locum alterius vsurpat, sacrilegij reus censetur. C. vt dignitatum ordo seruetur. l. 2. lib. 12. Item dignior est, qui habet super alium potestatem, vt in capit. 1. de maio. & obe. per Innocen. vnde ratione officij filius est dignior patre, & superior, vt ff. ad treb. l. nam quod. Item dignior est ille, qui habet dignitatem cum administratione, quàm ille, qui habet nudũ nomẽ dignitatis, vt C. vbi senatores, vel clarissimi. l. quotiẽs. & C. vt dignitatum ordo seruetur. l. 2. & C. de præpositis. & tri. scholarium. l. vnica. lib. 12. ibi, dum dicit, cum præposituram meruerint, & casu ad altiora idest administrationem non venerint. Insignia etiam nobiliora faciunt digniorem, quia significant inuestituram dignitatis, licèt non cõferant plenam possessionem eius vt plene no. Dyn. in capitu. 1. de reg. iu. lib. 6. quæ insignia proprie dicuntur falces idest honores, vt legi. & no. in Authen. de consulibus. in prin. colla. 4. quando autẽ sunt duæ dignitates diuersæ speciei, vt in casu nostro est Archidiaconatus, & prępositura: tunc si quæreretur, quæ sit maior dignitas, hominis faceret comparationem: nam maior a prædominio dicitur, quæ plurimum potest: maior ab honore, & excellentia dicitur, cui secundum statum dignitatis maior debetur, & exhibetur honor in sedendo, in scribendo, & similibus, vt l. 1. ff. de albo scribendo. Stipendia etiam meliora designant aliquem esse magis acceptum Principi, & maioris virtutis, vt l. nemo. C. de officio magistri officiorum. & ff. de lega. 2. l. cum filius. §. pater cum filia. ibi dum dicit, plus tribuas in honorem: & cætera. Item dicit textus, augetur vtilitas per dignitatem. ff. de iudi. l. si longius. in fin. & alibi dicit, nam honor eius auctus est, non conditio mutata. ff. de cõdi. & demõ. l. falsa. §. 1. est autem honor proprie dignitatis cũ administrationis gradu: & debent honores gradatim deferri. ff. de muner. & honoribus. l. vt gradatim. itaque gradus excellentiam ostendit consuetudo nobdem, & eximium facit vt ff. de mune. & hono. l. honor. §. 1. Item illa est maior dignitas, quæ pro magno beneficio datur, & quam generaliter homines existimant esse maiorem, vt ff. de infami. l. athletas. §. 1. & multa alia possent super hac materia notari vltra allegata p eximios doctores, qui in hac materia allegarunt: & recte consuluerunt pro parte domini Petri venerabilis propositi Augusten. nec potest ei obijci quicquam: nisi quòd aliquando non fuerit in possessione. ff. de acquirẽd. posses. l. peregre. §. quibus explicitus. & ff. de vi, & vi ar. l. cum fundum. §. fin. quia nemo perdit ius suum, licèt possessionem perdat: tamen res de facili reuertitur ad naturam suam, vt ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versu, quod in spem dotis. & si diceret, quod propria autoritate possessionem resumpsit: dico, quod licitum fuit cum possessio uacaret; neminem enim uult possessione spoliare, qui suam possessionem inuenit vacantem, ut nót. C. unde ui. l. si quis in tantam. quinimmo ipsa dignitas uocabat sponsum suum, ut rediret ad se, & est quidam actus passiuus redire ad ecclesiam, potius quàm actiuus, imò si non rediret, quam primum posset, esse in mora, ut in capitu. 1. de clericis non residentibus. & C. de sacrosan. eccle. l. qui sub prætextu. & ff. quib. ex cau. ma. l. in prouincia. §. 1. &c. Amplius licèt dignitas electiua non comprehendatur in literis dignitatis simpliciter, ut in c. cum in illis. §. illis uero. de prębendis. li. 6. tamen quia in literis domini Petri fit mentio de dignitate electiua. nulla dubitatio est, quin dignitas electiua includatur, quia exprimitur in tenore literarum, ut extra de priui. capit. porro. & ff. de leg. 3. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. sed dubiũ facit, quia antecessor eius, uidelicet do. Anto. non impetrauerat tanquam dignitatem electiuam: & sic nullus ius habuerat: unde non uacauit dignitas per mortem suam. sed respondeo, quia dominus Pet. erat expectans, & generaliter impetrauerat, unde continetur quæcunque uocatio, ut ff. sol. mat. l. si quis sic stipuletur. sed nũc incidimus in aliud dubium, quia tunc sequeretur, ꝙ esset deuoluta collatio ad sedem apostolicam,

cam, de qua deuolotione non est facta mentio in literis domini Petri: ergo videtur, quòd literæ iotelligantor sorreptitiæ, vel saltem non comprehendere hanc dignitatem deuolutam ad Papam. istud dubium oon decido ad præsens.
Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCLXXXVIII.

1 *Rescriptum non valet tacita veritate. & executio non est danda.*

1 In Christi nomine. † Insuper qoæritur, vtrum valeat impetratio facta de dignetate, vel beneficio, non facta mētione possessionis aduersarij. respondeo, aut possessor non potest allegare titulū iustū, vel coloratū, & tunc valet impetratio. aot aduersarius habet titulū colorasū, & tuue aut oaulus est ipso iure nollus, aot per sententiam anuullandus. si quidem est ipso iure nullus existenter, sed non euidenter, & tune aut est clausula amoto quolibet illicito detentore: & tone valet impetratio, quia ista clausula æquipollet mentioni factæ coloratę possessionis secundum Ioannem de deo. si autem nō est hæc clausula, noo valet impetratio, qoia possessor, iste non potest amoueri sine diffinitiua principaliter lata, & nō iocidenter: & sic non habebis per modum executionm, vt in c. cum nostris. de concess. præben. si vero possessor est in possessione iuris, & facti, licet indignet, tamen antequàm remoueatur, beneficium non vacat, & ideo oon potest impetrari. hoc notant docto. in d. c. cum oostris. & in c. pro illorum. de præben. Inno. tamen dicit, qoòd illa clausula, remoto quolibet illicito detentore. directa executioni non habet locum, nisi detentatio sit notorie iniosta: & est ratio, quia ea, quæ requirunt altiorem indaginem, non pertinent ad beneficium executoris. & hoc verum est, & consonans distinctioni supradictæ, Innoc. de priui. c. cum olim. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCLXXXIX.

1 *In contractibus, & sententijs, & in processibus semper inspicitur locus, in quo fiunt.*

In Christi nomine. Statuto cauetur, q nollus audeat, vel præsomat facere aliquod instrumentum coram arbitro, vel arbitratore, nisi sit electus per ipsum de partium voluntate: & si alius notarius, qui sit electus, aliquem actom fecerit, q non valeat, nec teneat ipso iure, modo quidam notarius forensis non sic electus inter duos forenses coram arbitro, qoi similiter erat forensis, conscripsit quosdam actus mandato arbitri pdicti, ac ēt laudum ipsorū: qoæritur, an dicti actus va-
1 leant, necne: & videtur, quòd non valeant, primo † ex regula generali, quia in contractibus iospicitur locus contractus, & in sententijs locus sententiæ, & io processibus locus processus, quia processus tendunt ad ordinationem litis. iura sunt vulgaria. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCXC.

1 *Pendente articulo, seu interlocutoria an possit super principali procedi: & an currat tempus.*

In Christi nomine. Primo statuto cauetur, quod instantia causæ principalis non duret, oec durare possit vltra spacium, & tempus 40. dierum vtilium a die lit. inceptæ cōputandū, qoæ incepta iotelligatur petitione porrecta, & in actis descripta &c. Et in eodem statuto postea cauetur, quòd omnes exceptiones, & replicationes dilatoriæ, declinatoriæ, peremptoriæ, & certe cuiuscunque generis sint, de quibus nō sit cognitum, & decisum inter partes, sint saluæ vtrique parti in fine litis tempore disputationis: ne ob hoc processus causæ differatur. Alio statuto cauetur, quòd inter ascendentem, descendentem, vel vicino, dummodo fuerit requisitum, infra dies, debeat fieri compromissum in amicum, seu amicos. Modo accit, quòd requisitum fuit infra decem dies lit. contesta. super causa principali: super qoo articulo, qoia non constabat de vicinitate, fueruot recepti testes hincinde: & finaliter vltra 40. dies vtiles fuit interloquendo pronuntiatum non esse committendam causam, quia non vicini. qua pronuntiatione facta actor petit per iudicem procedendum super libello suo: opponitur, quòd instantia causæ principalis est perēpta: quæ-
2 tur, quid iuris. † Breuiter respondeo, quòd durante dicta dispositione, quæ est dispositio fori in arbitros transferendi, non currit dictum tempus 40. dierum vltimum: & hoc tribus raoonis: prima, quia actori impedito facto rei non currit vtile tempus. iste est casus expressus. ff. de mino. l. inter vtile. quæ lex determinat istam quæstionem in terminis. secunda ratio est, quia vbi cessat ordo statuti, cessat statutum, vt in Authen. de hære. & fal. §. si quis autem non in plores. sed in articulo compromittendi, vel non compromittendi cessat ordo statuti disponē. de declinatorijs in fine temporis reseruandis, qoia natura except. istios non patitur hāc reseruationem, nec patitur hoc tempus, vt ff. de iudi. l. sed & si susceperit. io principio. & extra de re iodic. c. inter monasterium. & no. per Bart. ff. de re iudi. io l. quidam consulebant. tertia ratio est, qoia generale statutum de declinatorijs non pertinet ad hanc declinatoriam, de qua specialiter est prouisum, vt ff. de verbo. obl. l. doli clausula. & ff. de pœnis. l. sanctio legum. & confirmatur hoc per l. expressam, oam cum vltimum statutum loquatur de tempore decem dierum, per hoc patet, quòd iste casus eximitur a regula generali alterius temporis expressiua, vt ff. de leg. 1. l. talis scriptura. Præterea videtur dicendum, q illa non sit de exceptionibus, quæ post litem contesta. possit opponi: nam qoi sine protestatione coram iudice declinabili litem contestatur, tacitæ suæ declinatoriæ renuntiare videtur, vt d. l. sed & si susceperit. & C. de excep. l. fi. Statutum autem debet intelligi noo in renuotiante tacite, vel expresse, quia renunciantibus nullus patet accessus ad id, cui renūtiauerunt, vt C. de pact. l. postquàm litis. Præterea quòd non cucurrit dictum tempus vtile, sic ostenditur. idem operatur litis pendentia, quod operatur sententia, quæ fieri potest, vt ff. de excep. l. fundum Titianum. & l. fundi. cum igitur possibile fuerit fieri senteotiam, caosam compromittendam fore, quæ sententia impediret dictum vtile tempus currere, ergo & lis pendens. Prętetea tempora compromissi facti subducūtur de vtilibus temporibus: quinimmo de continuis, vt C. de tempo. appe. Authen. si tamen. & in c. quādiu. de appel. io clemen. ergo & interim dum hic articulus pendet, vt extra de restitut. in integr. c. 2. io fi. & ff. de excu. tut. l. diximus. Præterea impedito impedimento iuris non currit pscriptio tpis, vt C. de anna. excep. l. 1. in fin. & C. de iur. delib. l. fi. §. donec. sed iudex, & partes non potuerunt pendente hoc articulo procedere super principali negotio: & si iudex processisset, processus fuisset ipso iure nullus: vel saltem temerarius, quia merito dobitat interim de sua iurisditione, vt no. Barto. ff. de condi. & demon. l. multum interest. Item est vtile tempus: vnde non computantur dies, in quibus iudex super principali oegotio non sedit, nec sedere potuit pro tribunali, vt l. 2. ff. qois ordina. in bon. pos. serue. & l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscript. cum si. ex quibus de primo ad vltimum concludendo patet apertissime, quòd tempus 40. dierum vtilium in caosa principali elapsum nō est sob dicto tempore super disputatione prædicta: nec etiam super dicta emergenti currit tempus 40. dierum vtiliom: quia lege non cauetur, vt ff. de acquir. hæredi. l. si seruum. §. non dixit. Item principale nō effugit cognitionem iudicis, ergo nec emergens. Præterea pendente appellatione ab interlocutoria nihilominus currit tēpus iudicij a primo pronuntiato, & multo fortius si sumus in tempore appellādi. Iste est casus, & non expedit ire per argumen. C. de dila. l. a procedente. versi. & si forte. & licet reddat ibi rationem, quia ab interlocutoria non potest appellari, tamen in eadem glo. apparet idem esse, si posset appellari, vt qoia aliter in causa procedi non pōt. nā siue interlocutoria feratur super tali emergēti, siue procedatur, siue nō pcedat, ēt potest appellari, vt ff. qui satisd. cogan. l. arbitro. Prętetea est casus in c. non solom. §. 1. de appel. lib. 6. vbi dicitur, q antequàm iudex ad quem inhibeat, potest procedi: inhibere autem non potest, nisi appella-
tio

trahere. & dicendum est sic sine Imperatoris præiudicio, vt
not. Archi. de hæreti. c. præsidentes. & Hostien. de iudic. c. si-
2 gnificauit. † Secundo an ille, qui offendit subditum confede
rati, intelligatur venire contra fœdus: & dicendum est, q sic
3 vt nōt. Inno. in c. dilectis. de app. † Tertio an ille, qui promisit
aliquem defendere, & bene tractare, possit eū in iuribus suis
inquietare, & prohibere, ne eis vtatur? Et dicendum est, q nō
pōt prohibere, nec molestare, vt l. alterius. si seru. vendi. & l.
4 frater a fratre. ff. de cond. inde. † Quarto an ille, qui primo ve
nit cōtra pacta fœderis, dicatur fœderis pacta fregisse, & ipse solus
cōtrauenisse ad hoc, vt alius non teneatur sibi pacta seruare:
& dicendum est, q primo offendens est ille, qui fecit contra,
& ipse solus in pœnam incidit. ff. de transactio. l. qui fidem.
5 † Quinto, an ille, qui fecit confederationem cum vno, pos-
sit se confederare cum eius inimico, & dicendum est, q non,
nisi ex causæ sumpta occasione a lege iustis iudicijs, puta me-
tus, quia legitima defensio est permissa: nec debet expectare
se percuti, extra de homicidio. in c. significasti. ff. de verb. obl.
l. quidam cum filium. Porro dicendum est, q per simplicem
actum verbi, seu promissionem neutra pars intelligitur rum-
pere confederationem, quia pactū debet intelligi in casu de
iure licito, & possibili, videlicet ad defensionem, vel iustam
propulsationem. tale enim pactum iure naturali, & cōmuni
fouetur, & ideo pœnale non est, & tēdit ad defensionem, quæ
est iure naturali, & ad remouēdas hinc inde insidias. ff. de iu
stitia, & iure. l. vt vim. Item cum vna pars facit iniuriam, vel
præparat se ad faciendum, licitum est alteri parti capere con-
silium, & auxilium, ac protectionem, ne vis fiat ei, vt ff. de off.
procur. Cæsaris. l. fi. & ff. de off. præs. l. illicitas. §. vt potentio-
res. prorumpere autem ad actum facti neutri parti licet in-
choando, inchoare autem dicitur, qui prius aggreditur. l. 1.
§. cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. quia
qui causam dat sceleri, sceleratior est, q̄ qui prosequitur, vt C.
de ser. fug. l. quicunq;. §. fin. & C. de his, qui ad ecclesias con-
fu. l. si seruus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXX.

1 *Locatio non extenditur ad res emptas post locationem.*

In Christi nomine. Magnifica, & Illu-
stris domina nostra
Ducissa Mediolani per suos officiales fecit locationes de pos-
sessionibus de Lazelata pro certa annua pensione sub, vel no-
mine territorij: postmodum per sententiam obtinuit quen-
1 dam portum iuxta dictos fines, † Quæritur, vtrum dictus por
tus includatur in dicta locatione? & videtur, q sic: quia vni-
uersitati accedunt, licèt post contractum acquirantur, vt ff.
de fun. instru. l. Lucius. contrarium est verum, quia de futuris
non fuit cogitatum, vt not. in l. fi. C. quæ res pig. obli. poss. ff.
de verbo. obli. l. quicquid astringendæ. & l. cum stipulamur.
& l. si a colono. ff. de contrahen. emp. l. ruptilia. & l. ineff. ff. de
dam. infec. l. damni. §. sabinus. & ar. ff. de transac. l. cum aquilia
na. & ff. de pac. l. tres fratres. ff. ad l. fal. l. si hæres. ff. ad trebel. l.
si debitor. §. fina. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXI.

1 *Locatio facta de re emphyteotica si emphyteota renunciat emphyteosim domino, & acceptet dominus, an dicatur de iure finita.*

In Christi nomine. Masiolus inuestiuit
Petrum titulo loca-
tionis vsque ad certum tempus de quadam domo facta ad for
nacem cretorum. iste Masiolus erat emphyteota perpetuus,
tandem durante tempore locationis iste Masiolus renuntia-
uit emphyteosim in manibus domini, qui dominus vult ex-
pellere dictum conductorem: quia dicit domum ad se iure
1 proprio, & libere esse reuersam. † Quæritur, an possit, & vide
tur, q sic: quia extincto iure locatoris extinguitur ius condu
ctoris, vt ff. de pigno. l. lex vectigali. Præterea videtur hoc ex-
pressum in 10. col. quibus mo. feu. ami. c. 1. §. rursus infidelis.
in verbo, refutauerit. ad idem facit. ff. locati. l. si quis domum.
§. huic. & totum illud generale finito iure auctoris finitur ius
successoris. In contrariū videtur, quia solutio contractus non
debet remanere in potestate debitoris, vt l. si res. ff. quib. mo.
pign. vel hypo. sol. Præterea hoc videtur expressum. ff. quem-
ad. ser. amit. l. si partem. §. 1. Præterea ista non est simplex re-
nuntiatio: quia non potest renuntiare domino, vt l. si quis vi.
§. differentia. ff. de acqui. pos. sed est quoddam pactum nouū,
& nouus cōtractus, qui non præiudicat alteri, cum quo non est ce
lebratum, vt l. fina. ff. de pac. & not. per Barto. in l. in diem. ff.
de aqua. plu. arc. Præterea ista renūtiatio videtur facta in frau
dem, ergo non præiudicat eius conductori, ar. ff. solu. ma. l. fi-
liæ meæ. & ff. de bo. lib. l. liberto octiogenta. Præterea vna est
conditio omnium annorum, & a princ. cessit dies obligandi,
vt no. Bar. in l. 1. §. si pensio. ff. de migrando. Præterea condu-
cens a primo conductore habet causam a primo locatore, er-
go per primum locatorem non potest expelli. ff. de pig. acti. l.
solutum. §. vnde si domum. dum tamen pensio soluatur do-
mino. Iste est casus in d. l. lex vectig. & ista opinio est multum
æqua. Et si contrarium dicemus, tamen dictus conductor ha-
beret actionem ex conducto ad interesse suum.

CONSILIVM CCCLXXII.

1 *Legitimati an habeant ius præsentandi.*

Adde consilium sequens.

In Christi nomine. Dominus Ambro-
sius de medicis sta-
tuit, q sacerdos, siue Capellanus ecclesiæ sancti Bartholomæi
de Olena eligi, siue nominari debeat pro infrascriptos eius hę
redes, quos patronatos ipsius capellæ statuit, siue ordinauit,
& ipsis deficientibus per eorum descendentes masculos tan-
tum hęredes sunt hi, videlicet dominus Christophorus de me-
dicis archipresbyter, & pater spuriorum dominus Victor de
medicis, & Iacobinus de medicis legitimus. & viuens elegit
præsbyterum Stephanum. modo illegitimi filij archipresby-
teri, & iden spurij non legitimati præsentauerunt vnum: legi
1 time autem natus. f. d. Iacobi præsentauit alium. † hic quæri-
tur, an legitimati habeant vocem in præsentando considera-
to dicto testamento, & legitimatione prædicta, & verbis, &
mente ipsorum, & alijs considerandis. & videtur, q dicti legi
timati ius habeant præsentandi. & hoc ostenditur sic, non est
dubium loquendo secundum veritatem naturalē, q isti sunt
descendentes masculi: quia natura immutabilis est: vt in Au
thē. quib. mo. natura. effi. sui. circa prin. in glo. no. gloriosissi-
mum verbum. & quilibet descēdens videtur substitutus suo
ascendenti, sed quid erit de voce mortuus illius, qui decessit
sine descendente in voce patris, succedit filius ex testamento
ordinatoris capellæ, si patroni æquali numero sunt, ille, ad
quem pertinet substitutio, potest adhęrere cui volt, & etiam
prouidere per se. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXIII.

1 *Spurij non habent nomen filiorum, & sunt infames.*
2 *Princeps est deus in terris.*
3 *Imperator potest legitimare spurios, & incestuosos, & hanc potestatem committere.*
4 *Imperator an possit legitimare spurios ad ius patronatus ecclesiæ & quid in Papa, & nu. 5.*
6 *Spurij an dicantur de descendentibus.*
7 *Quomodo intelligatur verbum, descendentes, prolatum a presbytero.*
8 *Descendentium appellatione qui contineantur.*
9 *Dictio, quibus. quid importet.*

In Christi nomine. Pręmittendum est,
q non ex masculo,
& fœmina nos in esse producit: & q homo generat homi-
nem. Solut. istud est adeo naturale, est pręcise nam tale: tamen
quod honestis moribus non cōuenit, impossibile reputatur,
1 vt ff. de conditio. institutio. l. filius. † hinc est, quòd spurij nō
habent nomen filiorum non solum in his, quæ requirunt ex-
cellentiam,

cellentiam. sed etiam in alijs, quæ requirunt illesæ famę statum. nam quantum ad famē omnes liberi legitime nati sunt īfames per respectum, & ad cōparationem ad legitime natos, & non sunt eorū consortijs aggregandi: & præsertim qui sunt ita degeneres, q nec nomē filiorum habere merentur: & qui nō possunt nominari, nisi cum infamia, vt natus ex monacha, vel ex presbytero, vt not. C. quemad. testa. ape. l. pe. erubescit enim rerum natura se tales genuisse, qui ex pacto quasi cōtra naturam nati sunt, vt in Aut. de ince. nup. in prin. veruntamē Imperator noster velut suæ maiestatis prodigus, & honestorū bonorum sub velamento pietatis, & naturæ simplicitatis optimos mores, in quibus consistit humani generis propagatio, quæ per matrimonium recto ordine conseruatur, vt not. in Aut. de nup. in prin. mitigare volens quicquid sibi placet, pro lege statuit habendum, vt ff. de consti. prin. l. 1. & sic pro ratio
2 ne voluntas. & si placet principi, valeat ac si placet deo, † quia
3 princeps est deus in terris, vt in Aut. de consulibus. & † ideo
presupponere debemus, q Imperator possit legitimare, & spurios, & incestuosos, & hanc potestatem committere: quia hæc potestas est sua, & non alterius, & est voluntaria Imperij: & nemo potest suæ potestati contrauenire, vt not. in Auth. qb. mo. na. effi. sui. §. fi. col. 7. dummodo ne per talem legitimationem alijs præiudicetur, apponantur necessariæ, & assuetæ clausulę non obst. & sint talia non obstantia, quę sint de posse, & iurisdi. Imperatoris, vnde non posset remouere obstan. iuris cano. quia qui non potest concedere, non potest remouere, vt in regula eius est nolle, qui potest & velle. sub hac consideratione
4 pendet articulus iste, † verum Imperator possit legitimare ad ius patronatus ecclesiæ: videtur enim, q sic, quia potest legitimare ad hæreditatem: sed sub ista vniuersitate continetur ius patronatus, quia non potest quis hæres esse, nisi sit hæres vniuersalis, non potest testator decedere pro parte cum hærede, & pro parte sine hærede. ex qua sequitur, q ius patronatus trāsit cum ista vniuersitate, quæ est sine exceptione omnium iurium hæreditariorum comprehēsiua: quia ius patronatus habet in se onus: & venit in consequentiam passiue, q non possit separari ab ipsa hæreditate. Item quod venit in consequentia, regulatur a principali vt in l. 2. de au. tu. & hoc est ex dispositione iuris tam ciuilis, quàm canonici. Item præualet, quod principale est: sed hæreditas est principale, & ius patronatus est accessorium, vel adeo annexū, q separari non potest ab ipsa vniuersitate, vt not. in cle. plures. de iure patronatus. ergo qui est dominus hæreditatis, est dominus iuris patronatus, & qui possit vnum, possit & reliquum, extra de iure patronatus. c. ex literis. ff. de acqui. rerum do. l. quidam. ff. de contrahen. emp. l. in modicis. Tamen ius patronatus non est simpliciter hæreditarium: quia est specialiter annexū, & in potestate, ecclesiæ, & ideo Imperator ipsum nec dare, nec auferre potest principaliter, & per se, quia principaliter, imo totaliter est ecclesiasticæ iurisdictionis, & ecclesiastico iudici, & non seculari prę sentatio debet fieri, extra de iudicijs. c. quanto. & in cle. dispēdiosam. & de re iudica. c. pastoral. & quod non est de foro contentioso, ex eo q laicus non capax iurisdi. contentiosæ, certe nec erit capax inuoluntariæ, vt C. de testa. l. consulta. in fi. sed dubium fortissimum est, ecce Imperator dat hæreditatem, & hoc potest sine dubio, & ius canonicum cum hæreditate statuit trāsire ius patronatus, ergo de iure canonico isti hæredes sunt patroni. & huic rationi vr̃ difficile respondere, sed respōdetur, q hoc verum est, nisi qualitas personæ hæredis sit non capax huius iuris, quod dicitur cū vniuersitate transmitti in nō capacem, non potest fieri transmissio, vt l. si alienū. §. in extremis. ff. de hære. inst. & l. 1. §. exigit. ff. de bo. pos. secundum tabu. sed spurij non videtur capaces, vt in c. 1. de filijs presbyterorum. lib. 6. quia patiuntur defectum natalium, vt c. innotuit. de electione. & sunt odibiles legibus, canonibus, vt extra de renun. c. nisi cum pridem. & non sequuntur patrem, vt ff. vnde cog. l. si spurius. & l. hac parte. & ff. de sta. ho. l. vulgo. Itē quia etiam patronus ecclesię. quędam prærogatiua, & pię eminentia, & honor, qui non congruit spurijs in ecclesia dei. nam turpe est in ecclesia dei habere talem, supra verticem, & in loco honesto inhonestas anocare personas, vt in l. si qua. C. de specta. li. 11. Præterea subtiliter allegabatur, q inspecta dispositione testamenti, quod facit mentionem de descendentibus, & non dicit & de hęredibus illius, de quo quæritur, descendit in descendentes non tanquam in hęredes bonorum, sed sanguinis. vnde non est de vniuersitate hęreditatis, sed speciali iure descensionis. C. de ope. lib. l. liberti. ff. de acquir. hære. l. patre hærede. §. 1. ff. ad trebel. l. ex facto. §. fi. ff. de leg. 1. l. filius. §. si quis. ff. de pac. l. si tibi. §. pactus. facit quod no. Pe. & Cy. in l. 1. C. de condi. inser. si igitur est ius non hęreditarium: ergo non transit cum vniuersitate hęreditatis, nam cum de iure patronatus sit facta dispositio in descendentes specialiter, & per se non transit in hęredes presbyteri, immo sicut legatū detrahi<sup></sup>ab hęreditate, q si dictus presbyter instituisset alios hęredes, quàm descendentes, dato q illi hęredes haberēt vniuersitatē, non tñ habēt patronatū. l. proinde. ff. si cer. pet. & ff. de peculio. l. sed si dāno. & l. a Titio. ff. de furtis. & per hoc videtur tolli allegatio pędicta presupponendo, q in hoc articu
5 lo valeat dispositio testamenti. † hęc tamen non haberet dubiū, si legitimati essent a Papa ad ius patronatus ecclesię: quia Papa potest spiritualis, & spiritualibus annexa legitimare. extra qui filij. in c. tanto. & statum natalium est de principali iurisdic. ecclesię, vt extra de ordine cogni. c. inā. nec pertinet ad Imperatorē status, qui a matrimonio depēdet, vt extra qui filij sint legitimi. c. per venerabilem. quod ergo not. extra de fide instru. cum P. tabellio. q ita potest legitimare Imperator sicut Papa, verum est in causis, & terris sibi subiectis in causis spiritualibus, q non legitimat Imperator, nec apponit manum ad plaustrum alienum, vt no. Cy. C. de inces. nup. ant. ex complexu. nam vt ait Inn. vbi supra sunt quasi vt miraculosa, & quēadmodum contra naturam, de infami. c. facere bonam famā, & de illegit. c. legitimum. & omnia sui iuris subijcere alij. Vnde ex pędictis videtur concludendum, q ex defectu potestatis causę efficientis. i. Imperatoris non tenet legitimatio quo ad subijciendam ecclesiam patronatui spuriorum, nec potest opponere clausulam non obstante aliqua decretali: quia canonica statuta non possunt derogari per Imperatorem, qui est subiectus, sicut quicunque laicus. dicet aliquis, q spurius nō proprius, sed alienus nomine spurius alienus potest hęres instituti, & ei legari, vt no. in Auth. quib. mo. na. effi. sui. §. fin. colla. 7. sed isti quondam spurij veniunt ex prouidentia trans
6 uersali, quia sunt descendentes ex linea transuersali, † vnde cū vigore testamenti veniant, & sint de descendentibus ex transuerso, nec aliqua ratio impedit eos venire, certe etiam si non essent legitimati, venirent. ista ratio concludit, q si relinquitur Titio amico, & eius descendentibus, q veniant descendētes ex eo, licet sint spurij. sed an hoc sit verum, videamus: & disputando vlterius de potestate Imperatoris ad verba testamenti, & interpretationem verborum procedamus: verba enim dicunt, quibus deficientibus veniant descendentes. nā hæc adiectio, quibus deficientibus. est numeri pluralis, & copulatiuæ significationis: sed ex dispositione copulatiuæ requiritur veritas vtriusque partis: sed hic restat alter in rerum natura, & non deficit, ergo conditio falsa, vel saltem nondum verificata, vt ff. de re. dub. l. is. qui ducenta. §. cum quidam. & §. vtrum. & ff. de cond. inst. l. si hęredi plures. Item propter gradus pęrogatiuam videtur pęferri, qui extat. ff. de leg. 2. l. cū ita. §. ita. §. in fideicom. & ff. ad trebel. hęredes mei. §. fi. Pręterea quando substitutio fit a pluribus cum copula verbali, siue mentali, & existit conditio in persona vnius, & non alterius, si quidem extat persona, quę ex præsumpta voluntate testatoris excludit substitutum, nō est locus substitutioni. C. de impu. & alijs substi. l. pe. si vero nō extat talis persona, habet locum substitutio in parte deficientis, vt ff. ad treb. l. hæredes mei. §. cum ita. sed hic extat & verus, & legitimus agnatus, qui ratione familiæ, seu agnationis debet pęferri, vt in l. 1. §. quamuis. ff. de ven. inspi. sed contra hoc videtur aduersari voluntas defuncti, qui naturam imitatus descendentes rogauit in locum progenitorum suorum, sequutus naturalem, & ordinatum effectum magis, quàm iuris subtilitatem. ff. de hæ
7 re. insti. l. Lucius. in fi. Pręterea † istud verbum, descendentes, relatum a presbytero non potest intelligi, nisi de spurio: vt ff. ad trebel. l. hæredibus. §. fi. & de eo potest de iure intelligi, ergo intelligemus de ipso ex interpretatione non solum conie-
cturali,

ctur ali, sed necessaria, respiciendo personam, ad quam dirigit sermonem. sed ad hoc potest responderi, ꝙ illud, descendentibus. referatur ad eos, qui possunt habere iustos descendentes: quia sermones sunt ciuiliter intelligendi, vt ff. de seruit. l. si cui. vnde circunscripta qualibet legitima, & etiam posito, ꝙ repudiarēt hæreditatē paternam, ad quam sunt legitimati, tamen possent venire ad patronatum ex dispositione iuris testamenti; vt in Auth. de eccl. tit. §. si quis edifica. coll. 9. Item Imperator potest legitimare incestuosos, qui possunt actiue, & passiue legitimari: vt sint subditi Imperatoris, vt l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. & si dicatur, tales filij sunt odibiles, ergo non continentur in fauorib. vt ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius. Titius damas. rñdeo, imo non sunt odibiles quo ad trans
8 uersales, nec est ērnouum, † ꝙ in plerisque minus legitimi cōtinentur appellatione descendentium, vt quando vtimur verbis naturalibus, non ciuilibus, vt not. Barto. in l. 2. ff. de accu. & C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. & Ioan. And. in c. statutum. de hæreticis. lib. 6. in nouella. quia videtur dicendum, ꝙ testamentum sit seruandum. casus in d. §. si quis ędificationem. in Authe. de eccl. tit. col. 9. qa legitimatio Imperatoris nihil addit, nec detrahit testamento, vt C. de test. l. omnium. quia non est intentio Principis alterare testamenta, sed fauere, & obseruare ipsa, & obseruari facere, prout iacent, & sine extraneo intellectu: nisi vbi lex interpretatur, vt in c. quia contingit. de religiosis domibus. in clementinis. hinc est, ꝙ si testator substituit legit. filijs legit. nascituris, non intelligitur de legitimatis quia non sunt legitime nati: pręsertim si alia dignitas, vel alia ratio naturalis non patitur. ff. ad treb. l. ex facto. §. si quis rogatus. vnde dicit Spec. ꝙ in emphyteusi ecclesiæ non continentur illegit. nati. in Spec. de loc. §. nunc aliqua. circa fi. vnde concluditur, ꝙ legitimatio facto testamento eius sensum non habebit mutare: sensus autem naturalis, non fictus accipitur, quia mens hominis naturalis est, ff. de cond. & demon. l. fidei com. Et ideo pondus nostræ quæstionis stat in testamento, cuius verba sunt. Quibus deficientibus in descendentes eorum. allegatur enim, vt supradixi, ꝙ verba substitutionis complexiue debēt verificari in qualibet extremorum, vt C. de impu. & alijs substi. l. hæreditatem. hoc videtur tenere Spec. expresse in Spec. de loc. §. nunc aliqua. versi. 69. versi. quæritur, pone. sed illud est propter præsumptam prouidentiam, & charitatem. sed ad hoc respondetur, quia illud est verum in substitutione directa, non autem in fideicommissaria: ergo nec in legatis, quia legata, & fideicommissa æquiparantur. & ad hoc videatur, & inducatur lex hæredes mei. §. cum ita. & eo. titu. l. Lucius. §. Caio. sed certe §. cum ita. loquitur, quando conditio est in persona vltimi morientis, sed in casu nostro vnus superuiuit: & ille videtur tacite vocatus ad vniuersum ius, vel saltem ad vocem eius, qui decessit sine descendente, vt ff. de leg. a. l. Titia Seio. §. Seia. vnde præsentatus ab eo est præferendus: dato ꝙ isti legitimati succederent in iure paterno, vt d. c. plures. videtur, ꝙ nondum extitit conditio testamenti per talem theoricam: quia conditio sumitur ex vniuerso, si quidem existit in persona vltimi morientis, & non primi, habet locum substitutio fideicommissaria: sed si econuerso existit in persona primi, vltimo superuiuente non habet locum substitutio. sed ita est in proposito: ergo non est verificata substitutio. Quapropter descendentes prædicti in substitutionem non veniunt nec ex transmissione, quia testator voluit descendentes venire, nisi deficientibus principalibus, qui
9 erant instituti patro. illa enim dictio, quibus. † intelligitur omnibus: quia sumitur ex vniuerso: & indefinita æquipollet vniuersali: & maxime complexiua. non obstat. §. Caio. quia cum ibi quilibet fuerit rogatus de parte sua, videtur quilibet grauatus per se. sed hæc responsio non videtur bona, quia trāslatio, quæ fit in descendentes, videtur esse quoddam grauamen decedentis: quia impedit transmissionem: nisi quis dicat, ꝙ legatum diuisum per tempora, scilicet primo dum viuit, & descendentibus postea, non est proprie grauamen, quia nihil venit restituendum: & vnicuique acquiritur, quantum tempus patitur, vt l. si seruus communis meuij. §. fina. de stip. seruo. Item quia pendet ex re familiari. Item aliud est ordinatum: puta a testatore, qui in testamento dotat. aliud formatū, scilicet ab episcopo, qui interponit autoritatem: primum est causale, & de futuro: secundum formale, & de præsenti, sicut dicimus in dote puellæ, quæ dr̄ dotata, etiā antequam nubat propter spem de futuro. ff. de admi. tuto. l. cum plures. & quo ad dotem potest de ipsa ordinare. ff. sol. mat. l. quoties. & ius patronatus est indiuisibile, ne veniatur ad inconueniens: & quia non potest reduci ad diuisibile.

Aliæ allegationes ad consilia duo præcedentia.

*CONSILIVM CCCLXXIIII.*

In Christi nomine. Verba in l. hæredes mei. §. cum ita. talia sunt, dic, aut tractatur de substitutione directa, aut de fideicommissaria. primo casu, quia dixit testator, Titium, & Meuium filios hæredes instituo: & si vterque in pupillari ætate decesserit, talis sit hæres. & moritur alter in pupil. ætate, substitus non vendicat sibi locum: & ita loquuntur leges contrariæ. sed si tractatur de fideicommisso test. sub illa conditione facienda, quæ dicitur in hoc. §. habet locum. §. iste, & hoc patebit infra. eo. l. Lucius. §. Caio. & l. fi. §. filia. de leg. 2. ratio autem huius solutionis posset esse: & ita videtur innuere. §. Caio. quia quando testator facit substitutionem directam sub illa conditione, si moriatur vterque in pupillari ætate, perinde est, acsi substitutio facta esset sub duabus conditionibus copulatis: & in illo casu exigitur, ꝙ vtrunque existat, vt l. si hæredi. de condi. insti. tunc videtur testator separatim duas conditiones apposuisse: vnde sufficit, ꝙ vna existat. & ita loquitur hic, & d. l. Lucius. §. Caio. nam hoc est regulare, quòd quotiens apponitur aliquid copulatiue, perinde habetur, ac si separatim appositum esset: & sufficit vnum fieri: vt l. falsa. §. fin. de condi. & demon. & l. 2. de condi. insti. & l. qui concubinā. §. præstitus. de leg. 3. di. dixit Iaco. But. aut dispositio habet singulares, & separatas rationes, non communiter respicientes dispositionem: & tunc pluralis locutio resoluitur in singularitates: vt l. falsa. §. fi. de cond. & dem. sed qñ rōnes cōiter respiciūt ad dispositionē, adeo ꝙ sufficiat vnū sine reliquo, & tūc producat vnū effectum, & vnā dispositionē, nō resoluitur in singularitates: vt hic, & l. si seruus pluriū. ff. si quis cautionib. Iaco. Bu. & Cy. in l. pe. de impub. & alijs substi. in 2. oppo. quando de causa posses. cum ita. & §. fides, ꝙ fit substitutio fideicommissaria, si substitutio fideicommissaria sit similis, siue singulariter fiat, cuiuslibet per se fides videtur electa, vnde quilibet videtur grauatur de per se: vt l. Lucius. §. Caio. sed in directa refert, vtrum sit facta substitutio coniunctim, uel diuisim. primo casu requiritur ueritas, saltem in persona vltimi morientis. secundo casu referuntur singula singulis secundum Cyn. prædictam distin. firmat glo. in l. pater filiam: §. duos. ff. ad l. fal. tex. in §. cum ita. reddit rationem, quia sicut se habet totum ad totum, ita pars ad partem. ff. de rei. uen. l. quæ de tota. sed text. in §. Seio. sentit aliam rationem quo ad uerba testamenti, quia in fideicommissario quilibet grauatur de parte sua, & non alterius, ergo mors alterius frustra expectaretur. & est uiua ratio iurisconsulti, & præterrim quia non superest persona, quæ ex præsumpta uoluntate defuncti habeat excludere substitutam secundum Barto. nam ille. §. cum ita. fundat se in pręsumpta consideratione testatoris: & duo reputat eius præcepta: quia non superest persona, quæ aliquo iure possit excludere substitutum: ideo uerba copulatiua accipiuntur distributiue, ac si nominatim dixisset, substitutum talē in parte sua, & talem in sua: resoluēdo plurale in suas singularitates, ut in legibus superius allegatis. nā sicut qñ copula ponit̃ inter honoratos, ut si relinquo Titio, & Seio, ita si ponit̃ inter grauatos, nō requiritur ueritas utriusq; partis. ita qñ in cōditionibus copula supponit̃ inter diuersos grauatos respectu rei, quę recipit distributionem, significatio attribuitur cuilibet parti de per se: licet inter copulatiuam dispositionem respectu unius personę, & copulatiuam conditionē longa sit differentia. nunc uenio ad casum nostrum, quia uerba dicunt, ipsis deficientibus. & primo utrum ista sint uerba determinata numero, uel indefinita, an uniuersalia. nam uniuersalia sunt non solum ternis uerbis, ut dialecti. sed mens disponentis, ut dicunt iuristę, qui dicunt, ꝙ ex propria significatione

catione

ratione indefinita similis est vniuersali. Intra sunt not. aliquando tamen non æquipollet, quando non est eadem ratio includendorum sub hac ratione secundum Dyn. & Oldra. Item hæc nõ videtur proprie substitutio, sed quædam diuisio temporis scilicet genitori in vita, & genito post mortem genitoris, vt C. de lega. l. fina. Item si esset substitutio, videtur æquiparari directæ, quòd nulla fides genitoris erga genitum sit electa. & est quædam translatio potius, quàm fideicommissum. sed contrarium videtur, quia legata, & fideicommissa æquiparantur: & quia istud est granamen genitoris: grauatur enim in hoc, quia alias transmitteret ius patronatus cum vniuersitate, vt in capitu. ex literis. quod nunc non transmittit ipso iure, sed ex singulari dispositione testatoris, & recta via transit in descendentem tanquam in descendente, non tanquam in hæredem: cum idem habiturus esset quilibet hæres descendens, & existens. hæc clausula probatur. ff. de oper. liber. l. vt iurisiu. §. si liberi. nec dicat aliquis, isti non possunt capere, quia spurij: quia imo possunt capere ex testamento transuersalium, vt quorumcunque extraneorũ: vt not. in Authen. quib. mo. natu. efficiun. sui. §. fina. colla. 7. & ff. de vulga. substi. l. is, qui. Præterea isti sunt legitimatis ab Imperatore, q potest conferre ius verum legitimatis: sicut potest conferre verum ius Romanorum. & quod potest induci per veritatem, non eget adminiculo fictionis, vt dicit. l. tãquam. & idem tex. dicit, quòd filij sint legitimi: quod verbum, inte. est verbum præcise significans substantiæ veritatem: alioquin litera vteretur verbo videri, vel haberi, vt not. ff. de verbo. significatio. l. mercis. nec obstat, quod not. Innocen. in capitu. cum P. tabellio. de fide instrumen. vbi dicit, quòd spurij sunt quodam modo contra naturam nati: quia verum est respectu naturalis iustitię, & originis, quæ macula est facti. & quod factũ est, non potest esse infectum. nam hoc solo priuatur deus: sed qui sunt renati, quemadmodum baptizati recuperant iura originis, & tunc possunt succedere in hæreditate, vt l. ex facto. in prin. ff. de vul. substi. ex hoc sequitur necessario, q in eos trãsiuit ius patronatus. nam per sententiã iudicis secularis si transiuit hæreditas, per consequentiam necessariò transit ius patronatus ecclesiæ. & hoc contingit ex dispositione iuris ciuilis, & canonici: q ex dispositione hęreditatis, quæ est successio, siue ius succedendi in vniuersum ius, qd testator habuit, hoc idem pater in testã, quod est de iure ciuili: & in successione ab intestato, & in bonorum possessione, quæ est de iure prętorio. & hoc contingit, quia nõ potest quis decedere pro parte testatus, pro parte intestatus, vt dicit regula iuris. vel p parte cum hærede, pro parte sine hærede, vt no. C. de secun. nup. nisi hoc faciat specialis, & regularis lex, vel Principis dispositio, vel impossibilitas capientis, vt quia esset Iudęus, vel saracenus, qui legitimatur per Imperatorem ad alia, prętetquam ad ius patronatus. & si dicas, ius patronatus est spirituali annexum: respondeo, potius est annexum hęreditati. his omnib. consideratis, & auditis sufficient allegationibus vtriusq; partis, dico, q isti legitimati habẽt vnam vocem. l. patris eorum: & legitime nati habent aliam vocem. vox autem mortua. s. eius, qui decessit sine descendente, est communis vtriusque: vel nullius tanquam caduca. & propter discordiam patronorum ille, qui habet ius instituẽdi, potest de iure adherere, cui vult. & præsertim digniori tam præsentati, quam præsentanti. & sic locus est gratificationi, sicut in plerisque iuris articulis. Vltra dictum consilium non omitto, q Spe. tenet, quòd quandiu omnes non decesserint, non sit locus substitutioni, vt not in Specu. de locato. §. nunc verum aliqua. versicu. 69. quæritur, pone ecclesia. & si quis velle tenere hanc opi. isti legitimati nondum haberent aliquod ius præsentandi. non ob. l. hæredes mei. §. cum ita. quia ibi loquitur in re diuisibili, sed ius patronatus est indiuisibile, quod diminueretur per concursum instituti cum substituto eius: quod non videtur fuisse de mẽte testatoris. ista quæstio est dubia pro vtraque parte, & est disputabilis: tamen in re dubia tutius est verba testamenti seruare, quia illa verba, ipsis deficientibus. æquipollent huic copulæ A. B. & C. deficientibus, quia nominatus in institutione patronatus videtur a testatore prędictus, & prælatus, vt ff. de cõdi. & demon. l. publius. §. 1. ibi, sed non est verisimile &c. Solu. ille, qui habet instituere, potest de iure electum a legitimo confirmare, vt no. Innocen. in capitu. 1. in fi. de iure patrona. dictum Spe. in emphyteusi, quæ datur gratia, & amore recipientis, & iuxta ius accrescendi lata fuit interpretatio, eadem ratione fauoris fit diuisio voluntatis in fideicommisso, secus in directa substitutione, quia excludere venientes ab intestato est quodammodo odium: & pp hoc interdum directa vertitur in obliquam, vt l. precibus. nã ille, qui substituit directe, non intendit aliquem grauare, sed ille, qui substituit p fideicommissum, intendit quemlibet grauare de sua portione: ac in emphyteusi illa verba, de quibus loquitur speculator, non sapiunt grauamen. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCLXXV.

1 *Pactum non seruans, quod sibi obseruetur ab altero, petere non potest.*

2 *Beneficium legis secund. C. de rescin. ven. habet etiam locum in incantu, seu in venditione facta per fiscum.*

In Christi nomine. Casus, super quo consilium petitur, subijcitur in terminis. magistri intratarum Magnifici domini nostri vendiderunt Absaloni de sansonibus officium thesaurariæ intratarũ extraordinarium pro annis duobus, & pro precio flo. octingentorum, cum certis pactis, videlicet q dictus Absalon recipere debeat omnes intratas tam ordinarias, quam extraordinarias pertinentes ad cameram intratæ extraordinariæ. Item, q dictus thesaurarius possit accipere cuilibet soluenti de super certis intratis, si soluerit flore. vnum, vel minus de confessione imperiales tres. & soluerit a flore. vno vsque in 10. imperiales. 6. & si a 10. vsque ad 25. imperiales. 12. & si a flore. a 5. supra solidos 3. imperiales, & nõ vltra excep. de denarijs possessionum Mediolani, de quibus habeat pro flore. 2. solidos 2. pro confessione. & si durante dicto incantu aliquid diminueretur propter aliquam dationem, vel donationem, vel restitutionem, fieret debitũ restaurum &c. contingit, quòd Magnificus dominus non vult pacta sibi obseruare, quoniam vult partem dictæ intratæ debere recipi p alios officiales, quàm per dictum thesaurariũ. & ideo dictus thesaurarius recusat exercere dictum officium, & etiam soluere precium dictæ intratæ, eo quòd pro parte dicti M. domini non adimpletur, quod promissum est. ex aduerso pro parte dicti M. domini allegatur, quòd dictus thesaurarius non potest a contractu resilire.
1 † Respondeo, pacta sunt clara, quia si aliquid diminuitur, debet fieri restauratio pro rata, vt ff. de contrah. empt. l. offi. 10. sed si in totum non obseruatur, cum talia pacta dederint causam contractui, ille, qui non seruat pactum, non potest petere sibi seruari per contractum, vt C. de pac. inter emp. l. cum te. & ff. locati. l. quęro. §. inter locatorẽ. ff. de actionibus emp. l. Iulia. §. offerri. & l. qui pendentẽ. ff. de excep. doli. l. pater. §. ex quadrante. & C. de pactis. l. cũ proponas.
2 † idem si pacta non seruata ascendunt vltra dimidiam iusti precij, seu incantus, vt ff. de contrahen. emp. l. domum. C. de rescin. ven. l. 2. ff. de verbo. oblig. l. si quis cum aliter. quod notatur C. locati. l. olei. facit quod no. Barto. de verbo. oblig. l. si quis arbitratu. versicu. formo tibi unam quæstio. &c. & idem, quod no. Bar. ff. de dam. infe. l. si finita. §. elegãter. in pe. quęstione. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCLXXVI.

*Decretum iudicis non validat contractum, in quo fuit læsus pupillus. & an decretum faciat præsumi omnia solenniter acta discussa, & vera.*

In Christi nomine. Quæstio, super quã consilium petitur, subijcitur in terminis infrascriptis. tutor pupilli ob alienum ęs vendidit domum ipsius pupilli pro precio flore. 22. cum decreto iudicis. & in ipso instrumento venditionis asseritur, q nulla alia bona mobilia, nec pecunia aderat in bonis ipsius minoris: & sic iudex interposuit decretum: nõ tñ apparet de alia excussione facta per ipsum iudicem, vel tutorem de bo-

nis ipsius minoris: pupillus autem finita dicta tutela videns se deceptum cepit vendicare dictã domum, dicens alienationem nullam esse: & inquantum aliqua petijt beneficium restit. in integ. & pro fundamento suo produxit inuentarium factum ante ipsam vẽdi. per dictum tutorem, in quo ipse tutor eam posuit esse multo maioris valoris, & æstimationis communi æstimatione vltra quantitatem, pro qua fuit vendita dicta domus: nec aliter apparet, quòd alia bona mobilia sint data insolutum pro dicto debito, nisi precium dictæ domus. ex aduerso allegatur, quod decreti interpositio facit, vt præsumãtur omnia solenniter acta. Item quantumcunq; confessio facta in inuentario probet contra tutorem, non tamen probat contra ementem: & ideo quia aliter non est probatum, quod bona mobilia adessent tempore dictæ venditionis, præsumimt omnia solenniter acta propter decreti interpositionem. ex his quęritur, quid iuris &c.

CASVS.

1 In Christi nomine. †Quod pręsumantur omnia solenniter acta discussa, & vera, quæ narrantur in instrumẽto, ex quo iudex interposuit decretum, tenet gl. in l. 1. C. de fi. instru. & iure hastæ fisca. li. 10. Idem tenet Spe. in Spe. de emp. & vend. §. nunc dicendum. versi. & breuiter scias. & hoc videtur probari per tex. in l. 1. §. 1. ff. de reb. eorum. & tex. dicit, quod qui allegat obreptionem, debet probare: ergo si non probat, præsumitur pro instrumento. potest ad idem induci, quod notatur in l. actor. ff. rem ra. hab. in contrarium videtur, quod solennitates, quæ consistunt in actu separato a principali, non præsumuntur: quia sunt solennitates extrinsecæ, vt not. ff. de verbo. obli. l. sciendum. & ff. de publ. l. quæcunque. §. fina. & per Inno. de eo, qui furtiue ordines suscepit. cap. innotuit. Præterea non creditur iudici, nisi quatenus ex actis appareat. de offic. deleg. c. cum in iure. de probationibus. c. quoniam contra falsam. Præterea in vendit. rei minoris requiritur inquisitio, & discussio, vt ff. de reb. eo. l. magis puto. §. non passim. ergo si non est inquisitum, non valet decretum: quia non liquet iudici illud, quod liquere debet, vt ff. de transac. l. cum hi. §. si prętor. hanc partem tenet Bar. expresse in d. l. sciendum. quia ista discussio non potuit fieri loco, & tempore confecti instrumẽti. i. tempore decreti: nec est credendum tutori, & maxime quia iudex debet se informare ex rationibus pupilli, & ex inuentario, vt d. l. magis puto. §. in primis. & quia magis præsumitur pro inuentario, quam pro contraria exceptione tutoris, vt l. fi. C. arbitrium tutelæ. & sic contra præsumptionem solennitatis est alia præsumptio scilicet, quòd extarent mobilia, non statur præsumptioni. ff. de in integ. restitu. l. dinus. Solu. licèt pupillus potuerit habere pecuniam, & mobilia, tamen tempore interpositionis dicti decreti potuerit dicta pecunia esse consumpta: & similiter de rebus mobilibus. tamen quia pręsumuntur extare, ex quo contrarium non probatur, vt C. de probatio. l. ex persona. & ff. qui satisdat. cogan. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. dico, quòd dictum decretum, & dicta venditio non tenuit. tamen quia dicta pecunia fuit conuersa in vtilitatem pupilli, competit emptori retentio rei emptę, donec sibi reddatur precium antedictum, vt not. C. commodati. l. sub prætextu. per Cyn. & alios, & ff. de cond. inde. l. si non sortem. §. si centum. & ff. de pigno. actio. l. eleganter. §. qui reprobos. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXVII.

1 *Dominium, & possessio an per inuestituram acquiratur ecclesię.*
2 *Hospitale ædificatum per quem præsumatur ædificatum.*
3 *Ediam nomine an contineatur fundus.*
4 *Possessio, & dominium qualiter probetur.*
5 *Confessioni serui quando stetur.*
6 *Ex confinibus rerum declaratur ipsa res.*
7 *In interuersione requiritur animus.*
8 *Censum, vel tributum debens an sit dominus vtiliter, & directo; & an cadat a iure suo, si tributum non soluerit.*
9 *Appellari an possit ex possessorio.*
10 *Executio facta appellatione pen. debet retractari.*
11 *Hospitali dirupto, & funditus destructo an duret ius patronatus.*

In Christi nomine. Otto præcedens se inuestitum ab Abbate Sancti Petri cum annulo aureo de quatuor perticis terrę refutauit dictam inuestituram in manibus dicti Abbat. & dictus Abbas acceptauit causa faciendi ibi vnum hospitale in honorem dei, quod deberet ædificari per quendam fratrẽ Gandulsum, cui præfatus Abbas donationem fecit de dictis quatuor perticis terræ, retinens dictus Abbas in se nomine dicti monasterij ius patronatus, & instituendi magistros in dicto hospitali sub cẽsu annuo vnius libræ candellarum, & isti
1 contractus fuerunt celebrati 1262. † Hic primum quæritur, quia non apparet de aliqua tradi. possessionis, an dicto monasterio Sancti Petri sit aliquod ius acquisitum: & videtur, quod non, quia dominium, & possessio non probantur per instrumentum inter alios factum: licèt contractus, & obligatio probent inter contrahentes, vt ff. de acqui. pos. l. prędia. & extra de fide instrumen. capitu. inter dilectos. §. fin. & hoc verum, si sub iuramento calumniæ negetur dominium, & possessio, vt no. in Spe. de loc. §. nunc aliqua. versic. 52. quæritur idem, si sub iuramento calumniæ dicit quis se ignorare: quia factũ est antiquum: quia ex titulo solo non probatur dominium. si autem constaret de dominio, satis esse in ecclesia, vt C. de sacrosanc. eccle. l. fina. imo dicunt quidam, quòd etiam possessio pręsumeretur, vt in capit. 2. extra de consue. sed ibi interuenit traditio facta ex consuetudine loci. Quidam etiam dicunt, quòd per renuntiationem non transfertur dominium, argumen. C. de transac. l. si pro fundo. Barto. tangit istum passum. ff. de acqui. pos. l. quę nobis. tamen hęc opin. reprobatur per glo. C. de proba. l. cum res scilicet quãdo de dominio agitur directo, seu principaliter. nam sicut alia est essentia dominij, alia possessionis: ita alius est modus probandi possessionem, vt ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil commune. super isto igitur primo puncto cõcludo, quod ex narratis nulla surgit probatio pro ecclesia Sancti Petri, nisi quod adiuuaretur per alia instrumenta: quia sępę per adiunctum probatur, quod per se solum non probatur, vt ff. de rei vẽdi. l. quędam mulier. & C. de acqui. pos. l. minus instructus. nam antecedens trahit ad se consequens, & econuerso. Item a primordio tituli posterior formatur euentus, vt l. 1. C. de impo. luc. descriptione. & hoc quantum ad primum punctum.

Ad idem. CONSILIVM CCCLXXVIII.

In Christi nomine. Sequitur aliud instrumẽtum factum anno 1319. die 27. Septembris: in quo continetur, qualiter Abbas dictę ecclesię asserens hospitale Sancti Antonij ędificatum super territorio antedicto pleno iure spectare, & pertinere monasterio antedicto tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, eligit in ministrum dicti hospitalis quendam fatiolum cum onere dandi censum, pręsupponitur tamen, quod non apparet, quòd ipse fatiolus rexerit dictum hospitale, nec soluerit dictum censum. Item quòd nõ apparet, quis dictum hospitale ędificauerit, nec quòd fuerit ędificatũ super dicto territorio, nisi quatenus resultaret ex verbis dicti instrumenti. respondeo, vt supra, quia res inter alios acta alijs non facit pręiudicium, nisi dictam ecclesiam se possedisse probet, vt in regula iuris. quid autem sit probandum, ponit Specu. in titu. de locato. §. nunc aliqua. versicu. 56. & versicu. 58. quęritur.
2 & patet. ff. de publ. l. si cum quis si duobus. & §. fin. † sed hic restat videre, si apparet hospitale ędificatum, per quem pręsumatur ędificatum, & videtur dicendum, quod pręsumatur ędificatum per eum, qui tenebatur ędificare, ar. C. de ali. pupil. pręstan. l. fi. nam ipsa natura probat hospitale constructum: & ratio dicat, quod pręsumatur factum ab eo, qui facere debebat, vt probat Barto. ff. de verbo. obli. l. cum seruus. & ista ratio multum facit pro Abbate. est. n. cõtinuatiua superioribus instris, & plurimum adiacens veritati, tamen nõ extendit se vltra cor-
3 pus hospitalis: & cum alio territorio nihil habet cõe, † quia nomi-

noiequdium non continetur fundus, vt ff. de act. empt. l. fundi
nihil. & l. granaria. ff. de vsucap. l. cũ, qui edes. licèt aliquãdo
contineantur horti coniuncti ipsis ędibus, vt ff. de seruit. vrb.
prædio. l. olympico. & ff. de leg. 1. l. prædijs. §. pe. & fi. & hæc
accessio est extrinseca, non intrinseca, quia non continetur
in propria diffinitione substantiali, sed habet proprium cor-
pus, & propriam substantiam. huic adiungo, quod dictum
hospitale est funditus destructũ, de quo infra dicã. Ego Bald.

## CONSILIUM CCCLXXIX.

In Christi nomine. Sequitur, ꝙ an. dñi
1328. de mẽse No-
uemb. idem Abb. instituit in perpetuum fratrem Guidonẽ, &
cęteros socios ordinis Sãcti Antonij nomine, & uice domus,
& ordinis Sancti Antonij Vienensis de quadraginta perticis
terræ super quibus erat vna ecclesia constructa sub vocabu-
lo Sancti Antonij cum certis domibus ibidem adiacẽtibus,
sub censu flore. nouem, pacto apposito, quòd idem inuestiti
facerẽt dictam inuestituram confirmari tã per Papam, quàm
per generalem Abbatem Sancti Antonij Vienensis: de qua ta
mẽ confirmatione non apparet, bene apparet confessio, quòd
dictus Abbas fuit confessus se recepisse a fratre Guidone no-
mine domino tum Sancti Antonij pro cẽsu flor. nouem. Item
apparet quoddam aliud instrumẽtum alterius solutionis no-
uem florenorum. modo quęritur, utrum ex istis probetur ius
4 dicti Abb. † & vr̃, ꝙ sic, quia quotiens ex facto serui acquiri-
5 tur dño, † statur confessioni serui, vt ff. de manu. l. Cayus. ff.
depositi. l. quod seruus. ff. de re. iu. l. ex qua persona. igitur Ab
bas Sancti Anto. Vienensis, & ẽt frat. es dicunt stare instrumẽ
tis celebratis inter fratrem Guidonem, & dictum Abbatem
Sancti Petri. Præterea ex longa possessione præsumitur dictã
confirmatio, argu. ff. acqui. hære. l. qui in aliena, C. de peti. hæ
re. l. si filius. & ex solutione census præsumitur causa, vt ff. de
vsur. l. cum de in rem verso. & ex præcedente titulo datur in-
telligi subsecuta possessio, vt ff. de rei ven. l. q̃dam mulier. C.
6 de acqui. pos. l. 2. ff. si serui uendicetur. l. si a te. l. † & ex confi-
nibus rerũ positis in istr̃is ipse res declarantur. ff. de censi. l. for
ma. ff. de rei uẽd. l. si in rem agat aliquis. Item duo adiacẽti ꝑ
inspectionẽ oculorum possunt comprehendi. sunt. n. suburba
næ deseruientes vrbanis, sine quibus principales vrbanę non
bene se habent. & intra corpus earum, vel iuxta corpus ipsa-
rũ situatæ, vel eius deputatæ: sicut in simili dicimus de subur
bijs ciuitatis, vt plene no. in c. ciuitas. de sũia exc. lib. 6. & l. 2.
ff. de ver. sig. Item quod oculus vidit, nemo faciliter negat. &
extrinsecus q̃ paterit expresse, non est probare necesse, ff. fi. re-
gun. l. si irruptione. §. ad officium. & C. fin. reg. l. si quis super.
Itẽ hic fuerunt expressæ certę domus tanq̃ adiacentes, & ideo
adiacẽtia non debent aliter probari, quia rei demonstratæ fru
stra arguitur demonstratio. ff. de le. 3. l. Patro. §. 1. ff. de do. ꝑ
leg. l. 1. in fi. ff. si cer. pet. l. certum. In 3trium vr̃, quia ex omni-
bus istis non probatur possessio, nec inuestitura corporalis;
vt in c. 1. de consue. recti feudi. & ff. quib. mo. vsufru. amitt. l.
Pomponius. C. de dona. l. censua. ff. de acq. rerũ do. l. quæ quis
que. de fi. inst. l. inter dilectos. in fi. Item non apparet de man-
dato, vel ratihabitatione, ff. deposit. l. si quis inficiatus. ff. de
neg. gest. l. si ego. & ꝙ sit sine mandato, non præiudicat dño,
nisi ratihabitio comprobetur: quia ratihabitio facit negociũ
nostrum, quod est nostra contemplatione gestum, vt ff. de ne.
gest. l. si pupilli. §. idem ait. nec dr̃ interuertere possessionem,
qui hoc negat: ex quo nunquam hoc nomine possedisse pro-
7 batur. † requiritur. n. ad interuersionẽ factũ ad animum spo-
liandi, vt C. de acqui. pos. l. fi. ff. de vi, & vi. arma. l. colonus. ff.
de rest. spo. l. olim causam. Videamus, & præsupponamus nõ
solum vera, sed ẽt probata oĩa, quæ dictis instr̃is continentur.
Quęro, quod ius resultat vtriq; parti est inuestituris, & confes-
sionibus supradictis: & an ordini, & dominis Sancti Antonij
sit acquisitum directum dñium, conditionatum tñ. i. censua-
le, an vtile, seu emphyteoticum: nam in dictis instr̃is non fit
mentio de reseruatione dñij facta per Abbatem Sancti Pet. er
go dictæ 40. perticæ terræ pertinent ad dominium directum,
& totale S. Anto. Vienensis, quia 3ctus cẽsualis perpetuus est
mista cũ transferendi dñij directi, & totalis, licèt cũ onere tri-
buti, seu census, vt C. de sac. sm. ecc. l. placet. nam ista stant si-
mul, ꝙ quis soluat tributum, si tamen habet directum domi-
nium, vt C. de vsuca. transfor. l. j. sicut quis habet dominium,
& tñ ꝑstat alij seruitutem. nam præstatio census est quędã ser
uitus, ar. ex̃ de elec. c. quærelã. dicũt doc. in d. c. olim causam.
super verbo, tres solidos censuales. nota, ꝙ per retentionẽ pen
sionis non retinet dñium: alias superfluum esset, quod sequi-
tur: dñium nihilominus &c. de hoc ĩ. in tit. 1. c. si. de re iudi.
c. cum Bertoldus. de religiosis domib. c. constitutus. de appel
lationibus. c. bone. el 1. dicit Bar. in l. 1. §. hic titulus. ff. de pu
8 bli. † ꝙ si census, vel tributũ debetur alij q̃ fisco, puta priuato
ciuitati, vel ecclesiæ, tunc ille, qui debet. i. censum, est dñs vti
liter, & directo: & si non soluit censum, non cadit a iure suo.
allegat dictum c. constitutus. & dicit, ꝙ hoc ęst notabile, & ꝙ
non præsumitur contractus emphyteoticus, nisi ille, qui con-
cesserit, reseruauerit sibi ius in re. ex his concluditur manife-
ste, ꝙ ecclesia S. Petri nullum habet dñium, neq; possessionẽ
legitimam in dictis terris, & domibus posito sine præiudicio
veritatis, ꝙ census deberetur, vt ff. de iudi. l. fideio. §. tractatũ,
versi. qui tñ. Amplius sciendum est, ꝙ ea, quæ relinquũtur cõ
templatione beati Anto. cum relinquens nõ esset alias relictu
rus, acquiruntur ipsi beato Anto. nec est necesse, ꝙ appareat,
ꝙ ille, cui est hac contemplatione relictum, sit frater dicti or-
dinis, vt ff. de vul. substi. l. si plures. §. in arrogato. ff. de annu.
leg. l. annua. §. 1. & etiam ecclesiæ potest acquiri per quẽcun-
que catholicum, tanquã per subiectũ ipsi catholicę, & vniuer
sali ecclesiæ, in cuius potestate spirituali sumus omnes: quia
domini ęst terra &c. hoc probatur prima quęstione. septima.
c. quonẽs cordis oculus. Demum sequitur, ꝙ aliud instrumẽ-
tum, in quo continetur, ꝙ pręfatus frater Guido asserens in-
frascriptam domum peruenisse in dicto hospitali titulo lega-
ti, de quo tamẽ non apparet, inuestiuit ad fictum perpetuum
de prædicta domo, de qua ad præsens est quæstio, per quẽdã
Iac. fornarium in 1337. Item aliud instrumẽtum confectum
in 1339. in quo continetur, ꝙ dictus Iacobus uendidit dictã
domum domino Carbono cum onere soluendi fictum: & ꝙ
dictus dominus Carbonus fuit inuestitus nomine dicti ho-
spitalis per pręfatum dominum Guido. anno 1340. die &c.
& quòd post dictam inuestituram præfatus Carbonus soluit
dictum fictum dicto fratri Guidoni Modo quæritur, quid iu
ris resultet ex dictis instrumentis, præsupposita possessione di-
cti Carboni: & non est dubium, quòd resultat publiciana: qa
Carbonus possedit titulo, & bona fide, vt legitur, & not. ff. de
vsucap. l. census. & si fuissent decursi 40. anni, esset quæsitum
dominium, vt C. de sacrosanc. eccle. authenti. quas actiones.
deinde subiungitur quædam inuestitura verbalis versus fra-
trem Benedictum ordinis Sancti Antonij. sed dico, quod ex
dicta inuestitura dicto Abbati Sãcti Petri, seu monasterio suo
non est ius acquisitum, quia non potest religiosus, cum sit ser
uus monasterij sui, suo monasterio præiudicare, vt C. de pac.
l. seruus. & precipue quia postremus hæres dicti Carboni in-
uestiuit Franciscum de florentia de dicta domo: quod po-
tuit, etiam si non potuisset habuisse, nisi vtile dominium ex
contractu censuali, vt ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. ff.
de lega. 1. l. si domus. § fina. examinatis igitur contractibus
veniamus ad materiam iudicij. & loquendo realiter, veritas
non constat mihi, quòd dictus Abbas habeat ius, sed dictus
Francis. & nisi aliud viderem in facto, ibi iure videtur mihi
certissimum, secundum ea, quæ proponuntur. & non restat,
nisi videre de appellatione, vtrum a sententia lata pro dicto
Abbate in possessorio recuperandæ possit appellari: & an exe
cutio eius debeat retractari: insuper ex abundanti an destru-
9 cto hospitali duret ius patronatus. † Circa primum an possit
appellari, videtur dicendum, ꝙ non de iure ciuili, si sit merũ
possessorium, vt C. de sen. & interlo. om. iudi. l. post sent. C. si
de momen. pos. l. vnica. sed de iure canonico potest appella-
ri: pręsertim si causa rationabilis exprimatur in appellatione,
vt extra de resti. spo. capit. cum ad sedem. & c. ex conquestio-
ne. & de testibus. capit. significauerunt. de resti. autem in inte.
non est dubium, ꝙ minor, & ecclesia pñt petere, si sunt enor-
miter lesi, plene disputatur, & notatur in d. l. vnica si de mo-
mẽ. pos. & satis probatur. C. de iudicijs. l. properandum. in fi-

ne. coniuncto eiusdem legis prin. & succurratur minori, &
ecclesię de iure speciali, quare non eodem modo succurritur
de iure communi, implorando auxilium superioris. Item si es-
set possessorium recuperandæ, & sententia per iudicem extra
hæretur ad constitutionem legis si quis in tantam. furtius, &
iustius esset dicendum, ꝙ posset appellari, ne proprietati fie-
ret præiudicium, arg. ff. de appel. l. creditis. §. iussus. hoc nota
tur in Spe. de appel. §. in quibus. versi. 6. & versi. sed nunquid.
licèt Archi. super hoc multa scripserit. 2. q. 6. §. sunt ēi quo-
10 tum. versu, si de possessione. † Tn̄ ista est veritas, & ideo exe-
cutio facta appellatione pendente debet per viam attētorum
reuocari, vt in c. non solum. de appel. li. 6. dicit In. ꝙ si totum
11 cassat, ergo & executio, de offi. deleg. c. pastoralis. Venio † ad
vltimum punctum de hospitali dirupto, & funditus destru-
cto: & dico, quòd per ipsum non potest præsentari rector, qa
est aridum, & siccum, vt ff. de seruitu. rusti. prædio. l. & Atti-
lianus. nisi ad gubernacula bonorum ipsius, & ad spem refi-
ciendi, argum. ff. de lega. 1. l. domos. & l. si domus. & ff. de pi-
gno. l. Paulus. §. domo. nam emphyteusis durat in ipsis bonis,
quæ casmate non perierunt, vt C. de iure emp. l. 1. & argumē.
ff. de condi. inde. l. qui exceptione. §. si pars. reliqui enim re-
tinent nomen hospitalis: & quod superest alimentis hospi-
talarijs, ministrabitur pauperibus, vel conuertetur in reędi-
ficationem hospitalis, si sit possibile reparari. text. alibi dicit,
quòd conducetur domus, in qua interim seruetur hospita-
lis, in Authenti. de eccle. titu. §. si quis ædificationem.
Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCLXXX.

1 *Reductioni ad arbitrium boni viri an possit per pactum re-
nuntiari.*

In Christi nomine. Pręmitto, qđ ista fuit q̄stio antiqua:
an per pactum quis possit renuntiare reductioni ad arbitriū
boni viri. & Iaco. de Are. tenet, ꝙ sic eo modo, videlicet quòd
fiat pactum liberatorium de non petendo, & de non exercen
do ius tale reductioni in casu, quo contingit talem reductio-
nem competere, vt in simili. ff. de liberatio. leg. l. non solum.
§. fin. & l. si rationes. & ff. de pac. l. si vnus. §. illud. & in ista for
ma dicit Cyn. Dyn. vero simpliciter tenuit tali reductioni re-
nuntiari non posse, in capitu. scienti. de reg. iur. lib. 6. & ff. de
verbo. ob. in l. quidam cum filium. dicit enim, ꝙ semper vide
tur tacita conditio, si ęquè fuerit arbitratus. Iaco. But. tenuit,
ꝙ valeat talis renūtiatio nisi dolus ex animo arbitratoris pro-
cedat: sed vbi læsio non interuenit re ipsa, dicit pactum seruā
dum, & valere. nec obst. ratio. Dyn. secundum eum: quia ve-
rum est, ꝙ tacita conditio subintelligitur, nisi aliud exprima-
tur: nam ex conuentione alteratur tacita compromissi natu-
ra, vt videmus in simili stipulatione prætoria. ff. de ver. obl. l.
in conuentionalib. Bar. tenet simpliciter cum Dy. quia si pā-
ctum valeret; arbiter, vel arbitrator induceretur ad delinquē-
dum. sed ista ratio non multū valet, quia iā faceret, ꝙ si appa-
ret de dolo arbitratoris, ꝙ pactū nihil operaretur, vt C. de ar-
bi. l. 3. quicquid sit, cōis obligatio est, ꝙ quæcunq; verborum
cautela sit apposita, pp enormem læsionem potest peti redu-
ctio: quia de verisimili hoc non senserunt cōpromittētes, ꝙ
eos arbiter, vel arbitrator enormiter læderet, ar. ff. mandati. l.
creditor. §. Luc. & ff. de trāsa. l. cum Aquilia. nec ob. dicta lex
non solum. §. fi. & l. si quis rationes. quia loquuntur in actu li
beri. s. legato: sed nos in cōpromisso, in quo partium intentio
non est donare: nec. n. venirent ad arbitrum, vel arbitratorē,
si talis eorum fuisset intentio. imo intendentes suum ius pro-
sequi ad eū accedunt: & ideo non debēt ab eo decipi, de quo
confidunt, arg. ff. de transa. l. qui cū tutoribus. §. qui per falla-
ciam. & ff. de pac. l. tres fratres. simile videmus in libero arbi-
trio dato, & l. quia in pręiudicium alterius nō est trahendū,
vt ff. de test. mili. l. 1. & l. in fraudē. & facit quod no. in cle. sę-
pe. de ver. sig. Secundo præmitto, ꝙ vbi arbitrator enormiter
lædit partem, præsumitur ex aīo, & dolo fecisse, vt no. ff. de p-
to. stip. l. fi. & per Bar. ff. pro socio. l. si duo societatem. §. arbi-
trorum. ex supradictis sequitur, quamcunque opinionem te-
neamus, cum hic partes enormiter fuerint læsæ, arbitrium re
ducendum. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCLXXXI.

1 *Licentia data arbitro debet intelligi plena, sed cum fide.*

In Christi nomine. Concessio arbitrij licèt plenarie debet
intelligi, hoc modo. s. plene quidem, sed ex fide. ff. mandati. l.
creditor. §. Lucius. & ideo quod perfide, & enormiter gestū,
est, debet arbitrio iudicis corrigi, si manifeste iniquitas appa
ret, vt ff. pro socio. l. vnde si neruæ. ff. de ope. libe. l. si libertus,
ita de iurein. c. quintauallis. & in c. sciens. de reg. iu. per Dy.
C. de arbitris l. pe. per Cy. & ideo si arbitrator enormiter mo
dum excessit, vel totaliter, vel vt multum, vel totum cassabit,
vel factum vltra modum reducitur ad modum, siue interue-
nerit dolus, siue lata culpa, quæ dolo comparatur: puta si in-
teruenerit error supinus. ff. si messor falsum modum dixerit.
l. 1. §. 1. dicet aliquis, laudum est species transactionis, vt no.
in Authen. vt differentes iudices. §. 1. ergo standum est, licèt
interuenerit magna læsio. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. fi. Solutio,
ibi loquitur in vera transactione, quam partes faciunt per se.
Sed si arbitratori data est potestas transigendi, & perperam
transigit, bene potest peti reformari, quod contra ius ligato-
rum, & contra spem eorum factum est, vt notatur. ff. de verb.
signification. l. illa verba. & C. de contrahenda empt. l. finali.
Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCLXXXII.

1 *Condemnati ad mortem efficiuntur serui pęna. sed an possint
facere testamentum.*
2 *Executio corporalis facta contra ius constitutionis non indu
cit seruitutem pœna, nec inhabilitatem testandi.*
3 *Sententia lata ad mortem an trahat secum executionem.*
4 *Feudatarius occidens alterum confeudatarium an tam ipse,
quàm eius filij priuentur feudo ipso iure, vel per sentētiam.*
5 *Feudatarius, qui expulerat feudatarium, an cadat a iure suo.*
6 *Impetratio facta ab illo, qui per vim expulit consortem de ca
stro communi, an valeat.*
7 *Adiens hæreditatem an debeat esse certus de morte: & qua
certitudo requiratur.*

1 In Christi nomine. † Dicit lex, ꝙ condemnati ad mortē
efficiuntur serui pœnę, nec possunt facere testm̄. ff. de testa. l.
eius, qui. §. hi vero. & est duplex ratio. s. quia carent bonis, &
statu libertatis: non ergo testantur, vt pote nec dn̄i rerum. nō
.n. valet testamētum eius, qui nulla bona in ciuitate reliquit,
vt ff. de vul. sub. l. lex Cornelia. nam cum capite fortunas om-
nes admittit, vt ff. de bon. pos. secundum tabulas. l. qui ex li-
beris. §. testō. pędicta probantur. ff. de iniu. testa. l. si quis filio
exhæredato. §. sed & si quis. Ioan. And. tenet, ꝙ etiam ad pias
causas, vel super restitutione vsurarum non possit testari, vt
valeat iure testamenti, vel codicillorum, ut ipse plene not. in
capitu. quanquam. de usuris. lib. 6. in nouel. & disputādo ita
fuit determinatum. Sed est aduertendum, quòd illa ratio, quę
redditur in textu in d. §. & si quis. ibi, dum dicit, nam pœnæ
seruus efficitur. est correcta secundum glo. ibi positam. nam
licèt sint obnoxij pœnæ, non tamen sunt serui pœnæ: quia ho
die nemo bene natus. i. ingenuus ex supplicio efficitur serui-
lis conditionis, vt in Authen. de nup. §. quod autem. licèt con
trarium notetur. ff. de pęnis. l. qui vltimo. si ergo tenemus gl.
quæ est in dicto §. sed & si quis. correcta ratione illorum tex.
cessat lex prohibens, vt l. adigere. §. quamuis. de iure patrona.
& ff. de adulte. l. quòd ait lex. sed certe licèt corrigeretur vna
ratio, remanet alia. s. quia nulla bona in ciuitate reliquit: cum
eo naturaliter mortuo succedat dispositio authenticæ bona
damnatorū. sed hic est considerandū, ꝙ decedens pēdente tē-
pore appellandi non dicitur decedere sine bonis: quinimmo
morte eius appellatione pendente extinguitur iudicatum, ac
si esset appellatum, ut singulariter not. ff. de accusatio. l. ex iu-
diciorum. quia beneficium appellationis appellatione pen-
dente

dente idem operatur, quod appellatio solenniter interposita,
vt no. in l. 1. ff. nil nouari appel. penden. sed certum est, q ap-
pellatione interposita, siue fuerit recepta, siue non, morte cō-
firmatur, vt d. l. si quis filio. §. hi autem omnes. ergo & testa-
mentum huius, de quo quæritur, qui fuit immediate post sen
tentiam decapitatus, fuit morte confirmatum. sed argu. ff. de
don. inter virum, & vxorem. l. sed interim. & sola cōfessio nō
tollit ius appellandi, quia posset reuocari, vel excusari in cau-
sa appella. vt no. ff. de appel. l. creditor. §. iustius. verbi gratia, si
pro recuperatione suæ possessionis, cum ei alia ciuilis effica-
cia deficeret, vsus est victricibus armis in rixa, vt no. C. de iu-
dæis. l. nullus faci. ff. ad l. Aquil. l. ex plagis. §. tabernarius. &
C. ad l. Iuliam de vi. l. quoniam multa facinora. & C. vnde vi.
l. 1. nam ferro sananda sunt vulnera, cum fomentarum non
suscipiunt disciplinam. si antē esset casus, in quo de iure non
posset appellari, ita q appellatio esset irrita ipso iure, tunc cō
munis opin. est, q testamentum non valeat. ad prædicta facit.
ff. de appel. l. non tantum. C. quorum appel. nō reci. l. 2. C. de
appel. l. aditos. cum simi. Porro qui se illicite defendit, potest
offendi cum moderamine tamen, si potest moderamen adhi-
bere, vt C. de his, qui ad ecclesi. confu. l. si seruus. sciēdum est
etiam, q si sententia esset ipso iure nulla, nō est dubium, quin
valeat testamentum, vt d. l. si quis filio. §. q si quis. & l. 2. ff. de
2 pœnis. † Et per prædicta apparet, q executio corporalis facta
contra ius constitutionis non inducit seruitutem pœnæ: nec
inhabilitatem testandi. ff. de testamen. l. qui a latronibus. & fa
cit quod no. in l. pe. ff. de condit. ob causam. si bona non fue-
runt expresse adempta. & in ca. 1. §. fina. de milite vasallo, qui
contumax est. & extra de accusa. capitu. cum dilecti. & not. q
Barto. secundum Iaco. de Are. in d. l. ex iudiciorum. dicit, q si
damnatus non appellat, imputet sibi. sed non dicit verum, qa
beneficium dilationis. 10. dierum nemini est auferendum: &
iste vsque ad vltimum vitæ spiritum incluse habet tēpora ap-
pellandi, cui non potest in causa capitali renuntiare, vt no. ff.
de pactis. l. pactum. licèt assessores de consuetudine non ob-
seruent hanc dilationem. 10. dierum ad appellandum. capit.
3 indultum. de reg. iur. Sed contra prædicta videtur, † quia sen-
tentia lata ad mortem statim trahit secum executionem habi-
tu, licèt non actu: idem intellectualiter, licet nō materialiter,
quia nondum mortuus, qui viuit, vt no. l. qui duos. ff. de ma-
nu. test. Nam adhuc indiget cibo, & refectione. ff. de capi. di-
mi. l. lectum. ff. de re iud. l. si victum. tamen statim sententia
adimit statum, qui in iure consistit. i. libertatem, vt not. ff. de
pe. l. qui vlt. & ibi plene hoc dr per Bar. qui ēt dicit, q de con
suetudine nullum expectatur spacium appellandi: quod for-
tificatur ratione, quia talis snia non fertur, nisi in confitentē:
& confessio facit notorium: & ꝫ notorium non admittuntur
libelli querimoniales, vt no. in c. Romana. de appel. li. 6. sed il
lud intelligitur, vt ibi no. spe. dicit, q infra tempus appellan-
di nō potest fieri executio corporalis, & quod antequam pos-
sit fieri executio corporalis, statim sequitur, q hodie non fiet
seruus pœnæ: & si moritur interim, valeat testamētum, ac si es-
set mortuus appellatione interposita: quia si non perdit inte-
rim bona, ergo non perdit statum idest libertatem, quia qui
perdit libertatē, nulla bona in ciuitate relinquit: vt ff. de vul.
sub. l. lex Corne. Breuiter si volumus credere glossatori. Spec.
testamentum valeat, & celeritas mortis non pertinet ad ius te
standi. dicit Bar. q dilationi inductæ a lege non potest renun-
tiari in causis capitalib9, vt ipse no. ff. de pub. iud. l. custodias.
in fi. q. d. secus si essent concessæ ab homine. i. ministerio iudi
cis. sed nunquid possit renuntiari instfis: & vr, q nō, nisi sint
suspecta, vel negentur vera vt C. de fi. inst. l. si aduersarius. l. fi.:
ex prædictis apparet, q celeritas executionis non tollit benefi
cium dilationis de iure, licèt tollat de facto. Quo ad secundū
4 puncturam proponitur, † q vnus ex feudatarijs interfecit alte-
rum, qui erat germanus, siue patruelis ipsius. Quæritur, vtrū
interficiens, & filij sui per hoc ceciderint a iure feudi? Et di-
cendum est, q per sententiam ille, qui fratrem suum occide-
rit, feudi amissione priuatur, & ad dominum reuertitur, vt in
cap. 1. similiter. quib. mod. feud. amitta. non tamen ipso iure,
sed per sententiam coniuncta culpa, vt in ca. sanci. quo tem-
pore miles. eadem collatione. & in capi. 1. §. denique. quæ fuit

prima causa beneficij amittendi. & in capitu. si vasallus cul-
pam. Si de feudo controuer. fue. & in capitu. 1. an ille, qui in-
terfecit fratrem domini sui. & in capitu. imperialem. §. calli-
dis. super verbo, amittat. de prohibitio. feu. alie. per Federic.
5 † Sequitur videre, vtrum Cabrionus, qui expulerat Nicolaū,
ceciderat a iure. respondeo, vt dixi, sentētia requiritur, vt not.
6 C. vnde vi. l. si quis in tantam. † Item quæritur, nūquid teneat
impetratio facta ab illo, qui per vim expulit consortem de ca-
stro communi. & glo. ordi. determinat, q non, & ponit exem-
plum in comite Bartoluto. C. de fundis, & saltibus rei domi-
nicæ. l. si qua loca. lib. 11. & est expressum. C. vnde vi. l. autori-
7 tate. † Sequitur aliud punctum, quia nescitur, si filius viuit,
necne. respondeo, qui adit hæreditatem, debet esse certus de
morte, vt C. de captiuis. l. nec nos. tamen non semper requiri-
tur certitudo per visum, quia per locum a cōiter accidentib.
probatur mors, vt no. C. so. ma. l. si quidem. & l. qui ex liberis.
in prin. de bo. pos. secundum tab. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCLXXXIII.

1 *Signum crucis an sit de substantia inuentarij.*
2 *Solennitatis leuis non est, si lex vltra procedit annullando.*
3 *Proœmia non sunt de substantia.*
4 *Inuentarium ab inueniendo dicitur.*
5 *Citatio absentium an in confectione inuentarij requiratur.*
6 *Signum crucis in quacunque parte instrumenti appositum an sufficiat.*
7 *Inuentarium si non sit inchoatum infra mensem, sed solenniter consummatum infra alios duos menses, an sit satisfactum iuri.*
8 *Bona fides excusanda multa supplet.*
9 *In confectione inuentarij requiritur iudicis præsentia, & non eius decretum.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, an si-
gnū crucis sit prin-
cipium inuentarij, an vero sit quoddam præludium eius, siue
quædam præfatio, vel exordium: & an sit de substantia formæ
inuentarij, itaq si hæc solennitas non seruatur, inuentarium
sit ipso iure nullum: & hæres perinde teneatur insolidum, ac
si perinde inuentarium nō fecisset. & super hoc duæ sunt opi
niones: vna continet rigorem, quia tendit in pœnam: & ista ri
gida, quæ opinio tenet, q inuentarium non valet, quia ista so-
lennitas non est modica, quia est introducta in honorem Dei,
vt ff. de aur. & ar. le. l. Titia. §. fi. Item signum crucis facit deū
esse testem, vt in Auth. quib. mo. na. effi. leg. §. quantum. Item.
qui facit signum crucis, aspiciendo hoc terribile signum in
mētem habet, ne committat dolum, vel fraudem: sicut inter-
dum euangelium ante oculos positum facit, q videtur iura-
2 tum sacrosanctis tactis scripturis. † Item quia lex vltra proce
dit annullando: dicit enim, si præfatam obseruationem so-
lidauerint, idest insolidum omnia capitula obseruauerint,
tunc habeant beneficium inuentarij. & non aliter. C. de iu-
re deliberan. l. fina. §. & si præfatam. illud autem non est de le-
ui solennitate, qua non interueniēte, lex vltra procedit annul
lando, vt ff. de transactio. l. cum hi. §. si prætor. Item Spec. qui
habuit experientiam totius practicæ vtriusque iuris, & qui
bene nouit scripta antiquorū, ponit signū crucis in instro in-
uentarij. in Spe. de instr. edi. §. dicto ad finem. In contrariū vr,
nam istud signum Crucis ideo præmittitur, ne illotis mani-
bus ad inuentarium procedatur. ff. de orig. iur. l. 1. non q ip-
3 sum signū crucis sit de inuentario: † & præludia omissa non
vitiant, quia proœmia non sunt de substantia, vt no. in Authē.
in medio litis non fieri sacras formas. §. fi. & p Bart. ff. de test.
4 l. si quæramus. † Præterea inuentarium dr ab inueniendo, vt C.
de bonis vacan. l. fi. C. arbitrium tutelæ. l. vlti. C. de bonis pro-
scriptorum. l. si quis intra. C. de episco. & cler. l. nulli. sed per
signum crucis nihil inuenitur, ergo non est de corpore inuē-
tarij, argumen. C. de ferijs. l. a nullo & C. de codicillis. l. si idē.
Præterea in inuentario tutoris, curatoris, orphanotrophi, &
similium signum crucis non est de substantia: & tamen si nō
faciunt inuentarium, præsumuntur subtraxisse, & animo ce-
landæ veritatis in inuentario omisisse. ff. de administratione

tuto.l.tutor,qui repertorium.C.de admi. tuto.l. tutores. er-
go a simili idem in inuẽtario hæredis. præterea legis intentio
vna est.s.vt veritas elucescat: qua habita alia superficialia nõ
curantur,quia non sunt de esse,licèt sint de bene esse, vt C.de
fideicom.l.quæstionẽ versus.lex enim,& ista opinio sapit na-
turalem æquitatem:nam pœnæ,quæ surgunt,si omittitur so-
lennitas,tamen si seruatur veritas,non sapiunt bonam,nec re
ctam conscientiam,vt no.in c.quanquam. de vsuris. lib.6.in
nouel.hanc opi.tenet Cy.C.de iure deli.l.fi.quia hæc solenni
tas licèt non sit leuis pp dei reuerentiam pleniorem,tñ nõ est
grauis,& ideo omissa non viciat,vt l. 1.in fi.ff.de ven.inspi.&
arg.in l. 1.C.de formulis.dicit apostolus,quicquid facitis, in
nomine dñi nñi Iesu Christi facite.& tñ illa verba,in nomine
domini.non sunt de substãtia,quia sufficit dicere,hęres esto,
vt l. 1.ff.de hære.insti.licèt notarij de stilo cõi ponant:tamen
illi,qui actum conficiunt, non habent necesse ista verba pro-
ferre,vt no.23.dist.c.in nomine dñi.Item beneficium inuen
tarij prodest iudæis,& saracenis populo Romano subiectis:
& tamen illi pp eorum superstitionem non faciunt signũ cru
cis:& absurdum esset,q̃ isti essent leuioris conditionis,quàm
nos,qui Iesum Christum dei filium catholice profitemur, vt
C.de Iudęis.l.Iudęi Romano. imo in multis Iudæi sunt dete-
rioris conditionis,quàm veri Christiani, cum Synagogæ Iu-
dæorum nõ possint allegari per Christianos, vt cultus eorum
approbemr.C.de Iudæis.l.quod Cornelia.nec ad ciuiles ho-
nores,vt C.eo.l.fi.ex his sequitur, q̃ signum crucis nõ est pro
pter initium inuentarij:quia non proceditur per ipsum signũ
ad aliquid substantiale inuentarij.& ideo errare videntur ad-
uocati,qui dicunt, talũ pro principio inuẽtarij fecit signum
crucis.Item ponunt hæredem in magno periculo:quia hęres
crederet sibi superesse tres menses,vnum ad inchoandum in-
uentarium,& alios duos ad perficiendum.nam secundũ opi.
Spe.statim,q̃ est inchoatum,currunt duo menses, vt d.§.one
roso.& sic perfectum post duos menses nihil prodest:quia qñ
lex vltra procedit,non potest purgari mora tamen æquior es-
set opi.q̃ deinde elapso primo mense currerent duo alij men
ses:quia quicquid facit infra mensem,antequam perficiat,di
citur inchoare,donec sit perfecta:& testamentum dicitur in-
choatum,donec sit consummatum,vt ff.de vsuca. l. ceptam.
5 & ff.de leg.3.l.fideicommissum.§.1.Modo sequitur. † vide-
re,quia in prin.inuentarij non fuerunt citati absentes,vtrum
per hoc vitietur inuentarium.videtur,q̃ sic,vt in Authen.de
hære.& fal.§.si vero absunt.Solutio; dico, q̃ si in inuentario
inchoato potuit committi fraus,non valet inuentarium: sed
si non potuit committi fraus, vt in appositione rerum stabi-
lium,vt C.quando, & quibus quarta pars debetur. l. 1. tunc
non requiritur citatio, quia non interest, nec interesse potest
absentium:& quia quod potest fieri eis inuitis,potest fieri eis
6 non citatis,vt no.ff.de bo.pos.l.3.§.pe.† Subsequenter quæri
tur,nunquid sufficiat apponere signum crucis in quacunque
parte instrumenti:& videtur,q̃ debeat apponi in prin.ad in-
star tituli,vt no.in l. 1.C.ne liceat potentioribus.In cõtrariũ,
q̃ in fine inuentarij ad instar subscriptionis.C.qui testa.face.
pos.l.hac consultissima.§.fi.solutio,sufficit in quacũque par-
te instrumenti fiet.C.de insti.& subst.l.pe.de appel.c.secun-
7 do requiris.† De vno quæritur, si inuentarium non fuerit in-
choatum infra mensem, sed solenniter consummatum infra
alios duos menses,an sit satisfactum iuri:& videtur, q̃ non,
quia primo termino non est satisfactum:& quotiẽs lex requi-
rit plura ad vnum effectum consequendum, non sufficit alte
rum,sed requiritur vtrunque,vt d.l.cum hi.§.si prætor.in cõ
trarium videtur, quia vltima diligentia prodest, & supplet,
quod in principio defuit:ex quo res est integra, vt ff. de optio
ne legata.l.apud aufidium.& ff.de no.ope.nun.l. prætor.§.si
aliquando.Præterea hæreditas,de qua quæritur, pro maxima
parte deducto ære alieno erat in remotis partibus,cum testa-
tor esset de Cherio pedemontiũ:& quatuor millia flo.in pro-
uincia Brauanciæ: quo casu sufficit inuentarium inchoari
infra quatuor menses,& finiri infra alios octo cõtinuatim se-
quentes, vt no.C.de iure delib.l.fi.§.sinautẽ a locis infra quos
quatuor meses omnia solennia fuerunt sine dubio obseruata,
tam de signo crucis, quàm de citatione absentium,scilicet il-
lorum, qui citari poterant: & per edictum publice proposi-
tum:& reliqua omnia,prout formaliter ius requirit.ergo di-
ctum inuentarium fuit solenne, & hæredes habent beneficiũ
8 inuentarij.& hoc iustum, & æquum est, maxime † quia bo-
nafides multa supplet excusando, vt ff. de condi. & demon.l.
quamuis.pręsertim in apicibus,& laqueis iuris ciuilis.& l.j.
in fi.ff.de abigeis.& no.in l.eum,qui.§. in popularibus. ff.de
iureiu.præsertim in pœnis vitandis.illud certum est,q̃ igno-
ranti non currit tempus inuentarij: vnde quam primum scit
res ponendas,tam primum incipere debet inuẽtarium: & ad
hoc habebit saltem mensem vnum.Porro ignorans non est in
dolo,vt C.de incestis nuptijs.l.cum ancillis.ff.de admini. tu.
l.quidam decedens.§.ex quo innotuit.ff.de excus.tuto.l.quin
quaginta.ff.de edil.edicto.l.cum sex.ff.de infamibus. l.gene-
9 ro.ff.de calum.l.annus.† Insuper sciendum est,quod in con-
fectione inuentarij requiritur iudicis præsentia, quia ille de-
bet adesse,qui habet citare: tamen nullo iure cauetur, quòd
requiratur eius decretum, vt no.in Specu.vbi supra.& argu.
C.qui admitti ad bono.pos.possunt.l.fina. & quod not. Bart.
ff.de dona.l.Modestinus. & C.de testamen.l.omnium.Sed in
inuentario tutoris requiritur decretum: & est ratio, quia tu-
tor non potest administrare, nisi ei decernatur administratio
per iudicem,vt C. arbi. tutelæ.l. fina. hæres autem habet ad-
ministrationem suo iure.Pręterea in quæstione nostra fuit in-
terpositum decretum saluo, q̃ super postea superuenientibus
ad notitiam hæredis. & licèt natura decreti sicut non trahit
ad futura tamen ista veniunt in consequentiam anteceden-
tem quemadmodum si tutor addit suum inuentarium. nam
probabiliter dici potest, quòd sufficit decretum semel inter-
positum, quia statim traxit secũ executionem beneficij inuẽ
tarij. Ego Baldus.

Ex positione casus seipsum summat.

## CONSILIVM CCCLXXXIIII.

1 *Declaratio posita in limitatione contractus non transit ad hę*
*redes.*
2 *Compensatio an possit opponi contra depositum.*

In Christi nomine. Duo sunt videnda:
primo cum pater,
& filia fecerint depositum de conuertendo ipsum in redem-
ptione prædiorum, seu in retrodatum fiendum in personam
patris,& filiæ,vel solius filiæ de voluntate patris: & sub hac
forma obligat se depositarius: & mortuus est pater volunta-
te sua non declarata:& filia repudiauerit hæreditatem pater-
nam, vtrum dicta filia possit agere ad retrodatum fiendum:
& fuit per arbitros sententiatum, q̃ possit sic agere ipsa facien
te,& curante,q̃ dictum depositum reddatur ipsi venditori,q̃
se ad retrouendendum obligauit,& bene fuit laudatum: vn-
de dictus emptor non tenetur ad retrouendendũ, nisi habeat
precium secundum formam cõtractus,& laudi. Modo dicta
filia agit ɔ dictum depositarium petens,q̃ obseruet pactum:
ipse dicit se non teneri, quia se obligauerit ob causam retro-
uendendi,& sub conditione voluntatis paternæ: insuper di-
cta pecunia fuit patris iuris pręsumptione: quodque filia nõ
est hæres patris. Item opponit exceptionem compensationis
ex instrumento mutui quantitatis concurrẽtis ad dictum de-
positum: insuper allegat pecuniam sequestratam sibi,& veti-
tum, ne soluat occasione dotis quondam dicti deponentis.
1 Modo quæritur, quid iuris? † Et quæstio ista est inter filiam
deponentem, & depositarium: quia certum est, quòd rebus
sic se habentibus non debet fieri retrouenditio, nisi precium
exburseteur, vt l.2.C.de pac. inter empto. ff.de solu.l.si solu-
tos.ff.de actionibus emp.l.Iulianus.§. offerri. insti. de rerum
diuisio.§.venditæ. Quęstiones aliæ ergo surgũt inter dictam
filiam, & dictum depositarium: quia depositum certa lege
fuit factum: & pater non declarauit suam voluntatem: &
declaratio voluntatis posita in conditione, vel limitatione
contractus non transit ad hæredem, vt l.4. ff.locati. extra de
rescri.c.si gratiose.lib.6.& consueuit notari.ff.sol.mat.l.post
dotem.& arg.ff.de verbo.obl.l.qui Romę.§.augerius.tamen
ex hoc sequeretur,quòd reducta causa ad nõ causam dictum
depoſi-

depositum deberet restitui deponenti, si hoc fuisset petitum in libello, vt ff. de dolo. l. si oleum. tamen dictæ filiæ non deberet restitui, nisi pro parte sua: quia diuidua est obligatio. ff. de verbo. obliga. l. eadem. §. cato. & l. reos. §. cum tabul. de duo. reis. & l. si diuersa. locati. et si tota pecunia fuisset filiæ: quia deponens pecuniam alienam potest sibi stipulari, vt l. 2. C. si cer. peta. & hic interuenit stipulatio tam vere, quam præsumptiue: quia præsumitur stipulatio interueniente instrumen-
2 to, vt instituta de inuti. stipula. §. si scriptum. † Sequitur videre de exceptione compensationis: & videtur, quòd nō obstet in deposito naturali, quia spoliare, videtur, qui legem depositi non seruat, vt no. Dyn. in capitu. qui ad agendum. de regu. iur. lib. 6. & C. de compensa. l. fin. versicu. accepta actione depositi. & si dicatur, hic agitur ex pacto præscri. versi. Respondeo, imo actione depositi informata a pacto in eodem instrumento apposito, vt ff. de pac. l. iurisgen. §. quinimmo. & posito, quòd interesse succederet in obligatione, tamen origo, & causa inspicienda est, vt ff. de don. l. quicquid. Item sequestrū factum per iudicem, quia non fuit factum solenniter, nec pro debito, ad quod si ia teneretur, non nocet filiæ. C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum. quia repudiauit hæreditatem paternam, vt C. de iure deli. l. fina. simili que modo. & C. depositi. l. fi. & authen. ibi posita. nec præsumitur ista pecunia fuisse patris tantum, quia per instrumentum mutui factum filię apparet contrarium: & etiam per alias coniecturas, vt no. C. de bono. quę lib. l. cum oportet. & C. de pigno. l. fina tamen ille, qui promisit reuendere, non cogitur partem recipere, & partem retrouendere, vt ff. de verbo. obli. l. stipulationes non diuidūtur. Solutio, quia ordo rei gestæ fuit in hac forma, videlicet quia breui manu iste depositarius primo mutuauit filiæ, & illud mutuum recepit in depositum a sola filia: & sic dictum depositū fuit impletū ex causa mutui: vel verius nulla interuenit exbursatio, seu naturalis numeratio, licèt fuerint duæ conuentiones, vna depositi, & altera mutui: & sic quia vtraque descendit ex vno fonte, dici potest compensationem locum habere, argumen. ff. fami. hercisc. l. Meuius. §. cum quia ex mutuo natum est depositum. & hoc dictat æquitas naturalis, quia nemo ex re mea debet locupletari cum iniuria mea, vt ff. si cer. peta. l. si & me, & titio. dico etiam, q vbi non apparet de deposito per numerationem, sed per solam compensationem, non haberent locum leges, quæ dicunt causam depositi in hoc esse priuilegiata, vt non admittatur compensatio, argum. ad hoc optimum. C. qui pot. in pigno. ha. l. assiduis. in glo. parua. quę incipit, non ergo in dote confessata. Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIUM CCCLXXXV.

1 *Casus summat consilium in effectu declarans, qui sint de familia rectorum. & an rectores ciuitatis teneantur pro familia sua, & quibus casibus teneantur, in quibus non.*

In Christi nomine. Casus est talis, dominus Io. da Castelhano est vicarius generalis in toto territorio domini: & ex forma suæ literæ habet prouisionem, & salarium pro se, & familia sua, quam habet tenere in domo. Item habet salarium pro vno vicario duobus notarijs, & vno comestabili: & illos eligit, & conducit ipse, & mittit quocunque vult, & in se retinet in domo ad sui expensas, & ipsis ipse promittit, & soluit salarium, sicut faciunt potestates ciuitatum: habet etiam, vt possit tenere vnam comitiuam panesanorum exercentem officiū breuariorum, & ipsos breuarios comestabilis eligit, & conducit ipse: & quos ipse conducit, & illi scribunt ad bāchum vestrum: aliqui habent ire, & curare territorium domini: alij deputantur sibi tam pro sociando eum, quam pro exercendo officium secum, prout ipse mādaret: aliquando habet vnam comitiuam vngarorum, aliquando vnam balistariorū ab equo: aliqn̄ lanceę aliquę aliquando. 12. equites, siue caualcatores, qui eliguntur per prælibatum dn̄m, & rescribuntur ad cōductum tanquam stipendiarij Illustris domini do. nostri: & ipsimet recipiunt stipendium, & de p se stant. sunt tñ deputati cū præfato do. Ioan. cum modis prædictis ad sociādum eum: &
1 ad obediendum in officio suo. † Insurgit nunc dubium, si isti ęquites, & caualcatores sicut dictum ast scripti, non cōducti, non electi per dictum dom. Ioannem vngari, vel balistarij, ab æquo, seu a lancea faciunt delictum, vel delinquunt, vtrū dictus do. Ioan. debet teneri pro eis, si aufugerent, vel non soluerent, tanquam si forent de familia sua: & vtrum debeant censeri, vel dici de sua familia: adeo q si statuto, vel decreto caueatur, q quilibet capiens banitum lucretur lib. 100. saluo q si foret de familia officialis lucretur tm̄ lib. 50. prędicti tales ęquites vngarij balistarij ab æquo æquites, vel caualcatores, vel lanceæ debent habere lib. 100. tm̄ tanquā si essent de familia dicti do. Ioan. debeant habere lib. 100. vt habent, qui non sunt de familia dicti do. Ioan. Dicit d. Dy. in l. 1. §. familiæ. ff. de publicanis. q dominus de delicto familiaris sui nō tenetur, per l. quotiens. de noxalibus. fallit in casu dicti. §. sed familiæ. Barto. distinguit, nam qn̄ quis præponit familiarē ad aliquod officium, & familiaris in illo officio delinquit, tunc tenetur dominus, quia in culpa est, q talem familiarem eligit, vt ff. furti aduersus nau. cau. stab. aut deliquit extra id, ad quod propositus est: & tunc dominus nō tenetur. hoc satis probat extra de resti. spo. c. cum ad sedem. & eadem distinctione dicit vtēdū, si quæratur, an rectores terrarum teneantur de delicto suorū familiarium. nam si delinquunt in officio sibi commisso, tenētur: si extra officium, non tenentur, ergo ille, qui agit 𝔷 potestatem ex delicto familiæ, duo debet probare. s. eum esse de familia, & eum ad tale officium esse præpositum: & q in illo officio deliquerit. q autem sit de familia, probatur, quia sub nomine familiæ stabat cum alijs de familia, & familiares actus exercebat secundum Bar. tamen in effectu ista fuerunt verba domini Dy. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. & le. qui talia sunt not. quia. s. familiare potestatis vulnerat aliquē, q potestas non teneatur soluere pęnam, si criminaliter agatur contra eū: secus si delinquat ratione officij, vt in Auth. vt differ. iudi. §. tantum. & infra de publica. l. 1. §. familiæ. & gl. quæ incipit. i. rationabilis &c. & infra furti. aduer. nau. caupo. stabu. l. 1. §. serui. Porro illi propriè dicuntur familiares, quos secum habet, vt ff. de iur. om. iudi. l. qui iurisdictioni. vnde qui seorsum habitant, & viuunt de per se, non sunt propriè familiares. Item si eos non eligit, sed superior, non potest dici, q mala electio sit in culpa: tenetur tamē, si prohibere potest, & non prohibet & hoc propter officium, quod gerit: nam ad necessitatem sui officij pertinet obuiare, & etiam punire, vt ff. de pœnis. l. si quos forte. §. si quis. & in Auth. iusiur. quod pręstatur ab his. ibi dum dicit, semper mihi assidētem talem studebo assumere: & circa me omnes, ut non ego quidem purus sim: qui vero circa me furentur, & delinquent. & in Auth. vt iudices siue quoquo suffragio. §. eos. ibi dum dicit, vt non videantur illi quid in noxi esse per alios: aut delinquant, & furētur, quod magis turpe est &c. ecce ergo quid iuris de familiaribus, quos vos domine Ioan. elegistis: sed de stipendiarijs, & similibus, quos deputat vobis princeps noster Illustris, non tenemini ex mala electione, quia eos non elegistis, sed suscepistis in comitiuam vestram de necessitate iussu superioris, iussus excusat, vt l. furti. §. qui iussu. ff. de infamibus. sed bene teneremini ex malo vsu, si eis mandaretis aliquid iniustum, vel malè agentibus non resisteretis iuxta posse, vt C. ne sanctū Baptisma. l. fi. argu. C. de appel. l. quoniam iudices. quia qui negligit, consentire videtur: imo etiam fouere, vt no. in ca. 1. de offic. deleg. & ff. qui sine manumis. ad liber. perueniunt. l. Imperator. & hoc de delictis: de contractibus autem eorum procuLdubio non tenemini, quia nec pater tenetur pro filio, vt C. ne filius pro patre. per totum. nisi teneretis aliquem contra legis, vel superioris mandatum, vel statutum: quia tunc teneremini ciuiliter ex culpa eorum, vt d. §. proficisci. visum est de pœna, modo videamus de lucro, nunquid quantum ad lucrū isti stipendiarij debeant dici de familia officialis: & dicendū, q non, quia non sunt de corpore familiæ, sed discreti, & separati, & de per se, vt probatur ex theorica Bar. quam supra recitaui. & facit. ff. de rei vend. l. qui restituere. isti. n. sunt potius vestri defensores, qui ducunt vos securum per itinera, quàm famuli communis: & vsus loquendi non vocat eos officiales vestros, nec famulos. Ego Baldus de Perusio.

tam, de qua deuolutione non est facta mentio in literis domi
ni Petri: ergo videtur, quòd literæ intelligantur subreptitiæ,
vel saltem non comprehendere hanc dignitatem deuolu-
tam ad Papam. istud dubium non decido ad præsens.
Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCLXXXVIII.

1 *Rescriptum non valet tacita veritate. & executio non est danda.*

1 In Christi nomine. Insuper quæritur, vtrum valeat impe
tratio facta de dignitate, vel beneficio, non facta mẽtione pos
sessionis aduersarij. respondeo, aut possessor non potest allega
re titulũ iustũ, vel coloratũ, & tunc valet impetratio. aut ad-
uersarius habet titulũ coloratũ, & tunc aut titulus est ipso iu
re nullus, aut per sententiam anullandus. si quidem est ipso
iure nullus existenter, sed non euidenter, & tunc aut est clau-
sula amoto quolibet illicito detentore: & tunc valet impetra-
tio, quia ista clausula æquipollet mentioni factæ coloratę pos
sessionis secundum Ioannem de deo. si autem nõ est hæc clau
sula, non valet impetratio, quia possessor, iste non potest amo
ueri sine diffinitiua principaliter lata, & nõ incidenter: & sic
non habebit per modum executiuum, vt in c. cum nostris. de
concess. præben. si vero possessor est in possessione iuris, & fa-
cti, licet indignet, tamen antequàm remoueatur, beneficium
non vacat, & ideo non potest impetrari. hoc notant docto. in
d. c. cum nostris. & in c. pro illorum. de præben. Inno. tamen
dicit, quòd illa clausula, remoto quolibet illicito detentore.
directa executioni non habet locum, nisi detentatio sit noto-
rie iniusta: & est ratio, quia ea, quæ requirunt altiorem inda-
ginem, non pertinent ad beneficium executoris. & hoc ve-
rum est, & consonans distinctioni supradictæ, Innoc. de pri-
ui. c. cum olim. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCLXXXIX.

1 *In contractibus, & sententijs, & in processibus semper inspici tur locus, in quo fiunt.*

In Christi nomine. Statuto cauetur, quòd nullus audeat, vel
præsumat facere aliquod instrumentum coram arbitro, vel
arbitratore, nisi sit electus per ipsum de partium voluntate:
& si alius notarius, qui sit electus, aliquem actum fecerit, quòd
non valeat, nec teneat ipso iure, modo quidam notarius foren-
sis non sic electus inter duos forenses coram arbitro, qui si-
militer erat forensis, conscripsit quosdam actus mandatum ar-
bitri prædicti, ac etiam laudum ipsorũ: quæritur, an dicti actus va-
1 leant, necne: & videtur, quòd non valeant, primo † ex regula
generali, quia in contractibus inspicitur locus contractus, &
in sententijs locus sententiæ, & in processibus locus proces-
sus, quia processus tendunt ad ordinationem litis. iura sunt
vulgaria. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCXC.

1 *Pendente articulo, seu interlocutoria an possit super principa li procedi: & an currat tempus.*

In Christi nomine. Primo statutum caue
tur, quod instantia
causæ principalis non duret, nec durare possit vltra spacium,
& tempus 40. dierum vtilium a die lit. inceptæ cõputandũ,
quæ incepta intelligatur petitione porrecta, & in actis descri
pta & c. Et in eodem statuto postea cauetur, quòd omnes exce
ptiones, & replicationes dilatoriæ, declinatoriæ, peremptorię,
& certe cuiuscunque generis sint, de quibus nõ sit cogni
tum, & decisum inter partes, sint saluæ vtrique parti in fine
litis temporis disputationis: ne ob hoc processus causæ diffe-
ratur. Alio statuto cauetur, quòd inter ascendentem, descen-
dentem, vel vicino, dummodo fuerit requisitum, infra dies,
debeat fieri compromissum in amicum, seu amicos. Modo ac
cidit, quòd requisitum fuit infra decem dies lit. contesta. super
causa principali: super quo articulo, quia non constabat de vi
cinitate, fuerunt recepti testes hincinde: & finaliter vltra 40.
dies vtiles fuit interloquendo pronuntiatum non esse com-
mittendam causam, quia non vicini. qua pronuntiatione fa-
cta actor petit per iudicem procedendum super libello suo:
opponitur, quòd instantia causæ principalis est perẽpta: quæ
1 tur, quid iuris. † Breuiter respondeo, quòd durante dicta di-
spositione, quæ est dispositio fori in arbitros transferendi,
non currit dictum tempus 40. dierum vltimum: & hoc tri-
bus rationis: prima, quia actori impedito facto rei non currit
vtile tempus. iste est casus expressus. ff. de mino. l. inter vtile.
quæ lex determinat istam quæstionem in terminis. secunda
ratio est, quia vbi cessat ordo statuti, cessat statutum, vt in Au
then. de hære. & fal. §. si quis autem non in plures. sed in arti-
culo compromittendi, vel non compromittendi cessat ordo
statuti dispon. de declinatorijs in fine temporis reseruandis,
quia natura except. istius non patitur hãc reseruationem, nec
patitur hoc tempus, vt ff. de iudi. l. sed & si susceperit. in prin
cip. & extra de re iudic. c. inter monasterium. & no. per Bart.
ff. de re iudi. in l. quidam consulebant. tertia ratio est, quia ge
nerale statutum de declinatorijs non pertinet ad hanc decli-
natoriam, de qua specialiter est prouisum, vt ff. de verbo. obl.
l. doli clausula. & ff. de pœnis. l. sanctio legum. & confirma-
tur hoc per l. expressam, nam cum vltimum statutum loqua-
tur de tempore decem dierum, per hoc patet, quòd iste casus
eximitur a regula generali alterius temporis expressiua, vt ff.
de leg. 1. l. talis scriptura. Præterea videtur dicendum, quòd illa
non sit de exceptionibus, quæ post litem contesta. possit op-
poni: nam qui sine protestatione coram iudice declinabili li-
tem contestatur, tacitæ suæ declinatoriæ renontiare videtur,
vt d. l. sed & si susceperit. & C. de excep. l. fi. Statutum autem
debet intelligi non in renuntiante tacite, vel expresse, quia re
nuntiantibus nullus patet accessus ad id, cui renũtiauerunt,
vt C. de pact. l. postquàm liti. Præterea quòd non cucurrit di-
ctum tempus vtile, sic ostenditur. idem operatur litis penden
tia, quod operatur sententia, quæ fieri potest, vt ff. de excep. l.
fundum Titianum. & l. fundi. cum igitur possibile fuerit fie-
ri sententiam, causam compromittendam fore, quæ sententia
impediret dictum vtile tempus currere, ergo & lis pendens.
Pręterea tempora compromissi facti subducũtur de vtilibus
temporibus: quinimmo de continuis, vt C. de tempo. appe.
Authen. si tamen. & in c. quãdiu. de appel. in clemen. ergo &
interim dum hic articulus pendet, vt extra de restituti. in in-
tegr. c. 2. in fi. & ff. de excu. tut. l. diximus. Præterea impedito
impedimento iuris non currit præscriptio tpis, vt C. de anna.
excep. l. 1. in fin. & C. de iur. delib. l. fin. §. donec. sed iudex, &
partes non potuerunt pendente hoc articulo procedere su-
per principali negotio: & si iudex processisset, processus fuis-
set ipso iure nullus: vel saltem temerarius, quia merito dubi-
tat interim de sua iurisditione, vt no. Barto. ff. de condi. & de-
mon. l. multum interest. Item est vtile tempus: vnde non com
putantur dies, in quibus iudex super principali negotio non
sedit, nec sedere potuit pro tribunali, vt l. 2. ff. quis ordina. in
bon. pos. serue. & l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscript. cum si,
ex quibus de primo ad vltimum concludendo patet apertissi
me, quòd tempus 40. dierum vtilium in causa principali ela
psum nõ est sub dicto tempore super disputatione prædicta:
nec etiam super dicta emergenti currit tempus 40. dierum
vtilium: quia lege non cauetur, vt ff. de acquir. hæredi. l. si ser
uum. §. non dixit. Item principale nõ effugit cognitionem iu-
dicis, ergo nec emergens. Præterea pendente appellatione ab
interlocutoria nihilominus currit tẽpus iudicij a primo pro
nuntiato, & multo fortius si fuctus in tempore appellãdi. Iste
est casus, & non expedit ire per argumen. C. de dila. l. a proce
dente. versi. & si forte: & licet reddat ibi rationem, quia ab in
terlocutoria non potest appellari, tamen in eadem glo. appa-
ret idem esse, si posset appellari, vt quia aliter in causa proce-
di non pōt. nisi sine interlocutoria feratur super tali emergẽti,
siue procedatur, siue nõ procedat, ẽt potest appellari, vt ff. qui
satisd. cogan. l. arbitro. Pręterea est casus in c. non solum. §. 1.
de appel. lib. 6. vbi dicitur, quòd antequàm iudex ad quem inhi-
beat, potest procedi: inhibere autem non potest, nisi appella-
tio

tio sit emissa ex causa probabili, ergo antequàm appelletur,
inhibitio non procedet. text. est ibi expressus, qua propter cũ
iudex a quo non fuerit impeditus, vtilia tempora currunt in-
dubitanter: alias nunquàm currerent: quia tales sunt interlo-
cutoriæ, a quibus non posset appellari ex iusta cã. Ego Bal.

*CONSILIVM CCCXCI.*

1 *Testes de vniuersitate an, & quando dicantur idonei, & quã do non.*

2 *Testis, qui mediate, siue immediate, & qui de necessitate, vel ex contingenti causa aliquod sentiat lucrum, an sit idoneus, vel ne.*

*Cessio an possit fieri lite pendente.*

In Christi nomine. Apparet publicum instrumẽtum, quo-
modo communitas castri Barutij obligata cuidam nobili in
certa, & magna quantitate florenorum, quam non potest sol-
uere, nisi illi de vniuersitate faciant inter se collectam distri-
butoriam solutionis huius debiti, vt no. ff. quod quisque vni-
uer. nomine. l. 1. §. quibus. Modo quidam cessionarius huius
quanti, qui est vnius ex creditoribus filius, & alterius sui pa-
trui nepos, petit illam quãtitatem, & est verum, quòd ista ces-
sio fuit facta lite pendente cum dicto patruo, & patre. dicta
vero vniuersitas dicit se soluisse, & ad hoc probandum indu-
xit testes de ipsa vniuersitate, ad quos vna cũ reliquis de vni-
uersitate pertineret onus soluendi dictam collectam. ex hoc
themate quæritur primo, an dicti testes sint idonei ad probã
dum dictam solutionem? Secundo an dicta cessio valuerit, cõ
siderato etiam, quòd dictus cessionarius est persona ecclesia-
1 stica? † Respondeo ad primum, & dico, quòd quæstio est an-
tiquissima, & vulgata, nunquid in causa vniuersitatis possint
illi de vniuersitate esse testes: quam ponit Cyn. C. de testib.
l. parentes. & determinat, quòd si ista controuersia concernit
singularem vtilitatem singulorum, non debent recipi ad testi-
monium: nec sunt idonei testes secundum Iaco. de Raue. Pe-
trum, & complures antiquos, & Modernos. sed in l. in tantum
§. vniuersita. ff. de rerum diuisio. in sua lectura ordi. dicit, aut
causa est vniuersitatis, siue collegij, quam ad nomen, honorẽ,
& commodum. & tũc illi de vniuersitate possunt esse testes:
nec obst. quòd ob hoc minus collectabuntur: quia hoc com-
modum consequitur quilibet principaliter. sed in consequen-
tiam aut causa est vniuersitatis quo ad nomen, sed quo ad cõ-
modum est singulorum: & tunc non possunt testificari, quia
causa reputatur propria. sed Ioan. And. in addi. Specu. in tit.
2 de teste. §. op. versi. sed nunquid. † dicit, quòd quando singuli
de vniuersitate ex suo testimonio reportant commodum, quòd
non possunt esse testes. Respondeo igitur ad quæsitum: & di-
co, quòd nõ sunt idonei testes: ad quod ostendendum cõsidero,
quòd hic sunt duæ oblationes: vna vniuersitatis versus credito-
rem, puta ex mutuo: alia singulorum versus vniuersitatem:
quia singuli obligati sunt vniuersitati ad collectam, vt ff. de
mune. & honor. l. rescripto. §. fi. Modo certum est, quòd si ip-
si possent probare solutionem ex eorum testimonio, liberaret
eos immediate ab obligatione, qua tenẽtur vniuersitati: quia
liberata vniuersitate ipsi de necessitate essent liberati. igitur
exitus controuersiæ immediate concernit eos. præterea mul-
tum refert, verum commodum pertineat ad aliquem de ne-
cessitate, an ex contingentia casuali. primo casu, siue media-
te, siue immediate non est testis idoneus, vt patet in fideiusso-
re: & venditore, qui tenetur de euictione. & ubicunque exce-
ptio rei iudicatæ competeret, testi, ibi non esset idoneus te-
stis, not. ff. fini. regun. l. cos. & C. de testib. l. omnibus. Secun-
do vero casu recipitur testimonium, vt C. de testamentis. l. di-
ctantibus. cum ergo in casu nostro tractetur de necessario cõ
modo testium, doctoribus antiquis, vel modernis non venit
in dubium, quòd non est idoneus testis, qui per suum testi-
monium vult se ab obligationibus, & præiudicijs liberare. &
3 hoc de primo puncto. † Quantum ad punctum, quo dicitur,
quòd fuit facta cessio in potentiorem, trussa est: quia vniuersitas
potentior est vno clerico, vt in c. statutum. de rescript. lib. 6.
quantum ad alium passum, quia lite pendente: certè iam erat
lata sententia in maiori quantitate, quæ includebat istam mi-
norem: & ideo iura cedi potuerunt. & quia fuit cessio neces-
saria, vt asseritur, quia fuit facta loco legitimæ portionis debi-
tæ cessionario, & in diuisione bonorum, vt ff. fam. herciscun.
l. in iudicio. & l. alienationes. & l. fina. C. de litigiosis. Circa
dicta testiũm nihil dico, quia acta loquuntur. Ego Bal-
dus de Perusio.

*CONSILIVM CCCXCII.*

1 *Filius an præsumatur scire testamentum patris: & an per cõ iecturas probetur scientia, vel ignorantia.*

2 *Per verba notarij apposita in instrumento sciens ad se hæreditatem pertinere, an probent, quòd sciuerit ad se pertinere ex testamento.*

3 *Aditio, seu immixtio an præsupponat scientiam testamenti.*

4 *Ignorans non potest renuntiare suo beneficio.*

5 *Filius, qui renuntiauit hæreditati paternæ, an postea possiden do se dicatur immiscere.*

In Christi nomine. Anno 1371. Indi-
ctione. tempore san-
ctissimi in Christo patris, & domini do. nostri Gregorij diui-
na prouidentia, & clementia Papæ. 11. die 23. mensis Decem
bris. nouerint vniuersi præsens instrumentũ inspecturi, quòd
cum sapiens, & iurisperitus vir dom. Iac. quon. domini Nerij
esset consti. in præsentia mei not. infrascripti, & testium infra
scri. asseruit, dixit, & affirmauit, quòd nuper ad notitiã eius per-
uenit, quòd præfa. dominus Nerius morte naturali decesserat, su-
perstitibus sibi do. Antonio præfato, & præfato domino Iaco
bo suis filijs legitimis & naturalibus: ac etiam sciens medie-
tatem hæreditatis præfati domini Nerij quondam sui patris
ad se pertinere, ac etiam de voluntate esse propter mortẽ præ
fa. domini Nerij secundum formam iuris, idcirco nolens præ
fa. do. Iacobus inconsulte agere, omni modo, via, iure, & for-
ma, quibus melius, & vtilius potuit, adiuit, atque apprehen-
dit hæreditatẽ præfati quondam sui patris, videlicet pro me-
dietate sibi contingente: cum beneficio legis, & inuentarij, & 1
pro adita, & apprehẽsa a die aditionis præfatæ haberi voluit:
& faciens, in nomine domini nostri Iesu Christi signum cru-
cis in princ. & pro signo additionis, & apprehensionis prędictæ
hæreditatis manu propria: rogans me no. infrascrip. vt de prę
dic. publi. conficerem instr. actum in ciuita. Perusij in via pu
blica ante domum habita. instru. do. Bald. præsen. domino Bal.
magistri Franci. de Perusio. doct. ior. p. S. Petri, & parrochiæ
S. Luciæ. ser. Ioan. magistri Bart. de Perusio. p. S. Petri & par-
rochiæ Sancti Andreæ. Antonio collæ de Perusio. p. S. Petri,
& p. S. Mariæ de colle. & Francisco magistri Thomæ de assi-
sio testibus ad hoc vocat. habit. & rogat. & ego Petr. quondã
Thadutij de Perusio porte. S. Petri, & parrochiæ sancti Sylue
stri publicus imperiali autoritate notarius, & iudex ordina-
rius prædict. omnibus, & singulis supra interfui: & rogatus
scribere scripsi, & publicaui, & signum meum apposui
consuetum.

In Christi nomine Amen.
l. in totum. generaliter omnia, quæ in distinctione agenda
sunt, non nisi vera quo ad essentiam, & certa scientia quo ad
innotescentiam perfici possunt. ff. de regu. iur. l. in totum om
nia. in dependentibus ergo ab animo, & a vera existentia ter-
minorum requiruntur duo, scilicet veritas, & certitudo veri
tatis. ff. de captiuis. l. nec nos præterit. sed in dependentibus
a veritate sufficit sola veritas. ff. de condi. ob causam. l. si pecu
niam. §. si seruum. & C. de suis, & leg. l. apud hostes. sed in de
pendentibus a solo animo potentior est essentia, quàm veri-
tas. ff. de condi. ob causam. l. 3. §. subtilius. propterea conside
randum est in aditione hæreditatis, an quis voluerit, & sciue-
rit, necne: sed considerandum est, si quis dixerit se scire, vel si
notarius dicat, an præsumatur scientia explicita testari, vel
attestari, necne. & videmus, quòd non præsumatur scientia, ni
si lectis, & cognitis verbis testi. ff. de transact. l. de his. In con-
trarium, quia notarius asserit eum scire, & verbũ notarij est
partis verbum, vt not. ff. de verbo. ob. l. sciendum. & in depen
dentibus

dentibus ab animo, & scientia statur eius animo: saltim in eo quod eum obligat, qui se asserit ex certa scientia facere. aliàs nostri præceptores fuissent fatui, qui hæc verba in instrumētis inseri fecerunt: quod est dementis, & dementiæ, quia vtinam essemus tales, quales antiqui fuerunt. & probatur. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. fin. & argumen. ff. de testamen. mili. l. qui iure militari. sed hæc altius discutienda essent, & altiori subijcienda inquisitioni &c. Primo est videndum, an filius præsumatur scire testamentum patris. Secundo an per illa verba, sciens ad se hęreditatem pertinere, probetur, quod sciuerit ad se pertinere ex testamento. Tertio an aditio hæreditatis supponat scientiam. Quarto an filius ignorans possit renuntiare beneficio abstinendi. Quinto an filius, qui renuntiauit hæreditati paternæ, postea possidendo se dicatur immiscere.

1 †Circa primum dico, quòd in dubio recurrendum est ad cōiecturas, nam per coniecturam nedum probatur scientia, vt si filius erat in domo, si testamentum fuit factum in domo: quia domestici præsumuntur scire, quæ in domo agimus. C. de repu. l. consensu. §. seruis. nisi esset testamētum factum sub sigillo secreto, id est in scriptis, vt insti. de pupi. subst. in princip. Interdum per coniecturas probabitur ignorantia, vt si filius erat in longinqua patria, ita quòd ad eum, nisi per nuntium, & literas notitia testium potuit peruenire. ff. si cer. pet. l. eius, qui in prouincia. l. quidam decedens. §. ex quo. Innoc. ff. de admini. tuto. Si autem coniecturis non apparet, præsumitur ignorantia. C. de peric. tuto. l. si tutor. C. de iure delib. l. quoniam sororem. & l. cum antiquioribus. versi. si enim ip-
2 se. & l. vlterius. de probat. cum similibus. †Circa secundum punctum dico, quòd adeundo quis quasi contrahit. l. apud Iulianum. §. fin. ff. quibus cau. in pos. ea. & verba, quę tunc hęres profert, habentur pro legitima confessione facta præsentibus aduersarijs, argu. C. de pact. l. post venditionem. & quod not. ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit. l. Nesennius. ff. de solu. l. stipendium. §. vlti. stari ergo debet ei, quod assertiue scribit, de verbo. oblig. l. sciendum. vel scribi fecit. C. de probat. l. cum precibus. nam & etiam generalis confessio pręiudicat, quando quis se fatetur hæredem, licet non dicat quo iure. ff. de interrug. actio. l. fin. & per hoc in casu nostro præsumitur
3 immiscuisse se scienter, quia ita in instrumento cauetur. †Super tertio dico, quòd legalis immixtio non præsupponit sciētiam. C. de suis, & legi. l. apud hostes. sed immixtio animi, & facti præsupponit testamenta tam in suo, quàm in extraneo scientiam, vt ff. de libe. leg. l. cum hæres. suus enim, & extraneus non differunt in his, quæ dependent ex voluntate. ff. de acqui. hære. l. cum bonis. si quis ergo in instrumento aliquo dicat se hæredē, ex aditione implicita omnia necessaria fateri, & dicere videtur, argumen. ff. de acqui. hære. l. illud. præterea quando filius tacet, non præsumitur scire: tamen quando facit alium actum indicatiuum sciētiæ, bene præsumitur scire. quis autem actus clarior, quàm propria confessio. C. de nō
4 nu. pecu. l. generaliter. †Super quarto dico, quòd ignorans non potest beneficio suo renuntiare. ff. de inoff. l. mater decedens. nā repudiatio hæreditatis, & aditio eandem scientiam requirunt, de acqui. hære. l. his potest. ff. si pars hære. pet. l. il-
5 lud. cum similibus. †Super quinto dico, quòd re integra videtur adire. C. de repu. diui. l. fin. siue gerat actus ciuiles, puta vendendo, vel promittendo: siue actiones naturales possidendo, & fructus percipiendo, vt insti. de hære. quali. & diff. §. fin. ff. de acqui. hæred. l. pro hærede. si hos actus fecit, homo ille proculdubio censetur effectualiter se intermiscuisse. ff. de iure deliberan. l. si quis seruus. cum similibus. & ita dico, & consulo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCIII.

1 *Puniri quis an possit ex maleficio alibi commisso.*
2 *Domicilij mutatio ex quibus præsumatur.*
3 *Inquiri an possit de maleficio alibi commisso.*

# In nomine Domini Amen.

Punctus talis, videlicet, Titius Senensis dum habuisset litem, & quæstionem cum domina Berta tutrice, & matre filiorum Sempronij olim eius viri, & ciuis Senensis, demū superatus, & conuictus super dicta lite, idem Titius absentauit se a ciuitate Senarum timens ne occasione processus ciuilis facti contra eum personaliter caperetur, & moram traxit, & habitationem in ciuitate Aretij. demum vno tractu temporis idem Titius deliberate, & appensate mouit se de dicta ciuitate Aretij, in qua nunc habitabat, & residentiam faciebat, & iuit ad dictam ciuitatem Senarum: & ibidem stetit occulte, & insidijs per tres, vel per quatuor dies cum quoddam socio nullis primo, vel illo tunc procedentibus verbis, siue rumore, fecit insultum, & aggressuram contra, & aduersus Gayum ciuem Senensem coniunctum dictorum pupillorum: pluribus percussionibus, & vulneribus eum præcussit: propter quas idē Gayus statim mortuus fuit, & commissum fuit dictum maleficium per dictum Titium, & socium in persona dicti Gaij iuxta, & prope ciuitatem Senarum prædictam. postmodum vero facto, & commissū dicto maleficio per prædictos, absentauerunt se a dicta ciuitate Senarum, & eius comitatu: & eadem die, vel sequenti post commissionem dicti maleficij, & homicidij confugerunt in comitatum, & districtum Aretij: & postea per aliquos dies intrauerunt dictam ciuitatem Aretij. Nunc vero capitaneus guerrę, & guardiæ dictæ ciuitatis, & comit. Aretij vult per inquisitionem, & vigore sui officij, & arbitrij procedere, punire, & condemnare dictum Titium delinquētem occasione dicti maleficij, & homicidij per eū,
1 & socium suum commissis in persona dicti Gaij. †Modo quęritur, nunquid possit, cum ipse primo se mouerat, & postea confugit ad dictam ciuitatem Aretij, vt supra, necne. visis statutis cōmunis Aretij, & electiōe dicti domini capitanei Aretini, & visis iuribus communibus &c. & si potest procedi, & puniri, qua pęna sit puniendus.

2 In Christi nomine. †Quæstio stat in hoc an iste constituerit domiciliū in ciuitate Aretij, necne. si enim ibi tanquàm profugus morabatur, certum est, quòd ibi non contraxit domicilium. ff. de seruis expor. l. Titius seruum. Si autē apparet certitudinaliter, quod elegit illū locū pro sua perpetua residētia, & ibi lares composuit, tunc ille locus factus est domicilium, & ibi posset puniri. C. vbi de crimi. agi oportet. l. 1. si autem dubitatur tunc in illo, qui habitat per decem annos, ex sola habitatione præsumitur animus perpetuo remanendi. C. de incolis. l. 2. sed in illo, qui minori tempore stetit, non præsumitur animus domicilij contrahendi ex sola habitatione. ff. ad muni. l. liberti persona. nisi ex alijs iudicijs simul iunctis, vt quia se transtulit cum tota familia, & suppellectili sua, & cū maiore parte fortunarum suarum: tunc enim præsumitur domicilium. C. vbi senatores, vel cla. l. 2. & no. extra de for. compe. c. ex parte. per Inno. nam vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. & ideo vbi quis habet familiam, & maiorem partem fortunarum, ibi animo semper esse videtur. ff. de captiuis. l. nihil. ff. de pigno. l. debitor. C. de agri. & censi. l. fin. lib. 11. Ex istis apparet, an iste homicida possit puniri Aretij: nam si ibi ante maleficiū cōtraxerat domiciliū, potest ibi puniri, si nō cōtraxerat, nō potest ibi puniri, licet ibi profugerit. solū. n. lex permittit eum capi, & remitti ad locū delicti, in Auth. vt nulli iud. §. si vero qs comprehensorum. quas tamen remissiones ciuitates non faciunt de consuetudine, vt no. in cle. pasto. de re iudi. in cle. si autem dubitatur, recurrendum est ad ea, quæ supra dixi. vnū non omitto, quòd non debet inspici principium loci vnde iste, seu isti se mouerunt ad delinquendum: sed debet inspici locus finalis delicti, iuxta no. per Bart. ff. de adult. l. Quia ait. §. fin. Et ideo solus accessus de Aretio ad ciuitatem Senarum non facit ipsum Aretij sortiri forum. poena etiam imponenda est secundum statutum loci delicti, quia illa statuta ius cōmune trahit, & extendit ad locum iudicij, vt plene no. in l. cū ctos populos. per Bar. & alios. C. de sum. trini. Concludo ergo eum forum non sortiri Aretij ex eo solo, quòd iuerit, & reuersus est. Sed si apparet de domicilio ante constituto Aretij, bene sortitur ibi forum, & tunc pęna est infligenda secundū
3 locum delicti: † & hoc si accusatur. idem si per inquisitionē. dixerunt antiqui, quòd non potest cognosci de maleficio extra commisso. & Io. An. hoc approbat inter Mod. Sed Cyn. & Bar.

Bar. dicunt posse, vt ipse Barto. refert in d. l. cunctos populos. de isto puncto adhuc sub iudice lis est, & antiqui practici tenebant opi. negatiuam: sed Moderniores tenent affirmatiuã. Tutior via est ordinaria, scilicet per accusationem. sed statutum Aretij videtur declarare, quòd vbicunque sit commissum homicidium, possit inquiri, quòd statutum valet. l. fin. ff. de decre. ab or. fa. C. de eunochis. l. 2. C. de commercijs. & mer. l. mercatores.

### CONSILIVM CCCXCIIII.

1 *Stante statuto, quòd denunciantes receptatores ex bannitorum lucrentur certum: & alio statuto, quòd syndici teneantur denunciare, an syndici denunciantes debeant habere lucrum.*

2 *Denuntiatio duplex est, priuata, scilicet & publica.*

3 *Præmium datum ex ordinatione legis est licitum, & honestũ.*

1 In Christi nomine. † Statuto ciuitatis Perusij cauetur, ꝙ receptans ex bãnitũ pro vulnere puniatur pęna centũ lib. quã pœnã eidem receptãti ptãs, & capitaneus auferre teneantũ cu ius pęnæ, medietas sit cõis Perusij, & aliam medietatem habeat accusator, vel denũtiator: & ꝙ syndici castrorum, & villarum comitatus Perusij teneantur tales receptatores denunciare: sed ꝙ teneant, & debeant denuntiare homicidia, & percussiones sanguinolentas cum ferro sub pęna 200. lib. Modo quæritur, viso, & diligenter inspecto dicto statuti tenore, vtrũ syndicus villæ denuntians dictum maleficium debeat habere medietatem dictæ pęnæ: & videtur, ꝙ non, nam lege cauetur, quod si seruus nec est domini sui vẽdicat, ꝙ pro præmio consequitur libertatem. ff. ad Sille. l. si quis in graui. §. si ex stipulatione. Modo iuriscon. ad interpretatiunẽ huius legis format istam q. quid si iste seruus necẽ huius domini sui detexit necessario compulsus, an debeat habere dictum præmiũ: & determinatur, ꝙ non, & datur pro regula generali, ꝙ præmiũ non debetur delatori, nisi sponte deferat. iste est text. in d. l. si quis in graui. §. verum. cũ ergo syndicus iste fecerit ex necessitate publici officij, & metu pęnæ statuti, ergo nõ meretur pręmium. quod ergo statutum dicit de denũtiatore, debet intelligi de priuata denuntiatione, non de publica, quæ fit per officium. & ita videtur tenere Bar. addens aliam rationem, videlicet quia turpiter acciperet pecuniã, cũ deliberat facere gratis, vt l. pe. de condi. ob tur. cãm. Contrarium dicẽdum est cõsiderato dicto statuto. & considerato, ꝙ circa idem factum si fiat, cadit præmium, & si non fiat, cadit pęna: nec est hoc inconueniens: lege enim cauetur, ꝙ adimplẽs voluntatẽ defuncti consequit̃ præmiũ quartæ: & non adimplẽs patit̃ pęnã, vt in Auth. de hęr. & fal. §. si quis autem non implens. item boni præmiantur, & mali puniuntur. ff. de insti. & iur. l. 1. ibi, bonos nõ solum metu pęnarũ, verum etiam præmiorum oratione. & non est nouum, ꝙ remunerandæ fidei causa & leges, & statuta dant præmia. C. de statuis, & imaginibus. l. virtutum. ff. de excu. tuto. l. tutor. §. qui tutoribus. Si ergo syndicus est fidelis in denuntiando, quia denuntiat maleficium, quãdo apparet esse verum, merito est laudandus, & præmiandus: nec minus dignus est præmio, ꝙ recte fungatur officio, cum veritatem in pub. autes, in lucemq; deduxerit. C. de epis. & cleri. 2 l. nullius. in fi. † Et ad hoc manifestius declarandum, considerãdum est, quòd duplex est denuntiatio, scilicet priuata, quæ de iure ciuili nullũ habet effectũ, nisi transeat in accusationẽ secũdm Bar. & de ista nõ põt intelligi illud verbũ p denũtiationẽ, sed illud verbũ accusator: & denũtiatio est accusatio q̃dã sine cõclusione, & ista põt dici narratio, q̃ est pars libelli accusatorij: accusatio non est ipse totus libellus cum conclusione tacita, vel expressa, vt extra de symo. c. licet hely. & alia denũtiatio publica, quæ fit per officium, & ista sola est cognita de iure ciuili, quæ viam præparat inquisitioni. C. de accusa. l. ea quidem. ff. de custo. reorum. l. diuus. C. de iniurijs. l. 1. & ita tenet Bart. in extraua. ad repri. super verbo, denuntiatione. in 1. quia igit̃ statutũ sub duplici capite defert præmiũ sub quo liber per se, valet sub capite accusationis, quæ includit priuatam denuntiationem tanquàm eius partem integralem, vt C. de famo. lib. l. 1. §. sane. & sub alio capite separato, scilicet denuntiantis isti non est in fin. vnius speciei: sed publica secundum Bar. ergo necessariò sequitur, quòd illud verbum, vel denuntiator. supponat pro syndico, qui ex publico officio denũtiat: quia dualio non potest intelligi. ff. de fund. instru. l. fundus, qui locat. & arg. ff. de opt. leg. l. si optimo. Præterea istud verbum, denuntiator. potest intelligi pluribus modis: dicam quòd intelligam quolibet modo, cũ indefinita æquipolleat vniuersali in causa fauorabili, vt no. Dyn. in Rub. de regu. iu. lib. 6. præterea quando ex eadem lege ordinatur de præmio, & tandem de officio non aduersatiue, sed copolatiue, & connexe, ratione copulæ intelligitur totum connexum, & repetitum, vt ff. de fun. instru. l. Seyæ. §. Gayo. & ita est hic, quia totũ est de ordinatione eiusdem legis, simile, dicit lex, quando in aliqua parte testamenti fit mentio posthumi, tunc in alia parte eiusdem testamenti verbum filij indefinite prolatum comprehendit etiam posthumum, quæ alias non comprehenderet. ff. de leg. 1. l. qui filiabus. sic dicendum est hic de isto indefinito verbo, denuntiator. Præterea restringere statuta ad denuntiationem inualidam, scilicet ad solam relationem, & notificationem facti, & per actum inualidum consequeretur quis præmium, quod pactum validum non reportaret: quod est ridiculum. Præterea si verba statuti non recipiunt interpretationem restrictiuam, nisi per tacitam rationem eiusdem statuti, vel alterius statuti eiusdem municipij. ff. de verbo. obli. l. quicquid astringendæ. & l. si mihi, & Titio. §. si stipulatur. & ideo dictum statutum tanquàm vtilissimum reip. principaliter ad exterminandum bannitos non est restringendũ: sed iuuandum ampliori interpretatione. ff. ad Sille. l. si quis in graui. §. is quoque. & ff. de condit. & dem. l. hoc modo. Ex quibus verissime cõcluditur, quòd tali syndico dimidia pars debeatur vigore dicti statuti: & iudex in sententia debet hoc declarare, vt ff. de hære. insti. l. testamento domini. non obstat dictum Bar. quia verba statuti tollunt contrarium, nam præmium defertur suo tali nomine appellatiuo, quàm de necessitate speciali, & de significato indefinito, & generali comprehendit ipsum syndicum denuntiantem: secus est in præmio, quod defertur a iure communi, quia non defertur sub tali nomine, sed solum in exemplum laudabilis volunta. & fidei. C. de preci. impe. offe. l. si voluntas autem debet esse in arbitrij voluntate, non in collationis necessitate. statutum autem non considerat actum, prout procedit a voluntate, secũdum quam meretur, aut demeretur: sed considerat effectum acti, prout vtilis est reipu: & sic non ob. §. vtrum. item non obstat 3 ratio Bar. de turpitudine. † nam præmium, quod datur ex ordinatione legis, non est turpe, sed licitum, & honestum. ff. ad Sille. l. lege Cornelia. §. præterea. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCXCV.

1 *Filius exhæredatus nulla inserta causa in testamento, in quo sit clausula codicillaris, non potest succedere, nisi in legitima.*

In nomine Domini Amen. Nobilis, & sapiens vir laudus filius quondam domini Antonij de Albizis de Florentia, & nunc habitur Venetiarum in contrata sancti Cassiani licet eger corpore, tamen sanus mente considerans casum humanæ fragilitatis, & rerum, & bonorum suorum dispensationes per præsens nuncupatiuum testamentum, quod dicit sine scriptis, in hunc modum facere, procurauit: in primis elegit suam sepulturam &c. item inter alia disposuit in hũc modum, videlicet item iussit, & voluit, ꝙ Antonius eius filius, & Munassola eius filia nihil omnino habere debeant simul, vel diuisim de hæreditate, & bonis dictæ hæreditatis dicti testatoris, sed eos, & quemlibet eorum exhæredauit, & eius hæreditate priuauit. in omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, rationibus, quibuscunque præsentibus, & futuris Laurentiũ, & Marianum dicti testatoris filios legitimos & naturales sibi hæredes vniuersales instituit, & voluit dictus testator esse suum testamentum vltimum: & suam vltimam voluntatem, quòd valeat,

valeat, & valere debeat iure testamenti : & si non posset iure testamenti valere, valeat iure codicillorum: & si iure codicillorum non valeat, vel valeret, valeat iure donationis cã mortis. & omni alio iure, modo & forma, quibus melius secundũ consuetudinem, & mores, & statuta, ac ordinamenta ciuitatis Floren. poterit valere, & tenere: volẽs, & declarans ex nũc, q̃ si in testamẽto præsenti esset aliquid in formam statutorũ, vel consuetudinem ciuitatis Floren. vel aliqua clausula, seu solennitas foret omissa, quæ haberent hoc testamẽtum infringere, voluit, & mandauit, q̃ reducatur ad formam dictorum statutorum, & cõsuetudinem: & suppleatur omnis defectus per me notarium infrascriptum, ita q̃ præsens testamentum, & vltima voluntas valeat, & teneat non mutando substantiã eorum, quæ in præsenti testamento ordinauit.

# In Christi nomine Amen.

1 †Certum est, q̃ dictum testamentum laudi fuit ipso iure nullum quantum ad institu. hæredum: quia filium nulla inserta causa exhæredauit, vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq; capitulum. & ideo filij ab intestato sunt heredes equis portionibus. sed dubitatur, quia testator voluit valere iure codicil. an dictus Ant. teneat virilem partem eius restituere fratribus suis legitima deducta, an non teneatur. & sumus nũc in passu difficili. Nam gl. in Auth. ex cã. tenet, q̃ illa clausula nihil operetur, nisi quando testm̃ non valet ex defectu solennitatis: secus si nõ valet ex defectu exhẽdationis. credit. n. patrẽ insanijsse, qui naturalẽ omisit charitatẽ. ff. de leg. 3. l. filio præterito. & hanc equam opi. gl tenebant quasi oẽs, antiqui doc. & ex modernis tenent eam Ol. de Laude. & Rich. Malũ. item tenet eam Gul. de Cu. l. vltra. C. de codic. cum enim lex vocet vitium iotestatorem parum distans a furore, illud, quod est testatori vna via denegatum, alia via permitti non debet: cũ effectus succederet in locum viæ prohibitæ. ff. quod cum eo. l. sed filius. Sed dominus Dy. Ja. Bu. & Bar. dicunt talem clausulam valere, & exhæredatos ab intestato succedere statim debere ex causa fideic. & restituere fratribus portionẽ suam legitima deducta: & hoc per l. posthumus. §. si paganus. ff. de inoffi. testã. & ff. de testa. l. ex ea. & quod no. C. de fideic. l. eam, quã. & l. ex testũ. & ar. ff. si quis omis. cau. test. l. qui autem. & hoc est expressum secundum vnam lect. ff. ad Tre. l. si quo patroni. in fi. ad hoc ẽt specialiter allegatur. ff. de fideic. liber. l. gñaliter. §. ex testamento. & hæc est veritas: & ita tenendũ est.

## CONSILIVM CCCXCVI.

1 *An facta diuisione inter fratres omnium rerum excepta domo post decimum annum facta protestatione de diuisione dicta domus post alios decem annos possit peti diuisio ab illo, qui fecit talem protestationem.*

2 *Patientia an præsumatur pro titulo.*

3 *Ex tempore an præsumatur prælegatum.*

4 *Ex tempore cum possessione an præsumatur diuisio.*

# In Christi nomine Amen.

Casus talis est quidam dñs Leo decessit in anno dñi 1354. relictis quatuor filijs legitimis, & naturalibus, quorum vnus vocat Peregrinus, alter Florius, & alter Petrus: isti fratres post mortẽ prædicti patris sui inter se diuiserunt omnia bona hæreditaria, quæ fuerunt prędicti sui patris, excepta vna domo, in qua habitabat pater eorum tempore mortis, & vitæ eius: & in qua ipse pater habitauerat per 25. ann. continuos proxi. præcedentes mortem suam: & ita probatũ est in iudicio. prædictus Florius, qui est vnus ex prædic. quatuor fratrib. continue tenuit, & possedit dictã domũ, quæ vere nunq̃ fuit diuisa: & ad præsens dictam domũ tenet: ita q̃ post diuisionẽ factã de alijs bonis paternis, q̃ fcã fuit iã sunt 20. anni, & plus continue dictus Florius tenuit, & possedit dictam domũ totã accidit, q̃ de anno dñi 1363. Nico. predic. qui est vnus de dictis quatuor fratribus, fuit corã dicto Florio suo fratre, qui tenet totam dictam domum, & dixit verba, de quibus infrascripto capitulo fit mẽtio, siue illa verba, quæ sunt probata p infrascriptos tres testes, qui deposuerunt super ipsu, & iurauerunt super tota cã: ad quæ verba prædictus Florius rñdit, vt in attestationibus infrascrip. continetur. Modo quæro a vobis dño meo, si capitulum formatũ, vt iacet, posito q̃ sit probatum, tollit præsumptionem diuisionis factę de dicta domo de qua præsumptione loquit gl. in l. si maior. C. cõi diuidun. & ibi per Ja. Bu. Item q̃ non obstante, q̃ post prædictam confessionem factam sunt elapsi alij 10. anni, de quib. vt dictum est, dictus Florius tenuit, & possedit dictam domum, dictus Nico. non obstante præsumptione diuisionis factę de ipsa domo possit agere contra dictum Florium, vt pro quarta parte diuidat secum dictam domum? qm̃ aduocati dicti Florij rei dicunt, q̃ illud capitulum non releuat, & si esset probatum: qm̃ post dictam confessionem prædicti Florij sunt elapsi alij 10. anni, quibus continue dictus Florius, vt dictum est, tenuit, & possedit dictam domum: & sic alia noua præsumptio diuisionis factæ insurgit propter possessionẽ vltimorum 10. anno. & dicunt ẽt dicti aduocati Florij, q̃ dictum capitulum infrascriptum non est probatum per tres infrascriptos testes, nec aliquid, qđ releuat: & q̃ in hoc capitulo nõ sit probatũ illud, qđ sufficiat ad tollendum præsumptionẽ diuisionis p aduocatos Nicolai allegatũ, q̃ dictũ infrascriptũ capitulũ releuat: & q̃ licet capitulum non sit probatũ de verbo ad verbũ, tñ est probatum illud, quod sufficit ad tollendã præsumptionem diuisionis ius vrgentem per possessionem 10. ann. ex eo maxime, quia testes iurauerunt super tota cã. & dicunt dicti aduocati accusatoris, q̃ sufficit ĩ. 10. primos annos, vel post 10. primos annos in alijs sequentib. 10. annis dictus Florius fecit dictam cõfessionẽ modo, quæ probat p testes infrascriptos: qm̃ sufficit, quocunq; fuerit confessus diuisionẽ nõ fuisse factam ad instar illius, ad cuius petitionẽ quis confessus fuit se nummos ciuntij habuisse, & recepisse. 10. elapso biennio ille, qui fecit dictam confessionẽ, vult opponere exceptionem non nu. pec. q̃ post biennium põt secũdum opi. cõem gl. licẽt onus incumbat probandi ei, q̃ post bienniũ, tñ si ipse probat creditorẽ suũ illũ, qui recepit dictam cõfessionẽ dixisse, & cõfessionẽ fecisse ipso præsente, sed nunq̃ numerasse ante biennium, post bienniũ & si adhuc transiret vnum, vel duo biennia, non induceretur de nouo præsumptio pecuniæ numeratæ &c. Quærit ex his, quid iuris, an dictũ capitulũ sit probatũ, ita q̃ sufficiat ad tollendum dictam præsumptionem: & si non obstante dicta præsumptione diuisionis factæ dictus Nicolaus possit de iure petere a dicto Florio fratre suo, vt diuidat secum dictam domũ pro quarta parte? infrascriptum capitulum fuit fact. ad tollendã præsumptionẽ diuisionis factæ de qua præsumptione loquitur gl. in d. l. si maior. Item q̃ de anno 1363. & mense nouemb. dicti anni, siue de illo tpe, de quo testes dixerunt, Nicolaus prædictus existens apud petrã piscium positam ad porticum domus mercatorũ Veronæ dixit Florio prædicto, Florio, ego nunquàm habui partem domorum dñi Leonis patris mei, in quibus ipse decessit, quæ iacet in ciuitate Veronæ in contrata sancti Zilij: ego vellem ipsas partiri tecum, & cum alijs fratribus nostris: & tũc dictus Florius rñdit dicto Nicolao: tu nihil hẽs habes de domibus prædictis, qm̃ pater noster, & domina Bellinanfa mr̃ in suis testamentis reliquerunt dictas domos mihi Florio, & Peregrino, & Petro dictis fratribus. & tunc dictus Nicolaus rñdit dicto Florio, ego non credo hoc, quia pr̃ & mr̃ mea hoc nunq̃ fecissent, & tunc dictus Florius rñdit dicto Nico. ego habeo testamentum patris, & matris meæ, & ostendam tibi: & si nõ apparebit prædictos matrẽ, & patrẽ meos legasse oẽs domos prędictas mihi Florio, & Peregrino, & Petro fratrib. nostris, ego promitto tibi, q̃ diuidam tecum illud, qđ teneo de dictis domibus. & sic respondit dictus Nicol. ego sum contentus.

# In Christi nomine Amen.

1 †Tres sunt casus: aut enim apparet omnia fuisse diuisa: aut enim apparet quædam fuisse diuisa, & per consequens alia indiuisa remansisse: aut non apparet expressa diuisio, sed allegatur diuisio, & ad probationem inducitur longa possessio pro diuiso. in primo, & secundo casu stamus certo: nec considerabimus coniecturam temporis, vel habemus certitudinem veritatis. C. de pac. l. si certis annis. & arg. ff. de fid. instr. l. plures apocis.

apocis. si ergo apparet per instrm, vel testes, vel confessionẽ fa
ctā diuisio in quibusdam, cætera autem, quæ diuisa non sunt,
dicant diuidi. ff. fa. her. l. inter hæredes. in primo, & tertio ca-
su, qñ tacita diuisio allegatur ex actibus, possessionibus factis
& habi. pro diuiso, gl. dicit præsumi diuisionem: quod enim
verbis liquido probari non põt, probatur per coniecturam, vt
ff. pro soc. l. ita. & C. de peti. hære. l. filius. & arg. ff. de proba. l.
proculdubio. nam ea, quæ nõ requirunt verborum expressio-
nem, possunt eõam tacite fieri. ff. de pac. l. item. quia imo etiã
ipsa verborum solennitas præsumitur ex tempore cum posses
sione. ff. de acqui. hær. l. 6. vel cum protestatione. ff. de vsut. l.
cum de in rẽ ver. & no. 29. q. 2. c. sed vitium. sed vltramonta-
ni dicunt, ex longa possessione pro diuiso titulum per diui-
sum non præsumi: quia ex sola patientia non præsumitur cõ-
tractus, vel titulus præcessisse: hoc apparet C. de rei vendi. l.
nullo. ff. de serui. vendi. l. si quis diuturno. ff. de aqua plu. arc.
l. 1. in fi. non obst. lex cum de in rem verso. quia ibi interuenit
verus actus obligandi. l. præstatio. quæ cum ea fieri præsumi-
2 tur. de proba. l. cum de indebito. † sed patientia non est verus
hominis actus: quia silentium est quędam priuatio, nõ actus:
& præscriptiones, quæ fundantur ea sola patientia, non dicũ-
tur fundari cum titulo: licet idem, quod veritas pscriptio ope
retur, vt no. C. de serui. & aqua. l. 1. Ego in hoc puncto dico, q
reciproca patientia inducit præsumptionem diuisionis: & ex
ea resultat tacita permutatio, sicut ex diuersis expressa. & hic
est præsumptio, contra quã tñ recipitur probatio in contra-
rium, vt ff. de pac. l. tres fratres. sed patientia vnius partis tñ
non sufficit ad præsumendam diuisionem. V. g. si vnus solus
possidet rem cõem, & diu sic possedit, & dicit, q in diuisione
remansit sibi res tota, & q in pecunia fratri dedit partem suã,
certe hoc nõ præsumit, quia nisi apparet de possessione, hinc-
inde non præsumit diuisio: facilius enim fit, qd hincinde fit,
vt C. de transa. l. & de fideic. sic ergo extrema apparere opor-
tet: & tunc diuisio præsumeretur, quia habet cãm, ex qua ori-
tur. l. cõionem. sed vbi patientia nullam habet cãm, tunc est
verum, qd nõ hr pro titulo. & istum passum non bñ intellexe-
runt, qui aliter loquuntur. ponamus ergo, q possessor non pos
sedit cogitationem diuisionis: sed sub obtẽtu præceptionis. i.
3 prælegati, qd est extra diuisionem: † nunquid ex tpe præsume
tur prælegatum: certe non, quia hic est patientia ex vna parte
tm. Item quia factum tale. i. prælegatum non possit induci ẽt
per consensum patientis. C. de testa. l. non dubium. & ideo ex
4 patientia non præsumit factũ tertij. † Sed nunquid isto casu
ex tpe cum possessione præsumit diuisio: dico, q si constat, q
non possedit ea mente, sed iure putatiuo p legata, qd non pro-
dest sibi possessio: nam animus possidẽtis inquirendus est, vt
ff. quemad. ser. amit. l. fi. sicut ergo vera diuisio requirit cõsen
sum verum diuidendi, ita interpretatiua, arg. ff. si cer. pet. l. si
ego. ita mens per confessionem possidentis probatur. ff. de ne
go. gest. l. Põponius scribit. & propterea concludendo ad cãm
nostram, quia domus non fuit possessa obtemptu diuisionis,
sed obtentu prætensi legati, seu relicti, de quo non cõstat, nec
præsumitur, nisi doceatur, vt C. de reb. cre. l. fin. & q non fuit
possessa sub obtentu diuisionis, probatum est per duos testes,
qui deponunt de assertione possidentis: & per consequens de
animo. ff. de suppel. leg. l. Labeo. merito vr inferendum, q di-
cta domus non censeatur in partem ex diuisione obuenisse: &
sic constet de cõione, q̃ ex præterito psumit in pñti. vñ merito
dẽt diuidi: præsertim si ex aliarũ partiũ pportione cõstat istã
domũ vni tm obtingere: in reciprocis enim magnã cõiecturã
facit æqualitas, & debita proportio. C. de testa. l. in testã. &c.

*CONSILIVM CCCXCVII.*

1 *Constante matrimonio. si interuenit confessio de augmento do
tis, an mulier possit petere huiusmodi augmentum ab hęredi
bus viri.*

2 *Promissio ex causa donationis non cõfirmatur more: sed con-
fessio sic.*

## In Christi nomine Amen.

Casus talis est, qd̃ speratur inter dictam Bonam fœminam de
Vallexio distric. Veronæ vxorem quondam magistri Martini
mutarij, & instascriptos hæredes dicti quõdã magistri Marti
ni: & est verum, q dic. magister Martinus recepit dotem a di-
cta bona fœmina sua vxore tpe matrimonij practi inter eos:
vt in instro plene apparet: & postea per longum tempus fecit
augmentum dotis dictæ eius vxori: & in instro augmenti do-
tis confessus fuit se tm̃ recepisse a dicta dña pro augmento, &
nomine augmenti dotis ipsius dominæ: renũtiauit exceptio-
ni non habitæ quantitatis &c. deinde decessit dict. magister
Martinus ab intestato, nulla amplius facta mentione de dicta
confessione, nec de eius reuocatione: cui magistro successe-
runt duo eius germani, & consanguinei, a quibus dicta domi
na vult petere dotem suam dictam, & dictum augmẽtum do
tis: de eius augmenti solutione nihil apparet: quæritur, an pos
sit non obstante, quòd dicta confessio fuerit facta ficte, & ani
mo donandi ipsi dictæ eius vxori.

## In Christi nomine Amen.

1 †Cum constante matrimonio vir cõfitetur se augmẽtum do-
tis recepisse, si quidem interuenit vera receptio, hæredes ma-
riti proculdubio tenentur mulieri. C. de do. cau. l. 1. C. de do-
na. ante nup. l. aut dos data. de pac. do. l. inter virum. §. cum in
ter. ver. nec separabiliter portio. C. de iu. do. l. etiam cui conse
quens. Si autem non interuenit vera receptio, sed spes recipiẽ
di, tunc si lapsum est tempus opponendi exceptionem nõ nu.
pec. confessio est vestita chirographo priuato, vel publico, po
test similiter illud nomine augmenti repeti. C. de do. cau. l. fin.
si autẽ non interuenit vera receptio, nec spes recipiendi, tunc
aut confessio emanauit per modum donationis, aut propter
aliam cãm: si per modum donationis, tunc morte viri confir
2 matur, † quia licet promissio ex cã donationis non confirme-
tur morte, vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. Papinianus. tñ con
fessio confirmatur morte, quia ille, qui confitetur pro alio, fin
gitur possi lere, vel retinere pro ipso, ar. ff. de pac. l. ab emptio-
ribus. & ff. de iur. dot. l. si sponsalibus. si autem propter aliam
causam, vt quia mulier est nobilis, vel reconcilianda viro, ar.
ff. man. l. creditor, §. 1. quia forte vir interfecerat patrem, vel
fratrem vxoris, tunc est alia materia impertinens quæsita: si
autem dubitatur, qua de causa ista confessio facta sit, tunc si
est renuntiatum exceptioni non numeratæ dotis, dicunt qui-
dam, q videtur factum animo donandi; quia renuntiat dona
tioni, vt ff. de nona. l. si quis legauerit. alij dicunt, q tunc sta-
tur publico instro tanq̃ dotali: & præsumitur dos, & non do-
natio, vt est gl. ord. C. de do. cau. l. 1. in additione, quæ est ho-
die pro vltra glo. nec mirum, quòd inter virum, & vxorẽ om-
nis contractus consistit efficax donatione excepta. ff. de lib. le
ga. l. Aurelius. §. fin. Sed hoc non videtur verum, quia confes-
sio inter prohibitos videtur facta in fraudẽ legis, vt ff. de pro-
ba. l. qui testamentum. & si non tenet principale, non tenet re
nuntiatio, arg. C. de non nu. pec. l. fi. ff. de noua. l. doli mali. §.
diuersum. & ideo aut dicimus, q præsumitur facta spe futu-
ræ numerationis, aut ex causa donationis, vel ẽt titulo dotis:
sic est dos simulata, i. colorata: sed donatio est uera: & sic ex
eo, quòd simulatur, nascitur aliud, quod uerũ est: & hoc cre-
do uerum, quia falsa demonstratio dotis vim donationis ha-
bet: & facta solu. matri. statim ualet. ff. de uerbo. obl. si diuor-
tio. sed facta matrimonio constante non ualet. s. statim, ut no.
ff. si certum petu. l. 2. uersi. ueluti, si post nuptias mortem con
firmatur. C. de dona. cau. l. quod de suo. & ibi not. & ideo pro
tali confessione, quæ non facit dotem, mulier non habet pri-
uilegium dotis, quia censetur ut mera donatio, ut not. C. qui
potio. in pigo. habe. l. assiduis. §. exceptis. in glo. parua. ut plo-
runque uiri, qui diu bene cum uxore uixerunt, uolẽtes remu-
nerare longam uxoris erga uirum solicitudinem, & castam af
fectionem, hoc faciunt in honorem ante peracti matrimonij.
uerbum legis est in alia materia. ff. de legat. 2. l. unum ex fami
lia. §. Imperator Marcus loquitur. ubi uir fuit confessus cum
renuntiatione futuræ numerationis: quia non cadit hic pro-
prie alia coniectura, quàm donationis. ex clausulis enim in-
ter dictum ipsum principale præsumitur fictitium, uel ue-
rum, ut not. ff. de condi. institu. l. si quis sub conditione hære-
des. ut in glo. Ego Baldus.

*CONSILIVM CCCXCVIII.*

1 *Confessio, quòd instrumentum dotis fuerit factum per vxorem viro constantem matrimonio, & an vallata iuramento mulieris valeat. & an huiusmodi iuramētum aliquid operetur.*
2 *Iuramentum an sit personale: & eius effectus.*
3 *Contractus non permissus inter vir. & vxo. an sit efficax accedente iuramento.*
4 *Iuramentum assertorium nihil operatur, vbi constat de contraria voluntate.*
*Adde consi. 471. in 5. parte, quod incipit, super eo. &c.*

# In nomine Domini Amen.

Quæstio talis vertitur inter Ioannem, & Ioānem germanos cō
sanguineos ex vna parte tanquàm hæredes quon. ser Ameriti
eorum patrui: & quendam Marcum hæredem quondam do-
minæ Constanoæ quon. eius Marci sororem, & quond. vxorē
dicti ser Ameriti ex altera parte, quia dictus Marcus hæredita
rio nomine dictæ dominæ Constaotię eius sororis petere vult
a dictis germanis consanguineis vnam dotem mille quingen
tarum librarum den. paruorum, quam dotem dictus quondā
ser Ameritus coofessus fuit iam constante matri. inter ipsum,
& dictam dominam Constantiam per decem annos, & plures
proxi. præteritos habuisse, & recepisse a domino Patro nobili
milite domini Bernardi de Creanis ibidem præsente, dante, &
numerante, & dotante nomine, & vice dominæ Constantiæ fi
liæ quondam domini Bartholi, & ab eadem domina Constan
tia vxore ipsius Ameriti ibidem præsente: quam dotē dictus
ser Ameritus promisit restituere in omnem euētum &c. & re-
nuntiauit exceptioni non numeratæ, & non receptæ dotis, &
omni alio auxilio: prout plenissimè de prædict. paret instru-
mento vobis transmisso, quod extense videre potestis; post hęc
dicta domina Constantia adhuc constante mat. sentiens suam
conscientiam grauatam, & læsam, & clare cognoscens, q̄ di-
ctus ser Ameritus in rei veritate nullam dotem receperat a di-
cto Petro, nec a dicta domina Constātia, nec ab aliquo pro ea
volens agnoscere bonam fidem, fecit dicto ser Amerito eius
viro finē, & refutatiooē de omni, & de toto eo, quod dicta do
mina Coostantia, vel eius hæredes possent petere a dicto ser
Amerito, vel eius hæredibus vigore dicti instrumenti confes-
sionis dotis: & promisit in dicto instrumento non vti, nec vi-
gore dicti instrumenti dictum ser Ameritū, vel eius hæredes
in aliquo molestare per se, vel hæredes suos: & hæc omnia fe-
cit dicta domina Constantia dicto ser Amerito ex certa scien-
tia, & bonam fidem agnoscēs: & promisit prædicta omnia, &
singula tenere, & obseruare, & in nullo contrafacere, vel veni-
re per se, vel eius hæredes de iure, nec de facto. & ita ad sancta
Dei Euangelia iurauit obseruare &c. dicti autem germani cō
sanguinei hæredes dicti sui patrui se defendere intenduot di-
centes dictam refutationem fore simulatam, & in fraudem
donationis inter vir. & vxo. fore factam: & prædicta probare
intendunt per instrumentum finis factæ per dictam dominā
Constantiam dicto ser Amerito eius viro, & patruo dictorum
germanorum: cuius instrumenti copia inferius vobis plene
mittitur: modo quæritur, quid iuris super prædictis: an dicta
dos possit repeti per dictū Marcum a dictis germanis, vel nō.

# In Christi nomine Amen.

1 † Super eo, quod quæritur, an confessio, quòd iostrumentum
dotis fuerit simulatum, facta per vxorem viro constante ma-
tri. & vallata iuramento mulieris valeat, vel non: & an iura-
mentum aliquid operetur: sciendum est, quòd aut instrumen
tum dotis habet pro se præsumptionem, aut habet per se cla-
ram, & dilucidam numerationem. si quidem mulier fundat
intentionem suam ex præsumptione, puta ex præsumpta, seu
ficta numeratione: vt C. de dot. cau. l. fi. tūc cōfessio in scriptis
in contrarium facta talem præsumptionem elidit. C. de non
nu. pecu. l. generaliter. & hoc verum supposita pari habilita-
te personarum, & temporum: & quia vtrunq; ante matrimo-
nium, vel vtrunque constante matri. quia cum par sit poten-
tia contrariorum, illud est præualentius, quod est posterius.
id enim pręcedit, quod nouissime factum est. ff. de acquiren.
pos. l. si quis ante. Si vero mulier, vel hæres eius fuodat inten-
sionem suam ex vera oumeratione, tunc talis confessio, quæ
est contra ius dotis, oon tenet constante matri. quia ius dotis
non potest fieri deterius, vt ff. de pac. dot. l. 2. versic. & si cum
venisset. quicquid enim agitur constante matrimo. in præiu-
dicium dotis, & vt mulier remaneat indotata, non valet. C. si
dos constante matri. l. 1. oec etiam per iuramentum pōt hoc
induci: quia censetur contra ius publicum præstitum: quia
ius publicum, & publica, & communis vtilitas intelligitur
versari io dotibus. ff. sol. matri. l. 1. & ideo pactis priuatorum
infriogi non potest: & hoc de iure ciuili, vt not. C. de iur. dot.
l. si prædium. sed de iure cano. secus, vt extra de iureiur. c. mu
2 lieres. † & licet iuramentum extinguatur cum eo, qui iurat
tamen non extinguitur effectus iuramēti. s. iooualidatio actus
validati per iuramentum, vt in Auth. de iureiu. a maiori præ-
sti. post princip. & ff. de legat. 3. l. cum quis. §. codicillos. & sic
ratione iuramenti videtur fieri probatio contra hæredes iurā
tis, & dari firmitas actui iurato, vt nullo modo possit contra-
3 ueoiri, nec per iurantem, oec per eius hæredem. † Batt. etiam
tenet, quòd contractus non permissus inter virum, & vxorē,
vt donatio, sit efficax accedente iuramento. ff. de fideiusso. l. si
qs pro eo. in primo, & vltimo mēbro suo. Sed salua reueren-
tia Barto. nimis cito se expediuit de hoc articulo. nam lex eū
prohibeat consensum propter bonum publicum, vt matrimo
nia non sint venalia, & ad tempus, sed perpetuam habeant cō
cordiam in se, iuramentum nihil operatur, vt not. Cyn. C. de
sac. sanct. eccle. l. 1. in vlō. q. licet non bene aperiat. & posito,
quòd valeret, deberet per ep̄um relaxari: quia æquitas natu-
ralis suadet, vt relaxetur. vbicunque autem fieret iuranti rela-
xatio, eius hæredi nulla relaxatio expedit, quia iuramētum est
persooale ex parte iurantis, extra de iureiu. capit. veritatis. per
Inno. & istam opi. veriorem puto fauore matrimoniorum, &
dotium, arg. l. assiduis. C. qui potiores in pig. hab. ff. de leg. 1.
l. si quis in quibus. §. fi. C. ad Velle. Auth. si qua mulier. & ma-
xime io terris Imperij, in quibus plus colligitur æquitas natu
ralis, & publicum bonum, quàm iuramentum. nuoc ad pro-
positum applicando sciendum est, quòd instrumētum dotis
attestatur numerationi tunc factæ, non ergo apparet verā præ
cessisse dotis numeramerationem, nō simulatam, no. C. si cer.
pet. l. si precio. C. de non nu. pecu. l. si ex cautiooe. & sic con-
fessio contraria apparet simulata, & non vera: nec est standum
io via fori iudiciorum, nisi haberentur coniecturæ: nam in-
terdum oumeratio, quæ apparet superficialiter, falsa tamē est
essentialiter, & effectualiter nulla. ff. de solu. l. qui sic soluit. ta
men in dubio quod apparet, præsumitur esse. C. de do. proba.
l. eum precibus. talis enim præsumitur substantia, qualis est
superficies: & tale præsumitur inuisibile esse, quale prouisibi
le figuratur in omne, vt l. pediculas. §. Netarius. & l. si quādo.
ff. de aur. & arg. leg. & quod notanter attestatur in numeratio
ne, apparet, quia loquitur demonstratiue ad oculum sensus
non eountiatiue ad oculum intellectus. enuntiatio enim quā
doque falsa enunciat. Sępe enim scriptura ēnontiata est ali-
cuius actus tanquàm præteriti, & non existentis commemo-
ratiua autem scriptura, quę rem ad oculū demonstrat, vt quia
dictus notarius attestatur loco, & tempore confecti instrumē
menti numerationem interuenisse, & traditionem, quę etiam
viso fit. ff. de sol. l. si pecuniam. non potest attestari, nisi verita-
ti. illi ergo abiariui, dante, & numerante. prolati cum tempo-
re pręsenti, vel loco pręsenti, vt quia dicit, tunc, vel ibidem nu
merante, denotant verum actum: sed absolute prolati ad de-
terminationem pręteriti plusquàm perfecti, vt confessus est se
habuisse, & recepisse a tali dante, & oumerante &c. non signi
ficant fiendum actum, sed factum enuntiant. Conclusio, nisi
aliud probetur, est de muliere. probatio autem coniecturalis
in contrarium valeret non per se, sed quia iuncta cum confes-
sione, quę per se est inualida: tamen fidem faciunt simul iun-
cta, arg. de succes. ab intest. c. cum dilectus. idem ergo in hęre
de mulieris. per hoc apparet dictum instrumentum releuari
debere: & super hoc alias consului formaliter, sicut nunc con
sulo: proponendo tamen, quòd a quoddam doctore fuit pro-
curandum contrarium consilium. & naturale est, quòd do-
ctores

ctores habeant contrarias opi. & ille doctor fundat se solum in iuramento ex ea parte, qua est assertoriũ: & ex ea parte, qua promissurium. dicit enim, ꝙ iuramẽto assertorio statur, quia confessioni simplici dictæ mulieris staretur cũ causa, nisi constaret de dolo, vel metu. allegat leges vulgares, quas sciunt lippi, & tonsores, sed hic est considerandum primo, ꝙ si attendimus regulam, confessio facta cum causa valet, nisi apparet, ꝙ illa causa expresse sit falsa. tunc enim non valet in effectu, si talis causa est de esse ipsius actus, vt ff. de excep. do. l. 2. §. circa. sed hic apparet, ꝙ causam inserta in vltimo instrumẽto est falsa: cum dicat, ꝙ dictus Ameritus reneta nũquàm habuit, nec recepit &c. nam iostrm dotis dicat contrarium: & de vera numeratione attestatur, ibi dum dicit, ibidem pręsente dante, & numerante, & dictante &c. nam ista verba attestatur de vero numerationis actu, & ibi dum dicit, quos ibi totidem etiã di
4 xit. vt not. C. de non nu. pe. l. si ex cautione. † & iuramentum assertorium nihil operatur, vbi constat de contraria veritate, vt no. ff. insa. l. Lucius. secundo si attendimus exceptionem a regula, considerandum est, quando veritas non probatur per actum extrinsecum, sed probatur per solum actum verbi, seu per solam confessionem inter virum, & vxorem, non inducit efficacem probationem in alterius præiudicium, quia confessio facta ẽt cum iuramentum ad sauorem capacis non intelligitur facta in fraudem legis, vt l. qui testamentum. & ibi text. & gl. or. ff. de prob. & ff. de leg. in l. cum quis decedens. §. Titia. & ibi clare hoc determinat Bar. Simulatio ergo instrumenti dotalis per solam confessionem, quæ dicitur facta constante matri. probari non potest, quia vir nõ est capax iuris ex ista confessione quærendi constante matri. & aperte dicit Bart. in d. §. Titia. Item dicit alius dictus doctor, ꝙ inter virum, & vxorem oritur obligatio ex iuramento promissorio, siue apponatur super ꝯtu, siue super distractu. nam non vergit in dispendiũ salutis æternæ, ergo est seruandũ tam per mulierẽ, q̃ p ipsius hæredem, quia licet iuramenti personalitas non trãseat ad hæredem, tñ transit ipsius realitas. i. validatio actus, vt in Auth. sacramenta puberum. cum materia sua. Sed hic est cõsiderandum, ꝙ ipse arguit ex regula, quæ obtinet in personis capacibus: sed vir non est capax huius iuris quærendi ex sola confessione vxoris facta constante matrimonio: ipsa enim confessio est illa, quæ præsumitur simulata, nõ vera numeratio, de qua apparet præcise. & per hoc non obstat titulus: C. plus valere ꝙ agitur, imo facit pro, nam hæredes mulieris habent pro se veritatem in vero actu numerationis prolatam: sed aduersarius eius habet pro se confessionem simulationis iuro assertam. debet ergo præualere inter coniuges potius verus actus facti, quàm actus verbi, quia inter eos per solam confessionem non roboratur, vt ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. fi. ex quibus concluditur potius standũ esse iuramento dotis, quod vero actui attestatur, quàm instrumento confessionis emanante super simulatione: nisi ipsa confessio simulationis alijs verisimilibus indicijs posset adiuuari. & confirmantur hæc per Auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup. nam si est ibi speciale fauore aliorũ creditorum, ꝙ non stetur instrumento dotali facto constante matri. ne alij creditores fraudentur: ergo si alij creditores non sunt, tali instrumento standum est, cum de vera numeratione attestetur, vt no. in d. l. si ex cautione. itẽ alias esset aperta via, ꝙ mulieres remanerent indotatæ: cum facile viri ab eis dictas confessiones extorquerent. quod est iniquum, & absurdum, vt C. ad Velle. Auth. siue a me. & Auth. si qua mulier. & quod ibi per Cyn. & hæc vera sunt in mero puncto iuris, saluis tamen sit semper facti veritas, tamen nisi aliud appareat ab eo, quod uestitum est, secundum punctum iuris non possumus recedere.

CONSILIVM CCCXCIX.

1 *Quando plures sunt in rixa contra aliquem, & vnus mortifere vulneratur, & apparet, quis fecit, ille solus tenetur.*

# In Christi nomine Amen.

1 † Præsuppono, ꝙ in ciuitate Fadræ non considerentur omnes subtilitates iuris ciuilis: sed attendatur quædam bona simplicitas, & via veritatis: hoc dico, quia de iure dicta denuntiatio non procedit: quia non continet tempus, nec locum confinatum secundum formam legis libellorum. ff. de acqu. & testes etiam non deponunt de loco, vel tempore: sicut est necesse in causis criminalibus, & maxime in capitalibus. item quia accusator decessit pendente iudicio, de iure communi esset extinctus processus, sed non crimen, quia iterato posset fieri accusatio. ff. de pub. iudi. l. accusante. C. si reus, vel accusator. p totum. item quia actũ fuit de vulneratur, & sequuta est mors lite pendente. vnde multi dicunt, quòd est opus noua instantia, vt not. ff. de dam. infec. l. damni. §. Sabini. per doctores. tamen quia perpendo in ciuitate Fadræ potius considerari veritatem, quàm solennitatem, & subtilitatem iuris, venio ad quęstionem propositam: & dico, quòd quando plures sunt in rixa contra aliquem, & vnus mortaliter vulneratur, & apparet, quis fecit, ille solus tenetur de occiso. ff. ad legem Aquil. l. item Mella. §. si plures. & ideo Moyse tenetur de homicidio causæ: quia constat, quòd ipse intulit vulnus, ex quo mors sequuta est. Stephanus autem non tenetur de homicidio propter tantum bonum regnum t & cæteri timeant pœnam. imponat ei dominus comes pecuniariam, quia simul erant isti fratres in eadem rixa participanda, vt no. in Spec. de homicidio. versi. pœnæ quatuor homines. alij aliter dicunt. ff. de sic. l. si in rixa. sed ego speculatori adhæreo: & rationi suæ.
Et ita dico, & consulo ego Baldus Iuris Vtriusq. doctor actu Paduæ legens.

CONSILIVM CCCC.

1 *Securitas data alicui, quòd non possit pro debito conueniri, debet intelligi, præterquàm pro maleficio. & nu. 5.*
2 *Securitas data per legem, ne quis capiatur in domo habitationis, non intelligitur pro crimine.*
3 *Securitas data alicui pro debito non extenditur ad debitum fiscale.*
4 *Debitor quando proprie dicatur.*
5 *Immunitas pro debito an prosit in delictis.*
6 *Beneficium concessum alicui, quòd possit cedere bonis, non extendit se ad eos, qui conueniuntur ex delicto.*

# In Christi nomine Amen.

Quòd Iacobus Aboleo quondam thesaurarius, & massarius magnifici domini do. Paduani nunc habitator, & incola ciuitatis Veronæ possit in dicta ciuitate conueniri ad restitutionem pecuniæ dicti domini magnifici Paduani, quam existens officialis prædictus surripuit dicto domino recedendo, & fugiendo cum ea, vel etiam sine ea, non obstante gratia, fidanza, & promissione eidem factis per magnificos dominos de la Scala euidenter luce clarius demonstratur verbis primo dictæ gratiæ relatis, vt ff. de petitio. hæredita. l. item veniunt. §. præter hæc. & §. sicundo. verba vero sunt hæc, videlicet nos B. R. & A. fratres de la Scala Veronenses &c. domini, & capitanei generales volentes gratiam facere discretis viris Iacobo, & Fráncisco fratribus de oleatijs de Padua habitatoribus ciuitatis nostræ Veronæ, ac eisdẽ attendere, & obseruare promissiones, & gratias eis factas per magnificum olim genitorẽ nostrum dominum Cãsigniorium de la Scala, vt ad honores, & commoda ciuitatum nostrarum feruentios animentur, tenore præsentium de nostræ plenitudinis potestate ipsos, & eorum quemlibet adfidamus, & securos esse volumus, & iubemus vbilibet in terris nostris: concedentes eisdem, ꝙ cum eorum filijs, familia, bonis, & rebus suis cuiuscunque conditionis libere, secure, & absque ulla molestia, vel grauimine stare, & habitare possint in ciuitatibus nostris Veronæ, & Vincentiæ, ac districtibus earum, non obstantibus aliquibus delictis factis directis, & taleis: exceptis tamen habentibus clausulam derogatoriam, & prædictam fidantiam, & securitatem nostram valere, & obtinere volumus roboris firmitatem solum pro causis, & delictis præteritis: ita, & taliter, quòd sub eorum occasione, vel prætextu nequeant aliqualiter molestari, scilicet a tempore retro &c. Dico enim, quòd dicta fidantia ad casum, de quo loquimur, nullatenus se extendit. & hoc ostendo

1 ostendo pluribus rationibus. †Et prima ratio hęc est : securi-
tas data alicui, q nõ possit pro debito conueniri, debet intelli
gi, pręterq̃ pro maleficio: hoc probatur. C. de his, q ad eccle-
sias confug. l. 1. cum gl. sua. vbi hñs immunitatẽ sibi conces-
sam rõne templi, qui est locus securus, & securi refugij, tñ p
hoc nõ habet immunitatẽ, quin possit conueniri pro delicto.
nã pro quocunq; maleficio põt inde auferri : nec immunitas
sibi patrocinatur, vt expresse le. & not. in Auth. de man. prin.
in §. neq; aũt. sed non est dubiũ, q dictus officialis triplex faci
nus immiscuit : perfidiæ, fugæ, & furti, vnde immunitas sibi
nõ debet patrocinari: oĩm itũ a gratia excipitur, q deliquit, vt
2 ff. de leg. 2. l. Luc. §. Luc. Titius dama. †Secunda rõ per l. dat se
curitas, ne quis capiatur ĩ domo habitationis. ff. de in ius vo.
l. pleriq;. tñ hoc intelligit pręterq̃ in crimine : quia criminosis
nullus locus tutus, & nullũ refugiũ esse debet, vt not. ff. de in
ius uo. l. sed & si is. & ff. de re. iu. l. nemo de domo recta qdẽ in
ff. nam ab oĩ securitate dolus excipitur. ff. de leg. 1. l. si seruus
3 vetitus. †Tertia rõ, quia securitas alicui data nõ extendit se ad
debitores cameræ fiscalis, ut est expressum in Auth. de man.
prin. §. publicorũ. sed camera Magn. do. Paduani est camera fi
scalis: quia habet concessa iura a Cęsare in Padua ex priuile-
gio: ergo non extenditur immunitas ad casum nostrũ. Quin-
ta ratio est, nã aut ista est pmissio, aut gratia, aut vtraq; simul,
s. promissio facta ex gratia. si quidẽ est pmissio, debet restrin-
gi ex bono, & ęquo, vt nõ comprehendat psonas, quas cõpre-
henderet & iniustũ. iustificanda est. n. oĩs promissio, q̃to ma-
gis põt iustificari, vt ff. de ver. ob. l. quidã cũ filiũ. sed iniquum
esset, si comprehenderet furem, & fugitiuum. nã gratia facta
Barbario nõ fecit eum liberum, quia fugitiuus, & fur erat, vt
ff. de off. præsi. l. Barbarius. & populus, & princeps poterat, tñ
nõ pręsumitur voluisse: porro interdum quis plus põt, q̃ vo-
lit : interdum plus vult, q̃ possit. de off. dele. c. cum abbaticis.
si vero est gratia concessa per rescriptũ, tunc quia rescriptum
imitatur ius cõe in similibus casibus, vt ff. de vulg. substi. l. ex
facto. & ius cõe non vult gratiã tpis, vel loci fugitiuis debito-
ribus, vt no. C. de ferijs. l. fi. & in rescripto non fiat mentio fu-
gę : ergo in rescripto fuit obreptũ dñis de la Scala. igitur non
valet gratia, vt extra de rescr. c. dilectus filius Abbas S. Stepha
ni. si vero est vtrunq; promissum, adhuc non includuntur ea,
quę dñs non esset verisimiliter concessurus. ff. de pig. l. obliga
tione generali. nec includitur casus insolitus. nã q̃ raro fiunt,
non includunt. ff. de ꝯhen. empt. l. si fistulas. §. frumenta. fuga
aũt officialium rarissima est, & plecti dignissima. in Auth. vt
iudi. sine quoquo suffrag. §. 1. & §. necesse. in dubio aũt nemo
præsumitur ꝯ alium concessisse, quod ꝯ se deberet dedignari
concessum esse. ff. de solu. l. 1. & ideo dñi de la Scala non prę-
sumuntur voluisse includere sub generalibus verbis insignẽ
dñm Paduanũ, vt in c. sedes. de resc. & no. eo. ti. c. 2. lib. 6. per
4 Io. And. & alios. †Sexta ratio, debitor propriè dictus est etiam
creditoris, & creditor propriè, & strictè dictus est; qui fidei
creditoris credit. ff. si cer. pet. l. 1. vnde ex maleficio quis non
dicitur propriè creditor, vel debitor : sed large, & abusiue. cũ
ergo ista securitas sit restringenda ad strictissimam significa-
5 tionem verborum, non extendit se ad futura delicta. † Septi-
ma ratio est theorica quædam, nam aut conceditur alicui im
munitas ex necessaria causa, vt ex causa legationis, & tũc dic,
vt ff. de iudi. l. 2. §. legatis. aut ex voluntaria causa: & tunc nun
quam prodest in delictis per ll. superius allegatas. Octaua ra-
tio, quia istud rescriptum est speciale quo ad personam eius,
cui conceditur, vnde valet: quia vbi non est clausula non ob-
stante. vt expresse no. ff. quod quisque iur. l. 3. §. suæ pro quos
& istud non est, quia dñi nõ possunt, nã Papa, & Imperator nõ
minus põt, & tñ valet, quia non est seruata forma debita. No-
na ratio, quia fur vbiq; contractando, ibidem deliquit, & fo-
rum accumulat foro. ff. de fur. l. si dominum, per Bar. ex noua
ergo ꝯtratione post gratiã oritur actio rõne noui territorij, vn
de quia hodie delinquit, hodie potest conueniri. Decima ra-
tio, nã in quo non põt operari gratia Magn. do. de Consigno-
rij, non potest operari secunda gratia facta ad instar, vt ff. de li
bera. leg. l. Aurelius : sed gratia domini Consignorij non ope-
ratur in casu nostro : quia dominus Iacob. posita rationũ cal-
culis se submittens, & rationem iudici reddens declinatoriẽ
fori renũtiauit. ff. de iud. l. sed si susceperit. vnde ammodo sub
latum est principale rescriptum: per consequẽs secundũ eius
cõfirmatorium, vt C. de excu. tu. l. voluntariè. extra de consti.
c. cum M. Ferrar. Vndecima ratio, quia concessio affidantię re
spicit bona, & res suas: in quo cõsidero, q aut constat esse sua,
& habet locũ immunitas. aut dubitatur, & idẽ, quia in dubio
habens declinatoriã fori põt exm opponere. aut est certum, q
tenet bona aliena: & nihil opitulatur declinatoria fori ei, quẽ
notorium est teneri ex delicto: qm vir bonus hũc non tuetur,
quia in notorijs non hñt locũ exceptiones declinatoriæ fori,
domicilij, vel originis ex priuilegio prætẽso ꝯ forum. C. qñ de
cri. agi opor. autem. qua in prouincia. ff. de indi. l. sed si testi-
ficatur. in primo, & maximè post confessionẽ in iudicio spon-
te factã. nam sacrę formę tunc nihil possunt operari, vt in Au
then. in medio lit. non fieri sac. iussiones. in rubro, & nigro.
Siue ergo de honestate quęritur, non tenentur dñi de la Scala
obseruare: quia nõ promiserũt, siue de iure quęratur, nõ dñra
quia non debent rationibus luculentis. suprà assignatis, & sic
cõcludo firmiter. & facit qd le. & not. C. vnde vi. l. authoritatẽ;
6 † his accedit per similitudinẽ, q beneficium concessum a iu-
re debitoribus, q possint cedere bonis, nõ extendit se ad eos,
qui cõueniuntur ex delicto, vel quasi: nã maleficium oẽ bene-
ficium excludere cõsueuit. ff. quę in frau. cred. l. fi. §. fi. & no.
extra de vsur. c. cum tu. & l. 1. C. vbi se. vel clari. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCI.

1 *Stantibus statu. q quicunque fuerit condemnatus, possit im-
pune offendi : & si habuerit remissionem apud acta, tamen
non fuerit deletus ex libro bannitorum, an poterit impune
offendi.*

Adde etiam consi. sequent.

# In Christi nomine Amen.

Ad euidentiam dicendorum præmittenda sunt quędam sta-
tuta, & primo statuto, & ędicto magnificorũ dominorũ de la
Scala cauetur, q quicũq; fuerit bannitus pro homicidio, vel
alio delicto, cuius pœna sit mors de ciuitate Veronę. & intelli
gatur, & sit bannitus de ciuitate Vincen. & econuerso. itẽ sta-
tuto dictę ciuitatis Veron. cauetur, q banniti pro rebellione,
homicidio, vel robaria, vel alio delicto, cuius pœna sit mors,
impune possint offendi, & interfici : lata tñ prius sñia cõdem
natoria vigore banni, & ante nõ. Item statuto ciuitatis Vincen
tię cauetur, q banniti pro rebellione, vel homicidio, vel alio
delicto, vbi pœna sit, mors possint impune interfici, & qui in-
terficiunt, impunes esse censeantur, subsequuta prius sñia cõ
demnatoria contra dictos bannitos vigore banni, ante nõ. Itẽ
alio statuto ciuitatis Vincentiæ cauetur, q nullus credatur bã
nitus, nisi ĩ libro cõe scriptus foret nomine, & cognomine, &
cum signo, & nomine tabellionis: nullusque credatur exem-
ptus de banno, nisi notificatus fuerit in libro for. bannitorũ
cum signo, & nomine notarij ordine officij librorum for. bã-
nitorũ. Itẽ alio statuto ciuitatis Vincentiæ cauetur, q quicun-
que fecerit aliquem interfici per pecuniam, vltimo supplicio
puniatur. Ex prædictis statutis formatur talis qõ. quidã Ioan-
nes tractauit in Vincentino districtu cũ Berto, & Antonio, vt
deberent interficere quendã Herighetũ in Vincentino distri-
ctu, & promisit eis 100. lib. facto dicto homicidio in psona di
cti Herigheti: qui Herighetus bãnitus, & condẽnatus erat in
cõi Veron. pro duobus homicidijs, & pro duabus robarijs.
Dicti Bertus, & Ant. exequendo dictũ tractatũ interfecerunt
in Vincentino districtu dictũ Herighetũ: captus est dictus Io-
annes, & cõfessus est se tractasse cũ prędictis Berto, & Ant. vt
deberent interficere dictũ Herighetum: & q ipsis daret 100.
lib. pro dicto homicidio facto: & pro vigore dicti tractatus p
eũ Ioannẽ ordinati prædicti Bertus, & Ant. interfecerunt di-
ctum Herighetum: potestas Vincentinus p inquisitionẽ pro-
cedit cõtra ipsum Ioannẽ, & dicit ipsum Ioannẽ debere mori
vigore dicti statuti vltimi, & ordine, quo cauetur, q quicun-
que aliũ per pecuniã fecerit interfici, vltimo supplicio punia-
tur. Pro defensa ipsius Ioãnis plura dicuntur, primo, q dictus
Herighetus erat bãnitus, & condemnatus pro homicidijs, &

tobarijs duabus in cõi Veronensi: & sic vigore statuti cõis Veronę poterat impune interfici. Itẽ vigore ędicti dictorũ Magnificorũ virorũ de la Scala intelligebatur bannitus: & erat ciuitate Vincentię vigore dicti edicti cõiuncto statuto cõis Vincentiæ, quo cauetur bannitos pro rebellione, vel pro homicidio &c. posse impune interfici. ℈ ipsum Ioannẽ aliquo modo procedi non debet: & per inquisitionẽ vigore dictorũ statutorum cõis Vincentię, quę vobis transmittuntur, & maximę qa dictũ statutũ dictans, ꝙ interficientes bannitus impunes esse censeantur, certũ scribit delictũ, adeo ꝙ iudex ẽi per inquisitionẽ procedere nõ põt, per nn. per Iac. de Aret. Ray. in l. 1. §. quod vero. ff. de aleatorib. & no. per doc. in l. seruus. C. de his, qui ad ecc. cõsug. Sed ℈ hoc obijcitur, ꝙ dictus herighetus habuit promissionẽ, seu fidantiã a quond. Magnifi. dño Cõsignorio de la Scala, ꝙ posset stare securus sup Vincentinum districtũ nõ ob. bannis, & cõdẽnationibus, quę habebat in cõi Veroñ. & ita stant verba dictę promissionis, seu fidantię, pro qua ꝓducitur ℈ ipsum Ioannẽ, & cõtra ipsum Ioannem, & pro ipso Ioanne multa hincinde allegantur, & producunt, q̃ vobis videnda diriguntur, & transmittuntur. Modo quęritur, an dictus iudex possit ℈ dictũ Ioannẽ procedere: & an dictus Io. debeat puniri pœna statuti punientis faciẽtes aliũ occidi per pecuniã.

1 †In Christi nomine amen. ꝙ dictũ homicidiũ potuerit impune fieri, ac mandari, his rõnibus probatur. & primo ex figura banni, quę manet, quę vr̃ excusare facientes, vt ff. de interrog. ac. l. ętate. §. ex causa. Secũdo qa ex quo est in libro bãnitorũ, deprehenditur esse in tali quasi possessione: vnde pro tali debet haberi. C. de testa. l. 1. de seruis expor. l. moueor. Tertio ex iusta ignorantia. nam ad ignorantiam excusandum idem operatur habere figurã esse, quod operatr̃ verũ esse: sed istud bãnũ habet figurã esse, ergo idẽ operatur, ac si haberet verũ esse, sicut mãdatũ reuocatũ, qđ habet figurã esse, idẽ operatr̃ ad escusandũ ignorantẽ, qđ operaretur nõ reuocatũ hñs verũ esse, vt ff. si cer. pe. l. eius, q in prouincia. ff. de solu. l. cũ quis. §. 1. iuste enim ignorat quis mutatũ esse, qđ olim fuit, nec p̃sumitr̃ mutatũ, nisi probetur. ff. de institoria. l. sed & si pub. §. proscribere. Quarto quia circa factũ alienũ, & maximę occultũ præsumitur ignorantia, nisi probetur fuisse certificatũ, vt ff. oian. l. si fideiussor. & l. vlt. ff. pro suo. Quinto quia a pœna corporali excusat ignorantia siue iusta, siue iniusta. ff. de abig. l. 1. in fi. C. de plagiarijs. l. plagij. de liberali cã. l. igitr̃. & ista p̃sumunt. ff. de prob. l. verius. Sexto de ista qõne vr̃ casus. ff. de adul. l. pe. & hoc no. Cy. C. de rep. vxo. Septimo qa bannũ, qđ apparet prima facie aliqđ, pręsumitur esse aliquod. C. de edi. di. adr. tol. l. 2. & l. edic. & ẽt si dicatur nullũ, excusatur offendens, vt not. Dy. ff. de acq. pos. l. 3. §. si seruus. Octauo quia fidantia sibi data vr̃ expirasse per mortẽ cõcedentis, ar. in l. vlt. ff. de pę. & qđ not. in l. 1. C. de postu. vnde apud successorẽ in officio talis fidantia non vr̃ valere, quia promissio, & prohibitio facta sine causa expirare vr̃ finita iurisdictione, & officio permittentis, vel prohibentis arg. dictarum legum. Nono quia illud, qđ est licitum facere, est licitũ mandare, quod fiat, vt not. ff. de vi, & vi ar. l. cum fundũ. & qui non põt teneri principaliter, nec secundario, vt ff. de fur. l. fullo. §. nemo. Decimo, quia generalis est ista determinatio, ꝙ liceat bãnitũ occidere, nec distinguit qualiter, vtrũ per pecuniam faciendo occidi, vel quomodo: vnde nos non possumus ℈ generalẽ legis determinationem distinguere. ff. de alle. l. 1. §. quod autem. ff. de mili. test. in l. fratrem. §. fi. nã cum iste bannitus sit hostis, non dicitur committi dolus. ff. de dolo. l. 1. §. non fuit. item vnũ statutum intelligi debet cum determinatione alterius, vnde statutũ, quod prohibet, & pœnam imponit, non debet referri ad casus, in quibus repeririue specialiter ratio permissiua. ff. de leg. 1. l. quid ergo. §. hæres. & ff. de ver. ob. l. qui seruum mihi. Vltimo dico, ꝙ ita consuluerunt de facto fore. ambo. Iaco. s. Butrij, & Bal. videlicet per bannum habens figurã bannit licet obligatio sit extincta solutione, vel absolutione, de qua non cõstat videnti, & legẽti bannũ, excuset offendentẽ a pœna, & ita teneo cũ vtroq; Iacobo, videlicet Bu. & Bal. Et ita dico, & consulo. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCII.

1 *Ad idem cum præcedenti.*

2 *Cancellatio banni per non habentem potestatem nil valet.*

3 *Paria sunt non seruare mandatum, vel non habere.*

4 *Non creditur officiali asserenti sibi esse mãdatum, nisi cõstet.*

5 *Non creditur asserenti pacem factam, nisi constet.*

6 *Clausula, si tibi constiterit. quid importet.*

7 *Assertio iudicis factum partium non probat.*

# In Christi nomine Amen.

1 †Colligamus statutum cum decreto dñi, & dicamus, si quis fuerit bannitus, & condemnatus, possit impune offendi lata prius condemnatione, & hæc verba condẽna. fuerunt addita ex decreto dñi de la Scala. videam³, si ista verba cõdẽnatus. aliquid addant statuto? & vr̃, ꝙ non quia idẽ dicebatur in statuto, cum dicebatur lata prius condemnatione: ergo tacitè idẽ est dicere vnum, quantum reliquum, nam participium condemnatus rem factam demonstrat. i. cõdemnationem latã significat. Similiter significant illa verba lata prius condẽnatione, nulla est differentia, vbi idem est sensus, ar. C. de test. l. qm̃ indignum. C. cõia de leg. l. 2. in princ. ff. de ll. l. scire leges. 1. q. 1. c. Marzion. C. de legi. l. non dubiũ. cum sim. in ℈trium vr̃, ꝙ possit dici, quia participium condemna. non solum significat condemnationem debere procedere, sed ẽt debere permanere, & vigere tempore offensionis: qui. n. de libro condemnatorũ oblitus est pro soluto, non pro condẽnato reputatur, vt no. ff. de excep. rei iud. l. si quis cum totum. §. plenè. sic qui abolitus est de libro reorum, non dicitur esse amplius inter eos, nisi de nouo recipiatur inter eos, vt ff. ad torpil. l. si interueniẽ. § verbo, exemptum reum. sed illa verba, lata prius condemnatione. sic rem factã demonstrant, ꝙ iñ eius pertinentiam non requirunt, dumtñ bannum in sua figura permaneat, vt C. de insti. & subst. l. antepe. multum. n. refert, an prima requirãtur ad vnum effectum principaliter, & causatiue, an vnum vt causa, reliquum vt conditio; nam in conditione sufficit, ꝙ momento sit vera: sed in causa finali effectus de futuro, in quo non traxit suam executionem de præterito, non sufficit, nisi permaneat, non autem permanet chirographum, cum obligatio est extincta. ff. de leg. 1. l. huiusmodi. §. legatorũ. ff. de pact. l. labeo. Aliud est ergo dicere ex bannitus, & condemnatus possit impune offendi: quia istæ duæ qualitates. s. ex bannitus, & condemnatus copulatiuè, etiam huius effectus habent simul esse vera: & altera corrupta corrumpitur vtraq;. Aliud est dicere, ex bannitus possit impune offendi lata prius condẽnatione: quia tũc causa offensionis permissę sit solum bannũ hoc ordine, quia sit secuta condemnatio. sequoiam autẽ essa condẽnationẽ negari põt, licet postea sit cancellata. ff. de cap. l. in bello. §. factæ. C. de gene. aboli. l. indulgendum. postea põt demi culpa, cuius erit, reatus enim semel ex condemnatione contractus perspicuas infringit maculas. Solu. dicendum est quantum ad propositum inter hos sermones non esse dictũ, quia vtrobique bannum, & condemnatio exigunt non solum procedere, sed vigere, nam per ista duo fit publicus hostis: & inducitur sibi bellum non per alterum solum, hostis autem non est, cui indultum est: dumtamen de indulgentia, & reconciliatione constet. nunq̃. n. pręsumitur indulgentia, nisi probetur. l. 3. in fi. ff. de adi. leg. & C. fa. hęrc. l. in ipsius. ff. ad Syll. l. diuus. insti. de inint. §. fi. licèt ergo concedam, ꝙ abolitio cõdemnationis cõfundat bannũ, quia confunditur principale, ad quod aliud ordinatur: ergo & eius antecedens iudicatum
2 solui, cum quęrebatur, †tamen si cancellatio non est facta per non habentem authoritatem, nihil valet. ff. de his, quę in testã delen. l. 1. & plenè no. C. de testamentis. l. nostram. ff. si tabulę testamenti nullæ ext. l. 1. ff. de probat. l. si chirographum. C. de solut. l. indecens. ff. de pact. l. postquam. & l. labeo. vel si cãcellatio est ignota, ita quòd bannum positum est, cancellatio nequaquam, in istis duobus casibus confessio non punitur, in primo nunquàm non punitur, quia licuit verè bannitum, & condemnatum efficaciter existentem offendere: etiam si credidisset sibi non licere. ff. de fur. l. inter omnes. § rectè. ff. de cri. expil. hęre. l. fi. in secundo non punitur, quia credidit scriptura ductus nempe, cum notoriũ habeat pro se, si notorio opponitur, non notoriũ, standũ est notorio, quia ꝓbabilius

babilius creditur, quod ab oibus opinatur, vt plenè dictũ est
in 1. cons. videamus ergo in facto nostro, quis cancellari fecit
3 condemnationẽ: & quare. † & considerandũ est, ꝙ paria sunt
non habere mandatũ, vel non seruare formam mãdati: quod
ideo iudex, qui non seruat formã mandati redactus ad instar
priuati, de rescri. c. cum dilecta. de rest. spo. c. pisanis. nam for
ma datiua est de esse rei, sicut forma legitima, seu naturalis.
ff. de arbi. l. quid tñ. C. de sentẽ. l. prolatã. & l. diligenter. cũ si.
causa. n. cancellationis semper quęrenda est, an vera sit, vt &
iustitia ẽt eius, qui examinet. ff. de in integ. resti. l. omnes. ff. de
his, quę in testã delen. l. cancellauerat. nec ẽt istam cancella-
tionẽ põt facere fieri alius, q̃ princeps, vel locũ tenens dñorũ
de la schala, vel delegatus, seu cõmissarius eorum. ff. de pen. l.
relegati. nec in hoc valet abusiuũ decretum prętoris, seu vica
-rij dominorũ. ff. de decre. ab ord. faci. l. ambitus. & ibi plene
4 per Bar. † nec creditur eius assertioni de commissione sibi di
recta. C. de man. p. l. 1. de off. deleg. c. cum in iure peritus. 96.
dis. c. nobilissimus. ff. depo. l. si qs in ficiatus. & hoc debet esse
5 registratũ in actis, vt no. C. ad Treb. l. pe. † Itẽ non creditur si-
bi asserenti pacẽ factam, nisi constet, vel l. illicitas. §. veritas. ff.
de off. pręs. & c. qm̃ cõtra. de prob. & C. de arb. l. ut in arbitris.
& no. in c. innotuit. de eo, q̃ fur. ord. susc. per Inn. sed & aliud
est necessarium, qñ dñs mandat officiali suo, faciat cancellari
condẽnationẽ talis, si pacem habet, hoc est dicere, si tibi con-
stiterit, ꝙ pacem habeat, nam liquere debet, constareq́; sibi. l.
hoc autem. in prin. quib. ex cau. in pos. eat. ff. de cõdi. & dem.
l. multum interesse. nec sufficit veritas sine probatione, nõ au
tẽ põt sibi cõstare, nisi citato proc. fisca. & si eo non citato fiat
6 mãdatũ super cãcellatione, est nullũ ipso iure, † quia clausu
la, si tibi constiterit. semper causę cognitionẽ requirit, & cita
tionẽ eorũ, quorũ interest, vt ista not. subtiliter per Inn. in c. si.
de pręiu. & in c. 1. de off. dele. in cle. vnde cum causa sit fisca-
lis, procurator camerę fiscalis dominorũ de la scala debuit ci
tari: alias interlocutoria fuit nulla adhuc cõsiderandũ de se-
curitate: nam & ipse habuit in se conditionẽ: super cuius exi-
stentia prius debuit declarari. ff. de con. & dem. l. qui sub con
ditione testolendarũ. nã quotiẽs ex aliquo ordine peruenit ad
alium, super illo ordine loquendum est, vt not. Bar. in l. 1. §. ſpe-
tor habet. ff. de no. ope. nun. vel saltem ex actis debet liquere.
C. ad Treb. l. pen. §. quum aũt. hic autẽ nihil apparet de pace
peracta: & illa verba enũtiatiue prolata a iudice per modum
causę, videlicet q̃a cõstat sibi de pace; nõ inducunt dispositio
7 nem, quia pax non fit a iudice, nec probatio: † quia assertio iu
dicis factum partium non probat, vt ff. de transa. l. cum hi. §.
si prętor. & d. c. qm̃ ꝯ falsam. concluditur igitur clarè dictum
homicidium impune perpetratum ꝓp iustum errorem: tũ ẽt
quia condemnationis non deficit substantia: & tum ẽt q̃a can
cellatio apparet nulla. Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCIII.

1 *Nepos ex filio emancipato, cui aliquid est relictum, an agere possit ad supplementum legitimæ non obs. renuntiatione paterna facta patri suo, & fratribus.*
2 *Hæreditatis deuolutio fit tripliciter.*
3 *Cedere alteri aliud est, quàm renuntiare simpliciter.*
4 *Cedens spem existente postea conditione renuntiare non potest in præiudicium eius, cui cessit.*
5 *Hodie sublata est differentia emancipa. & patria potesta.*

Adde consilium sequen.

# In Christi nomine Amen.

Punctus talis est, vir prouidus dñs Io. q̃ido. Ant. de Mascis de
Verona habuit sex filios, videlicet Rolandinum, Nicolaum,
Marcum, Antonium, Criscibenum, & Michaelem. Marcus
prædictus viuo patre decessit tribus filiabus relictis. Michael
etiam viuo patre mortuus est sine filijs, & filiabus. Nicolaus
vero post mortem patris decessit relictis filijs. hic dominus
Ioannes primo emancipauit Rolandinum, ex quo Rolandi-
no nat. emancipat. tempore erat quidam Ioannes: demum
hic dominus Io. suum condidit testm̃, in quo in certis rebus
hęredem dictum Rolandinum instituit, & etiam Ioannem di
cti Rolandini filium in lib. 25. vt testamenti series clarè di-
ctat; vniuersales autem hæredes sibi instituit reliquos filios,
de quibus supersunt duo. s. Ant. & Criscibenus: nũc Ioannes
filius Rolandini ex suo capite vult vti iure suo contra patruos
suos Antonium, & Criscibenum hic plura quęruntur. Primo
an Rolandinus ex capite suo possit agere ad supplementũ le-
gitimæ? Secundo si possit, nunquid id, quod sibi relictũ est,
vel quod a patre habuit, seu id, in quo institutus est, in quar-
tam iure naturę debitam debeat imputare? Tertio an Ioãnes
filius dicti Rolandini, qui est sui iuris, quia erat iam natus, qñ
Rolandinus a patre fuit emãcipatus, ex capite suo possit age-
re ad supplementum legitimæ suę; tanquam pater de medio
fuerit per emancipationem sub motus ex eo maximè, qm̃ di-
ctus Rolandinus repudiauit hæreditatem dicti domi. Io. etiã
eius patris post mortem dicti eius patris, qui instituit ipsum
Rolandinum eius filium sibi hæredem in lib. vigintiquinque
denar. & iussit ipsum esse contentum, tacitum &c. & dictum
etiam Ioannem in vigintiquinque libr. Quarto, & vltimo an
vigore cuiusdam promissionis Ioanni factæ per dictum Ro-
landinum dicto do. Ioanni, & filijs, si Ioannes filius dicti Ro-
landini aliquid auferret ab hæredibus domini Ioãnis, possint
dicti hæredes id consequi a dicto Rolandino, vel contra ip-
sum propter hoc aliqualiter agere. In Christi nomine amen.
1 † Præmittendum est ad euidentiam, quod filius nepotem ex
se natum qñq; præcedit gradu, & iure successionis: qñq; pręce-
cedit gradu, sed non iure successionis: si quidem præcedit
vtroque modo. s. gradu, & iure successionis: interdum filius
admissus est ad paternam successionem, & eam agnouit tunc
nepoti ex persona ipsius nepotis, nil debetur, vt plenè leg. &
no. C. vnde liberi. l. qui se patris. in gl. magna nimirũ hoc fun
datur ex regula ex ordine proximitatis, & iuris sumpta. ff. de
libe. & posthu. l. gallus. ff. de inofficioso testamento. l. si quis filio
exhæredato. primo responso. nam cum alius præcedit, qui se-
quitur, accipere non potest. ff. de bon. lib. l. filius. vel quod si-
ne dubio interdum filius nondum agnouit, sed agnoscere po-
test, & tunc præcedens causa filij nepotis intentio adhuc pen
det, arg. ff. de inoffi. testa. l. pater filium. nam dubia exclusio-
nis causa interim excludere consueuit. ff. de condit. indebi. l.
sufficit. interdum filius delatam sibi successionem, vel legata
non agnouit, sed repudiauit: & tunc fecit locum nepoti, &
transfert, & deuoluit illud ius in nepotem ex edicto successo-
rio tam ab intestato, quàm ex testamento. ff. de inoffi. testa. l. si
is, qui. ff. de contra tab. l. non tantum. §. si emancipatus. & no.
C. de inoffi. testa. l. si quis filium. & per Dy. in c. non debet al-
teri. & hæc quæ loquuntur facto testamento. & nob. in d. l. qui
2 se patris & instit. de leg. agn. succ. §. placebat. † & deuolutio
tripliciter fit de suo in suum secundum gl. licèt alij contra de
non suo in suum, vt de filio emancipato in nepotẽ in potesta-
te retentum: & de non suo in non suum, vt ex linea materna,
vel vtroque emancipato. s. filio; & nepote. in transuersalibus
autem, aut in legitima non habet locum successorium edi-
ctum, quia de fratre tantum, & sorore loquitur lex, non de
eorum filijs, in Auth. de hære. & fal. §. primum itaq;. inter-
dum filius legitimam suam alteri cessit, tunc cedendo agno-
3 scere videtur. C. de iure delibe. l. si nolla. † & ideo nepotẽ ex-
cludit: & sic aliud est cedere alteri, & aliud est renuntiare sim
pliciter. ff. de acq. hære. l. sunt quæstionis. & hoc potest facere
filius post mortem patris. l. fi. ff. de liber. agno. non in vita pa-
tris, nisi patre consentiente: & in eadem voluntate vsq; ad
mortem perseuerante. C. de pac. l. fi. quando filius de medio
tollitur viuo auo: tunc nepoti successio applicatur. ff. de lib.
& posthu. l. Gallus. §. quid si tantum. videamus ergo, ad quod
membrum pertineat casus noster: & sic sciamus, quid iuris
sit de nepote. nam interdum filius decedit, interdum cedit,
interdum abstinet, interdum qualitas actus est dubia; si qui-
dem igitur decedit viuo testatore, peccatum suũ nepoti non
nocet, quia non pactis, sed legis beneficio nepos habet hoc
ius: & ideo ex pacto patris grauari non potest. ff. de adop. l. si
arrogator. & hoc not. Bar. expressè. ff. de acqui. hæ. l. qui sup-
stitis. & iste non est casus noster. si vero iura cedit, vel speciẽ
iuris futuri: potior est cessionarius, quàm nepos, quia cessio-
4 narius habet causam ab eo, qui est potior, vt 1. q. 1. c. ius. † nec

ille, qui cedit speciem, potest postea existente conditione tem
tare in præiudicium eius, cui cessit, arg. in l. si partem. §. 1. ff.
quē ad. ser. amit. & in d. l. vlti. C. de pac. si vero apstinet, tunc ce-
dit nepos, vt dixi: si vero qualitas actus est dubia, ille vt pro-
prie casus noster. nam viso instrumento celebrato inter dictū
filiū ex vna parte: & patrem, & fratres ex altera, in quo instru
mento sunt verba implicita de renunciatione ad translationē,
siue cessionem legitimę partis tanq̄ habitę per confessionem,
insurgit ex implicitate obscuritas, qualis actus sit iste: nam si
tuetur, renunciatio videmt, q ab ea incipit sermo, dum dicit
refutationem: refutare enim hæreditatem, & repudiare sunt
vnum, & idem, quia vtrunq; priuatiuum est. & sic ex primor-
dio instrumenti vr, q esset abstensio hæreditatis in pactū de-
ducta: & ab isto primordio vr, q postea formaretur sensus, &
intellectus totius instrumenti, ar. ff. de hęre. insti. l. fi. & hoc ēt
subsequitur in eodē instrumento, dum dicit, renuntians, & re
mittens: igitur locus apertus est pronepoti. Sed in cōtrarium
facit tex. in instrumentu in verbo, absoluens, & liberans: nam
absoluere, & liberare est actus, qui includit cognitionem prę
cedere: & est actus dispositiuus. debet. n. qui liberat, habere
ius ad hoc: & omnis priuatio præsupponit habitum. ff. si cer.
pet. l. eius, qui in prouincia. facit, quia cōfessus fuit se habuis-
se in quingentis florenis debitam portionem, vnde hæc non
fuit abstensionis abdicatio, sed primitiua debiti solutio. ff. ad
l. Falc. l. cum quo peculio. §. fi. ergo quia filius legitimā habet,
nepoti nullus locus superest, nec alij, qui prętenderent ius. p
exclusione filij hoc tenet Bar. aperte. ff. de cōtrata. l. 1. §. filius.
in 4. q. & ista est ipsa veritas; caput. n. nepotis præcedente fi-
lio eius genitore nullum est, præcedit autem hic. nam hodie
emancipatus filius tali nepoti præfertur secūdum veram opi.
nam cum legitima debeatur emancipato, sicut suo, vt C. de
inoff. test. l. omnimodo. est. n. impossibile, q debeatur simul fi
lio, & nepoti: igitur in legitima emancipatus filius præfertur
5 nepoti filio suo. † item quia sublata est differentia emancipa-
tionis, & patriæ potestatis etiam ex testamento. & si non per
omnia quo ad successionis modum, tamen quo ad successio-
nis effectum. Item quia hodie sublatus est ti. de coniungen. &
sic debent intelligi gl. quę de hac materia loquuntur. ff. de cō
iungendis. l. 1. ff. de mino. l. si filius. ff. de inoff. test. l. si propo-
nas. & in auth. ex causa. & in d. §. quid si tm̄. ff. de iniusto testa.
l. posthumorum. C. de colla. l. si emancipati. C. vnde legitimi.
l. certum. C. cōia de success. auth. in successione. & in Authen.
de hęre. & fal. §. exhęredatos. col. 1. ex quibus liquido conclu
ditur, q dicto filio, vel nepote ius agendi ad supplementū nō
competit. & de ista materia videndum est, quod plenius tra-
cto C. de codicillis. l. pactum. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCIIII.

1 *Filius emancipatus facta renuntiatione iurata non potest ve-
nire ad hæreditatem, vel ad supplementum.*
2 *Filius emancipatus, qui potest venire ad hæreditatem, vel le-
gitimam: debet conferre, quod habuit.*
3 *Emancipato filio nepos remanet in potestate aui.*
4 *Differentia emancipationis, & patriæ potestatis sublata est.*
5 *Auus non habet necesse nepotem exhæredare, vel instituere,
qui tempore mortis aui a patre præceditur, & an nato ex fi-
lio emancipato debeatur legitima.*
6 *Filius emancipati si vincit aliquid a patruis: ipsi patrui non
possunt venire contra emancipa. qui promisit pro se, & suis
hæredibus.*

Visis itaque diligenter testamento dicti do. Io.
emancipati ipsius Rolandini, &
quadam fine iurata facta per dictum Rolandinum, & matura
deliberatione iam habita cōcorditer, sic ad quæsita dicimus
Argentinus & Paganinus infrascripti. primo. n. super primo
1 dubio dicimus, & consulimus, † q dictus Rulandinus ex suo
capite nil petere potest. ipse. n. sibi os clausit per finem iuratā,
quam fecit C. de pac. l. quamuis. & dicimus in l. pactum. C. de
colla. & l. fi. de pac. & Bar. in l. si qui pro eo. ff. de fideius. & su-
per hæc non aliqualiter dubitandum: maximè cum hic Ro-
landinus tunc emancipatus extiterit, emancipati autem tan-
2 quam patresfa: contrahunt. C. de eman. lib. † Super secūdo du
bio nihil dicendum est, ex quo ponimus pro constanti ipsum
Rolandinum nihil petere posse, seu ad supplementum agere
non posse. si quis tñ diceret, licet male, q agere posset ad sup-
plementum: tunc clarum est, quia id, quod sibi datum est, cō-
ferre debet iuxta doctrinam positam in l. si emancipat. C. de
coll. & etiam si in potestate esset, vel fuisset hic Rolandinus ta
lia in legitima computentur. l. omnimodo. C. de inof. testa. de
datis autē in premium emā. Petrus tenet, q sic, in l. sancimus.
C. de inof. test. & cōiter aduocati, vt dicit Ray. qui clarius lo-
quitur, & hoc explicat in l. vt liberis. C. de col. super hoc tran-
3 seamus: qm̄ hic est disputare superfluū. † Super tertio dubio,
quod est magis ponderandū, videlicet an Io. filius Rulandini
emancipati exclusi possit agere ex suo capite ad supplemen-
tum, præmittimus pro dicendorum indagine clariori aliquas
conclusiones, per quas veritas apparebit. Prima sit, q eman-
cipato filio nepos remanet in potestate aui secundum opi. ve-
ram Ioan. in l. sed etiam. ff. de adop. approbatam in l. libertum.
eod. tit. & in l. 3. ff. de capit. dimi. Secunda sit, q quamdiu ha
bet locum primus gradus, posterior non auditur. l. Gallus. in
1. & in Authen. de hære. quæ ab intest. in princi. prima enim
4 est causa liberorum: secunda nepotum &c. † Tertia conclu-
sio, quod hodie sublata est differentia emancipationis, & pa-
trię potestatis, in Auth. de hęre. quæ ab intesta. §. multum. nec
enim filius desinit esse agnatus per emancipationem. glosatur
in l. quem filius. ff. de adop. nec distinguimus successiones ab
intestato a successionibus ex testamento, vt infra dicimus: li-
cet quædam gl. hoc fecerit, licet cōmuniter reprobetur. Quar
ta conclusio est, q ille demum agit ad supplementū legitimę,
qui præteritus posset querelare testm̄: ad aliud. n. non est inuē
tum remedium ad supplementum, nisi ad excludendum præ
teritum a querela. l. omnimodo. l. qui nuper. l. qui in prioribus.
in l. 1. & in l. cum quęritur. & l. parentibus. C. de inof. testam.
5 † Quinta, & vltima conclu. q auus non habet necesse nepo-
tem exhęredare, vel instituere, qui tempore mortis aui a patre
pręceditur. ff. de inoff. testa. l. si quis exhęredato. in j. in verbo,
cum nec exhęredati. & hoc casu consilium galli superuacuū
est; illud. n. habet locū, qn̄ filius moritur viuo auo. l. Gallus.
in primo. nepoti enim, qui ab emancipato præceditur, legiti-
ma iure naturæ non debetur, vt dicit gl. in l. fi. de lib. & posth.
& his nunc est decisum dubium primo per bonæ memoriæ
dominum nostrum. do. Ray. in l. posthumorum. in prin. ff. de
iniusto test. vbi quæritur, nunquid natus ex filio emancipato
pręteritus rumpat testm̄ aui, & per consequēs an sibi legitima
debeatur: & dicit, q non rūpit: & per cōsequens legitima sibi
non debetur. d. l. cum quęritur. & l. parentib. C. de inoff. testa.
& ita dicit se de facto consuluisse Bononiæ. hoc idem quærit
Bar. cōiter oēs in l. gallus. §. quid si tm̄. in ver. ponit qōnē, quæ
fuit de facto. & sequitur do. Ray. & dicit esse casum in l. me-
minimus. §. 1. C. de leg. hęre. & respondet ad gl. quę ēst in §. &
quid si tm̄. & in l. posthumorū. in l. emancipati. & in auth. ex
causa. cum igitur filius emancipatus pręcedat nepotē, nepo-
ti aliquid non debetur. vt dicit gl. in d. l. fi. non ob. q filius est
per finē remotus, quia frater suum ius fratribus donasse vr: &
sic in fratres transtulisse. l. in ędibus. §. veluti. ff. de do. vnde ta
le ius euocare nō dicit. & ita firmiter dicimus, & cōsulimus.
6 † Ad quartum, & vltimum dubium dicimus, quia ille Ioan-
nes. vinceret aliquid, vel litem moueret hęredibus vniuersali-
bus dñi Ioannis, non propterea dicti hæredes possent agere ꝯ
dictum Rolandinū: ratio clare patet nā Rolandinus promisit
per se, & suos hęredes. sed si Io. ageret, non ageret vt hæres, sed
ex sua persona. nam viuenti nō est hæres, vt l. 2. ff. de hęre. ven.
item agere non potest nisi de facto: & si vinceret per impru-
dentiam iudicis. l. si per imprudentiam, vel iniuriam, quā im
putare non possent hæredes ipsi Rolandi non: sed penès se re-
tinere debent. ff. de fideiuss. l. excep. & ita dico, & consulo ego
Argentinus do. Raynerij legum doc. & ad maioris roboris fir
mitatē meū consuetū iussi apponi sigillum, cuiuslibet melius
sentientis saluo semper consilio, & iudicio, vt suprascriptum
est, dico, & cōsulo ego Paganinus de Salla legū doctor ad Ma
ius robur signū mei sigilli imprimi feci cōsuetum, saluo sem-
per iudicio meliori, cui me libenti animo submitto.

CON-

*CONSILIVM CCCCV.*

1 *Testes deponentes de vsura quomodo debeant deponere.*
2 *Consanguinei an sint idonei testes.*
3 *Fama an possit per duos testes probari.*

# In Christi nomine Amen.

Ego Angelus de Castellione Aretino V.I.D. Archipresbyter, & canonicus Paduanus, & canonicus Aretinus reqsitus scribere veritatem super articulo, cuius tenor talis est, super lite consultat iuris peritus inter Vincentium q. Magistri Azonis de Malado, seu vgotionem notarium, aut magistrum Bartholomeum Pelliparium q. Danielis eius procuratorem, & procuratorio nomine pro ipso ex parte vna, & pacem filium Michaelis: seu Ser Io. de Moledo notarium eius procu. & procuratorio nomine pro ipso ex parte altera, an dictus pax sit, & veniat pronuntiandus publicus, & manifestus vsurarius, nõ ob. oppositionibus, & obiectionibus per partẽ dicti pacis, an vero non veniat pronontiandus. & hic visit probationibus vtriusque partis, ac oibus actis, & actitatis inter dictas partes &c. dico, & consulo saluo consilio saniori, dictum pacem pronũtiandum, & pronuntiari differentiæ publicum, & manifestũ vsurarium, non obst. oppositis, & obiectis per partem dicti pacis: & hoc visis dictis, & attestationibus testium probatoriũ, & reprobatoriorum productorum hincinde, præsertim vigore cuiusdam constitutionis synodalis, quæ incipit, manifestũ autem vsurarium declaramus. in ea parte vbi dicit, idem esse dicimus, si per duos testes idoneus, etiã si sint in suis testimonijs singulares, probetur vsurarius, contra eum tamen fama publica laborante, &c. Modo restat respondere ad quædã dubia, quæ ex processu insurgunt, quę prima facie consilio meo repugnare videatur. primum est, nunquid ille testis dicatur idoneus, qui dicit pacẽ vsurarium: & pro rõne, & scientia sui dicti dicit dictum pacem sibi mutuasse ad vsuras. secundum est, nunquid dicatur testis idoneus, qui de cõsanguinitate producentis existit. tertiũ est, nunquid fama per duos testes possit legitime probari. circa ista dubia licèt longi possent retricari sermones, omni superfluitate expulsa dicam videri meo
1 veritatem simpliciter, † & breuiter concludendo, dico igitur ad primum, quod testis, de quo agitur, debet idoneus reputari: eo q cõmodũ, vel incommodã causę, in qua deponit, principaliter non spectat ad eum: nec ob. id solum, q pronuntiaretur dictus pax vsurarius, in hac causa obueniret dicto testi aliquod emolumẽtum, vel fieri deberet aliqua restitutio vsurarum: quia res inter alios acta &c. intra sunt vulgaria. & quia non sufficit probare aliquem vsurariũ, & si ab eo vsuras fuerit mutuatũ, nisi probetur vsurarũ solutio, & alia, de quibus habetur per doctores extra de iureiu, c. ex literis. hęc inia probatur per Ino. extra de testi. c, 3. & in c. cũ nuntius. vbi patet, q pręlati, & clerici possunt esse testes in cã ecclesię suę: & est rõ, q cã ecclesię non est propriè plati, vel clericorũ: licèt secũdario sibi emolumentũ eueniat. Ad idem facit, qd habetur insti. de testa. §. legatarijs. & quod no. in Spe. de instrumẽtorũ edit. §. postremo: alias incipit, instrumentorũ. ver. quid de legatario. nec ob. quod no. doc. & gl. in d. §. legatarijs: quia illud pcedit, qñ legatum esset tale, quod deberetur, nisi valeat testm: & testo approbato legatum necessario debetur, sed in casu nostro secus est, quia probato pace vsurario, nihil tamẽ debetur beneuenuto testi, nisi noua interpellatio interueniat, vt supra-
2 dictam est. † Ad secundũ dubium dico, quod regulariter oẽs testes dicuntur idonei, licet sint consanguinei, vel domestici producentis, quibus imperari non põt rõne patrię, vel dominicę potestatis. hic est tex. ad literã, qui hr. 4. q. 3. ver. itẽ idonei. & no. doc. C. de testa. l. 2. fateor tñ, q inter testẽ, & producentẽ posset esse tanta affectio, ẽt sine parentela, q dictus testis debilitaretur: nec plenè diceretur idoneus, puto no. Vgo. 3. q. 5. c. in somma. in Spe. ti. de testi. §. 1. ver. itẽ excipitur, q est domesticus. & ver. seq. sed in casu nostro de tanta affectione non
4 constat per ea, quę mihi fuerunt præsentata. † Ad tertiũ dico breuiter, q licet fama non inducatur per modicos, inducta tamẽ per duos testes comprobatur hoc probatur extra de testi. c. tam literis. facit ad simile quod hr. C. de bon. poss. secundum tab. l. 2. & C. de fideic. l. fi. ad idem, quod notant doc. extra de iureiu. c. ad nostrã. & ff. eo. tit. l. 3. & est gl. ord. 2. q. 1. c. fi. idem no. Archi. in c. omnibus. 2. q. 5. & remissiue per modernos extra de accu. c. inquisitionis. & ita dico, & consulo ergo Angelus supradictus, in cuius testimonij veritatem meũ sigillum apposui consuetũ. & ita dico, & consulo ego Argentinus domi. Rayn. legum doctor: & ad maioris roboris firmitatem, &c.

*CONSILIVM CCCCVI.*

1 *Constitutio episcopi, q per duos testes singulares probetur quem vsurarium, an valeat.*
2 *Testes singulares in dicto an sint contestes singulares in fama probanda.*
3 *Testis deponens de fama, quia publicè audiuit dici, an probet.*

# In Christi nomine Amen.

In causa Vincentij contra pacem primo est considerandum,
1 † vtrum valeat constitutio episcopi, q per testes singulares probetur quem esse vsurarium: & videtur, q non, quia vbi est singularitas, ibi est varietas, itẽ vnitas, quia quilibet est solus. & contra ius diuinum, & humanũ est, q credatur dicto vnius tantum, & non valet constitutio episcopi directo iuri ciuili, & canonico inimica. ff. de off. præsc. præto. l. normam. in contrarium probandum crimen, in genere testes singulares sufficiunt, quia per species, de quibus ipsi deponunt, probatur genus: sicut dicit Inno. de hęresi extra de accu c. generaliter. & sic ista constitutio non vr iuri contraria: sed hoc omitto, quia
2 non quęritur de hoc. † Secundo quæritur, an testes singulares in dicto videantur singulares in fama: & dic, q si deponunt de absoluta fama, sicut est hic, q non sunt singulares: & maximè quia probatio famæ refertur etiam ad articulos nõ probatos, vt no. in Spec. de notorijs crimin. §. famæ. ver. quid si te
3 stis. † Tertio quæritur, an testis qui dicit famam esse, interrogatus de causa scientię dicit, q publicè audiuit dici, probet famam. & Bar. tenet, q non, vt ff. de quæst. l. de minore. §. tormenta. Sed quid si dicit, quòd audiuit dici a pluribus: adhoc non probat, quia potuit audiuisse a duobus tantum, vt ff. de testi. l. vbi numerus. & duo non sufficiunt, vt no. ff. de accusa. l. ea quidem. quid si dicit, quia audiui dici a personis prædicta scientibus: dico idem, q non est probata fama, quia audiuisse a duobus potest intelligi: & sic non probat famam. & ista est veritas, vnde quia amici nostri male consuluerunt, nõ est sequendus error, sed concordandus cum parte, quia non habeo ad præsens, per quem remittam pellẽ, supersedeamus in emendo. Ego Baldus.

*CONSILIVM CCCCVII.*

1 *Substitutione per testatorem facta pluribus filijs cum adiectione nominis collectiui, si conditio existit in personis omnium, an vocetur substitutus, et quid si in persona vnius tantum. vide distinctionem.*
2 *Si testator instituit filios, & primo morienti sine liberis substituit per fideic. superstitem, & si vterq; moriatur sine liberis, substituit pauperes, & moritur vnus primo sine liberis veris, vel fictis, & subsequenter alius sine: quid debeant habere pauperes substituti.*
3 *Legitima filiorum an per statutum possit diminui, vel augeri.*
4 *Conditione si in persona primi deficiente per fictionem iuris, & extitit conditio in persona secundi, an pauperes veniant ad aliquam partem fideicom.*
5 *Qua imputentur in legitimam.*
6 *Fides de scriptis in inuentario datur.*
7 *Libellus alternatiuus an procedat: & quid in positionibus.*
8 *Hæres rogati post mortem an conueniatur ex sua aditione, vel ex aditione prædecessoris.*
9 *Mortuus an præsumatur is, de quo est fama: & cum sit mentio in instrumentis pro dictione, quondam.*
10 *Inuentarium probet, si decretum super tutela non valet.*
11 *Instrumentũ receptũ pro maritis vxoris nomine an præsuma-*

*tur receptũ ad finẽ, vt quæratur vxori titulus, & dominiũ.*
12 *Fideicom. an per diuisionem factam iure fidei. facta aliqua re seruatione minuatur.*
13 *Conditio, si absque liberis. an comprehendat hæredes iuris.*
14 *Statutum an extendatur ad præterita.*
15 *Hæc dictio, ex sensatis. quid importet.*

# In Christi nomine Amen.

In quæstione, quæ vertitur inter scholam Sanctæ Mariæ, & d.
desideratum, nonnulla vertũtur dubia super quibus pro par-
te scholæ subtiliter, & plenissime allegatum est. pro solutione
1 aũt clariori facienda præmittenda sunt q̃dã generalia. † Et pri
mo, qñ testator substituit plurib⁹ filijs institutis cũ adiectio-
ne nominis collectiui. puta dicendo, & si oẽs, vel & si ambo,
uel & si uterq;, aut conditio substitutionis existit in psona, &
procuIdubio uocatur substitutus. C. de impu. & alijs sub. aut
in psona vnius existit conditio, sed in psona alterius defecit:
& tũc aut existit conditio in psona primi morientis, & deficit
in psona secundi obeuntis: aut ecõtra deficit in psona primi,
& existit in psona supremi. si qdẽ extitit conditio in psona pri
mi, & non supremi, refert, aut sup est persona, q̃ expresse em-
pta, & debita affectione, & tacita uoluntate defuncti excludit
extraneũ substitutũ: & tunc cessat substitutio. ff. ad Treb. l. hę
redes mei. §. cũ ita. & ar. d. l. pe. in rõne sui. ff. de uul. sub. l. vel
singulis. ff. de hær. inst. l. Luc. ff. de reb. du. l. si is, q ducenta. §.
fi. ar. ff. de inst. & sub. l. generaliter. aut in persona nõ superest
tunc substitutio fideicõ. de qua tñ licèt loquat, esset plurib.
facta absolute, seu indefinite: & tunc non est dubiũ, q quate-
nus extat conditio, dispositio purificata vr, et in prima vnius,
& primi morientis. ff. ad treb. l. Lucius. §. Gayo. quia pluvali-
tas sicut ex vniuersalibus aggregatur, ita in ipsas vnitates, si-
ue singularitates resoluitur. ff. de condi. insti. l. 2. ff. de condi.
& de. l. falsa. §. ult. si autem est facta sub nomine collectiuo, vt
& si oẽs, vel & si ambo, tunc de rigore verborum non diuidi
tur cõditio: sed debet, prout litera iacet, existere: sed de inter-
pretatione iuris, & sic sit nunc resolutio in singularitates, ar.
d. §. cũ ita. secundum Barto. hic tñ casus non est omnino ex-
peditus: & hoc cum existit conditio in persona primi: sed nõ
in persona vltimi: tunc substitutioni sit locus. hic est proprie
2 casus in d. §. cum ita. † Secundo est videndum, si testator in-
stituit filios, & primo moriẽti sine liberis substituit per fidei-
commis. superstitem, & si vterq; moriatur sine liberis substi-
tuit pauperes: & moritur primo vnus sine liberis veris, vel fi-
ctis, subsequenter & alius sine, quid debent habere pauperes
substituti, vbi considerandũ est, an in persona primi morien-
tis intelligatur esse duplex substitutio fideicõ. subordinata, vt
sit sensus, q primo moriẽti substituit fratrem superstitẽ, quã-
diu vixerit frater: sed post eius mortẽ absq; liberis substituat
eidem primo moriẽti pauperes: & sic transferat substitutio-
nem a fratre in pauperes: an vero primo morienti non sit fa-
cta, nisi vnica substitutio. s. de fratre, si extabat frater. & ista
pars est vera, cum in persona vltimi morientis nõ intelligitur
nisi vnica substitutio: ergo nec in prima primi, arg. ff. de vul.
substi. l. iam hoc iure. §. 1. in ratione sui. & l. Lucius. pauperes
ergo tanquam substituti primo morienti non veniunt, sed tã-
quam substituti secundo morienti bene veniunt. videamus
ergo, quid capiant isti pauperes. & ad hoc sciendum præmit
tere oportet, q quando testator primo honorat, & postea gra-
uat, totum venit in fideicommissario, si verba testamenti non
repugnent, vt ff. ad Treb. l. Marcellus. §. quidã liberis. vnde in
fideicõmissario, quod capit superstes frater occasione substi-
tutionis facere, de primo morienti substitutionẽ quoq; valere
placuit, vt ff. ad Treb. l. Scęuola. vt sit sensus, q dimidia dimi
dię primi moriẽtis veniat pauperib. restituẽda, q. n. vt hĩa fra
tris. i. legitimã, & trebellianicã superstes accepit ex cãm fidei-
cõ. est, quia id non capit pẽis, sed fratris bñficio, & vt hęres fra
tris ex de test. c. Ray. & c. Ray. & ff. de vul. subs. l. cohæredi. §.
cũ filiæ. vers. fideicõ. & ar. quod no. in l. polla. C. de his, qui. vt
indi. accedat in rõne sui. ff. de adop. l. si arrogator. vers. sed an
impuberi. cum. n. semel dicta legitima, & Trebel. a fideicom.
excepta sit rursus in fideicommissarium non incidit, argu. de
remis. plg. l. si solita prouidentia. quę legitima, & Trebellian-
ca referat ipso iure, & ideo de ea põt opponi a quolibet possi-
dente, vt ff. ad l. Fal. l. linea Margaritarũ. maxime de legitima,
in qua ipso iure non tenet, nec se porrigit onus fideicommis-
sarij. C. de inof. test. l. qm̃ in prioribus. de portione aũt vltimi
morientis, in qua fuerunt instituti a patre pauperes, vel pia lo
ca, de iure cõi deberent habere duas partes, secũdũ vera opi.
q non detrahitur Trebellianica de relictis ad pias cãs. sed per
statutum vr, q si statutum loquitur in causa nostra, de qua di
cam. j. in fine consilij, q non debeant habere nisi tertiam par
tem est statuto ducali permissam relinqui ascendentibus ex-
traneis. Dicet aliquis, illud statutũ non valet in præiudicium
3 ecclesiarum, vel pauperum, vt in Authẽ. cassa. & irrita. † Sed
pro intellectu huius puncti sciendum est, q per statutum po
test legitima filiorum minui, licèt. n. legitima sit iure naturæ
debita, sicut alimenta, tñ meta eius. i. modus, & forma est de
iure ciuili, ideo põt per statutum alterari, vt plene no. p Cy. C.
de nup. l. sancimus. & sic põt minui: multo magis põt augeri,
quia est fauor augere legitimam, vt in Auth. de trien. & semis.
in prin. cum ergo istud augmentum sit legitima, idem iuris
est de ipso, quod de legitima introducta a iure cõi cum enim
pater sit debitor filij in legitima, & filius creditor censeatur,
non põt pater in alterum testari de eo, quod filio debet, vt no.
ff. ad l. Fal. l. si quis legatum. §. vlt. ff. so. ma. l. si cum dotem. §. si
pater. extra de testa. c. r. li. 6. nec est pauper, vel ecclesiarũ. n-
turia, si non mittant falcem in messem alienam. extra de testa.
c. filios. argu. C. finium re. l. si constiterit in ratione sui. porro
statutum dirigit verba in ipsum testatorem, cui tãquam sub-
dito legem testandi imponere potest, ar. C. de test. l. si. nõ enim
dat formam ecclesiæ, sed subditis, ar. ff. de mu. & hono. l. re-
4 scripto. §. vlt. & no. ff. ad muni. l. incola. † Tertio vidẽdum est,
si in persona primi deficit conditio per fictionem iuris, vt per
professionem in monasterio, & extitit postea conditio in per-
sona secundi, an pauperes veniant ad aliquam partem portio-
nis primi mortui. certum est. n. q monasterium fratrẽ super-
stitem excludit, ut in Auth. sed hoc psenti. & ex de prob. c. in
presentia. q ingressus fingit habere filios fauore religionis, tñ
ista fictio non se extendit, qñ pia loca substituta sunt, vt ibi pa
tet: sed primo morienti certe non sunt instituti pauperes, vel
suorum loco, vt s̃. dixi: quia in persona primi moriẽtis vnica
tñ substitutio reperitur. s. fratris superstitis, nõ pauperum. ex
quo vr conclusiue dicendum ad substitutiones primi moriẽ-
tis pauperes nullatenus vocari: iste passus est subtilis, & subti
liter inuenti apparebit, quod veritas est in cõtrarium. nam si fra-
ter superstes non vocatur, quia legalis fictio excludit, eum er-
go mortuo primo filio in monasterio non superest psona, quæ
ex præsumpta voluntate defuncti excludat pauperes substitu
tos, igit̃ veniunt ex substitutione, vt d. l. hæredes mei §. j. secũ
dũ doc. Bar. præterea filius superstes licèt pro suo interesse exclu
deret̃ p fictionem, tñ pro interesse pauperum, quib. est restitu
turus, nõ debet excludi: nam sæpe quis capit, qd restituturus
nõ caperet retenturus, vt ff. ad Treb. l. cogi. §. hi qui solidum.
& omissa media psona finalis psona intuenda est, & eius pri-
uilegium conseruandum. ff. ad l. Fal. l. cum dotẽ. & ideo con-
clusiue teneo in qõne nostra, q schola, & pauperes debeãt ha
bere tertiã partẽ totius hæreditatis: & eã diuidendo inter se
apparet, q quilibet habet sextantẽ. i. duas vncias de 12. habet
schola: & duas de 12. habent pauperes. nec dubitandum est
scholam, cui vnitum est hospitale, & q̃ instituitur cõtemplã-
tione hospitalis, & hospitalitatis, locũ piũ esse censendum, nẽ
pe aliquid trahit denominationem ab eo, cui vnitur, vt plene
5 no. extra ne sede vacante. c. 1. † Modo uidendum restat, qd in
legitima, & de legitima, quæ debebitur: de iure cõi certũ est,
q imputantur alienata, & dissipata, vt in Auth. de test. & ea, q̃
parit. §. quamobrem. col. 4. fructus vero nõ imputantur. C. de
inof. test. l. Sancimus. §. repletionẽ: idem dico in legitima sta-
tutaria, ut idem iuris sit de augmento, quod de principali, ut
ff. de pac. do. l. inter. §. cum inter. extra statu. non pmittit ascẽ-
dentem testari in extraneum, nisi de 3. parte, unde frustra du-
bitamus, vt C. de nup. l. 1. & in Authenti. de testi. §. a. colum.
6 8. omnium † ergo, quæ descripta sunt in inuentarijs, quibus
dari debet fides cõtra scribẽtes, & hæredes eorum, vt C. arbi.
tutel.

tutel.l.fi.& in Auth.de hære.& falci.§.sancimus.nam frustra
fierent,si non daretur fides,vt no.in l.chirographis.§.j.de ad-
mi.tu.debet dico dictã scholã, seu hospitale habere absq; du-
bio sextãtem.i.sextã partẽ totius hęreditatis : & aliquid plus,
vt infra dicta tangunt in allegationibus plures passus : & pri-
7 mo de libello alternatiuo:super quo † dicẽdũ est,ꝙ procedit,
qñ cõuenit naturæ obligationis naturę iudicij, vel dispositio
ni iuris,vt no.in l.2.§.item si in facto.& l.1.ff.de act.empt.&
8 idẽ in positione,de rescr.&c.parte per Inn. † tangitur secũdo
de hęrede rogãto post mortẽ,an conueniatur ex sua aditione,
vel ex aditione prædecessoris: & constat actionem ab isto,sed
etiam a defuncto incipere,vt C.de act.ab hęr.l.j.ff.ad l.fal.l.pa
ter filium.actio causalis incipit a prędecessore, formalis inci-
pit a se. Tangitur & 3.an.fraternitates istæ sint collegiũ ap-
9 probatum.& dicendũ est,ꝙ sic etiã de iure cõi. † Tangitur &
quarto,an pręsumatur mortuus is,de quo est fama : ac etiã sit
mentio in instrumento cum aduerbio,quondam: & dicendũ
est,ꝙ sic,vt no.in l.eius, qui in prouincia.§.1.ff.si cert.pet.C.
10 so.ma.l.si quidẽ. †Tangitur quinto, si nõ valet decretũ super
tutela,an inuentarium probet,& dicendũ est,ꝙ sic:quia licèt
non teneat snia, vel decretũ ppter iuris ordinẽ prætermis-
11 sum,tñ confessio tenet,vt extra de resti.spo.c.pisanis. †Tangi
tur sexto,an instrm receptũ per maritũ vxoris nomine præsu-
matur receptũ ad finem,vt quęratur vxori titulus,& dñiũ, vt
C.si quis alteri,vel sibi.l.multum.an vero superficialiter sibi,
non vxori.maritus negotiũ gessit:non.n.loquor in casu gl.l.si
vt proponis.vbi vxor emit: sed vbi vir nomen vxoris adiecit.
& gl.vr dicere, ꝙ pręsumatur simulatio nominis.ff.de do.in-
ter vir.& vxo.l.vxor marito.sed hic non expedit dicere: quia
tale est, quale si mulier mãdato viri fecisset se instrumẽto de-
scribi,& ideo ius,& negotiũ pertinet principaliter ad virũ.ff.
man.l.ideoq;.§.si cui.verius tñ est, ꝙ actio in re cõpetit viro,
& hęredibus suis, vbi precium,qđ vir soluit, offerretur eidẽ,
12 vel hęredibus suis.l.vxor. †Tangitur septimo de diuisione fa
cta iuris fideic.in quo dicendũ est,ꝙ per talem reseruationem
ius fideic.non minuitur.ff.de transac.l.qui cum tutoribus.in
prin.de ver.ob.l.qui Romę.§.duo fratres. per Dy.& alios.no.
tñ augetur in aliquo,ar.ff.de lib.leg.l.Aurel.§.testamento. &
maxime in pręiudiciũ,vel fauorem tertij,vt argu.C.ad Treb.
13 l.non iustam.C.de don.ante nup.l.pe.in fi. † Tangitur etiam
de illa conditione,si absq; liberis, quę non comprehendit hæ
redem iuris, nisi sit hæres.i.descendens naturæ. fallit fauore
monasterij, vitę contemplatiuę,seu vocatiuę deo,quę cum sit
sincera, non debet impediri ab aliqua re temporali,ẽt si testa-
tor expressè disponeret cõtrarium secundũ Ricar.& Bar.hac
ratione nec statutum posset disponere contrarium: sed d.Iac.
de Bella.eque disputando tenuit cõtrariũ.s.ꝙ si constat, ꝙ põ
sensit de liberis naturę,nõ de liberis censurę, & hęc nomina-
tim,& specialiter dixit in testamento declarans animũ suum,
ꝙ hoc bene potest facere: quia iuris interpretatio super volũ-
tate alterius non habet locum, ipsemet testator interpretatur.
& hęc opi.vsu approbari consueuit.donec ergo monachus vi
uit,tenet monasterium.ff.de iure fis.l.statius.§.Cornelio.Sed
mortuo monacho restituit,quibus venit restitutione:& sic in
casu nostro ẽt in persona nõ expirauit fideicommissum factũ
de sorore ad sororem.non obst.ꝙ tacitè intelligitur de liberis
naturæ,& tñ monasteriũ excludit substitutum.nã iste tacitus
intellectus est quædã interpretatio iuris, vnde tollitur per illã
interpretationẽ.l.p interpretationẽ.§.sed hoc pręsenti.sed vbi
testator exprimit de hęrede proprij corporis, nulli interpreta-
tioni locus est,vt l.ille aut ille.§.cum in verbis. ff.de lega.3.&
si dicatur, illud fideicommissum impedit vitam contempla-
tiuam : istud ego negabo,qa q spiritu dei ducitur, & renun-
tiat mundo, & proprietati manifeste opes mundi cõtemnit,
nec allegat mentem suam ad conceptum rerum temporaliũ,
arg.C.de munerum patri.l.professio: & tenendo istam opin.
dimidiæ partis monialis uenisset in fideicommissum sororis:
quia statutum de tertia parte nõ habet locum de liberis ad li-
beros: sicut etiam dicit, nec in testamentis ascendentibus li-
ceat extraneis personis, vel locis dimittere,ꝙ excedat tertiam
suorum bonorum. duæ ergo partes,quæ per legitimã dicun-
tur posteris assignari, cum habeant naturam legitimæ : quia
non possunt grauari,ergo etiam nomen debet habere: nã cui
applicatur natura rei, & ipsum nomen tacitè videtur accom
modatum.C.de lib.præte.l.3.istæ dictæ duæ partes habent lo
cum,quando relinquitur extraneus,non inter suos simile. C.
de impo. luc. descri. l. 1. lib. 10. huic accedat etiam decre-
14 tum ducale, quod vult semper intelligi de filijs naturę. † sed
hic occurrit alius passus,an istud statutum vi statuti, & qua-
tenus esset contra ius commune,vindicet sibi locum in testa-
mentis factis ante statutum.Et considerandum, ꝙ qñq; cau-
sa,& obligatio sunt ante statutum,& tunc statutum disponẽs
simpliciter non refertur ad ipsa, quę de pręterito consistunt,
qñque vtrunque.s.ius, & causa est de futuro: tunc sine dubio
includitur quandoque causa,quę est de pręterito, effectus de
futuro, vt in casu nostro : & tunc aut statutum disponit super
forma, id est de iure formæ, quæ forma sit seruanda in confi-
ciendo:& non habet locum in iam confecto, vt C.de test.l.iu
bemus.j.respõso. Aut disponit super alio : tũc aut istud aliud
est de consequentibus formam.l.declaratiuum,& interpreta
tiuum formę uerborum testamenti, ita quod dat ipsis verbis
nouum intellectum aliàs non datum a iure : & idem, quia nõ
pertinet ad iam ordinata,quæ debent interpretari secundum
interpretationẽ tunc vigentem, sicut si testator iam est annus
fecit testm̃,& legauit mihi 10. lex interpretatur ad monetam
tunc currentẽ,non postea incipientẽ currere,quia sensus uer-
borum nascitur eodem tẽpore cum ipsius uerbi prolatione,
nec mutatur sensus testatoris, licèt postea mutetur dispositio
legis.facit ad prędicta.ff.de lega.1.l. si seruus plurium.§.fi.de
re.iur.l.semper stipulationibus.& quod no.in c.vlti.de decis.
in cle. de testamẽtis.l.hæredes palam.§.sed si notan. aut illud
aliud non est de appendicijs, & annexis formæ : sed est quid
extrinsecum, puta de soluenda aliqua gabella, vel de exequu-
tione merenda, vel de maiori legitima detrahenda, & sic bo-
ne trahitur ad vetera quantum ad originem causę: sed non q̃-
tum ad originem causati,seu effectus. & ita intelligitur mate
ria legis leges.C.de fi.instru.l.contractus.cum simil. quare in
proposito dictam constitutionem interpretantem testamenta
puto non habere locum in testamentis retro confectis quan-
tum ad meram interpretationem,sed constat de voluntate, vt
est in casu nostro, quia constat, ꝙ de liberis proprij corporis
15 sensit, †propter dictionem ex se natis, ut si statutum venit ad
firmandum testm̃,tunc secundum Iac.de Bella. illud inest de
iure cõi: quod retro viguit. si autem non esset de iure cõi, &
iam testator esset mortuus tempore facti statuti, tunc statutũ
non confirmaret inualidum tempore mortis testatoris: nec in
hoc traheretur retro, quia in hoc esset contra iura.l.interuo-
nis.de leg.pręst.& argumentu eorum, quæ notantur in l.talis
scriptura.ff.de lega.1.omitto igitur in quæstione nostra statu
tum:& resideo in iure communi,& tenendo opi. Iac.de Bell.
sequitur, quòd dimidia dimidiæ monialis debetur substitu-
tis: & sic in totum debet habere duas vncias, & dimidiam.
& ista vncia est illud mõdicum vltra sextãtem, de quo supra-
dixi: & in istis resideo conclusiue quãtum ad punctum iuris:
sed in facto acta loquuntur. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCVIII.

*Ex casu diffuso colligitur summarium.*

1 *Filia condemnati ad mortem an debeat habere legitimam in bonis condemnati, sed restituti.*
2 *Seruus pœnæ intestabilis dicitur.*
3 *Restitutio in integrum per statutum concessa quid operetur. & nume.7.*
4 *Mortuus homo an, & quando ex delicto condemnari possit.*
5 *Restitutio idem operatur, quod postliminium.*
6 *Verba, ponimus ipsum in locum suum. quid operentur.*
8 *Dotata quę dicatur.*
9 *Non verbis, sed sensibus legem imponimus.*
10 *Cautio de vtendo arbitrio boni viri quando pręstetur.*
11 *Dictio, secundum. quid importet.*

In Christi nomine. Quidam Ciuis Florentinus nomine
Gregorius tanquam tractator subuersionis status inclytæ Ci-

nitatis Florentię fuit condemnatus ad mortem, omnibus bo-
nis eius totaliter cõfiscatis. Et fuit sñia ꝫ eum executa, ex quo
Gregorio remanserunt duę filiæ pupillæ non nuptę. Item est
verum, ꝙ in rerum natura tunc extabãt Nicolaus, & Nofrius
eiusdem Gregorij fratres carnales: demum per cõe Florentiæ
fuit reformata, ꝙ dicti Nicolaus, & Nofrius integraliter, & ple-
no iure sint loco dicti cõis Florentiæ successores vniuersales,
& pro æqualibus partibus omnium, & singulorũ bonorũ, &
iurium, quæ fuerunt dicti Gregorij: ita tñ, ꝙ dictis filiabus cõ
petant iura petendi se dotari, & q̃titas dotis sit minor 200.
Flor. possit tñ augeri arbitrio. b. & c. quam declarationẽ face-
re possint. infra tres menses, & interim se ali, prout de iure, &
secundũ formã statutorum, & ordinamentorum cõis Floren-
tiæ disponitur, & cauetur apposito dictis fratribus certo solu
tionis onere, cui paruerit. Postea dictus Nicolaus nupsit di-
ctas filias: & eisdem dedit quantitatem declaratam. deinde
decessit vna ex dictis filiab⁹. Deinde decessit dictus Nicolaus
relictis tribus filiabus, & agnitis dictis bonis. Modo quęrit',
quid iuris habet filia dicti Gregorij, prę supposito statuto cõ-
munis Florentię, quo cauetur, ꝙ nulla mulier possit ab intesta
1 to succedere patri existente fratre carnali. † Ad intelligẽtiam
huius quęstionis subtilissimę allegatum est pro parte dictę fi
liæ Gregorij: & sine repetitione subtilium allegationum. Prę
2 mitto, ꝙ dictus Gregorius non decessit ab intestato, † sed de-
cessit ab intestabili. quia seruus pœnę, vt C. qui test. fac. poss. l.
2. & ibi per Cy. Item pręmitto, ꝙ iste Gregorius hęredẽ habe
re non potuit aliquo modo, quia qui nulla bona in ciuitate re
liquit, hęredem habere non potest, tex. est. ff. de vul. & pu. l. lex
Corne. Ex quo videtur, ꝙ sumus omnino extra casum statuti
positi sub rub. qualiter mulier ab intestato succedat. Sed hoc
est considerandum, quia per cõe Florentiæ fuit post mortem
dicti Gregorij ordinatum, ꝙ oẽs, & singuli, qui actenus fue-
runt condemnati, & exbanniti, seu condemnati tñ, vel exban
niti tantum per aliquem rectorem, seu officialem communis
Florentię occasione subuersionis, vel turbationis status intel-
ligantur, & sint ex nunc ipsi, & quilibet ipsorum a dictis con-
demnationibus in integrum restituti quo ad primam habili-
tatẽ, & famam: & ad bona, & iura per commune realiter de
iure, vel facto non apprehensa: & omnes eorum descendẽtes
3 aduersus quamlibet inhabilitatem cuiuscunq; generis. † Mo-
dò quęritur, an ista restitutio in integrum possit aliquid ope-
rari circa filios dicti Gregorij. Et videtur, ꝙ non, quia a quo re
mouentur verba legis, remouetur eius prouincia, ut ff. de ac-
qui. hær. l. si seruum. §. non dixit. sed verba legis non videntur
loqui de extinctis, & vt ita dixerim, secundum cõmune vul-
gare iusticiariis: quia non potest authoritas senatus facere id,
quod est impossibile de natura, vt l. 2. ff. de vsu fr. earum rerũ,
4 quæ vsu consumuntur. † Præterea lege cauetur, ꝙ mortuus li-
berari non pot, tex. expressus. ff. de ope. lib. l. qui libertinus. §.
posthumus. Præterea nulla legis dispositio potest cadere, nisi
in suscipientem materiam. i. in subiecto. vnde inane est decre
tum, quod in mortuum profertur. ff. qui sat. cog. l. si decesse-
rit. & C. de cad. toll. l. 1. §. & cum triplici. & ff. de hęre. insti. l.
quo loco. §. si iam mortuo. In ꝯtrium vẽ, consideram crimine
lęsæ maiestat. in quo homo mortuus põt cõdẽnari. i. memoria
eius, & bona confiscari, vt insti. de hęre. ab intest. §. per cõtra-
rium. & ff. de acc. l. ex iudiciorum. sicut ergo põt condemna-
ri memoria, ita põt memoria in integrum restitui per locũ a
contrarijs, & restituta memoria etiam bona videntur restitu-
ta, vt l. fi. C. de sen. pas. & pro hoc est quędam lex valde notabi
5 lis, quæ dicit, † ꝙ idem operatur restitutio, & postliminium.
ff. de iniust. rest. l. si quis hęredato. §. fi. vbi Iaco. de Are. sic ait.
Nota, quòd restitutio, & postliminium idem operatur: sicut
ergo per postliminium fingitur quis retro non fuisse seruus,
nec perdidisse bona, ita in casu nostro: quia memoria postli-
minium reuersa est. vel ęquiparabo fictioni legis cornelię, vt
intelligatur mortuus præambula hora captiuitatis: immo p̃-
ambula hora delicti, vt d. l. lex Cornelia. Itẽ propter reliquias
condemnationis vtilis est absolutio, arg. in l. 3. C. si pen. appel.
mors interuenerit. Item videamus, ꝙ excommunicatus post
mortẽ absoluitur. Itẽ inquisitus de hęresi, vt in c. a nobis est.
§. & interitus. ff. de sen. exc. & in c. accusatus. de hęre. lib. 6. vn-
de colligitur euidenter per sñiam statuti mortuũ. i. eius reli-
quias posse absolui: immo ẽt p sñiam iudicis. vñ nemo dixe-
rat, nõ est subiectũ, ꝙ absoluat': ergo nõ valet absolutio, q̃a im-
mo est subiectũ, valet memoria, fama bona, & propinqui, vt
d. c. a nobis. Itẽ dicimus, absoluimus talẽ. nã dictio, quodã. sę
pe subauditur, vt l. eius, qui. ff. si cer. pe. Itẽ cãcellationes mor
tuorũ debent cassari: nec dimitti in libris, sicut cõdẽnationes
viuẽnũ. Quapropter acta cancellat ad fi. irritandũ, retro gesta
nullã fidẽ faciunt de condẽnatione, vt l. acta. ff. de re iud. Item
ego video, ꝙ aliq̃n circa mortuum interponitur decretũ fauo
rabile, vt in l. cum quasi. in prin. ff. de fideic. liber. Itẽ non pu-
to aliquem dubitare, ꝙ si statutũ diceret expresse, in integrũ
restituimus viuos, & mortuos, ꝙ verba deberent sane intelli-
gi de memoria, & de bonis respectu successorũ. Sed considera
tis verbis generalibus ipsius statuti hæc esse debuit intentio
statuentium: quia magis digni sunt venia, qui alieno morbo
laborant, q̃ qui proprio, vt C. de natu. liber. l. legem Anastasij.
ibi dum dicit, misericordia indigni non sunt, qui alieno labo
rant vitio. Sed his obijcitur, ꝙ cõe Florentię in locum eius pri
mo posuerat dictos fratres, quibus erat ius quęsitum ex lege,
& ex honore, quod impleuerunt, vnde non poterat postea eis
auferre, vt l. 1. C. ne fiscus rem, quam vendidit, euincat. libro
10. & est simile, qđ dicit de legitimo post aditã a legitimis hæ
reditatem. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. & quid si tantum. ad
quod fortificandum accedit, quia cõe disponendo, ꝙ fratres
succedant in locum fisci, videtur bona agnoscere, vt C. de iu.
6 deli. l. si aula. & insti. de hęredũ qualitate, & diff. §. fi. † Nã po-
nere aliquẽ in locum suum idem est, quod iura sua in eũ trãs-
ferre, vt ff. ad Trebel. l. Qui quadringenta. ibi dum dicit, vt se
suo loco constituat. nam fiscus non videretur transtulisse iura
sua, dicti fratres ex persona sua nihil iuris habere possent: sed
essent bona vacantia sine hærede, & sine successore, nisi quis
diceret, ꝙ cõcederentur occupanti tanq̃ in nullius bonis exi-
stentia: sed hoc non esset bene dictum, aliq̃n in loco alterius
quis ponitur, quia primus excluditur: & secundus subroga-
tur, vt q̃n ista verba proferuntur in substõne vulgari, vt C. de
7 hęr. insti. l. fi. ibi dum dicit, in locum patrem ve plotij. † Quid
igitur dicemus. Rñdeo, & dico, ꝙ siue ista restitutio intelliga
tur ad memoriã, & ad bona, ac si ab intestato decessisset, non
est dubiũ, ꝙ dicta pupilla, & dos q̃ diu fuerit in pupillari ęta-
te, & postea antequam realiter nuptui traderetur, & dos solue
retur, debuerat, & debeat habere vsumfructum omnium bo-
norum paternorum. & de tẽpore pupillaris ætatis satis cõstat,
8 † quia interim non potuit esse dotata, vt ff. quod falso tutore
auctore. l. an etiam in patrem. & ff. quando dies leg. cedat. l. ꝙ
pupillæ. nec obstat dictum Bar. qui dicit, ꝙ dotata dicitur ẽt
ea, quæ in testamento est dotata: & sentit de pupilla, vel alia,
in l. cum in plures. §. pen. ff. de admi. tu. quia sequeretur, ꝙ in-
terim non deberet habere alimenta, pro quibus statutum assi
gnat vsumfructum omnium bonorũ: quod est expresse ꝫ ver-
ba statuti, & ẽt contra ius cõe: vt patet expresse. ff. de alim. &
ci. leg. l. cum vnus. §. fi. idem & post nubilem ętatem: quia do
tata intelligitur, quæ realiter est data, nõ quæ potest agere ad
dotem, ẽt si esset lata sententia super dote: quia non dicitur sa
tisfactum, licèt ad obligationẽ, vel condẽnationẽ sit ventũ, vt
ff. de sun. instru. l. nepoti. Si igitur ista restitutio intelligitur ad
memoriam, & bona, quod verissimũ puto, istæ puellæ debe-
rent habere vsumfructum integrum dicti temporis, ut in ca.
nulla mulier. §. si vero ipse filius, vel filij. Qualiter mulier ab
intestato succedat. superius allegata sunt. Sed ponamus, ꝙ di-
cta restitutio in integrum non tangat casum nostrum: sed sim
pliciter simus in prouidentia illius reformationis, quę incipit
curam diligenter habentes. Et pondero verba dictæ prouisio-
nis ibi, & interim se alij prout de iure, & secundum formam
statutorum, & ordinamentorum cõis Florentiæ disponitur,
& cauetur: nam certum est, quòd de iure communi nihil di-
sponitur in crimine perduellionis, vt C. ad l. Iul. maiest. l. quis-
quis. licèt ibi loquatur, quando contra principẽ etiam vbi so
lummodo de bonis matris innocentis permittit filias loco ali
mentorum succedere in legitima, non in bonis delinquentiũ,
vt C. de hæretic. auth. Gazaros. & in authent. bona damnato-
rum. Item quia bona fuerunt expresse adempta, & confiscata.
Item

Item certum est, q de iure municipali nihil est prouisum de simplicibus alimentis in casu patrui, sed solum de vsufructu. Quapropter de necessitate est, q illa verba, prout de iure, cōmuni, & secundum formam statutorum referantur ad casum similem: quia vt pietatis officium non desit, recurrimus de similibus ad similia. Et si sunt plura similia, recurrimus ad magis simile. nam valde simile reputatur idē, vt ff. de cōdi. & de. l. in testamento quidam. Oportet ergo, q vel recurramus ad simile sumptum ex l. quisquis. §. ad filias. vbi legitima assignatur loco alimentorum: & sic istæ filiæ deberent habere tertiā partem proprietatis, & vsusfructu non computatis dotibus vsque ad ipsam realē dotationē, vel computatis postea, vt C. de inoffi. testa. l. qm̄ nouella. uel oportet exponere, q in dicta reformatione ponantur alimēta pro usufructu. i. vsusfructus loco alimentorum: ut dictio, secundum, ponatur similitudinariè: cum non possit poni demonstratiue, ut extra de uerb. sig. in c. Abbate. nec sunt ista præter, uel contra rationem: sed est quædam naturalis interpretatio, quia aliter uerba nō possunt intelligi: cum intelligendo alimenta sine usufructu non habemur legem, nec statutum aliquid disponens, quod est contra uerba, & mentem dictæ reformationis, & cōtra omnem naturalem æquitatem. Et ideo pro certo dictæ filiæ debent habere legitimam, uel saltem interim integrum usumfructum bono
9 rum: licèt uerba aliud uideantur significare. † quia non uerbis, sed sensibus legem imponimus, ut l. 1. in fi. C. communia dele. & ff. de iureiu. l. 3. §. pe. & l. sed & si possessori. §. sed rerū. & quod ont. ff. fam. hær. l. & puto. §. 1. & ff. si cer. pet. l. si tibi. ibi dum dicit, non semper proprijs uocabulis contineri. & ff. de usufr. l. proculus. Et in hanc ultimam partē magis inclino quia potius debet trahi lex municipalis ad legem municipalem, quàm ad ius commune, cum leges municipalis sint eiusdem generis: quia inter ipsas leges municipales est magis consortium, siue communicatio intellectus, ar. ff. de coniungēdis
10 cum emanci. li. l. nihil. † Dicet aliquis, istæ puellæ non præstiterunt cautionē de vtendo, & c. ergo non possunt petere vsumfructum, vt ff. de vsuc. l. si homo. Respondeo, illa cautio non p̄stat, nisi cū vsusfructus traditur, nō cū hæres est in mora tradendi, vt ff. de vsufr. leg. l. si vsusfructus in biennium. sic enim isti fratres post acceptationem semper fuerunt in mora, saltem irregulari propter minorem ætatem puellarum, vt C. qui. cau. in inte. restit. non est necessaria. l. in minorū. & ff. de leg. 2. l. Titia seyo. §. vsurarum. Modo restat ad declarationem præcedentium quærere, qua actione teneantur isti fratres ad vsumfructum pro cautione. Nam si commune Florentiæ videtur eis donasse ob causam, tenetur per illam l. 1. C. de do. quæ sub modo. Sed hic subtilius est considerandum, nam cōmune Florentiæ non fungitur hic loco donatoris, quia sequeretur, q teneretur directis actionibus ad onera bonorum, quod est falsum, sed fungitur loco Principis, qui restituit aliquem ad bona causa libertatum cōseruandarum. Non enim dixerit iudicem obligari, & ex hac similitudine infertur, q isti fratres dicuntur esse bonorum anormali successores, vt no. iosti. de eo, cui libertatis, causa bona adijciuntur, & tanquam anormali successores conuenientur ad onera: quia surrogantur loco succedentium ab intestato: propter quod sequitur de necessitate dictis filiabus saltē in vsufructu ius competijsse, & illud vocabulum in alimentis intelligi de plenioribus alimentis. i. de vsufructu, vt ff. de vsufruc. l. dominus. §. fi. & ar. ff. de transac. l. cum hi. §. si fundum. ff. de aur. & arg. leg. l. species. & l. 4. ff. de alimen. & ciba. le. cū si. restat respondere ad id, quod allegatur in contrarium, videlicet q potius debet attendi verbum alimentis, quàm debeat intendi illud verbum respectiuum secundum formam statu. & sic illud verbum secundum formam statutorum nihil operatur, & sic remaneamus in simplicibus alimentis præstandis. & ad hoc multa possent indu-
11 ci: nam respondetur, q nihil debet superfluere in lege, † vnde ista dictio, secundum. non debet esse superflua, sed declaratiua illius vocabuli, alimenta. nam alimenta quandoque ponūtur pro vsufructu, & econtra vsusfructus pro alimentis: non ex propria diffinitione vocabuli: sed ex mente loquentis, vt C. si secundo nupserit mulier. l. 1. & si deberet superfluere alterum istorum verborum, potius deberet superfluere verbū, alimentis, quàm illud verbum, secundum. & ratio est, quia benignius, nam ratio naturalis facit pro posteris, vt C. de fideicom. l. cum acutissimi. Item quia non sequitur, debet habere alimenta, ergo non plus: quia illud verbum, secundum formam. tacite includitur, & plus quia ista dictio, secundum. ponitur augmentatiue, cum denotet plenam relationem, nec est nouum, q tacita subauditio fiat, vt tota saluetur legis dispositio, ac si diceret in alimentis, & secundum formam statutorū. Item quia sumus in materia fauorabili respectu filiarum: & in materia odiosa respectu statuentium, qui de odio tractat, & de pœna seueritatis, ar. ff. de lib. & posthu. l. cum quidam. Item non ob. si dicatur, q alimēta sint species, & vsusfructus sit genus quasi plus continens: quia hæc dictio, secundum. habet extendere speciem, seu potius declarare. Item non procedit ar. per l. si alij. ff. de vsufr. lega. Item pone tale exemplū, pater meus legauit tibi vsumfructum: ergo in testamento dico, lego tibi alimenta secundum testamētum patris mei. nam testamentum meum debet intelligi secundum testamentum paternum, ne fauorabilis mea dispositio vitietur, effectus. o. est iste, vt testamentum paternum seruetur, non vt ei derogetur, vel quicquam diminuatur: quia non sunt apposita verba ad diminutionem, vel derogationem: sed ad obseruantiam paternæ voluntatis. ita in proposito verba sunt prolata ad obseruationem statuti, & ideo illud dicunt operari, vt l. nō omnis. ff. si cer. pet. & ff. de act. & obli. l. obligationum substantia. ff. de condi. & demon. l. Pater seuerinam. §. conditionum. cum si. Ex his concluditur, q aut plenam legitimam, aut plenum vsumfructum debet habere filia antedicta dicti condemnati ad mortem. Et ad confirmationem prædictorum considera, q sicut reperitur vsusfructus causalis, & formalis, ita hic alimenta intelliguntur causalia concreta cum vsusfructu, & nō formalia, quæ sunt species oppositæ vsusfructui, vt ita dixerim. vnde sicut si testator diceret, lego vsumfructum causalē, legaret proprietatē, ita in proposito ad hoc, vt reformatio non vicietur in aliqua parte sui. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCIX.

In Christi nomine. Concessus fuit saluus cōductus Thomæ, & Manfredi, & eorum cuilibet ueniendi ad ciuitatem Astensem cum & c. uide in 5. parte consil. 414. inci. concessus fuit & c.

## CONSILIVM CCCCX.

1 *Concessio emphyteo. facta vsque ad vineam magnam & c. qualiter intelligatur.*

2 *Dictio, vsque. quando stet inclusiue, & quando non.*

1 In Christi nomine. † Verba dicunt, cōcessit in emphyteosim vsque ad vineam magnam. Item & de perticis 46. terræ plantatæ vitibus in aliqua parte incultę positis in dicta contrata, vbi dicitur ad vineam magnam, quibus cohæret & c. Insuper dominus Papa dedit eidem emphytheotæ in gentile feudum totam possessionem, quam possidet, & tenet dicta contrata: & cassauit inuestituras prædictas: nihilominus placuit Illustri domino. d. Comiti virtutum, q cognosceret, si dictū
2 territorium comprehenditur in inuestitura, vel non. † Modo quęritur, quid iuris allegatur dictum Barto. qui distinguit, q aut probatur de mente, & dictio, vsque. ponitur inclusiue, vel exclusiue, sicut probatum est de mente: quia mēs declarat verba dubia contractus, & vltimæ voluntatis, vt C. de fideicom. l. voluntatis. & plene notatur. ff. de pac. l. veteribus. & ff. de regulis iuris. l. semper in stipulationibus. aut non constat de mente, nisi per importantiam verborum: & tunc aut non potest stare inclusione, & ponitur exclusiue, sicut est quando terminus, ad quem non potest comprehendi sub generalitate præcedēti, vt l. pe. ff. de fluminibus. aut terminus, ad quē potest comprehendi, & non cōprehendi sub generalitate præcedenti propria significatione: & tunc in vltimis volūtatibus ponitur inclusiue, vt l. patronus. de le. 3. & l. in testamentis. de re. iu. aut in contractibus, & tunc ponitur exclusiue: quia cū verba

verba sunt dubia, fauendum est reo potius, quàm actori: quia debuit ille, qui alium vult obligare, apertius loqui, vt notatur in d. l. veteribus. nam in contractibus extẽsio obligationis est vitanda: & nihil venit nisi id, quod inter se tenet, vt ff. de ac. emp. l. fundi nihil. hoc sic intelligas, quando verba proferuntur ad principaliter obligandum: sed qñ verba proferuntur ad excipiendum. v. g. quia vẽditor, vel locator aliquid excipit obscure: tunc obscura exceptio interpretatur contra venditorem, vel locatorẽ, qa ille intelligitur verba proferre obscura, qui vult ex ipsis agere, vel excipere, & ita intelligitur lex veteribus. & est ratio prædictorum: aut locator, vel vẽditor loquitur obscure ad suam vtilitatem, & alterius damnositatem, & fit interpretatio contra venditorem, & locatorem, vt l. 1. in fi. ff. de ac. emp. aut econtra conductor, vel emptor loquitur obscure ad suam vtilitatem, & aduersarij damnositatem: & tũc fit interpretatio contra emptorem, vel conductorem, vt in l. si in emptione. in prin. ff. de contrahen. empt. ille enim intelligitur, verba proferre, cuius interest verba fuisse prolata, nõ eius, cuius interest verba fuisse omissa, vt ff. de ver. obl. l. quidquid astringendæ. aut verba sunt prolata a tertio puta a teste, vel tabellione, tñ non sunt omnino obscura, sed possunt interpretationem probabilem recipere: & tunc interpretantur in minorem partem, & hæc est opinio Nicolai de Mata. vel dic, ꝙ quædam sunt, quæ ipse emptor, vel locator debet specificare tanquam melius sciens factum, sicut sunt cõfinia, seruitutes rei, & similia. & tunc verbum obscurum interpretatur contra vẽditorem, & locatorem, vt ff. de contrahen. emp. l. labeo scribit obscuritatem. cum. l. seq. & l. cum in venditionis quod. & l. sæpe. §. fi. & ff. de serui. vrba. prædio. l. si arborem. §. fi. Quædã sunt, quæ venditor, vel locator non habet necesse specificare: & tunc fit interpretatio contra emptorem, vel venditorem, vt ff. de contrahen. empt. l. si in emptione. Ex hoc concluditur, quod interpretatio quando est incerta circa cõfinia, & sic circa rem deductam in contractu, quia debuit locator magis specificare, fit interpretatio contra locatorem: nisi si quis diceret esse specialem in ecclesia fauore ecclesiæ, vt magis interpretatio fieret pro ecclesia, quàm contra ecclesiã, ar. ff. de iure fisci. l. fi. Sed ista exceptio non bene probatur per aliquam legem. sit ergo conclusum, ꝙ obscuritas finium nocet locatori, quatenus potest sub verbis comprehendi, vnde si locator dicit, loco tibi talia prata vsque ad centum iugera. intelligam inclusiue: quia extremum, ad quod rationabiliter potest includi. Itẽ & per talem doctrinam, quia aut id, quod apponitur loco termini, est dẽ essentia, siue, continentia eiusdem rei, & tunc includitur terminus tanquam ad intra: aut est de essentia, vel cõtinentia alterius rei, & tunc secus; est enim duplex terminus. s. terminus intra, & terminus extra, vt not. C. de euic. l. si fines agri. licèt quantum ad lecturam illius legis non placeat glo. tamen in se est ipsa veritas. non tamẽ per hoc deciditur nostra quæstio. Reuertor igitur ad casum nostrum, in quo dico cõsiderandum primo, quid est verisimile, vt no. in d. l. veteribus. & ad hoc accedat quantitas mercedis, nam facta comparatione mercedis ad rem, de qua quæritur, præsumitur contra, vt not. in l. 1. ff. de superficiebus. est verum, ꝙ in locis desertis nõ proprie cadit ista cõparatio, vt in arenis, glareis, & similibus. Tertio debemus considerare nomina appellatiua, seu vocabula, nam ex diuersitate vocabulorum non præsumitur aliquid concessum, vt ff. de leg. 3. l. prædijs. §. balneas. & §. qui demũ. Quarto debemus considerare ipsius rei qualitatem præsentem tempore contractus, vt ff. de contrahen. emp. l. in lege. Itẽ hoc dico pro tanto, quia non dicitur vinea, vbi non sunt vites, licèt quondam fuerint. istud enim nomen, vinea. vocabulũ est, & res; Nemo enim diceret, vineam extirpatam, & in figuram simplicis terrę reductam: & ideo vineam vocari, ꝙ quondam fuit vinea, sicut non dicitur insula, ꝙ quõdam fuit insula, sed nunc non est, vt l. insula. §. fi. ff. de acqui. re. do. nã mutata forma rei, mutatur & eius vocabulũ, vt ff. de vsusfru. l. qui vsum fructũ areæ. Vñ qa verba nõ dñt, vsq; in vineã veterẽ magnã: sed dicunt vsque in vineam magnam, quod intelligitur de terra præsentialiter vineata, puta terra continetur vsque ad locũ vineatum, locus autem vineatus nõ continetur, nisi quatenus nominatim assignatum sit de vinea magna: quia verba dicũt, videlicet de omnibus terris, pratis, buschis, & pascuis, & glareis positis, & iacentibus in illis partibus, quibus in partem cohæret dicti. mon. de vinea magna, vnde nihil de vinea magna, quæ tempore contractus esset vinea, venit nisi ille 46. perticæ uineæ plantatæ, ut ff. de leg. 3. l. hæres meus. §. duæ statuę. nec curo, si forte aliquæ radices uineæ adhuc essent sub terra: quia non est considerandum id, quod sub terra iacet: sed id, quod uidetur, ut ff. de contrahen. emp. l. in l. fundi. Ex quibus concluditur contractum dictę inuestituræ locatiuuis porrigi usque ad locum uinculum uineæ magnæ, ita ut non uineatũ includat, sed uineatum excludat. nam ꝙ uineæ includantur propter dictionem, usque. impossibile est: quia quando inclusio includeret contrarium qualitatem rei, nunquam dictio, usque. ponitur inclusiue: sed ponitur exclusiue. de materia istius dictionis, usque. no. C. de nup. l. a calligato. per Cy. & ff. de offi. pręsi. l. meminisse. Sed quia materia nostra respicit solã interpretationem circa fines, non est hic alia materia tractanda, quia plene dictum est superius. Ex his clare apparet, ꝙ uinea non dicitur ea, quæ desijt esse uinea, ex qua fructus non percipiuntur: sed facta est sterilia, sicut nec e contra, si de sterili facta uinea, diceretur fundus sterilis, ut C. de alluuionibus, & paludibus. l. 2. §. 1. ff. de act. empt. l. si duorum. §. fi. & C. de bonis proscriptorum. l. si quis intra. & ff. sol. ma. l. diuortio. §. quod in sementem. & ff. de cen. l. forma censuali. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXI.

*Statutũ, ꝙ quis non subiectus non possit succedere alicui subiecto, an valeat: & dato ꝙ valeat, an quis possit succedere matri, quæ fuit de dicta ciuitate, vbi viget statutum, sed in alia nupta, & sic ei tanquam amiserit originem, & non sit subiecta. & nu. 2.*

In Christi nomine. Quidam Mediolanesi. habuit tres vxores: ex prima nata fuit domina Prima: ex secunda nata fuit Margarita: ex tertia nata fuit domina Secunda. Contigit, ꝙ dicta domina Prima fuit nata extra posse, & iurisditionem Mediolani. Et ex ea nunc extant duo filij, Christophorus, & Philippus. Modo dicti Philippus, & Christophorus asserunt se esse hæredes dictę dominę eorum matris, Item & pro parte dimidia dicti eorum aui Mediola. quibus dicta domina ultima se opponit dicens, ꝙ non succedant auo, nec matri: & allegat statutum Mediolani, quo cauetur, ꝙ nulla mulier nupta extra iurisditionem Mediolani succedat alicui de iurisditione Mediolani etiam ex testamento. idem intelligatur de descendentibus talium mulierum, qui nati fuerunt ex nõ suppositis iurisditioni domini Potestatis, & cõis Mediolani: quæritur, 1 quid iuris. † Et uidetur, ꝙ dictum statutum non ualeat, ꝙ descendentes omnino excludit a debito naturali, ut no. Dy. in c. indultis. Item quia dictum statutum non potest non subditis legem imponere: & eos successione priuare, ut in l. cũctos populos. & in l. extra territorium. cum sua materia uulgari. Sed quia contrarium seruatur de cõi consuetudine, pro hoc non insisto: quia minime sunt mutãda &c. ut ff. de legi. l. minime. & ideo solummodo aduertendum est ad uerba statuti. Et considerãdum est, quia hic sunt duo dubia. Primum an succedat auo materno præsupposito sine præiudicio ueritatis, ꝙ dictũ statutum ualeat, & uidetur, ꝙ non quia si mater eorum uiueret, non succederet, cum sit nupta extra iurisditionẽ cõis Mediolani. Sed ita est, ꝙ priuato stipite, siue parente, talis priuatio extenditur ad posteros, in quibus est maior, uel eadem ratio excludendi: nec est istud ostendere, sed mẽs, & intellectus statuti, ut no. Cy. in l. 1. C. quæ sit longa consue. ut in c. 1. §. notandum. qui feudum dare possunt. col. 10. & hoc quando stipes inhabilitatur a lege. Sed hæc ratio non uidetur uera: quia statuta odiosa non recipiunt extensionem: unde licèt statutũ excludat filiam, non excludit filium filiæ, ar. ff. de contrara. l. 3. §. si emancipatus. sed certe immo quia statutum non solum excludit fœminam, sed dat ius accessorium agnatis, & proximioribus de iurisditione Mediolani. Vnde quod uni confertur, omnibus alijs aufertur, ut ff. de le. 1. l. quod in rerum. §. si quis. hoc tenet Bar. in l. a, ff. ad tertu. semper dico, dummodo uerba

verba hoc patiuntur per interpretationem necessariam, vel probabil. dico necessariam, scilicet per punctum rationis: probabilem voco per viam æquitatis, vt no. ff. si cert. peta. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. sed si verba exclusiua, quæ veniunt per quandam consequentiam, nihil operarentur. Dico enim, quod principale propositum legislatoris est includere, ad quod venit per medium excludendi. Vnde principalis intentio est fauor agnatorum: ad quod necessaria est exclusio mulieris, sicut nos dicimus, quòd principalis intentio naturæ est generare, secundario corrumpere. & nisi haberet intentionem generandi, non haberet intentionem corrumpendi, vt dicunt Philosophi. sed examinatio non est hic necessaria, quia sapientes, qui fecerunt statutum Mediolani, caute dixerunt, & idem esse intelligatur in omnibus descendentibus talium mulierum, qui nati fuerunt ex non subdito iurisdictioni domini potestatis, & communis Mediolani: ita quòd lex declarat seipsam, & ideo non est quæstio, vt C. de insti. & subst. l. generaliter. §. pen. & C. de fideic. l. ceutissimi. cum similibus, omissis igitur præludijs considerandum est, quòd in facto proponitur, quòd pater dictorum Christophori, & Philippi habebat æstimum in ciuitate Mediolani. & hoc potest esse dupliciter: vel quia habebat ibi maiorem partem fortunarũ suarum, per quod intellegeretur habere domicilium, & esse suppositus iurisditioni Mediolani, vt l. 2. C. vbi sena. vel clarum materia sua. vel quia habebant aliqua bona, sed non maiorem partem, & tunc non dicerentur proprie subiecti, vel suppositi: licet per hoc tenerentur ad onera æstimi, nec ibi sortirentur forum: vt ff. ad muni. l. libertus. §. sola. & l. incola iã. quod si ita est, dicti nepotes bona aui materni petere non possunt, obstante saltem in facti obseruantia statuto prædicto, licet iniquo, vt in l. maximum vitium. & l. 1. §. 2. ff. quod quisque iuris. & l. perspexit. qui & a quibus. & hoc quantum ad bona aui conclusiue dictum sit, quòd dicti nepotes per dictũ statutum repelluntur, supposita obseruantia prædicti statuti.

2 † Modo sequitur videre de dote materna: & dico, quòd eorũ matri succedunt: quia per hoc non succedunt alicui de iurisditione Mediolani. vbi est considerandum, quòd dicta prima domina tempore mortis suæ non erat de iurisditione Mediolani, sed de iurisditione domicilij viri: & hoc maxime quo ad ius fori, quia translata erat ab originali foro: & virum omnino sequebatur, tanquàm quo ad ius domicilij, vt ff. de iurisd. omnium iudi. l. cum quædam puella. quod est speciale in vxore, etiam quo ad originem. ista est glo. not. C. de incolis. l. mulieres. quia ergo non subiecti iurisditioni non prohibentur succedere non subiectis, ergo dicti filij non prohibentur succedere matri suæ. & ista est veritas. de successione auiæ maternæ dico, quòd aut dicta prima domina successit matri suæ, antequàm esset dotata: & tunc ita succedunt dicti fratres, sicut in dote materna. Idem si erat quæsitum dictæ dominæ ius adeundi: quia transmittit ad posteros, vt l. 1. de his, qui ante apertas tabulas. si autem dicta prima domina fuit nupta ante mortem matris suæ, tunc dicti fratres dictæ auiæ non succederent: cum dicta eorum amita esset Mediolanensis origine, & domicilio. vnde qua ratione excluduntur a successione aui materni, eadem ratione excluduntur a successione auiæ maternæ ex eodem statuto. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXII.

1 *Mutare an liceat consilium, seu propositum, seu electionem.*

In Christi nomine. Verba testamẽti dicunt, si aliquis dictorum filiorum suorum esset dispositus ad discendum scientiam legalem, vel ius canonicum, prout est ad præsens filius suus studens in iure ciuili, vel in futurum aliquis alius ex dictis filijs suis esset dispositus, vt supra, & vellet ire ad studiũ, occasione prædicta dicti libri sibi conseruentur, vt supra eis studere possit: & dictam scientiam adipisci. & si dictus suum bene profecerit studium suum, sibi prælegauit dictos libros, & expensas in studio fieri voluit de parte sibi contingente. & parum post sequitur, si vero aliquis ex dictis suis se disponeret ad discendum artes, & medicinam, voluit, quòd sibi emantur omnes libri necessarij, & sufficientes pro addiscendo dictas scientias: & si bene profecerit in eis, habeat dictos libros ante partem. Modo accidit, quòd vnus dictorum aliorum filiorum se disponit ad discendum artes, & medicinam: & est in artibus magistratus: & empti fuerunt sibi libri necessarij, & vtiles. nunc vero videns, quod dictus G. eius frater habet libros legales longe maioris valoris, vult se retrahere a studio

1 medicinæ, & audire leges. † quæritur, nunquid possit variare & videtur primo dicendum, quòd sic, quinimmo si disceret omnes istas scientias, deberet habere duplicia legata, vt ff. de annu. leg. l. qui Marco. & no. in Auth. vt ind. sine quoquo suf fr. §. 3. illud tamen decreuimus. & qd not. per Cyn. C. de leg. l. cum quæstio. In contrarium videtur, quia hoc est de raro contingentibus, quòd quis tot scientias possit habere perfecte: cum vix ad vnam scientiam ex his quæuis longissima vita sufficiat: & vita breuis, ars vero longa, vt dicit Hypocrates. Item quia testator locutus est aduersatiuè, & aduersatiuarum orationum altera est vera, non vtraque, vt in l. si vero. in princip. ff. sol. mat. & ff. manda. l. si vero. Præterea idem debet esse de studio, quod de nuptijs: sed hoc sermone cum nupserit, primæ nuptiæ significantur, vt ff. de verbo. oblig. l. boues. §. hoc sermone. Præterea hoc videtur expressum in ff. qui, & a quibus. l. matrimonij. nam videtur sensum de illa scientia principali, quæ nullis alijs scientijs principalibus dicatur, vt ibi videtur expressum. & hanc partem puto esse veram, sed nec puto dispositum ad leges discendas ex hoc solo, quod dicat se dispositum: sed ex ætate, alijsq; indicijs hoc arbitrandum est, vt ff. de leg. 3. l. Stichus. & sicut monachus antequàm profiteatur, debet se probare per annum, vt per hoc appareat, an sit dispositus ad obseruantiam regulæ, debet prius aliquo tempore se experimentare: quia dispositio non inducitur in anima sine actibus: nisi loquamur de potentia prima, quæ nõ est proprie dispositio. nam dispositio immediate præcedit habitum: & est quoddam principium habitus. aliquid vero deberet constare de ipsa dispositione, sed quicquid sit, vt dixi, rebus sic se habentibus puto eum variare non posse: cum nec honestum sit variare, vt C. de modo multarum. l. eos, nisi quando homo mutat consilium ad melius sine alterius præiudicio: quia sapientis est mutare consilium, vt in regula mutare consilium, & quod ibi per Dyn. Nam cum quæritur, vtrum quis possit mutare consilium, distinguitur, aut ex præcedenti electione est aliquod ius consecutus, aut alteri ius acquisiuit, & non priuaret: aut nullus aliquid perdit: primo casu non potest mutare consilium, vt d. l. apud aufidium. secũdo casu idem, vt l. fi. C. de codicil. & not. in c. quod semel placuit. per Dyn. lib. 6. tertio casu permissa est variatio, si nemini præiudicatur. sed in casu nostro per electionem est quæsitum ius librorum illius artis: & amissum ius librorum alterius scientiæ per illã dictionem aduersatiuam, si vero, vt ff. de condi. & demonst. l. Titia si vero nupserit. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXIII.

1 *Notarius an, & quando in numero testium computatur.*

1 In Christi nomine. † Duo sunt statuta in quoddam oppido. in primo cauetur, quòd in quolibet instrumento adhibeãtur tres testes ad minus: inter quod sit ad minus vnus, qui sit notus contrahentium, & locus, in quo conficitur instrum, & scribat tabellio nomen, & cognomẽ cuiuslibet testis, & vnde nomen patris, & vnde sit oriundus siue testator, siue testis, & intelligantur testes idonei, & cognoscere contrahentes, si hoc instrumento per tabellionem fuerit insertum, nisi probetur contrarium. in syndicantibus vero ad causas sufficiat, si testes cognoscant eum, ad cuius instantiam vniuersitas fuerit congregata. Alio statuto cauetur, quod si a centum libris denariorum supra fiat contractus, siue distractus, qui rogetur instrumentum, intersint duo tabelliones contractui, siue distractui computato notario, qui tradidit instrumentũ, alioquin fides instrumento non adhibeatur. pone ergo, quod adhibito sunt duo notarij, & tres testes computato notario, qui subscripsit: non tamen posuit, vnde sint oriundi. Quæritur, vtrum valeat instru-

instrumẽtum? Respondeo, non valere, quia duo testes desunt,
vt C. de testa. l. si vnus. & C. de fideicom. l. si veritas. & est ex-
pressum, q duo tabelliones simul non sufficiunt in Authen.
de hære. & fal. §. si vero absunt. sed licèt non valeat instrũm, ta-
men bene possunt probari cõtractus, & distractus per viuam
vocem trium testium: inter quos esset vnus, qui cognosceret
contrahentes. Considerãdum est enim, q aut probatio fit per
viuam vocem, aut per instrumentum tantum, aut simul per
viuam vocem, & simul per scripturam: primo, & tertio casu
tabellio computatur in numero testium, vt C. qui test. fa. pos.
l. hac consultissima. §. fi. Secundo vero casu principalis tabel-
lio nõ computatur in numero testium: quia sequeretur, q suf
ficeret tabellio, & vnus testis: quod est falsum, licèt aliqui con
tradicant, & male. de hoc not. doc. ff. & C. de test. l. domitius.
& C. de fideicom. l. quæstionem. & ista est veritas. Ego Bald.

### CONSILIVM CCCCXIIII.

1 *Arbiter non potest iubere vni parti, q alteri parti, vendat: & si iubet laudum est nullum.*

In Christi nomine. Verba dicunt, q pla
num pleno iure de-
beat remanere dicto Antonio: & in recompẽsationem precij,
& valoris dicti plani castri, cassant omnes excessus, & delicta,
quascunque iniurias. &c. Quęritur, vtrum quantum ad hunc
1 articulum valeat dictum laudum? † Et ad intelligentiam præ
dictorum videamus de arbitri potestate, vtrum possit rẽ liti-
giosam hoc modo adiudicare, videlicet pro certo precio, &
quibusdam compensationibus fiendis? Et videtur primo, q
sic pluribus rationibus. prima est, q dictus arbiter habuit ple
nissimam potestatẽ: vnde quicquid fecit bona fide, ratum de-
bet haberi, vt ff. mãda. l. credimo. §. Lucius. nam illud videtur
bene factũ, quod bona fide fit, vt ff. de condi. & demon. l. quã-
uis. & no. ff. de iureiu. l. eum, qui. §. in popularibus. Sed nõ est
dubium, q arbiter hoc fecit bona fide: & vtriusque partis fa-
uore, vt tolleretur materia delinquendi, præsertim inter sub-
ditos, & dominum, nam interest subditorum non contendere
cum superiore: quia superioribus pares esse non possumus, vt
ff. de alie. iud. mu. causa facta. l. quia etiam. Præterea certum
est, q arbitrator potest componere inter partes super re litigio
sa, & statuere, q vni remaneat res, & alteri detur certa quanti-
tas, vt ff. de arb. l. si de meis. §. recepisse. & l. sed si in seruum. §.
si quis iudex. nam hæc est quædam transactio, quam arbitra-
tor inter partes facere potest, seu in compromissu implicitam
explicare, & declarare, vt no. in Authen. vt differ. iud. §. 1. coll.
9. Præterea videtur decretalis expressa, quæ dicit, q duo con-
tendebant super quodam prioratu: & arbitrator electus ad ar
bitrandum dixit, q vnus habeat prioratum, alter habeat cer-
tos redditus: dicit ibidem tex. q arbitrium valeat circa prio-
ratum: sed circa redditus non valet propter vitium simoniæ,
ergo in temporalibus, in quibus non committitur simonia va
let in totum, vel saltem in re ipsa. iste est casus expressus extra
de præben. c. nisi esset. ad idem facit, quia hoc potest venire in
transactione, vt extra de præben. c. nisi esset. extra de transac.
c. veniens: ergo & in arbitramento. Pręterea iudex potest com
pensare inter partes, vt ff. fami. hær. l. meuius enim. ergo & ar-
biter, quia arbitraria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt C.
de iud. l. rem non nouam. ff. de arb. l. 1. Præterea si hoc non es-
set, sequitur, q adhuc nobili viro Antonio remaneret cõditio
legis si quis in tantam. & remaneret in quæstione tam posses-
sorium, quàm petitorium dicti plani: quia nõ potest circa idẽ
capitulum res ex vna parte valere, ex alia nõ valere: quia sicut
contractus non potest claudicare, vt ex vna parte valeat, ex al-
tera non, vt ff. de ac. emp. l. Iul. §. si quis colludente. Item nec
quasi contractus, seu iudicium, vel arbitrium, vt ff. de arb. l. si
cum dies. §. vnde eleganter. & l. in sacris. de proximis sacrorũ
scriniorum. vt extra de mutuis peti. c. prudentiam. Præterea
aliud sequeretur videlicet si dictus Antonius erat in pos. dicti
plani iusta, vel iniusta, eodem modo sit hodie: vel e cõuerso si
eius aduersarij erant in possessione, vti erant, ita sint: quia ar-
bitrium, quod non valet de iure, executionem non meretur:
nec eius prętextu aliquid innouari potest. & sic lis principalis
quæ erat inter partes, adhuc remaneret indecisa: quod videt
absurdum, ne lites ex litibus oriãtur, vt C. de fruc. & lit. expẽ.
l. terminato. quia lites non debent esse immortales, vt in 1. cõ
sti. C. in princ. Nam ad bonum principem pertinet materiam
litium amputare, vt ibi dicit litera, & ideo princeps posset ta-
lem transactionem confirmare, vt d. c. veniens. Multa etiam
alia possunt dici ad persuadẽdum, q dictum laudum ualeat,
Sed in contrarium est veritas: quia arbitrator bene potest iu-
bere, vt aliud detur, nomine transactionis: quia hoc exigit na
tura compromissi. & ita debet intelligi, quod no. Bar. ff. de trã
sac. l. cum aquiliana. sed non potest mãdare uni parti, q uẽdat
rem suam aliquo precio: quia uendere pertinet ad nouum con
tractum, de quo non est compromissum, unde arbiter non po
test mandare, quod pertinet ad nouum contractum, ut ff. de
arb. l. non distinguemus. §. de officio. & l. qui tamen. §. item si
arbiter. q autem hic mandauerit rem uẽdi, ex nomine precij
apparet, vt l. fi. C. de prædi. cur. li. 10. Ex quibus apparet, q sen
tentia lata super dicto plano non ualuit, & si ualuisset, debet
rescindi: quia nemo inuitus cogitur rem suam uendere: nec
etiam rem non suam, ut C. de act. & ob. l. sicut. Item ex hoc se-
quitur talis conclusio, q cum dictum laudum sit super dicto
plano, nec pro dicto nobili, nec contra dictum nobilẽ, q om-
nes lites, & quæstiones, quæ erant inter dictum dominum, &
dictam communitatem, tanquam lites pendẽtes sunt dirimẽ
dæ de nouo, C. quomodo, & quando iudex. l. si ut proponis.
cum materia sua. Et istud est cõsilium meum in iure, partibus
tamen suadeo q concordent, quæ possunt suaderi, non iube-
ri, ut ff. de no. ope. nun. l. 1. §. & post operis. Et ideo quod scrip
si, quia iam super hoc consului: & uerum est consilium, & al-
legationes. in contrarium respondeat studiosus, de iure libel-
lus eorum procedit, secundum quod dictũ est supra. Ego Bald.

### CONSILIVM CCCCXV.

1 *Locatio longa de re emphyteo. non valet irrequisito domino: sed res ita locata redit ad dominum.*
2 *Laudum arbitratoris est quadam transactio.*
3 *Transactio quando dicatur alienatio.*
4 *Dominium per sententiam arbitri, & arbitratoris non transfertur.*

1 In Christi nomine. Præmittendum est
ad euidentiam, † q
titulo simplicis locationis ad non longum tempus potest em
phyteota alteri locare. nam & vsufructuarius hoc potest, quã
quã alienatione fiunt vsusfructus: q a iste non est alienatio, vt
ff. loc. l. si quis domum. §. 1. & ff. de peri. & commo. rei ven. l.
necessario. §. fi. Sed locare ad longum tempus non potest, etiã
si verba dicunt titulo simplicis locationis, vt no. Dy. cum gl.
ff. de leg. 2. l. codicillis. §. instituto. & si ita locaret irrequisito
domino, emphyteota caderet a iure suo, debet enim requiri
dominus, an uelit cõducere pro pari mercede, nec dicitur cõ-
ducere rem suam, sed ius emphyteoticum, ut ff. de acqui. pos.
2 l. si aliquam rem. † Secundo præmittendum est ad euidentiã,
q laudum arbitrato. est quædam transactio: quãdo hincinde
aliquid disponit, ut no. in Authen. ut diff. iud. §. j. sed quando
ex una parte tantum statuitur, magis accedit pacto, quàm trã-
3 sactioni, ut ff. de transac. l. 1. † Tertio præmittẽdum est, q aut
transactio cõtinet dari: & tunc dicitur alienatio secuta tradi
tione. Idem si cõtineat ius transferri: quia uenit euictio, secus
si continet retineri, ut C. de transac. l. si pro fundo. differentia
enim est inter exceptionem, & dominium, ut l. sed & sic pos-
sessori. in prin. ff. de iureiu. Sicut si dominus pacisceretur de
nõ petendo rem suam, nõ propterea diceretur alienare domi-
nium. unde a quocunque alio possessore posset uendicare, ex
cepto eo, cui fecit pactum, ut ff. de pac. l. si unº. §. ante omnia.
Quartũ est præmittendum, q ille, qui constituit titulum pos-
sessori, uel detentori, per quem titulum consueuit transferri
dominium, intelligitur tradere, & alienare, ut instit. de rerum
4 diui. §. interdum. & ff. de rei uend. §. quædam mulier. † Quin
to, & ultimo præmittendum est, q per sententiam arbitri, &
arbitrato. dominiũ non transfertur, dominus tradat, uel quasi
tradat, ut extra de test. c. Rayn. His præmissis uenio ad quæsi-
tum:

tum: & dico, ꝙ per sententiam arbitri, & arbitro non fuit alie
natio secuta: nec causa possessionis mutata: nec etiam fuit de
intentione arbitrorum, ꝙ vtile dominium transferretur, nisi
consentiente domino, & ideo adiecerunt, & arbitrati fuerũt,
ꝙ emphyteotæ curarent cum effectu, ꝙ canonici inuestirent
liuellario nomine &c. Tamẽ quicquid sit, videtur postea pro
cessum ad vlteriora: videlicet ꝙ dicti emphyteotę tenuerunt,
& possederunt vnus de voluntate alterius, alter de uoluntate
alterius dicta domicilia, quæ alienari non poterant etiam in-
ter se. ff. de transac. l. cum hi. §. si ita. quia erant diuersę emphy
teosis: per quam patientiã, & motuũ consensum dr̃ facta tra-
ditio iuxta personalem obligationem præcedentem, vt C. de
acqui. pos. l. minus instructus & sic videtur facta quædam il-
licita translatio, & alienatio. nam verba laudi dicunt, ꝙ teneã
tur dimittere, & relaxare pleno iure: quia verba personaliter
obligant ad dimittendum, & relaxandum pleno iure. sed di-
mittere, & relaxare pleno iure est alienatio sequuta traditione
vel quasi, non ante, vt ff. de ver. sig. l. alienatum. nec obstat, ꝙ
verba dicant, ꝙ teneantur cedere actionem, & sic concernant
futurum tempus, quia istud futurum tempus tacitum redu-
ctum fuit in pręsenti per istam traditionem. Item non oportet
iura cedere, quæ nec cedi possunt non consentiente domino.
sed siue cedantur, siue non cedantur, dumtamen peruentũ
sit ad traditionem possessionis, vel ex causa pręcedente, surgit
ibi alienatio prohibita, & ideo videtur, ꝙ emphyteota cecide
rit a iure suo. Tamen in feudum habemus, ꝙ vasallus potest
transigere, vt in c. vasallus de suo. si de feu. fue. contro. vt dixi
laudum arbitratoris simile est trãsactioni, & in idem recidit.
ista quæstio satis pendet ex intellectu dictæ legis si pro fundo.
quia transactio non est alienatio in retinendo, sed in dãdo, vel
transferendo sic. sed certe ad hoc respondetur per illud verbũ
pleno iure, quia ista quasi translatio est in transferendo: & sic
est in figura futuræ alienationis: & in executione laudi, quæ
executio de facto fuit explicita per traditionẽ possessionis. &
ideo supposito, ꝙ dictum laudum valuerit quantum ad perso
nalem obligationem subsequente traditione, licita alienatio
secuta est domino non consentiente: de qua dimissione posses
sionis in executione dicti laudi præsupponitur apparere pu-
blicum instrumentum: & ideo reuertitur ad dominum. i. ad
ecclesiam, vt C. ne rei dominicæ, vel templorum. l. vniuersas.
& C. de iure emp. l. fi. præsertim quia ille, qui tradit alteri con
tra voluntatem domini intendens ius suum transferre in iure,
illi, cui renunciat, facit se alienum, vt insti. de vsuf. §. finitur. &
ita teneo, ꝙ res ad ecclesiam fuerit reuersa; tamen si canonici
fecerunt inuestitura, approbando laudum pro parte, non pos-
sunt pro alia parte contrauenire: sed debent inuestituram alte
rius domus facere. si tamen alienauerunt medio tempore in
alium, hoc non possũt in illius præiudicium, vt ff. de publi-
ciana. l. siue autem. §. si duobus. ex quo finaliter sequitur, ꝙ il-
la domus remanet illi mulieri, quæ fuit inuestita de emphy-
teosi aperta, quæ alteri inuestiri non potest, vt in c. 2. qui suc-
cess. tenean. col. 10. Ad istud dubium verum ille, qui non cu-
rat &c. teneatur ad pœnam compromissi, vel interesse dico, ꝙ
sic, nec in refutatione, quã fecerunt hincinde, venit hoc: quia
non remiserunt sibi inuicem ius laudi. Sed tenetur ergo ad
pœnam, vel interesse ille, qui debuit curare, & non curauit. nã
qui tenetur curare, nõ tenetur ad factum alienum, sed ad pro-
prium, vt ff. de ver. ob. l. si quis alium. & plene not. ff. de act. &
ob. l. quæcunque gerimus. & sunt iura vulgaria. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCCXVI.

1 *Arbitri tenentur iudicare super toto: nec debent cogere credi*
*torem ad recipien. particularem solutionem.*
2 *Dictio, pro. quid importet.*

In Christi nomine. Nobilis vir do. Antonius deberet reci
pere a domino Philippo de Landulphis duo milia florenorũ,
& vltra: & cum dictus dominus Philippus non haberet pe-
cuniam numeratam, fecerũt inuicem quoddam compromis-
sum vulgare plenum in tres arbitros, super emendo de territ
dicti debitoris pro satisfaciendo sibi creditori, & alijs, qui ar-
bitri deberent declarare precium in concordia, & non aliter.
& non dederunt arbitrium videndi, declarandi, & cognoscen
di modum, & precium dictæ venditionis cum securitatibus,
& terminis nominatiue super certis possessionibus positis in
tribus vocabulis, & territorijs. proponiturque, ꝙ dicti arbitra
tores vellent, si possent de iure facere, ꝙ pro octingentis flore
nis dictæ summæ dictus Antonius acciperet quandam partẽ
dictarum terrarum: cum in duobus ex dictis territorijs dict⁹
dominus Philippinus dicatur non habere aliqua iura: nec vẽ
1 dere posse iuridice. quæritur, † vtrum dictum arbitramẽtum
pro parte possit explicari: respondeo non tribus rationibus.
Primo, quia aut oportet eos iudicare de toto, aut de nihilo, vt
ff. de arb. l. quid tamen. in prin. Secundo quia verba posita in
compromisso ibi pro sibi satisfaciendo, important finalẽ cau
2 sam compromissi. † dictio, pro. importat causam finalem, vt
no. ff. de pecu. leg. l. dominus Sticho. quæ causa finalis requi-
rit implementum, sicut conditio, vt ff. de condi. & demon. l.
quibus diebus. §. fi. Tertia ratio est, quia ex quo totum debitũ
est liquidum, non cogitur creditor recipere particularem so-
lutionem, vt ff. de vsur. l. tutor. §. Lucius. & ideo si dicti arbi-
tratores essent dispositi ad ferendam iniustam sententiam, po
test eis dominus noster mandare, quòd videant, quid agãt: &
cum sine aliquo mandato domini non debeant recedere a tra
mite rationis. & ad prædicta optime facit. ff. de condi. inde. l.
si non sortem. §. si centum. & quod plene no. ff. si cer. pe. l. quo-
dam estimauerunt. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXVII.

1 *Vecturalis an teneatur domino mercium, si res ceciderit in*
*commissum propter pedagium non solutum.*

In Christi nomine. Quidam vecturalis in Parisio promisit
portare quasdam ballas pannorum, in quibus erant certa io-
calia argenti intus quasdã capsetas clausas, & sigillatas vsque
ad locum Carpentrasij: & promisit soluere omnia antiqua pe
dagia, & solita, quæ solui deberent occasione earum: qui ve-
cturalis cum conduxisset dictas ballas ad quẽdam locum Gri
gnani, qui est infra terminos Parisij, & Carpentrasij, in quo lo
co soluitur pedagium pro qualibet balla vnus grossus, & si in
dicta balla essent iocalia argenti, vel alicuius ponderis vltra
pannos, soluuntur duo grossi: ille vecturalis in loco Grignani
non soluitur pro pedagio, nisi vnum grossum: propter quod
illæ duæ ballæ, in quibus vltra pannos erant illæ capsetæ, ceci
1 derunt in commissum, & perditæ sunt. † Modo quęritur, vtrũ
vecturalis teneatur domino Mercium, necne: vecturalis dicit
se non vidit immitti dictas capsetas. & si probaretur, ꝙ vidit
immitti, non probaretur, ꝙ vidit immitti res, quæ erant in di
cti capsetis clausis, & sigillatis. In contrarium allegat domi-
nus, ꝙ dictæ capsetę erant ponderis: & ꝙ dictus vecturalis vi
dit eas immitti: & licèt non viderit res, quæ erant intus, quia
domini nolunt talia a vecturalibus videri, debuit pręsumere,
ꝙ aliquid erat intus, de quo deberet solui pedagiũ, sed vectu-
ralis respõdet, ꝙ in capsetis potuissent esse res, pro quibus sol-
ui non debebat, nisi pedagium. s. vnus grossus. Modo dubi-
tatur, quæ debeant esse partes in hoc negocio iudicare deben
tis. Et videtur, ꝙ vecturalis non teneatur: quia dominus debuit
ei ostendere merces, pro quibus ipse sciebat debere solui ma-
ius pedagium: vel si non ostendebat merces, debuit prædice-
re: videas, ꝙ tu soluas pedagium maius, nam prædictio quan
doque necessaria est, vt not. in l. fi. in prin. ff. nau. cau. stab. vn-
de dominus sua culpa incidit in commissum, quia cum habe
ret scientiam, non admonuit mulaterium. Item non est verisi
mile, ꝙ mulaterius voluit subire in se anceps periculum: de-
buit ergo certiorari, vt l. 1. §. fi. ff. de act. empt. In contrarium
videtur, nam dicit lex, ꝙ qui vinum de cãpania transportan-
do conduxit, si aliqua cõtrouersia in itinere orta sit facto suo,
tenetur domino vini, vt ff. loca. l. videamus. §. qui vinum de
campania. alia lex dicit, ꝙ vehicularius tenetur soluere peda-
gium vehiculi: sed non est verum, ꝙ est intelligendum, nisi ex
pacto: sed hic interuenit pactum, vt ff. loca. l. cum in plures.
§. vehiculum. Sol. hæc quæstio in facto consistit, nam si mula-

terius sciebat res, q̃ erant ibi latæ, vel occultæ, sine dubio peri culũ est suũ, vt in d. l. si plures. §. locator horrei. Si autẽ ignorauit, aut ignorauit capsetas immitti, sine dubio periculũ est domini, vt ff. loc. l. colonus. §. nauem. aut ipse mulaterius sciuit capsetas immitti: sed res, quę intus erant, ignorabat: & iste est casus dubius quo ad iuris dispositionem. nã si nos dicimus, q culpa imputetur domino, mulaterius nõ tenetur. Si autem dicimus, q culpa imputetur mulaterio, qa prospicere debuit tũc mulaterius tenetur. ista distinctio fit in d. §. qui vinum de campania. Si vero uterque fuit in culpa, deterior esset conditio actoris. Si vero dominus fuit in culpa, mulaterius in dolo, tunc mulaterius tenetur: quia dolus præponderat colpæ, ut no. ff. sol. mat. l. si mora. iste autem dolus probatur, nisi probetur uecturalem, siue mulaterium admonitum etiam a quocũque extraneo, ut ff. de pet. hęre. l. sed si lege. §. scire. Item si erat de consuetudine mercatorũ in talibus capsetia immittere res preciosas: quia ad id, quod communiter fit, debent se contrahentes referre, ut ff. de edil. edic. l. quod si nolit. §. qa assidua. Conclusio hæc est, q aut dolus, uel culpa uecturalis probatur: & uecturalis tenetur, & ad hoc probandum requiritur sciẽtia uera, uel præsumpta. Item qui debet scire, habetur pro sciente, ut l. quod te. ff. si cer. pet. percunctari autem non debuit secreta aliena, nec aperire capsetas, ut l. 2. quando, & quibus quarta pars debetur. li. 10. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXVIII.

1 *Frater non potest fratrem capere, & incarcerare: dato q portet fratrem in scuto depictum pro proditore.*

1 In Christi nomine. †Nõ licuit illi strenuo de salutijs capere fratrem, & deponere in carcerem sine disfidatione: quia dicunt doctores, q est species quasi proditionis, vt no. Io. An. in c. pro humani. de homi. li. 6. in nouel. Item cum ille nobilis non esset Marchio, debuit deferre domino Marchioni. i. accusare tanquam communi domino: nec prædari licuit, vt in c. 1. §. fi. de mili. vas. qui contu. est. vbi non permittitur prædari, nisi quando superior non vult ius reddere. hoc no. C. de iude. l. nullus. Itẽ quod fit priuata autoritate per vsum armorum, capitale est, ut C. vt armorum vsus inscio principe. l. 1. & ideo nõ licuit dicto strenuo fratrem armorum, quem sic vocat. C. de pac. l. licet sua autoritate capere. & hoc est licitũ solum in vno casu, quando frater contra alterum committit proditionem: non autem quando alter committit contra tertium. Et hæc faciunt contra strenuum de salutijs. sed contra istum aliam facit, quia prouocauit illum tanquam proditorem: & portauit ipsum in scuto depictum pro proditore: nam hoc non est licitũ, quia maior iniuria est ista, quàm famosus libellus, de quo est pœnæ capitalis, vt l. 1. de famosis libellis. nemini enim licet imponere malum nomen. ff. ad Treb. l. facta. §. si in danda. nam non reperitur in iur. de ista pictura, q sit permissa, nisi forte habentibus merum Imperium, & causa cognita, & lata diffinitiua sententia. & ideo qui vult iustificare hoc debet probare hoc per consuetudinẽ armorum: & se fecisse illud, quod arma requirunt. & facit. ff. de iniur. l. vestẽ sordidam. sed ista non determinant propterea quæstionem, quia quæstio est, cũ sit causa proditionis, an debeant inuicem duellare, vt insti. de hære. ab intest. §. per contrarium. & videtur, quòd sic. In contrarium quia istæ proditiones non respiciunt idem subiectum, nam iste dicit, quòd alter voluit prodere Marchionem: & hoc tẽtauit: aduersarius dicit, q iste prodidit se, cuius erat frater &c. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXIX.

1 *Iurisditio, honor, territorium, districtus, comitatus, præstationes naturales, reales, perpetuæ, temporales, decimæ, decimationes, quomodo inter se differant: & quæ ex his debeantur archiepiscopo.*

In Christi nomine. Ad euidentiam pręmittendum est, q secundum ea, quæ proponuntur, dominus Archiepiscopus Mediolanensis in dicta magna valle habuit, & habere consueuit iurisditionem, honorem, districtum, & quasdam reales, & perpetuas præstationes, & frumenta sub antiqua mensura mẽsurandi, quę minor erat, quàm nouella. Ista enim differunt, nã iurisditio est potestas iuris reddendi per se, vel alium, vt ff. de iuris. om. iu. l. Imperium. §. fi. & tam per modum necessarię iurisditionis, & contentiosę, vt ff. de ver. ob. l. inter stipulantem. §. sacram. per modum iurisditionis voluntariæ in beneplacitis partium, quæ desiderant iudicis decretum, vt l. 2. ff. de officio proconsul. † honor autem est, quãdo in iucunda visitatione domini Archiepiscopi fiunt ei honorantiæ, sicut sunt xenia, & caritiæ, seu blanditiæ, quæ fiunt pro ipso visitando, vel misso ab eo, & similia. ad istam etiam honorificentiam pertinent omnes operæ obsequiales, & reuerentiales, vt in c. 1. §. similiter, qui. mo. feu. amit. colla. 10. districtus autem est territorium, cui iurisditio inest, vt in c. vbi periculum. de elec. lib. 6. & no. in l. 1. C. vbi de pos. agi oportet. & inst. de act. §. rursus. & differt a comitatu: quia comitatus proprie est ciuitatũ districtus, etiam dominorum. est enim comitatus quædam ciuitatis accessio, & eius naturales pertinentiæ, de rest. spo. c. cũ ad sedem. reales autem, & perpetuæ præstationes sunt, veluti quolibet anno tantum frumentum, vel tanta quantitas pecuniæ loco frumenti. Item & decimæ sunt realissimæ præstationes: & si quidem descendunt a iure speciali, nõ possunt omnino transferri ad laicos: sed si descẽdunt a iure temporali, quæ proprie non appellantur decimæ, sed certe decimationes, bene cadũt in laicos, vt si Imperator concedat mihi decimas cuiusdam sui territorij temporalis: sicut enim potest concedere totum, ita & partem: sed de hoc nihil ad propositum nostrũ: sed solummodo considerandũ est, q temporales, perpetuæ, & reales: & quasi reales præstationes, quarum exactio autoritate regis, vel Principis initiata est, temporalis simpliciter est dicenda: & ad temporalitatem, non ad specialem pertinet Archiepiscopatus, nisi inquantum est res ecclesiastica: quia sancta sanctorum sunt domino, vt dicit Inn. his præmissis considerandum est, q ex quo dominus Archiepiscopus non vtitur temporali iurisditione in iusdicendo, onera, quæ concernunt exercitium illius iurisditionis, dicti vallenses non tenentur subire: cum ea faciunt sub Magnifico, ar. ff. de condi. & dem. l. plantius. §. item scinditur. & ff. de alimen. leg. l. alumnæ. §. seia. quia cessante causa cessat effectus. Alia autem onera, quę respiciunt honorificentias, reales præstationes, cũ re vera territorium non sit a dominio Archiepiscopi separatum, immo habeat directum vniuersale dominium, subire tenẽtur, quia
1 non cessat causa: ergo non cessat effectus. & in his debet adhiberi consideratio boni viri, vt ff. de contrahen. emp. l. officio. vbi dicitur, q diminuere æquo iudicio arbitrio debet fieri diminutio: & tandiu, quandiu æquum est fieri, & non vltra. de mensura autem veteri, & noua dicendum est, q originalis debet attendi: nisi innouata sit per consuetudinem, vt extra de censi. c. olim. vel per pactum, vt ff. de fideius. l. si ita fideiussorem accepero. & breuiter ista quęstio stat relatiue, nam destructo vno extremo destruitur reliquum: & ecõtra construitur, & remanet saluum, vt l. fi. ff. de accep. la. & ff. de transac. l. qui fidem. & ideo inspiciẽdum est, quid pro quo præstetur: vt sic iustitia, & humanitas hincinde seruetur. vnum non est omittendum, q si dominus Archiepiscopus est in possessione percipiendi, ista possessio nõ debet ei subtrahi, nec interuerti per subditos, nisi autoritate superioris, vt extra de elec. c. querelã. nisi dominus Archiepiscopus hoc sponte pati velit pp paupertatem subditorum. quibus ecclesia debet compati, sicut pater compatitur filijs suis. hoc expresse legitur, & not. C. de annonis, & tribu. l. omnes pensitare. lib. 10. & hoc ad tempus scilicet quãdiu nulla paupertas durat: & extraordinaria onera incumbit, & nõ vlterius, vt ff. de vacatione munerum. l. his oneribus. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXX.

1 *Districtus, & pertinentia qualiter probentur.*
2 *Merum Imperium consistit in quatuor.*
3 *Iudicis partes quæ sint, cum vtraque pars pari modo fundat intentionem.*

4 *Super factis antiquis quæ instrumenta meliora sint.*
5 *Pertinentiarum nomine quid continetur.*
6 *Testes vniuersitatis an testificari possint super territorio.*
7 *Vassallus an possit pro domino testificari: & domestici.*
8 *In possessorio obtinet, qui probat de antiquiori possessione: vel de titulo.*

In Christi nomine. Verba principis Mōtisferrati dicūt: quęstionem, quæ vertitur, & verti speratur inter dilectos nostros vassallos dominos Gabiani, cōmune, & homines dicti loci ex vna parte, & homines fontanei ex altera, occasione podericorum, & finium dictorum locorum, & occasione quorumcunque dependentium ab eisdem, cōmittimus, delegamus sapiēti viro dño Ioanni vicario nostro audiendam, cognoscēdam, & fine debito terminandam summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, cessantibus dilationibus, & cauillationibus quibuscunq;, sola veritate inspecta: & quod non admittat appellationem ab interlocutoria, nisi secūdum ius ciuile, nec etiam ex pręsenti possessione ius aliquod alicui dictarum partium tribuat. &c. Modo pro parte dicti communis fontaneti non oblata aliqua petitione, quia voluerunt se facere actores, fuerunt facta capitula super finibus, & territorijs ipsorum asserentium, ꝙ eorum poderia vadunt vsque ad ripam padi: & ꝙ territoria aduersariorum non extendunt se, nisi vsque ad ripam padi, sed econtra alia pars tenuit possessorium tenēdæ simul cum assertione petitorij, & cum assertione notorij, & perpetuæ famæ circuncolentium: & capitula hincinde facta sunt multum prudenter: tamen prudentius pro parte dictorum nobilium, quia intētant possessionem cū patientia aduersarij vsque ad diem præsentis controuersiæ: quæ patientia in incorporalibus multum operatur, vt in seruitutib^9, iurisditionibus talibus, & similibus, vt l. 2. C. de serui. & aqua. & quàquam pro dicto communi fontaneti, quia nihil est petitum, non posset fundari sententia condemnatoria partis aduersæ: tamen quia pars nobilium, & hominum Gabiani dedit petitionem suam, fundatum est iudiciū hinc & inde: & ideo restat venire ad probationē testium, & instru-
1 mentorum. † Præmitto ad euidentiam totius materiæ, qualiter pertinentiæ, & districtus probentur: dico, ꝙ interdum loca territoriorum sunt euidenter, & notorie discreta: quandoque per vias regales: quandoque per flumina: quandoque per montes, vel valles, quandoque per lapides, vel signa multum apparentia, & istis modis territoria communiter distinguuntur, vt no. Ioan. An. secundum Gos. extra de proba. c. cum causam. interdum etiam probantur fines iurisditionum per expressas, vel tacitas assertiones partium, vt no. C. de contrahen. & commit. stip. l. optimam. & C. de iure delib. l. cum aliquis. interdum per vulgi opinionem, & iudicium circūcolētium, qui in hac materia sunt testes magis idonei, quàm alij, vt in l. 1. §. 1. ff. de flumi. & quanto sunt simpliciores, & rustici, sunt credibiliores, quia non deponunt, nisi de possessione facti tanquam oculis suis semper astantes super ipsa loca, vt not. ff. de ver. obl. l. stipulatio ista. § hi quoque. Item probantur per sententias iudicum, & arbitratorum, vt ff. de arbi. l. inter castellanum. & instit. de offi. iudi. §. fin. interdum per perceptionem redditmum, vt C. finium regun. l. si quis super. Pone ergo, ꝙ testes dicant, ꝙ viderunt vnam partem possidere a tali flumine versus frontem talis castri, vel a tali magno, & insigni lapide, & immutabili, nunquid præsumatur flumē illud, vel lapis in signis esse terminus, necne? Et dicēdum, ꝙ præsumitur: quia sic consueuit fieri. nam consuetudo magnam partem indicat eius, quod quid est, vt ff. de edili. edic. l. quod si nolit. §. quia assidua. & ff. de fun. instru. l. cum de lanionis. § Asinam. & ff. de leg. 3. l. si chorus. §. 1. Item quandoque probātur confines per appositionem custodum, vt ff. de fun. instru. l. si ita. §. villæ custos. Item per exercitium iurisditionis, exactionem talearum, & similia, per ista enim probatur districtus tā in terra, quàm in mari, immo in cælo, & aere: quia vsque ad cœlum debet esse liberum possidentis, vt in c. vbi periculum. de ele. li. 6. hoc modo furcæ significant dominium aeris: quia suspensi pen-
2 det in aere. † & ista est magna significatio meri Imperij, quod consistit in quatuor: sicut sunt quatuor elemēta in aere, vt dixi in igne, vt quando aliquis comburitur propter maleficiū: in aqua, vt quando quis ponitur in eculeo, & in aquam, seu in flumen projcitur, vt l. 1. C. de patribus, qui filios occiderūt in terra. vt enim quis in terra prosternitur, & decapitatur, vt l. 3. C. de epis. audi. cum si. Quia reuertēdo ad propositum dico, ꝙ illa pars, quæ melius probauit confinia necessaria, vel verisimilia, illa pars debet obtinere in causa, quia iustitia pro bonis facit melius probantem esse potiorem, vt C. de edic. diui Adri. tol. l. edicto. §. 1. & ibi magistraliter hæc doctrina,
3 † quando vtraque pars fundat intentionem, sed vna melius quàm altera. Sed si pari modo fundat intentionem, potest iudex ex discreto motu animi sui, solo deo inspecto, & nō adhęrendo per viam alicuius carnalitatis, vel amicitię, vel alterius passionis eligere, quam partem vult obtinere, vt singulariter no. ff. de re iudi. l. duo iudices dati. sed si non vult adhęreri, quia animus suus nō, applicat se magis ad vnum, quàm ad alium, tunc habet locū disputatio illa de duobus pariter probantibus in vti possidetis, de qua no. C. vti possi. l. 1. sed attende, ꝙ illa disputatio non habet locum in iudicio finium regūdorum: quia est iudicium petitorium, vt no. C. de interdi. l. incerti. vnde non potest dicere iudex, vti petitis, ita petatis: quia ista sentētia nihil contineret, vt l. 3. C. de sen. & interlo. om. iudi. oportet ergo, ꝙ inuitis dñibus suis diffiniat. Sed quid est, poterit vti ope agrimessorum, & prudentium laicorum consilio, & maxime seniorum, qui sunt in hac re magis testes credibiliores, vbi de rerum materia agitur, vt ff. de aqua plu. arcē.
4 l. 5. in fi. & ff. de proba. l. si arbiter. † Item super istis factis antiquis meliora sunt instrumenta, quę facta sunt de cōsensu partium, quæ pro tempore erant, in quorum loco nouelli successerunt tanquam palmites ex radice, vt ff. finium regun. l. eos. & ff. de proba. l. celsus. & ibi no. Istis ergo sic theoricę præmissis, & notādæ sunt istæ iuris regulæ ad practicam nostræ quæstionis: & diligenter discutienda sunt dicta testium. Tamen etiam præmittendum est, ꝙ pertinentiæ non solum in possessione, sed etiam in iur. & iurisditione consistunt, vt ff. de ver. sig. l. verbum pertinere. & in d. c. cum ad sedem. de resti. spo.
5 vbi dicit Inno. † ꝙ pertinentiarum nomine tantum intelligūtur, quæ statuto, vel consuetudine, vel lege disputata sunt, vt accedant. & subdit hęc verba, castro autem nihil deputatur a iure, quod sit eius pertinentia: sed tñ ab hominibus, & eorum statutis cōsueuit certum castro territorium assignari, quod sibi in iurisditione debeat, & alijs respondere. Specu. autem in titu. de resti. spo. §. quia vero. versi. quid de colligētibus pedagia. dicit, ꝙ quædā sunt, quæ non consueuerunt obtineri, nec per priuilegium Principis, vt pedagia, passagia, vel salmaria. & vbi non constat de priuilegio, requiritur possessio, & quasi tanti temporis, cuius contrarij memoria non existat, vt extra de ver. si. c. super quibusdam. non tamen credo idē in pręscribenda iurisditione contētiosa: quia illa competit municipijs de iure communi quantum ad simplicem iurisditionem, & quasdam paruas mulctas, vt in authen. de defen. ciui. §. & iudicare. merum etiam, & mixtum Imperium possunt præscribere longissimo tempore, vt C. de diuer. offi. l. viros. li. 12. non tamen passagia &c. quæ sunt Principi reseruata, vt in c. 1. quæ sunt regaliæ. coll. 10. Item præmittendum est, ꝙ antiquior possessio, quæ antiquitus fuit pacifica, licèt postea inceperit turbari, potior est nouella in quietatione aduersariorū, quia quāto antiquior, tanto iustior, & vis turbatiua non debet turbantibus patrocinari, vt extra de proba. c. licet causam. his igitur præmissis considero hinc & inde testes esse multum varios, & discordes in possessione, & quasi territorij: quinimo aliqui conantur iurisditionem, & quasi possessionem iurisditionis approbare: & incipio a nobilibus, & cōmunitate Gabiani: quia actores sunt, & probant ipsorum territorium, siue pertinentias vltra padum vsque ad locum vialegij, & locū canecagnarum. Item aliqui testes dicunt, ꝙ si mittebātur bestiæ infra dictos terminos, domini, & homines Gabiani mittebant ad capiendum ipsas, & faciebant, ꝙ illi quorum erat, restituebant damnum: & soluebant pœnam, & ita dicunt Francischinus, Gocerius, & Corradus. Item Gulielmus de Vbio dicit, ꝙ dicti nobiles, & homines Gabiani tenuerunt, possederunt, & quasi

prædia, bona, possessiones, & res in contrata valisij inclusiue veniendo versus Gabianum vsque ad ripam padi libere tanq̃ proprium territorium, & poderium, & de poderio, & districtu Gabiani. Item Ioannes super 4. capitulo. Item facinus super 4. cap. dicit, q̃ homines fontaneti per vim, & violentiam miserunt bestias suas ad destruẽdum prata &c. Item Gulielmus de Lorella super primo, & 10. capitulo. Item Gulielmus de Ranerio super 10. capitu. & super quinto, licèt dicat se nescire, quid est quasi possessio. Item Antonius super cap. 1. qui etiam interrogatus quid est territorium, respondit, q̃ sunt terræ, prata, possessiones, & nemora. Item Angelinus de monte. Item Gulielmus de Ranis, tamen notandum est, quòd quidam testes deponunt ad plenum, quidam non. Item notandum est pro parte istorum nobilium instrumẽtum antiquum publicum, quo cauetur, quòd lis fuit iam de dictis confinibus: & fuit declaratum, cui declarationi est standum, vt ff. de arbi. l. inter castellianum. Nunc videamus testes, videlicet pro communitate Fontaneti, & certe testes eorum deponunt in effectu totum contrarium: & sunt 8. testes, vel circa, qui per visum deponunt, quòd territorium Fontaneti extenditur vsque ad flumen padi. & deponere videntur, q̃ insolidum, & per consequens, quòd domini, & homines Gabiani non habeant ius in dicto territorio, vt extra de causa pos. c. cum ecclesia, modo quæritur, quid dicendum est in ista materia? non potest negari quin testium, & turbationum hincinde varietas obscurant litem, & possessionem faciat, vt est gl. ordi. ff. quod
6 met. cau. l. extat. † Item non potest negari, quin sit dubium in iure, vtrum testes vniuersitatis possint testificari super territorio: tamen communis opinio est, q̃ sic, si eis non applicatur commodum, vel incommodum, secus si immediatum commodum perciperent, vt not. in Spe. de teste. §. opponitur. ver. sed nunquid in causa vniuersitatis. & l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. & per Cyn. & C. de testi. l. parentes. per
7 Cyn. † Item de vassallo, vtrum possit testificari pro domino; similiter est dubium in iure: tamen finaliter dicendum est, quòd isti non repellunt ex aliquo capite principali alicuius legis hoc dicentis, sed ex generali capite, quia sunt domestici; & eis potest imperari. Spec. videtur dicere, quòd repellantur, in Specu. de teste. §. op. ver. item excipitur. quòd est domesticus, sed nonne communitas potest imperare vni de communitate, & tamen non repellitur? Item quis est magis domesticus, quàm ciuis eiusdem ciuitatis? & tamen non repellitur secundum eundem Specu. vnde si hæc consideres, Specu. videtur variari, sibijpsi. solutio, dicendum est hoc esse arbitrarium, nam testis est bonæ vitæ, & famæ, & verisimilia deponit: & maxime si coadiunatur dictis aliorum, qui nõ sunt vas salli, creditur eorum testimonijs tanquam corroborati per bonam vitam, famam, & alios testes extrinsecos, vt ff. de lega. 3. §. in magis. & ff. de eden. l. si quis ex argẽtarijs. §. 2. ibi, quid
8 enim &c. † modo oportet recolligere omnia prædicta, & venire ad conclusionem: & dico, q̃ res est omnino dubia propter intricationem probationum, & possessionum; & mixturam actuum hincinde: ille vincit in causa, qui habet antiquiorem possessionẽ, vt extra de proba. c. licèt causam. & si non constet quæ possessio sit antiquior, & vnus habet titulũ, alter nõ habet titulũ, ille vincit tã in petitorio, quàm possessorio, qui habet titulũ, hoc expresse determinat In. de Ant. C. de rei vē. l. quoties, & quia nobiles de Gabiano ostendunt de eorũ titulo, & causa per compromissum, & laudum inde sequutum, quod habet vim transactionis, & per consequens vim rei iudicatæ, & diffinitæ sententiæ, vt no. in Auth. vt diff. iud. §. 1. Quatenus continetur in eorum insso, nihil est dubium, q̃ ipsi habent ius, & si dubitatur, an sint eadem corpora, eatur ad loca: & subijciantur suis oculis, vt ff. finium regun. l. si irruptione. §. ad officiũ, quantũ vero ad alia dicti nobiles, & cõe vincunt per antiquiorem possessionem probatam per testes minus suspectos, vt C. de edic. diui. l. edicto. §. j. & quia probatum est, q̃ homines de fontaneto fuerũt turbatores: ergo posteriores, vt no. in l. 1. C. de app. Concluditur igitur, & necessario sequitur, q̃ illi nobiles de Gabiano, & communitas Gabiani fouent iustitiam: & pro ipsis ferenda sententia: & alteri parti perpetuum silẽtium imponendum. Et ita teneo ego Baldus. [illegible]

[illegible]

CONSILIVM CCCCXXI.

1 *Vxor an possit recipere a marito refutationem depositi olim facti patri suo, cuius ipsa non est hæres, sed nomine fratris sui, qui est hæres.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum vxor possit recipere a marito refutationem cuiusdã depositi olim facti patri suo, cuius ipsa nõ est hæres, sed recipit eam nomine fratris sui, qui est hæres? & videtur, q̃ non: quia præsumitur donatio, quæ nõ valet inter virum & vxorem. Item quia præsumitur non habere pecuniam nisi de bonis viri, vt ff. de dona. inter vir. & vxor. l. quintus. & sic viro non est satisfactum. Contrarium dico, nã ista non est donatio inter virum & vxorem: cum vxor non efficiatur locupletior ex tali liberatione, vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. si sponsus. §. concessa. Item non ob. lex quintus. quia nõ præsumitur, q̃ pecunia sit viri, cum contrarium asseueret, imo præsumit esse illius, cuius nomine soluta est, vt ff. de prob. l. cum de indebito. illud etiam non est dubitandum, q̃ etiam per partum valet liberatio, etiam non apposita causa donationis, vt ff. de pac. l. tale pactum. in prin. satis etiã puerliter quæritur, vtrum possit probari per instrumentum cum duobus, vel tribus testibus descriptis in instrumẽto? & non est dubiũ, q̃ sic, ut C. de test. l. testium. & in Aut. de fide instr. §. oportet. cum tota sua materia uulgarissima. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXII.

1 *In dote, & in donatione ante nuptias quis alteri stipulari potest? sed an mulier poterit agere sine cessione.*

In Christi nomine. In Ciuitate Alexandriæ talis est casus. Gregorius fuit confessus se a fratribus Franciſchinæ eius uxoris dotis nomine habuisse lib. quadringentas Imperalium in dotem, & nomine dotis, ac solemniter stipulantibus nomine; & uice Franciſchinæ sororis suæ, & vxoris dicti Gregorij: unde dictus Gregorius dedit dictę Franciſchinæ pro donatione pp nuptias, & nomine antifacti secundum morem, & consuetudinem ciuitatis Alexandriæ. lib. c. Imperialium, quam dotẽ cum antifacto prædictus Gregorius promisit dicto Ludouico, & fratribus recipientibus dicto nomine dare, & soluere, si casus extiterit exigendæ, & recuperãdæ dotis, & antifacti. Modo extitit casus recuperãdę dotis, & donationis ante nuptias
1 † quæritur, utrum mulier possit agere sine cessione? & uidetur, q̃ non per iura uulgaria, quę dicunt, q̃ alteri per alterum non quæritur actio, nisi postea cedat, ut instit. de inuti. sti. §. si quis alij. & plene no. C. de act. & ob. l. 1. & 2. ff. fam. her. l. plane. ff. mãda. l. si procuratorem. §. si. ff. de leg. 1. l. huiusmodi. in prin. ff. de pac. do. l. inter socerũ. §. pro so. ff. de leg. 1. l. huiusmodi. in princ. nam cum speciale sit in certis casibus, ut agatur sine cessione, ut ff. de adop. l. non alter. & l. his uerbis. ergo in contrarium est ius commune, ut ff. de legi. l. ius singulare. Amico considera, q̃ mulieri, quam extraneus dotat etiam sine ulla stipulatiõe cõpetit accessio directa ex stipulatu, ut C. de rei uxo. act. l. 1. §. 1. multo fortius ex stipulatione inutili. idem probatur expresse in eadem l. §. accedit. & C. de pac. conuẽ. l. ex morte. & ideo de hoc ridiculum est dubitare: quia est casus legũ in dote. sed de donatione propter nuptias posset dubitari: quia nullo iure expresse cauetur, quòd mulier donationem propter nuptias uideatur tacite stipulata, sed tamen idem dicendum est in donatione: sed alia ratione. s. quia in contractu donationis est, speciale, ut l. 1. C. de don. quæ sub modo. Item quia cum uerba instrumenti dicant quòd d. Gregorius dedit eidem Franciſchinæ propter nuptias præsumitur, q̃ dicta Franciſchina fuerit præsens, tex. est in l. 1. C. de contrahen. & com. stip. & siue arbiter, siue iudex pronuntiauerit cõtrarium, fuit in lata culpa: quia ignorauit ius: & non est illud ius absconsum, sed omnibus in iure peritis notorium, ut ff. de uer. obl. l. sciendum. & insti. de inuti. stip. §. si scriptum. & ad confirmationem prædictorum facit. ff. de uerb. obli. l. si procuratori præsenti, nec expedit hic ad materiam legis casus solu- 2
matri.

matri. & ista est veritas. & sic domina Franceschina habet iustitiam luculentam. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXXIII.

1 *Substitutio dubia inter liberos an interpretetur fideicommissaria, an pupillaris.*

In Christi nomine. Verba testi dicunt instituit Nicolellum, Petrum, Henricum, Iacobum, & Franciscum æqualibus portionibus: ita q vno moriente sine hæredibus ex se descendentibus alius, & alter alteri succedat. Iste notarius fuit pessi-
2 mus grammaticus.† dubitatur, vtrum ista substitutio sit pupillaris, ita q mater excludatur totaliter. & vr, q nõ, quia ista substitutio vr fuisse fideicommissaria propter illa verba, sine legitimis hæredibus, vt no. C. de impu. & alijs substi. l. precibus. & extra de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. In contrarium vr per glo. ord. quæ est insti. de pupil. substi. §. qua ratione. quæ glo. dicit expresse, q in pupillari ætate ista substitutio est pupillaris. Præterea hoc probatur tali ratione: vbi gl. sunt contrariæ, quæstio est dubia: sed de ista substitutione sunt gl. contrariæ: ergo ista substitutio est dubia: tunc arguo sic, substitutio dubia inter liberos censetur directa, vt not. ff. de vulga. subst. l. verbis ciuilibus. vbi est glo. singularis. ad idẽ quia in testamentis fauorabilior pars est eligenda: sed substitutio pupillaris est fauorabilis, fideicommissaria vero non est fauorabilis, vt no. C. de inof. test. l. ex tribus. ergo in dubio ista substitutio est interpretanda pupillaris. præterea hoc cõfirmatur ex voto parentum, qui quàm plenissime videntur liberis suis ex voto conferre, vt C. de fideicom. l. cum acutissimi. & ff. de bonis libe. l. nihil. §. facilior. Item substitutio pupillaris est plenior, quàm fideicommissaria, ergo amplectanda, vt ff. de hær. instit. l. 1. Præterea hæc verba, succedant alter alteri, sunt verba directa: quia proprie successor est ille, q in vniuersum ius succedit, vt C. de hære. insti. l. fi. Item ille dicitur succedere in dominio, & hæreditate, qui directe succedit, arg. ff. si ager. vecti. vel emphy. peta. l. 2. §. qui in perpetuum. vltimo hoc est expressum in c. si pater. de testa. lib. 6. non ob. glo. quæ in l. precibus. quia illa gl. debet intelligi, quando testator non processit vltra ad verba directa: secus enim si vltra processit ad verba directa: quia tunc est substitutio directa, & mater omnino excluditur, licèt sit apposita illa conditio, si sine liberis. text. est. de vulg. subst. l. centurio. Ex his concluditur, q vxor dicti testatoris debet habere solummodo legata sibi relicta, quæ potuit donare, cuicunque voluit: & quòd de dictis legatis nihil petere potest. ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXXIIII.

1 *Clausula derogatoria continens impossibilia quid operetur? & an habeatur pro non apposita? & an primum testamentum habens clausulam derogatoriam tollat secundum.*

In Christi nomine. Verba apposita in primo testamento sic dicunt: protestans dicta testatrix, q non intendit, nec vult facere aliquod aliud testamentum, seu codicillum, nec etiam intendit dicto testamento in aliquo derogare, & si aliquod testamentum appareret post præsens testm̃, nõ valeat, nisi in eo descriptum esset totum psalterium ecclesiæ. deinde dicta testatrix decursso quasi decennio fecit secundum testm̃ præmittẽs hæc verba: videlicet dixit, q vult, & mãdat, q omne testm̃ per ipsam hinc retro factũ, & omnis eius vltima voluntas sit cassum, & cassa. & istud præsens testamentum, & contenta in eo in suo robore perseuerent: in omnibus alijs bonis suis instituens eundem hæredem, quem primo: subijciẽs deinde clausulam codicillarem in forma communi. modo quæritur, qđ
1 istorum testamentorum debeat præualere. †considera, q clausula derogatoria apposita in primo testamẽto habet quædam verba derogatoria enunciatiua ibi, dum dicit, quòd non intendit, nec vult facere, nec derogare. Item habet quædam verba derogatoria dispositiua ibi, dum dicit, non valeat cum quodã adiuncto, videlicet nisi &c. Quia modo si consideras verba enunciatiua, illa nihil operantur: quia intentio, & volontas potest mutari: & naturaliter, & necessario euenit, quòd anima hominis non stat in eisdem motibus. Item & de iure hoc euenit, quòd mutare potest, vt l. 1. C. de sac. sanct. eccle. & l. diui. §. licet. de iure codicil. ff. de adimen. leg. l. Quod iterum. ff. de legatis tertio. l. si quis in princip. testamenti. ff. de legatis primo. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. Si autem consideras verba dispositiua, videlicet verbum nõ valeat, hoc testator non potuit facere, quòd vltima sua voluntas non valeat: nisi non referat se ad iuris dispositionem, sed ad suam intentionem dicendo, quòd protestatur, quòd non vult valere: tamen si iungas verba enuntiatiua dispositiuis, iste est sensus verborum, quòd ex nunc, prout ex tunc non vult valere, nisi seruetur illa forma descriptionis totius psalterij. sed aduerte super hoc, nisi, quia istud nisi est impossibile, aut impossibile propter nimiam difficultatem, & ideo istud nisi &c. habetur pro non adiuncta, ac si diceret nisi cœlum digito tetigero, vt l. 1. ff. de conditio. institu. Ex quo sequitur, quòd clausula derogatoria remanet solum in suis finibus, videlicet derogatorie. ex quo sequitur, quòd siue dicamus dictam clausulam appositam in derogationem legum non valere, siue in derogationem voluntatis, sublata est per posteriorem derogatoriam consimilem quantum ad generalitatem verborum affectualium, & maioris potentiæ, quia vltima derogant prioribus: & maxime quo ad legata, & ad pias causas, vt ff. de testamen. mili. l. militis codicillis. §. veteranus. C. de lega. l. datum. C. de fideicommis. l. fideicom. & insti. de ademptione legatorum. §. 1. cum similibus. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXXV.

1 *Collegium constat ex duabus partibus trium partium.*

In Christi nomine. Statuto venerabilis collegij medicorum, & artistarum studij Papien. cauetur, quòd omnia statuta intelligenda sunt simpliciter, prout sonant: nec glosanda sint, nisi ad sensum, quem manifeste faciunt: nec possit de aliquo termino per statutum cum aliquo dispensari, nisi fuerit de voluntate trium partium doctorum collegij. Item proponitur, quòd alio statuto cauetur, quod doctores numerarij debeant esse duodecim, qui habeant voces, & percipiant salarium: possint tamen, & debeant aliqui recipi supernumerarij in dicto collegio, dummodo sint doctores originarij, vel de districtu, vel episcopatu Papiæ, vel forenses, dummodo sint salariati, & legentes: & isti supernumerarij possint præsentare, & conuentuare. modo accidit; quòd conuocato dicto collegio interfuerunt septem, & prior: ibi omnes fuerunt citati, tamen tres erant absentes, alij vero non interfuerunt vno excepto, qui comparuit post propositam factam a priore, & contradixit: numerus autem omnium habẽtium plenam vocem
1 erat tredecimus doctor.† Quæritur, vtrum ille, de quo quæritur, quòd erat doctor artium, sed non salariatus, & erat siculus, per priorem possit, & debeat recipi? Item quæritur, an si de rigore non deberet recipi, possit tamen per dictum priorem rebus sic se habẽtibus recipi, maxime cum absentes sint contenti, quòd recipiatur. super istis propositis multa possent dici. Nam primo videtur, quòd non possit, & non debeat recipi: & hoc tam de iure communi, quàm per formam dicti statuti. nam in proposita, citatione quã fecit prior, non interfuerunt duæ partes collegij: quia octo non sunt duę partes. determinatum ergo collegium non fuit cõgregatum: quia duæ partes publicæ congregatæ faciunt collegium, & non pauciores, vt ff. quod cuiusq; vniuersi. nomine. l. nulli. & C. de decurio. l. denomina. formæ. & plene no. ff. de reg. iu. l. aliud. §. refertur. & ff. ad muni. l. quod maior. Item per formã statuti: quia statutum volt, q consentiant tres partes doctorum collegij: quæ verba videntur sonare numerum personarum, vt in cap. quod circa. de electio. in clemen. vnde posito, quòd interfuissent nouem, tamen non consenserunt tres par-

res de toto numero collegij, ergo &c. cum debeat stari primæ faciei verborum sine alia interpretatione. In contrarium videtur ipsa veritas: quia licèt a principio non fuerint, nisi octo, superuenit nonus incontinenti: & est in actu sequenti, dum ille loqueretur: & licèt contradixerit, fecit tamen numerum, sicut nos dicimus in arbitris, cum minus noceat contradictio in præsentia, quàm absentia, vt ff. de arbitris. l. tres. non enim erat actus cõsummatus, cum adhuc duraret tractatus, & deliberatio quid fiendum. & sic non erat in actu exclusiui, vt l. contractus. C. de fid. instr. & C. de testa. l. cum antiquitas. vnde apparet, q congregatio fuit solennis, & perfecta, quia interfuerunt plusquàm duæ partes, non computato priore. Ex hoc immediate sequitur, quòd tres partes istarum duarum partium, quæ conficiunt plenum collegium, dictam deliberationem facere potuerunt per. iura vulgaria superius allegata: quinimmo voces absentium præsentibus recessisse, & accessisse videntur, vt singulariter not. Iacob. de Are. ff. de fideicommis. liber. l. si legatario. §. a duobus. & expresse probatur extra de electione. c. cum nobis olim. sed posito, & non concesso, quòd non deberet de necessitate recipi, dico, quòd potest de iure recipi: & de vrbanitate debet recipi. vbi est considerandum quòd forma statuti super recipiendo dicit, possint, & debeant: ita quòd tradit formam necessitati, & potestati simul futurę per copula. soli autem potestati non tradit formam? & quicquid iudicis necessitati non imponitur, etiam potestati denegare videtur. ff. de iudi. l. non quicquid. & l. 1. C. quomodo, & quando iudex. Quapropter videtur mihi, q consultius a temerario contradictore desistatur, quàm honor debitus impediatur. & maxime cum forte dictum statutum in aliquo sapiat monopolium, vt extra de præben. in capitulo venerabilis. §. nos igitur. & extra de consti. c. omnes. §. mandamus. Illud stat de iure communi, quòd absentes extra iurisditionem citandi non sunt, nec præsentes impediunt, vt ista fiat nominationum forma. & notatur in capitulo præsentiũ. de testib. lib. 6. in glo. super verbo, ipsorum. Item illud est certum, quòd quando dubitatur de mente statuti, statutum debet intelligi secundum ius commune, vt C. de noxa. l. si serui. extra de consue. c. cum dilectus. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXXVI.

1 *Pœna furcarum an sit maior pœna decapitationis? & nu. 4.*
2 *Pœna qualibet corporalis est maior quacunque pecuniaria.*
3 *Quando lege confiscat bona, ista pœna venit per sententiam legis.*
5 *Priuari sepultura est maxima pœna.*
6 *In pœna furcarum non veniunt bona.*

1 In Christi nomine. †Præmittendum
est ad euidentiam
quòd pœna furcarum maior est, quàm decapitationis: licet
per vtrãque pœnam anima separetur a corpore. & iden milites, qui debent perdere vitam propter maleficium, de consuetudine decapitantur: non autem suspendũtur furca, etiam ex
delicto, ex quo plebeius suspenditur. ita dicit notabiliter glo.
2 in l. desertorem. §. 1. ff. de re mili. †Secundo ego præmitto ad
euidentiam, quòd quælibet pœna corporalis maior est quacũque pecuniaria, vt leg. & not. ff. de pœnis. l. in seruorum. §. fin.
& ideo facta comparatione pœnæ personalis ad pecuniariam
semper pœna personalis intelligitur esse maior, vt C. de infa.
l. & si seuerior. & ff. eo. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ibi ple
3 nissime notatur. †Tertio præmitto ad euidentiam, quòd quã
do lex ipso facto confiscat bona, ista pœna venit per sententiam legis, quamquàm sit necessaria declaratio iudicis, vt in
c. pro humani. de homi. lib. 6. & arg. ff. de iure fisc. l. eius, qui
delatorem. & hic consueuit appellari cano. latæ sententiæ, vt
not. ff. de cap. dimi. l. amissione. §. qui deficiũt. Quarto est prę
mittendum, quòd decretum domini loquitur de extrahendo
bannitum de banno simili, pari, vel minori, vt patet in litera
4 decreti. †Sed facta comparatione pœnæ furcarum ad pęnam
decapitationis pœna furcarum est magis realiter, & magis
ignominiosa: quia pœna decapitationis est instantanea: pęna
vero furcarum habet aliquem temporis tractum. vnde non
5 est dubitandum, quòd est naturaliter maior. †Item quia corpus non traditur sepulturæ. & priuari sepultura est maxima
pœna, vt C. de his, qui patrem, vel lib. occi. l. 1. huc accedunt
duæ viuæ rationes. nam pœna furcarum hic fuit maior re, &
effectu, quia executa, & decessit seruus pęnę. homo autem, de
quo quæritur, viuit tam naturaliter, quàm etiam ciuiliter, id
est de iure, & de facto: cum non sit in forma insdicentis, vt in
c. pastoralis. de re iudi. in clemen. & l. in laqueum. ff. de acqui
ren. rerum domi. Præterea ista sunt duo banna, vnum in persona, aliud in bonis: quia pęna adiuncta per copulam, & facit
duas esse sententias: vnam in personam, aliam in habere: &
vtraque per se censetur notabilis. tex. est in l. 4. C. si pend. appellatio. mors interuene. & glo. ordin. in Authen. de armis. §.
oportet. colla. 6. & est glo. valde sing. Quantum vero ad pœnam capitis nulla dubitatio est, quòd ab ea rebanniendus est:
licet forte bona non recuperet: quia quantum ad bona differt
6 a pęna furcarum, in qua non veniunt bona. † ista est glo. singular. in l. a. C. qui testa. face. poss. cum pęna furcarum veniat
ex delicto priuato, non publico, vt eleganter not. glo. in l. penult. ff. de condit. ob causam. ex quibus euidenter concluditur prædictos bannitos occasione dicti homicidij secundum
verba, & mentem decretorum domini nostri, & de rigore iuris, & pro punctis rationis esse a banno capitali radicitus liberandos, ac etiam cancellandos. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXXVII.

1 *Sententia a partibus approbata non dicitur sententia, si non fuit substantialis solennitas seruata in procedenda. sed vim habet pacti.*

In Christi nomine. In causa spectabilis militis dom. Verolini de Mandello visa sententia lata de consensu partium
1 per do. Bertrandum de Arnessario &c. †Considerato, quòd
lis non fuit contestata, nec iuratum de calumnia, nec aliquis
ordo seruatus de ordinibus substantialibus, certum est, quòd
sententia non valuit, quia licèt partes consentiant sententiæ
tamen non cõsenserunt, vt procederetur substãtialibus omissis: & posito, quòd consensissent in omnibus, & per omnia,
non posset eorum consensu ordo legitimus impediri, vt C. de
lit. contesta. Authen. offeratur. & expresse not. extra de offic.
delega. capitulo de causis. & extra de libel. obla. capitulo primo, facit quod not. in capitulo sæpe. de verborum significatio. in clemen. vnde manifeste apparet, quòd dicta sententia
re in vim sententiæ non valet. Sed videndum est, vtrum dictus consensus valeat iura pacti: & dicendum est, quòd consentire, & pacisci non sunt proprie idem, vt l. aliud est vendere. ff. de regu. iur. & l. si pater. in fin. ff. de man. vindi. tamen aliquando consensus idem operatur, quod pactum: immo ipsum inest pactum, quando ex consensu ventum est ad traditionem, vel quasi. nam ille, qui est munitus traditione consensu, iustam habet exceptionem: licèt pactum de se sit nudum,
vt ff. de pac. l. diuisionis placitum. & ideo dicta sententia inquantum est absolutoria, quamquàm sententia non valeat, tamen quia consensus habet vim pacti de non petendo, obstat
agenti exceptio, si dominus Verolinus est in possessione, vt in
l. 1. C. communia vtriusque iudic. Illud non est dicendum,
quòd istud pactum dicatur factum in iudicio, quia istud non
est iudicium, cum non fuerit seruata solennitas. remanet igitur consensus in forma nudi pacti, ex quo de iure ciuili oritur exceptio, non actio: sed de iure canonico oritur actio,
si nihil est impletum ab agente, vt extra de pactis capitulo
primo. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXXVIII.

1 *Appellari ab executione quando possit, & qualiter? & an per appellationem etiam si non fuerit admissa, retardetur executio.*
2 *Clausula, non admittimus nisi, & quatenus, & de iure tenemur: quomodo intelligatur.*
3 *Dictio, nisi, quid importet.*

In

In Christi nomine. Delegatus apostolicus super collatione, & assignatione prioratus post appellationem interpositam, quam appellationem non recipit, nisi in forma, quæ sequitur, videlicet non deferimus, nisi inquantum deferre tenamur de iure, implorat brachium seculare per executio-
1 nem collationis prædictæ. quæritur, † vtrum rebus sic se habentibus iudex secularis teneatur, vel possit de iure eius parere mandatis: cum contra literas apostolicas fuerit opposita surreptionis exceptio: & siue super ea fuerit pronuntiatum, siue non: visis apostolis, & actis actitatis in causa, dicendum est, quòd delegatus ad conferendum si apparet contradictio, siue antequam conferret, siue postea, qui se allegat iurisdice possidere, non debet facere executionem collationis, nisi asfirmat partes iudicis delegati: quia cognoscere de causa requirit iudiciariam discreptationem, vt est text. & gloss. magistra in capitulo primo, de offic. delega. in clemen. & ideo appellationem rationabilem tenetur admittere, quæ sit a realitate executionis. & sit rite, etiam si non solenniter. nam in omni executore, qui exequitur id, quod est extra munus iurisdictionis, potest appellari, inserta rationabili causa, vt C. quorum appellatio. non reci. l. ab executione. licet secus esset in executore, qui nullam haberet agnitionem, vt extra de re iudi. capitulo de cætero. & de appellatio. capitulo nouit. nisi excederet fines commissionis in exequendo: & tunc nõ est proprie appellatio: sed quidam recursus, cum fiat a non iudice, vt ff. qui satisda. cogan. l. arbitro. secundum vnam lecturam. Item notissimum est in iure, quòd pendente appellatione ab vltimo fine litis nihil potest innouari. ff. nil nouari appellatio. penden. per totum. & l. tertia. C. de appellatio. & C. de sententijs, & interlocuto. l. cum solitis. & ff. de minor. l. intra vtile tempus. & ff. de infami. l. furti. §. 1. Ex quibus apparet, quòd in casu nostro cum pendeat appellatio, cessat executio, vt in capitulo non solum. de appellat. libro sexto. sed vltra hoc est
2 ad euidentiam † præmittendum, quòd quando iudex dicit, quòd non deferimus appellationi, nisi quatenus tenemur de iure: quòd aut dat apostolos refutatorios tantum, aut mixtos, videlicet refutatorios, & reuerentiales. primo casu videretur dicendũ, quòd dicti apostoli essent simpliciter refutatorij, tamen non est verum: quia apostoli refutatorij sunt expressi, sed
3 tacite inclusi sub dictione, nisi sunt admissorij. † & hoc propter naturam dictionis, nisi: quia vbi habet antecedens negatiuum, videtur affirmare, vt not. Dyn. in capitulo peccatis. de regu. iur. libro sexto. cum similibus. Secundo casu nullum est dubium, quando apostoli sunt mixti, nam sensus apostolorum est, non deferimus, id est non debemus deferre de iure: sed propter reuerentiam deferimus. & natura istorum apostolorum est, quòd tales apostoli sunt delatiui, tamen modificatiui delationis, quia propter reuerentiam, iurisdictionem tamen ad se aduocat, si quam tamen retineret, vt in capitulo ab eo. de appellatio. libro sexto. Puta quando appellatio est dubia, vtrum de iure teneat, necne, semper est deferendum: & si non defertur a iudice, defertur a lege, vt l. si cuius. ff. de appellatio. reci. sed hic non potest negare, quin sit dubium: quia quæstio facti per negationem efficitur dubia, donec sententia transeat in rem iudica. ff. de conditio. indebit. l. eleganter. §. si post. Porro examen istius veritatis translatum est ad Papam per appellationem interiectam, vt C. de tempo. appellatio. l. per hanc. & aduertendum est, quòd illa verba, si & inquantum. pendent ex futuro euentu, qui debet declarari per iudicem appellationis, & ideo interim est supersedendum, vt in capitulo secundo, in fin. extra de restitut. in integr. & ff. de excusatio. tuto. l. diximus. Quapropter sequitur, quòd inuocatio brachij secularis nullo iure subsistit. Et considerandum est, quòd ista impetratio non habet locum, nisi in notorijs, a quibus non potest appellari, & sic reducuntur ad concordantiam Innocen. & Archidiac. qui contrariari videntur adinuicem, scilicet Innocen. in capitulo significasti. de offic. deleg. & Archidiaco. in capitu. vt officium. de hære. lib. sexto. & facit capitulo vltra. de exceptio. lib. sexto. in ratione sui. & maxime attenta pendentia termini prædicti quinquaginta dierum, qui nondum lapsus est, vt extra de appellatio. capitulo personas, & verbis extunc. & quod not. in dic. capitulo cum appellationibus. in glo. penul. in versi. sed elapso termino signato. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXXIX.

1 *Ignorantia an excuset feudatarium, qui non petijt inuestituram intra annum, & diem. & quid de impotentia. numero 2. & 4.*
3 *Feudatarius, qui cecidit a feudo, an cadat ipso iure, an requiratur sententia.*

In Christi nomine. Quidam nobilis possedit quoddã feudum antiquum, & paternum per sexaginta annos, & vltra, computato tempore suo, & suorum auctorum: & decessit relicto hærede, qui dictum feudum non possedit, & qui ignorabat res esse feudales: quibus ex causis non petijt inuestituram infra annum, & diem. vnde Abbas dictum feudum alteri assignauit, & solenniter inuestiuit. orta igitur materia quæstionis super dictis rebus feudalibus hæres dicti nobilis
1 duo allegat. † antiquissimam possessionem absque eo, quòd sui progenitores vnquàm inuestituram petierint: propter qđ præsumitur libera, nisi probetur cõtrarium iure proprio possedisse, & præscripsisse: quia omnis res præsumitur libera, nisi probetur contrarium, vt not. in l. altius. C. de serui. & aqua. & per Dyn. in l. si prius. de noui oper. nunc. Item spacio quadraginta annor. præscribitur bona fide contra ecclesiam: in quo animus possidentis inspicitur, & non animus eius, contra quem præscribitur, vt C. ne rei dominicæ, vel templorum. l. vniuersas. & extra de præscrip. capitulo de quarta. si autem scirent rem esse feudalem, nullo tempore præscriberent, vt C. de præscrip. triginta annor. l. male agitur. sed iste, de quo quæritur, habuit iustam causam ignorantiæ, vt ff. de regu. iuris. l. qui in alterius. Item allegat, quòd si essent res feudales, tamen facti ignorantia excusat, quia impossibile est, ꝙ ignorans possit cognoscere feudum, & petere inuestituram tanquàm de feudo. & ita est, quòd quotiens ignorantia facti reddit factum de iure, & de facto impossibile, nulla currit præscriptio, vt ff. de ędil. edict. l. cum sex. ff. de cal. l. annus. C. de capti. & postli. reuer. l. nec nos. ff. de condit. & demon. l. multum interest. ff. quis ordo in bono. posses. ser. l. 2. §. dies. & est expressum in capitulo primo. quo tempo. miles. in verbo, nisi
2 iusta causa. † Item regula est in materia feudorum, quòd impotentia excusat, vt in capitulo fina. de feud. sine culpa non amitten. & glo. ibi dicit, notabile verbum est istud, nam interdum erga vasallum potius debet seruari æquitas, quàm iuris rigor, nec sufficit omnis occasio ad feudum auferendum, vt in capitulo primo. §. si quis. quibus causis feudum amitt. nec enim cum feudatarijs tãquàm cum infestis agẽdum, sed benigne: nam origo feudorum est quædam benignitas, & gratiositas, vt patet in diffinitione feudi. & ista est ipsa veritas, ꝙ iuste ignoranti factum non imminet impossibilis necessitas petendæ institutæ infra annum: quia consuetudo non obligat ad impossibile, maxime cum nec seruis aliquid impossibile sit iniungendum. nam omne, quod est impossibile, pro sua impossibilitate cadit, vt l. vnica. C. de sententijs, quæ pro
3 eo, quod interest. † Hic etiam ocurrit aliqua dubitatio: videlicet posito, quòd ciciderit a iure suo, vtrum ciciderit ipso iure, an sit necessaria sententia: & glo. determinat, quòd ipso
4 iure, vt dixi in dic. capitulo primo. quo tempore miles. † Sed superest alia dubitatio, si hæres non possidet, sed possidet ecclesia, vtrum si non petit inuestituram infra annum, & diem, cadat a iure suo: & forte põt dicit, ꝙ non, qa non tenetur ecclesiæ præstare seruitia, ergo non tenetur ei polliceri, cũ seruĩ non possit, sicut colonus non tenetur soluere pensionem, si est a colonia expulsus: forte secus si possideat. Tertio quia negligentia sua, qui non prosequitur ius suum, non debet domino nocere: sed certe hæres non fuit hic in culpa possessionis perdendæ: & ideo qui non habet emolumentum, non debet sentire onus, vt C. de fur. l. manifestissimi. §. cum in secundo. & facit quod plene no. ff. loc. l. si vno. §. item cũ quidam. si

igitur dominus non potest inuestire, quia tertius possidet, nõ currit vassallo tempus inuestiturę petendę. & hoc dictum est satis rationabile. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXX.

1 *Donatio facta per patrem filio existenti in potestate, etiam si interuenerit iuramentum de non reuocando, an valeat: & an possit pater eam reuocare: & quid iuris similiter in filia, cui pater donauit propter dotem iurando, & constituendo se possidere nomine filiæ.*

1 In Christi nomine. †Præmittendum est ad euidentiam, quòd donatio facta filio in potestate, quamquàm pater dicat se donare irreuocabiliter, & inter viuos, tamen non valet a principio; sed morte patris confirmatur, vt C. de inoffic. donat. l. secunda. C. de donatio. inter virum & vxor. l. donationes. & ideo potest reuocari per patrem, quia habet vim relicti, vt not. C. de collat. Authenti. ex testamento. nam inter patrem, & filium in potestate non tenet alienatio, vt ff. de contrahenda emptione. l. 2. nec ciuilis obligatio, vt ff. ad Trebel. l. Imperator. & ff. de conditio. indebi. l. frater a fratre. & ff. de fide instrumen. l. si quis pro eo. §. primo. & ff. de vsu. l. pro donato, l. prima. §. si pater filio. & nisi fuisset interpositum iuramentum, nulla esset dubitatio. Sed propter iuramentum potest dubitari: & primo videtur, quòd non valeat iuramentum, quia vt dixi, habet vim relicti: ergo habet locum pœnitentia, vt extra de celebra. missa. capitulo cum Marthe. & ibi solet plene tractari de isto iuramento. Præterea lex dicit, quòd speciale est in dote, quòd filiusfamilias est capax, vt ff. famil. herciscund. l. Pomponius Philadelphus. ergo simplicis donationis non est capax: & iuramentum præstitum non capaci non valet, vt leg. & nota. ff. de legatis tertio. l. cum quis decedens. §. Titia. Præterea venditio, quam postea fecit pater, est alienatio necessaria propter necessitatem rei familiaris, & per eam non reuocatur donatio, sed debetur æstimatio, si æquiparetur legato, vt ff. de legatis tertio. libr. vndecimo. §. si rem. Si autem æquiparetur donationi inter virum, & vxorem, donatio reuocatur, vt C. de don. inter vir. vxo. l. si maritus. In contrarium videtur, quia iuramentum est res spiritualis, & in spiritualibus patria potestas non currit, vt in c. si annum. de iudicis. libro sexto. ergo per tale iuramentum non obstante patria potestate cõtractus validatur, & transit ex eo dominium; vt in capitulo secundo, de pactis. libr. sexto. Præterea donatio inter virum, & vxorem interueniente iuramento, & traditione transfert dominium: nec potest reuocari, vt not. Cyn. secundum Petr. C. de sacrosanct. eccle. l. prima, in fine. Item ex isto iuramento est ius quæsitum filiæ: ergo per statutum, de quo in puncto fit mentio, est prohibitum in alium ius transferri. Quapropter videtur dicendum, quòd filia debeat potior esse in rebus donatis, & ei traditis per cõstitutionem precarij, quam constitutionem precarij pater interuertere non potest, vt C. de acquiren. possessio. l. ex liberis. Præterea pater perdidit possessionem, & in filiam transtulit, vt ff. de acquir. possessio. l. prima. §. si vir vxori. ergo omnibus inspectis, scilicet tam de iure communi, quàm municipali: & quia iuramentum non solum afficit iurantem, sed etiam eum, qui ab eo habet causam, vt not. extra de iureiuran. capitulo cum contingat. in nouella. prædicta filia propter robur dicti iuramenti debet iudicari. ista tamen quæstio est satis dubitabilis, per ea, quæ not. Bar. quæ possunt allegari pro, & contra in dicta. l. si quis. pro eo teneo quod dixi: salua deliberatione meliori. quamquam ex iuramento non oriatur obligatio ciuilis; oritur tamen obligatio canonica, quæ habet vim ciuilis, & naturalis: etiam inter dominum, & seruum, Abbatem, & monachum: sic tale est iuramentum, quod potest seruari sine præiudicio salutis æternæ. ad hoc facit quod not. extra de iustit. capitulo cum venisset. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXXI.

1 *Sententia lata super hypothecaria an dicatur diffinitiua.*

2 *Sententia lata, quæ annullauit sententiam super hypothecaria latam, quia excussio non fuit facta, an sit diffinitiua, vel interlocutoria.*

In Christi nomine. Casus talis est, quidã Titius egit hypothecaria contra extraneum possessorem, auocando res sibi hypothecatas: finaliter sententia fuit lata in fauorem istius Titij: & possessor extraneus fuit condemnatus ad disbrigandum, & vacuãdum istas res obligatas, quamuis fuisset obiecta excusationis exceptio: ab ipsa sentẽtia extitit appellatum, & in causa appellationis fuit pronuntiatum, male iudicatum & bene appellatum: eo quòd non præcessit legitima excussio in bonis principalis debitoris, quæ præcedere debuit. Item ab expensis fuerant partes absolutæ propter instam causam coram litigantium ab ista sententia extitit appellatum, nulla in serta causa in appellatione. dubitatur, vtrum ista sententia, in qua est pronuntiatum male iudicatum, & bene appellatum; eo quòd non præcessit legitima excussio, absolutę sit interlocutoria, an diffinitiua. si est diffinitiua appellatio ab eo interposita, est rite interposita? si vero sit interlocutoria, appellatio inepte erit interposita: eo quia nulla causa in ea est interposita. Modo a nobis ex prædictis quærit, nunquid ista sentẽtia taliter lata debeat dici interlocutoria, an vero dicatur diffinitiua? Quia motiua hincinde sunt tacta valde prudenter, ideo non repetitis motiuis venio ad determinationem primi 1 passus. †& dico, quòd sentẽtia lata super hypothecaria est diffinitiua, & ab ea appellatur tanquàm a diffinitiua. ista gloss. est ordinar. quæ generaliter determinat hoc in qualibet reali actione, vt ff. de rei vendi. in vltima gloss. qua gloss. melior in iure non reperit. & confirmatur in l. debitor. §. iulius. ff. de appellatione. Secundo dico, quòd sententia in contrarium lata per iudicem ad quem, qui pronontiauit male iudicatum, & bene appellatum: est diffinitiua. ista glo. ordina. adhuc de melioribus, quæ sit in iure. C. de sententijs, & interlocutio. omn. iudic. l. præses. & ibi ponit glo. rationem, quare sit diffinitiua. & ideo omissis ambagibus appellari potest sine insertione causæ, vt nota. C. de his, quibus vt indign. l. minoribus.
2 †Modo venio ad secundum articulum, quo quæritur, vtrum reus principalis præsumatur esse absens, vel præsens, & cui incumbat probatio? dico esse præsentẽ, vel absentẽ concernit facilitatem conueniendi. & ideo sicut dicit glo. ord. ita dico, quòd aut sunt eiusdem domicilij, & ista dicitur præsentia: aut sunt diuersi domicilij, & ista dicitur absentia, vt nota. in Authenti. de fideiussores. §. sed neque. in glo. quæ incipit, præsens. & not. ex eo, quòd satis eleganter legitur, & not. in capitulo statu. §. cum autem. de rescrip. lib. sexto. tandem fui interrogatus de tali dubio: vtrum si pendente appellatione debitor principalis incepit abesse, conualescat iudicium male ordinatum per prius: & non credo, quòd hoc sufficiat appellatione pendente: quia hoc est nouum factum penitus prioribus non coniunctionis absente, vt C. de tempo. appellatio. l. per hanc. licèt si pendente primo iudicio hoc superuenisset forte suffecisset, quia Alberi. Galeoti tenet, quòd excussio pendente iudicio possit fieri per ipsius iudicis confirmationem. per l. si rem. §. fin. ff. de pign. actio. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXXII.

1 *Creditores si sint multi, & debitor non est soluendo omnibus, qui ex ipsis præferantur? & qui pro rata debiti concurrant ad bona debitoris.*

2 *Confessio facta coram iudice habet vim sententiæ.*

In Christi nomine. Casus talis est, A. campsor publicus ciuitatis Papiæ debitor plurium personarum fregit banchũ, & fidem suam, ac volens, seu non potens respondere, seu satisfacere creditoribus suis fugam arripuit, & dum esset in fuga, non audens intrare ciuitatem, & in publicum comparere, se constituit debitorem Gay de mille ex causa depositi, obligando eidem omnia bona sua ex causa prædicta. deinde post

de post aliquos dies sibi concesso saluo conductu per magnificum d.d. nostrum, & reuersus ad ciuitatem in præsentia iudicis potestatis, & confessus fuit se esse, & fuisse temporibus in libris suis descriptis verum debitorē Titij de mille ex sua causa depositi obligādo occasione prędicta eidem Titio omnia bona, constituendo &c. Ex prędictis quęritur primo, an instrumentum factum per dictum camsoram in fuga valeat de iure? Secundo supposito, quòd valeat in pręiudicium dicti campsoris, an valeat in pręiudicium alterius creditoris, cui secundo loco in præsentia iudicis cōfessus fuit se esse, & fuisse verum debitorem de alijs mille, & cui obligauit om-
1 nia bona sua, vt supra est expressum? † In primis considerandum est, an in persona dicti Gay aliqua præcessisset obligatio tempore, quo dictus campsor se constituit debitorem, necne. nam si aliqua præcessit obligatio vera, dic, vt infra. Si autem non præcessit obligatio: tunc istud constitutum intelligitur factum in fraudem creditorum, & deberet rescindi tam ipsum, quàm hypotheca bonorum. iste est casus in l. 2. ff. quæ in fraudem creditorum. & insti. de acti. §. item si quis in fraudem. nam si hoc est in dote confessata, quæ est priuilegiata, quòd præsumitur confessio facta in fraudem creditorum: vt not. in l. assiduis. §. 1. C. qui potio. in pig. hab. & C. de donat. ante nupt. Authen. sed iam necesse. ergo fortius in alijs causis. ad hoc etiam valde sunt coniecturæ, primo fuga, vt ff. de conditio. indebi. l. si non sortem. §. primo. & ff. de solutio. l. fugitiuus. Secundo quantitas magna, quia mille, vt ff. quæ in fraudem creditor. l. omnes. §. Lucius. Tertio, quia fugitiuus præsumitur in dolo, vt ff. de suspect. tutor. l. impuberibus. Si autem præcedebat verum debitum, tunc si quidem iste Gayus esset solus creditor, vel etiam cum multis alijs, & bona essent soluendo, non est dubium, quòd valeret constitutio debiti: & etiam hypotheca. ita quòd in hypothecaria prior tempore potior in iure, vt in regula qui prior. & quod ibi plene per Dyn. cum similibus. Si autem bona non sunt soluendo, tunc regula est, quòd quando omnes chirographarij sunt ex contractu, debet omnib. satisfieri pro rata, si pariter vigilant ad suum consequendum, vt ff. de priuileg. credito. l. priuilegium. tamen in causa depositi est considerandum, an extant res, vel pecuniæ depositæ: & præfertur deponens omnibus alijs. si autem non extant, tunc depositarius præfertur mutuanti. Si autem omnes sunt ex causa depositi, veniunt pro rata, vt l. si venti. §. in bonis. ff. de priuileg. credito. & hæc vera sunt, quæ dixi de rata: nisi in duobus casibus. primus est, quando vnus creditor vigilauit: & a sponte soluente fuit ei satisfactū: nam in alijs creditoribus non tenetur communicare. secundus casus est, quando vigilauit, & præuenit per sententiam iudicis: nam vigilando meliorem conditionem suam fecit, vt l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditor. licèt enim dicto Gayo per gratificationem esset prius facta recognitio debiti, tamen potior eo videtur, qui per sententiam præuenit, vel ad æqui-
2 pollens. † nam confessio facta coram iudice habet vim sententiæ: & ex ea nascitur actio in factum, & ideo posset persuaderi, quòd si vera est confessio facta posteriori creditori, & non simulata, quòd iste posterior prius videatur ad iudicis præsidium conolasse, & ipsum meruisse: & ideo sit præferendus, quasi habens paratā executionem, vt not. Dyn. Iacob. de Are. & Barto. in dicta l. pupillus. non non obstante hypotheca alterius in fraudem constituta, vt dicta l. 2. ff. quæ in fraudem credito. in verbo, proponant. vt dicit glo. rem hypothecando. dummodo simul omnes instarent: quia istud de prælatione est mihi dubium: sed de rata non dubito, secundum ea, quæ proponuntur.

*CONSILIVM CCCCXXXIII.*

1 *Collecta qualiter sunt ponenda, et exigenda: & obseruantia, & tempus habentur pro veritate.*

1 In Christi nomine. † Sicut hactenus obseruatū est soluendo per longissima tempora, ita in posterum obseruādum est per quemcunque possessorem: vt C. de agric. & censibus. l. tributs. libr. 11. vbi ex expressum. nam ista sunt onera realia, vel mixta, quæ sequuntur res ipsas, ad quemcunque vadant: vt C. sine censu, vel reliquis. l. omnes. C. de mulie. & in quo loco. l. prima. lib. decimo. ff. de impensis in rebus dota. factis. l. neque. ff. de vsufruc. l. si pendentes. §. si quid. ideo enim ista sunt munera realia: quia sunt perpetua, & ordinaria: & possessoribus tantum imponuntur, videlicet pro possessionibus, quæ sunt in territorio, vt C. de muner. patrimo. l. prima. & l. fina. & C. de decurio. l. vacuatis. & C. de anno. & trib. l. omnes pensitare. & l. omnes omnino. & cum ipsis possessionibus ius dicatur, licitum est habenti iurisdictionem suo territorio vti in iurisd. & pignorare, & grauare possessores: & fructus sequestrare, & similia facere, sicut hactenus consueuit, vt C. de exactorib. trib. l. missi opinatores. & ibi text. notabilis de ista consuetudine. & in Authenti. de mandatis princi. §. coges. Porro si dubitetur, vtrum ista prædia sint de eius iurisdictio. necne, ex antiqua obseruantia præsumitur veritas: vt ff. de vsuris. l. cum de in rem verso. nam antiquitas dat iurisdictionem: vt C. de emā. libe. l. prima. & merum, & mixtum imperium. vt not. ff. de iurisdictio. omnium iudic. l. more antiquorum. C. de diuersis offic. l. viros. per quam legem satis quæstio nostra determinatur. Præterea ex quo longissimo tempore fuit solutio. de istis possessionibus tāquàm intra territorium, satis probatur, quòd sint de territorio: quia tot solutiones, & tam longissimo tempo. factæ habent quasi inducere possessionem, & præscriptionem vt extra de electione. cap. quoniam. sane tempus pro veritate habetur, vt leg. not. in l. prima. C. de serui. & aqua. ex his apparet, quòd nisi soluatur debitum, non debent reddi ciuilia pignora, seu frumēta, quæ iure capta, seu arrestata sunt. Ego Baldus.

*CONSILIVM CCCCXXXIIII.*

1 *Pacta inter locatorem, & conductorem intelligenda.*

In Christi nomine. Pactum inter locatorem & conductorem sic loquitur. Item si propter guerram, vel ruptam Padi contigerit non posse colligere fruges, quòd sit in arbitrio dicti conductoris dimittere fruges, vel fictum soluere. ita si quòd de terris seminatis cum bobus ipsius conductoris teneatur dictus conductor dare tertiam partem locatori prædicto. contigit, quòd dictus conductor ex possessionibus prædictis col- 5
legit fenum, frumentum, hordeum, ac speltam, & cæteros, qui colligendi erant per totum mensem augusti. deinde de mense Septembris superuenit ruptura Padi: & propter inundationem aquæ dictus conductor non potuit colligere aliquam partem milij, & miligæ existentis in aliquibus fundis dictarum possessionum: nec aliquam partem feni remersi, quod bis in anno secatur: propter quæ dicit prædictus conductor non velle soluere fict. locatori: sed fingens velle dimittere propter pactum supra dictum. replicat locator mercedē sibi deberi, eo quia maiorem partem frugum, & quasi omnes fruges collegit conductor: offert tamen separatum, quòd si secundum bonam fidem tenetur aliquid dimittere de mercede, habito respectu ad damnum, illud velle remittere. modo
1 quæritur, quid iuris. † Et primo videtur, quòd conductor foueat iustitiam. dico iustitiam conuentionis, qua nulla est maior in contractibus, vt ff. deposi. l. prima. §. si conuenerit. & in capitulo primo. §. si id, propter quod. quæ fuit prima causa benefi. amitt. col. decima, & declaratur sic: causa finalis pensionis sumitur ex vniuerso, id est ex ipsis frugibus, non ex aliqua particulari perceptione, quia conuentio pensionis est cōcepta sub quondam integrali. sed ista causa finalis cessat, ergo cessat promissio, vt ff. de loca. l. quæro. §. inter locatorem. Item conuentio est indiuidua: vnde sufficit, quòd aliquę fruges sint impeditę, argumento. ff. famil. herciscund. l. hæredes. §. idem iuris. Item imputet sibi locator, quia confuso sermone locutus est, nam qui confuso sermone loquitur, in promptū incidit periculum, vt C. de donatio. promiss. l. fina. Item a verbis 3ctus non est recedendum, quia clara sunt, vt ff. de fideius. l. fideius. magistratuū. §. 1. ff. de verb. obl. l. quicquid astringendę. C. de proba. l. cum precibus. Præterea ista conuentio est licita, quæ prospicit futuram indēnitatē casus fortuiti, vt ff. de

contrahen. emptio. l. physſtulas. §. frumenta. & l. 2. io princip. C. de iure emphyt. Item non dicuntur fructus percepti, nisi totius illius anni sint percepti: quia totius anni vnus fructus est, vt ff. soluto matrimon. l. diuortio. §. quod in semente. Item licitum est propter pactum. etiam pro vno nummo recedere a contractu, vt no. C. de sac. san. ecc. Aut. qui rem hmõi. Itẽ cõtrarium videtur, vedelicet, q officio iudicis pensio minuatur & non in totum recedatur a pensione, vt ff. de contrah. em. l. officio. nisi damnum excederet dimidium, vt ff. de cõtrahen. emp. l. domum. non obstant verba contractus: quia non sunt verba præcisa, vnde debent intelligi secũdum naturam 𝔷ctus: vel saltem iuxta naturam, ita q multum non exuberent ab ea, vt l. damni. ver. & qd in stipulatione. ff. de dam. infec. verba Ia. de Are. ibi, sic dicunt, nota verba stipulationes, & contractus intelligi secundum naturam negocij, quod agitur, vt hic, & supra eod. l. damni infec. stipulatio competit. & l. fluminum. §. hæc. stip. cum §. sequentibus. & supra ff. loca. l. si non. §. sed si verbo. & fam. her. & l. puto. §. secundo. Ia. de Are. & licet in totũ possimus hic deseruire naturæ contractus, quia propter nimium damnum nihil minueretur de pensione, tamen debe ret assumi quædam via media, & congrua arbi. boni viri, vt videlicet quatenus ualuissent messæ deperditæ, si perceptæ fuissent, eatenus diminuatur de pensione. nam dicere cõtrarium esset valde iniquum: certũ est enim, quod pacta debent interpretari secundum æquitatem, vt ff. pro soc. l. si socius pro filio. & istam partem amplector tanquàm æquiorem. nã in contractibus bonæfidei plus valet æquitas, q̄ nimia subtilitas, vel dialectica argumentatio. conclusio hæc est, q propter damnum particulare eatenus receditur a contractu, vt ff. locat. l. si fundus. §. fin. & l. hæc distinctio. & prædicta confirmantur in conuincibili ratione. nam verba contractus dicunt, quòd sit in arbitrio &c. Sed nomine arbitrij intelligitur arbitrio boni viri. iura sunt vulgaria, sed bonus vir nunquàm arbitrator, quòd propter minosculam læsionem recedatur a toto: sed q reducatur ad æquitatem. & ideo est casus huius quæstionis in d. l. officium. & ff. de oper. lib. l. si libertus ita. & extra de iureiur. io c. quintanallis. Consilium domini Bal. & habuit decem ducatos. Ego Baldus.

*CONSILIVM CCCCXXXV.*

• *Pro dimidia qualiter interpretetur.*

In Christi nomine. Proponitur, q fuit factum quoddã pactum q Titius deberet inuestiri de dimidia cuiusdam feudi,
1 & Semproonius de alia dimidia cuiusdam feudi. † quæritur, qualiter istud verbum pro dimidia intelligatur: pone enim, q dictum feudum consistit in decimis, & sic in iure incorporali. Item pone, q quædam prædia decimalia sunt, & fuerunt antiquitus occupata: modo cõtingit, q quidam nobilis occupauit, vt 𝔰 medietatem dictæ villæ decimalis: dicit Titius Sempronio, ego volo medietatem meam in ea parte, in qua nõ est occupata: tu autem Semproni vadas contra occupatorem, & ibi tuam dimidiam prosequere: Sempronius vero dicit, quòd vterque debet habere partem commodi, & incõmodi, licet repudiatio sit facta pro dimidia ita simpliciter loquendo, cum inuestitura sit facta cuilibet pro dimidia in genere. quæritur, quid iur. respondeo, Titius, qui vult pro se bona, & pro cõsorte suo mala, neq; ius, neq; æquitatem habet. Et primo ex natura communionis pro indiuiso: quia quilibet cespes terræ respicit pro indiuiso pro quolibet sociorum, vt ff. de rei vend. l. Pomp. si ex æquis. & ibi plene no. hoc etiã plene. no. ff. de ver. obl. l. qui Romæ. §. duo fratres. & probatur expresse. ff. de leg. 2. l. Meuius. §. duobus. cũ enim corpore non sint diuersa inter eos quo ad decimas, nullus eorum põt dicere se respectu alicuius corporis debere plus recipere, q̄ alter. Præterea istæ decimæ similes sunt falcidiæ, quæ debet detrahi in omnibus rebus, & non in vna re, vt plene legitur, & no. in l. 2. C. ad legem Falci. Præterea ista esset diuisio leonina, quod esse non debet, qa in diuidendo debet seruari æqualitas, vt l. 2. C. qñ, & quib. quarta pars debetur. li. 10. & lex expresse dicit. q peræquatio debet fieri confusis prædijs idoneis, & non idoneis: nam qui vtilia loca possident, vel quærunt, etiam desertam suscipiant, vt C. de omni agro deserto. l. qui vtilia. lib. 11. Præterea cõmunio propria est pro indiuiso: nam facta diuisione nulla est cõio, sed sunt res omnimodo separatæ, vt ff. commu. præd. l. si quis duas. Item qua ratione Titius vult præferri Sempronio, eadẽ ratione Sempronius deberet præferri Titio: quia quod quisque iuris &c. vt ff. quod quisque iuris. l. 1. & extra de constit. c. cum omnes. Item par in parem nõ habet imperium, vt ff. de arbitr. l. nam magistratus, vnde nemo potest arctare socium suum, maxime ad legendum deteriora, vt ff. communi diuid. l. Sabinus. & si dicatur, iste renuntiauit medietatem, ergo debet dare medietatem: istud non est verum, quia ista verba nil aliud inducunt, nisi quòd facit illum consortem pro indiuiso in eo iure, quod iste concedens habebat, vt ff. de contrahenda emptio. l. qui tabernas. & extra de donatio. capit. pastoralis. & sic de primo ad vltimum concludendo patet dictum Titium nullam prærogatiuam habere debere, sed æqualem per omnia esse debere cum dicto Sempronio, & Semproniũ cum ipso. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

*CONSILIVM CCCCXXXVI.*

1 *Compromissum prorogatum an dicatur vnum, & idem cum primo, an quid nouum? & si iuramentum non fuit specifice in prorogatione repetitum, non intelligitur amplius iuratum.*

2 *Ratione prorogationis intelligitur vnum, & idem, quando vtrunque est eiusdem formæ, & naturæ: aliàs secus.*

3 *Dictio, &c. quid importet.*

1 In Christi nomine. Quæritur, † si factum fuit compromissum cum appositione certi termini, & certę pœnæ, & cum iuramento corporaliter præstito de non veniendo contra: & tandem infra terminum fuit dictum compromissum prorogatum, facta prius narratione contentorum in primo compromisso, & non specialiter de aliquo iuramento, nisi adiuncto verbo, &c. vtrum iuramentum intelligatur esse repetitum, ita quòd si veniatur 𝔷 laudum latum post terminum primi compromissi, contrauenciens possit dici periurus, seu per censuram ecclesiasticam cogi ad obseruationem iuramenti? & videtur, quòd sit periurus, seu cogi possit ad obseruationem iuramenti: quia vnum, & idem est compromissum, vt ff. de precario. l. sed si manente. In contrarium videtur, quia re vera duo sunt compromissa, vt not. glo. & expresse domi. Cyn. ponit in l. si cum dies. in prin. ff. de arbi. & ad l. sed si manente. respondet, quòd aliud in precario, de cuius natura est quodammodo temporis appositio, vel saltem tacitus intellectus. Solut. in quæstione nostra dicendum est, quòd iuramentum cum sit corporaliter præstandum, & verbis expressis, & hæc est forma sibi data a iure, non intelligitur repetitum, vt extra de iureiuran. capitulo. clericus. & illud capitulum induco pro casu sic: primum iuramentum fuit tempore limitatum, videlicet si contingat arbitramentum fieri infra præfixum terminum, deinde postea ex interuallo statuerunt partes prorogando terminum: vnde quod post modum subsecutum est, vinculo primi iuramenti, quod erat limitatum, non astringitur. etiam forte si dictum esset expresse, quòd teneretur per ideo iuramentum, dumtamen expresse non fuerit repetitum in ea forma, in qua debet iurari: quia aliud est dicere sub eodem iuramento, aliud est dicere de vno iurare. iste est casus in dicto capitulo clericus. secus si esset actum in primo compromisso de termino prorogando. & est ratio differentiæ in promptu, quia iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum tempore iuramenti, sed bene porrigitur ad ea, de quibus fuit cogitatum, vel debuit cogitari ex natura actus, vt ibi not. per Bar. & Inno. Item iurare non facta, nec visa esset quid stultum, argu. ff. de transact. l. de his. & ideo non præsumendũ secundum Hosl. ad idem facit. ff. de aut. & arg. leg. l. si ita. & quod no. ff. de ver. ob. l. qui Romæ. §. duo fratres. Item iurare est quid odiosum, & periculosum. & ideo nõ extendendũ scdm Io. An. Præterea si volumus videre, vtrũ sit idẽ cõpromissum, vel nõ: aut loquimur q̄tũ ad

veritatem

veritatem terminorũ, siue formæ & non est idem compromissum, quia quotiens aliquid additur, vel detrahitur, est quoddam tamen quid nouum, vt ff. de insti. & iur. l. ius ciuile. ff. In ca. l. cum in plures. §. lege dicta. ff. de præt. stipu. l. Valerianus. & est expressum. C. de nouа. l. fin. aut loquimur quantum ad interpretationem, & fictionem extensiuam: & tunc est idem compromissum, quia habebat hanc captitudinem prorogationis a principio, & ideo licet pœna pecuniaria intelligatur esse repetita, vt not. in l. cum stipulatus sim mihi a proculo. p Inno. extra de appel. c. præterea. tamen secus in pena periurij,
2 quæ est periculosa, & maior qualibet pecuniaria. † Præterea hoc confirmatur per istam notabilem doctrinam: quia tunc ratione prorogationis intelligitur vnum, & idẽ, quando vtrũque est eiusdem formæ, & naturæ, secus si non sint eiusdem formæ, & naturæ, vt eleganter no. in c. hi, qui auth. de preben. lib. 6. sed hic prorogatio non fuit eiusdem formę: quia sine iureiu. quare ergo non intelligitur vnum, & idem compromis-
3 sum. † Non obst. & dico &c. quia istam dictio concludit naturalia, vel consueta apud discretos. sed iurare super futuris, & non visis non est de consuetudine virorum prudentum, vt supra dixi, nec de natura compromissi, imo est contra naturã compromissi, vt C. de arbi. Auth. decernimus. sed ea, quæ fiũt contra naturam; non intelliguntur tacite repetita secundum vulgarem doctrinam, ergo &c. Præterea prorogantes expresserunt pœnam pecuniariam: de pœna periurij nihil dixerunt ergo pro omisso debet haberi, vt ff. de fundo instruct. l. quæsitum. §. idem respondit. ex quibus cõclusio mea redditur aperte verificata, videlicet quod hic iuramentum nec intelligitur, nec possit per dicta verba repetitum intelligi. & ideo frustra tractatur de eius obseruantia. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXXXVII.

1 *Filia dotata a patre renuntiauit cum consensu parentum fratribus hæreditatem paternam: mortuis fratribus in vita patris an possit habere partem hæreditatis, non obstante renũtiatione? & an talis renuntiatio valuerit, etiam cum mille iuramentis.*

2 *Filia, quæ renuntiauit post mortem fratrum patri acceptanti pro se, & hæredibus suis, an dicta renuntiatione non obstante possit post mortem patris consequi partem hæreditatis paternę? & quid iuris in bonis feudalibus, siue emphyteoticis, an talis renuntiatio ad ea extendatur, nu. 3.*

4 *Diuisio an præsumatur ex decennali possessione.*

1 In Christi nomine. † Quædam puella fuit dotata a patre, qua circa de consensu parentum renuntiauit dictis fratribus hæreditati paternæ, & maternæ, qui fratres decesserunt viuo patre, & matre. Quæritur, vtrum dicta renuntiatio sibi noceat? & videtur, quòd sic, quia dicta renuntiatio transiuit in pactum, & contractum inter viuos, sicut apparet ex forma renuntiationis, vt ff. de donat. causa mortis. l. cum ita donatur. ergo transit ad hæredes dictorum fratrum, vt ff. de probat. l. si pact. & ff. de pact. l. iuregentium. §. pactorum. In contrarium est veritas, quia in hæreditate paterna, & materna dicti fratres non habent hæredem: quia decesserunt viuo patre, & matre, vnde nec ipsi succedunt, nec alios hæredes faciunt. Quapropter dicta renuntiatio, & pactum est in causa caduci, vt C. de cad. tol. §. pro secundo. Præterea ista renuntia. & pact. collata fuerant post mortem parentum: quia in vita eorum eis succedi non põt: quoniam nemo viuens hæredem habere potest. & si mille interuenirent iuramenta; id, quod naturaliter est impossibile, non potest per iuramentum fieri possibile, vt ff. de pact. l. iuregentium. §. pactorum. & ideo impossibile est, quòd quis per renuntiationem excludatur a successione futura, nisi tunc demum cum successio defertur, & non ante, vt ff. de con di. & demonstra. l. Titius vsufru. nisi quis diceret, quòd renũtiat spei de futuro: & talis renuntiatio valet, quia est de non succedendo secundum Barto. secus in pacto de succedendo, quia inducit votum captandæ mortis. & visum est huic doctori eximio præceptori meo, quòd ista sua opinio sit de iure mul. valida, vt ipse tenet in l. fin. de pact. & ff. de verbo. oblig. l. stipu. hoc modo. sed aduerte tu, quia prædictus doctor non considerat, nisi vnum extremum, quod est ex parte renuntiantis: sed non considerat extremum, quod est ex parte suscipientis renuntiationem. nam iste tractat de successione futura ampliando, per renuntiationem: & ideo non potest negare: cũ & pactum sit duorum consensus, quin recipiens renuntiationẽ faciat contra bonos mores, nisi cõsentiant hi, de quorum successione agitur: & perseuerent in consensu vsque ad mortem, vt d. l. fin. C. de pact. & ideo errant, qui credunt tale iuramentum valere, vt no. C. de colla. l. pact. nisi fiat inter alios, qui tractant de successione futura de consensu parentum: de successione agitur in quo perseuerent vsque ad mortem: ipsis autẽ parentibus in eorum fauorem non teneret renuntiatio, etiam cum iuramento de iure ciuili: secus de iure canonico. sed in priorem casum, vbi fit pac. de successione tertij, iuramentum nihil operatur: quia contra bonos mores: & cum hac distinctione debet intelligi. c. quãuis. lib. 6. coniuncto c. non est obligatorium. de re iu. eadem compilatione. & hæc vera sunt nõ solum patre viuente, sed etiam si incertum sit de eius morte, vt C. de captiuis. l. nec nos. Item non valet iuramentum contra vim, & autoritatem legum præsti. vt ff. de leg. 1. l. si quis in quilonos. §. vlt. & plene no. C. de pact. l. pacta, quæ contra. vbi notabiliter dicit, idem si frater cõtra alias partes iuris. sed certe iste intellectus non placet, nam tex. ibi dicit, quòd est illud pact. patri fact. a filia &c. improbat lex ciuilis. sed secundum te non improbat, sed approbat, vt dict. l. fina. C. de pact. ergo tuus intellectus non est bonus. Soln. patet ex prædictis, quia aut pactum fit cum eo, cui succeditur, & sic loquitur illud. c. aut cum quoddam tertio: & tunc aut consentiente eo, de cuius successione tractatur, & perseuerante in consensu, & valet iuramentum: aliàs non. modo reuertendo ad casum nostrum, quia fratres desierunt esse in rerum natura, deficit pactum principale: ergo & iuramentum, quod est eius accessorium, præsertim cum non possit negari, quæ debent in pactũ considerari, vt not. C. de pact. l. creditori tuo, ergo mortuo donatario in vita donantis resoluitur pactum, vt l. non omnis. ff. si certum peta. Item regula est talis, quòd illud pactum est personale, quod non transit ad hæredem, sed istud pactum nõ transit ad hæredem dictorum fratrum, ergo non est personale: nam regula datur, quòd personale ad hæredem non transit, vt ff. de pactis. d. §. pactorum. & l. qui in futurum. §. si ex altera. l. anus. eo. titu. & C. de rei vxo. actio. l. rem in præsenti. §. videamus. ex quibus aperte concluditur, quod dicta renuntiatio non officit dictæ puellæ, quę renuntiauit. nec sumus in c. quãuis. quia non venit contra iuramẽtum nullo modo. Sequitur
2 secunda quæstio sub his terminis, † quia quædam alia puella mortuis dictis fratribus renuntiauit in manu parentum recipientium pro se, & hæredibus suis eorum hæreditatibus tam ex testamento, quàm ab intestato, cum iuramento, & tempore, quo fuit dotata, hac inserta causa, videlicet quia confessa, & contenta fuit se esse sufficienter dotatam, & habere sibi debitam legitimã portionem: & verba renuntiationis, & pacti sunt valde lata: tãdem decessit pater, de cuius successione tractatur ab intestato, relic. quibusdam sororibus non dotatis, & est verum, quòd ista, quę renuntiauit, cum esset minor, hęc fecit cũ auc. curat. & in decreto. modo ista, quæ renuntiauit, vult succedere cum alijs sororibus, & cõferre dotem, quęrit, nunquid possit: & vr, quod nõ, quia casus est in d. c. quãuis. quia nemo potest redire ad id, cui renuntiandum putauit, vt ff. de ædil. edi. l. quæritur. §. si venditor. nam dicta renuntiatio fuit collata post mortem patris: vnde perinde accrescit sorori nõ datæ, ac si mortuo pr̃e esset facta renuntiatio. quia actus agentium operantur secundum tẽpus, in quod conferuntur, vt C. de don. ante nup. l. quod expensæ. In contrarium vr, ueritas, nam multũ considerandum est in talibus renuntiationib. vtrũ extet persona, quæ ex præsumpta uoluntate pr̃is excludat renũtiantẽ, & tunc renuntiatio nocet, puta si extat filius masculus, ut ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. secus si nõ extat persona, quæ excludat renuntiante ab intestato uenientẽ ex p̃sumpta voluntate pr̃is: pone enim, quod neque filius, neq; filia extaret; sed solus fiscus, uel aliqui, qui non essent de liberis, nunquid filia excluderetur? non puto de hoc casu cogitatum, quia est casus in dicta l. talę

pactum.§.fin. pone, quòd tempore date dotis patrimonium
erat minus, quàm tempore mortis, ita quòd habita considera
tione non habet legitimam, quæ fuit finalis causa renuntiatio
nis: certè cessante cã finalis renuntiationis cessat eius effectus
at.ff.de vacatio.mun.l.his honoribus.§.auctis. Item ista renũ
tiatio est odiosa: & ea, quæ sunt odiosa, potius debent restrin-
gi, quàm ampliari. Item hic est subtiliter considerãdum, quia
aut non consideramus renuntiationem, vt simplicem renun-
tiationem: & tunc non valet, vt l.is potest.ff.de acqui.hęr.aut
vt pac.non petendo: & tunc non excludit ius adeũdi. Sed adi
re potest hæreditatem paternam. Sed quid est, si assignat vt hę
res: & obstaret sibi exceptio pacti, nisi quia pater recepit renũ
tiationem pro se, & hæredibus suis, & decedendo ab intestato
lex 12. tabularum, & tacita patris voluntas, cum sit de suis, &
necessarijs hæredibus, faciunt eam hæredem: ergo licet repul
sa sit vt filia, tamen ex tacita voluntate parentis, quæ superue-
nit post pactum tempore mortis patris, quia in illo puncto pa
ter eam vr tacite instituisse, nimirum ipsa admittitur, ac si ex-
pressa esset instituta: non simpliciter tanquàm filia, sed ex su-
perueniente voluntate parentis, vt ff.de iure codi.l. si quis eũ
nullum. vnde vr aperte concludi, q dicta soror succedat vna
cum alijs sororibus conferendo dotem. Item hoc dictat æqui
tas naturalis, & patris erga filias æqua dilectio, argu.l.2.C.de
inoffi.testa. & hoc subtiliter dicit egregius Doctor.d.Bart. de
Saly.bono. mihi frater in consilio eiusdem pũcti. sed & illud
non omitto, quòd dicta puella erat minor: & quòd ad donan
dum non potest dari curator, nec iudex potest interponere de
cretum: & ideo si statutũ requireret decretum, & auto. cura-
toris simul cum iuramento, non esset statuto satisfactum, tex.
est expressus.C.si maior factus.l.fi.§.cum autem. sed quia for-
sitan dicta subtilitas nõ placeret multis in bonis proprijs pa-
ternis, seu allodialibus, sequitur videre de tertio. Sequitur ita
3 que † tertium dubium, videlicet quid in emphyteoticis, si in
strumentum dicit, q recipit emphyteosim pro se, & suis de-
scendentibus: & breuiter absque dubio dicẽdum est, q dicta
renuntiatio non porrigitur ad bona emphyteotica tribus ra-
tionibus ad idem tendentibus. primo, quia dicta bona non ca
piuntur iure hæreditario, licet de hoc sint opi. tamen Bart. ita
firmat in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& posth.& ff.de ope.lib.l.
vt iusiurandi.§. si liberi. Secundo, quia noua emphyteosis est
in persona liberorum, vt ff.de verb.ob.l.stip.ista.§. si quis ita.
& C.de vsufr.l.fi. Tertio quia hoc est expressum, q licet quis
renuntiet hæreditati paternæ, non renuntiat feudo, nisi p ver
borum conceptionem, vel interpretationem legis debeat esse
hæres. ita intelligitur.c.primum.an filius, vel agnatus.col.10.
sed subtiliter intuere verba contractus. nam in ista emphyteo
si non debetur legitima, sed tota, nõ quota omnibus filiabus,
vt no.in l.etiam.ff.sol.mat.& ideo commemoratio causę fina
lis.i.legitimæ nõ ptinet ad bona emphyteotica, quia a quo re
mouent verba Ʒctus remouent iura Ʒctus, vt ff.de Ʒh.em.l.q
4 tabernas. Plura quæruntur, † & primo an diuisio præsumat
ex decennali possessione facta pro diuiso? & dicendum est, q
sic, quia possidere est facti hincinde interuenientis. & hoc de
terminat glo.or.in l.pen.C.communi diui.licet aliqui non in
telligentes dicant contrariũ: qui dicunt ex sola patientia con
tractum non præsumi non considerantes, quòd facta relatio-
ne de patientia ad patientiam resultat quædam permutatio,
cui inest diuisio. ex his apparet solutio aliorum dubiorum de
pendentium a prædictis. Super puncto dominæ de more, quę
fuit hæres relicta, dicendum est rebus sic se habentibus, q
fuit relicta domina, vt l.his verbis.ff.de hær.inst. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXXXVIII.

1 *Pro iuribus incorporalibus, qua remedia intententur.*
2 *Possessio vniuersitatis an per rusticos vicentes nemore proba-
ri possit.*
3 *Testes de vniuersitate an sint idonei testes.*

In Christi nomine. Præmittendum est ad euidentiam, q
1 † quandoq; proponitur petitorium, & non possessoriũ: quan
doque possessorium, & non petitorium: quandoque vtrunque
quandoque proponitur officium iudicis: quandoque propo-
nitur negatoria pro iuribus incorporalibus. prima duo mem
bra sunt clara, per ea, quæ plene leguntur, & no.ff.de acquir.
pos.l.naturaliter.§. nihil commune. & ff.de iudi.l. si de vi.C.
de rei vendi.l.ordinarij. & C.de interdict.l. incerti. quartum
membrum de offi.iud. probatur in l.fi.ff.de offi.procu.Cæsa-
ris.ff.de var.cogni.l.de vsu aquę.est & alius modus agendi.s.
per actionem iniuriarum, vt ff.de iniur.l.iniuriarum.§.fin.&
ff.de actio.emp.l.qui pendente. & differentia est, vtrum pro-
ponatur interdictum, vel officium iudicis. nam & interdicto
vti possidetis requiritur libelli oblatio, & lit.contest. vt insti.
de interdict.§.hodie. Item in his vincit, qui probat se posside
re tempore lit.contest. quod esse potest, vel continuatiue con-
tinuando possessionem veterem: quia qui olim possedit, præ-
sumitur in interdicto vti possidetis hodie possidere: nisi con-
trarium probetur, vt extra de proba.c.licet causam, & no.per
Odof.& per Cyn.C.de proba.l. siue possidetis. in officio autẽ
iudicis non requiritur in hoc casu libellus: sed simplex peti-
tio, & probatio, vt no.Spe.in tit.de petitorio, & possessorio.§.
pen.versi.in summa not.& est expressum in l.liberis.§. vlti.ff.
de lib.causa. secundum Andream de Pisis. Secundo præmittẽ
dum est ad euidentiam, quòd facile est probare, quòd singuli
possideant, puta Petrus, vel Ioannes, quia totum probandum
consistit in visu: nam & fundus videtur, & actus hominum
subijciuntur visui, & oculata fide percipiuntur, vt ff.de verb.
oblig.l.stipulatio ista.§. hi quoque. & not. in l.1.§.1.ff.de iti-
nere, actuq; priuato. sed probare, quod vniuersitas possideat,
istud est difficile, quia vniuersitas est nomen iuris, & non per
sonarum, vt no.Inno.extra de senten. excommuni.c. grauem.
Item quia licet singuli possideant, tamen vniuersitas non pos
sidet, nisi probetur, quòd habuerunt mandatum ab vniuersi
tate in consilio, vel in arengo, vt l.1.in fin.& 2.ff.de acquir.
posses.per glo.& Barto.& ff.de dolo.l.sed ex dolo.§.1.& ff.de 1
2 re iudic.l.aliud.§.referret.est verum, quòd glo. † mouet du-
bium, vtrum per rusticos vicentes nemore probetur possessio
vniuersitatis: & dicendum est, quòd sic, si nomine vniuersita
tis possederunt vniuersitate sciente, aliàs secus, vt not. in l.si-
cut.§.1.quod cuiusque vniuersitatis nomine. & quia vniuer- 2
sitas nihil propriè potest; scire oportet, quòd probet scien-
tiam administratorum eius ratificatio, vel consensus, vt legi-
tur, & nota.ff.ad exhibend.l.sing.§.Item. his sic præmissis se
quitur quoddam aliud. Ad euidentiam præmittendum est,
quòd in possessorio, vel retinendæ, vel officio iudicis, quod tẽ 3
dit ad remouendum iniuriam turbatoris, impossibile est,
quòd vniuersitas vincat, nisi probentur prædicta, quæ vni-
uersitatem representent: & per hoc est impossibile, quod
commoditas Gabiani in hoc possessorio vincat: scilicet quia
quod possident vt vniuersitas, non est articulatum, nec pro-
batum. Item quod possederint singuli, qui sint isti singuli, est
incertum, & incerta probatio nulla est: quia homo in gene-
re non possidet, sed certus homo, vt extra de probatio.c. licet
causam. Item quia hic tractatur de possessione territorij, & iu
risdictionis. constat autem territoritorium castri a singulis
possideri non posse, nec iurisdictionem, cum sit publici iu-
ris, vt patet expresse in l.1. in fin.ff.de acquir. possessio. Item
quia per homines Fontaneti nihil est petitum, vnde non po-
test eis aliquid adiudicari. ista est glo.ordina.& dictum Azo-
nis in l.1.C.vti poss. videlicet Azo.in summa & Accursius in
glo. quę incipit, precario tenet versicu. sed pone. iuxta natu-
ralem regulã iudiciorum, quæ est, q nihil petẽti nihil põt ad-
iudicari, vt ff.de excep.rei iu.l.si inter me, & te.& hoc profun
de disputando tenet Hostien.Ioan.Andr.in capit. ex conque-
stione. de restitutio. spoliato. nec prosunt quantum ad effe-
ctum victoriæ tanquàm actoris probationes sine libello, quia
facta sunt lite non contestata, ut extra de lit.contest. capitulo
primo, & extra de electio.capit.dudum. ostenso igitur, quòd
communitas, & homines Fontaneti non possunt tanquam
actores vincere, uideamus, an possint uincere tanq̃ rei. Et ad
euidentiam est præmittendus tenor instrumenti publici, quo
canetur, q commone, uniuersitas, & homines Fontaneti ap-
probauerunt, & ratificauerunt quoddam compromissum, &
laudum inde secutum, quod fecerunt cum dñis de Gabia-
no,

no, videlicet dñis Iacobo, & Thoma, qui tunc erant dñi dicti castri: a quibus dñs descendisse præsentes nobiles natos eorũ notorium est: præsentibus, & recipiẽtibus pacem, & finem, & pactum de non petendo de toto eorũ iure, & dicti cõis remissione, & de omni eo, & quodcunque dictum cõe, & homines Fontaneti petere, & requirere posset in isola, & paschario & o. de quibus rebus nunc est controuersia, vt patere põt ad oculum, & patet per confinia, vt ff. de cẽsibus. l. forma. in quo instru est constitutio præcarij: vnde nunquam potuit vniuersitas interrumpere possessionem, nec interrumpit dictis nobilibus, vt C. de præscrip. 30. anno. l. male agitur. & in hac materia quanto antiquior est possessio, tanto melior, vt legitur, & no. ff. de proba. l. census. & ex̃ de prob. c. causam. vnde non est dubitandum, q omnis possessio, quam fecissent cõe, & homines Fontaneti, prodesset dictis nobilibus de Gabiano, quia is possidet, cuius nomine possidetur, vt ff. de acq. pos. l. quod meo. Præterea quantum ad possessionem dictorum nobilium nihil est aduersatiue probatum, vt ex præmissis apparet euidenter cuilibet non claudenti oculos intellectus. & prædictorum nobilium certæ sunt, & cõitas Gabiani habet ab eis consensum, & causam: vnde absque dubio sunt victores. nec dicat aliquis q libellus sit male formatus, quia ordi. ita hunc libellum formant, in l. Aurelius. §. centum. ff. de libe. leg. & spe. & omnes. item habet omnia substantialia libelli: ergo libellus est bene formatus, vt no. in l. 1. ff. de eden. Præterea non põt responderi, quin ex possessione tanti tpis sit probatum dñium rerum, territorij, & iurisd. quia sunt lapsi c. anni, & vltra a tpe dicti instri confecti continuatiue vsq; nunc, vt C. de sac. san. eccl. l. fi. Item qui dat mihi titulum, non põt mihi referre quæstionẽ dñij: nec qui se obligat mihi, vt ff. si cert. pet. l. non vnde originem. & ff. commo. l. ita vt si fur. cum vulgari. ex quibus cũ dictus libellus sit fundatus super substantia veritatis, & super vero robore probationum, nullus valens vir põt negare, quin nobiles Gabiani, & hoĩes Gabiani debeant obtinere. & istud
3 consilium secundum est, quod verissimum est. † sed nec illud est omittendum de testibus, vtrum sint idonei illi, qui producі habent pro parte hominum Fontaneti. & si inspiciantur eorum syndicatus, & procuratio, dicendum est, q non: quia mãdatum concernit vniuersaliter vniuersos, & singulariter singulos: & his nominibus formati sunt articuli: & ideo singuli non possunt esse actores, & testes. nec est necesse ire ad dictum spec. & aliorum super ar. an singuli de vniuersitate possint testificari in causa vniuersitatis, quia ista est causa mixta tam nomine vniuersitatis, quàm singulorum, vt no. per Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. Item dictum specu. recepit limitationem de commodo, vt plene no. per Cyn. ff. de rerum diui. l. 10 tantum. §. vniuersitas. facit quod no. Barto. in l. deferre. §. idẽ decreuerunt. ff. de iure fisci. Porro ille non proc. sed actor singularis, vt ff. de procur. l. filius. §. veterani. ibi, vel qui communẽ causam &c. hoc addo, vt nihil de contingentibus omittatur. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCCXXXIX.

1 *Arbiter non potest præcipere alicui partium, vt vendat, seu dimittat rem suam pro alia re.*

2 In Christi nomine. Visis cõsilijs meis, in qbus dicebã, † q arbiter, & arbitrator non põt mandare alicui parti, q ius suũ alteri concedat pro precio declarato, vel non declarato, vel p aliqua alia re danda, vel remittenda, quia de hoc compromissum non est, nec pertinet ad sequentiam rei compromissæ: & quia iniuriosum est quem inuitum compelli, rẽ suam distrahere, vel aduersario concedere ẽt maximo precio, vt C. de iure delib. l. nec emere. ff. de rei vendi. l. nec quasi. & talis arbiter non solum excedit fines compromissi, vt ff. de arb. l. nõ distinguemus. §. quæsitum. quia non fuit compromissum de re vendenda, vel concedenda, Sed lite dirimenda, sic ẽt quia est error expressus in sententia: quia ꝯ dictam legem nec emere. Sequuta est tandem quædam snĩa confirmatoria, in qua pronunciatur dictum laudum validum. & quod non cõtinet aliquam causam insertis causis, videlicet quia dictum laudũ est æquum, non obstante q dictum est de emptione, & ven. quia non fit mentio in laudo de emp. & vend. sed solum dicuntur hæc verba, q in re compensationem precij valoris dicti plani, castri, & valoris prædictarum rerum cedat, & annullat quosdam processus, & remittit quasdam pœnas: vnde dicit iste pronuncians, q ista verba non sapiunt emp. & vend. vbi requiruntur res, & precium: & ideo ratio allegata in consilio meo non procedit. mirum est de ista sententia, quia ego dixi, & dico, q non potest dñium auferre compromitẽti pro aliquo precio, quod in donatione, vel remissione consistat: nec ẽt aliquo modo præcipere, q quis rem suam dimittat pro alia re, siue hoc cadat in ꝯctu innominato ratione precij, siue in ꝯctu innominato. casus est in d. l. nec emere. q̃ sciunt lippi, & tonsores. Itẽ 2
nemo vnquam dixit, q valeat laudum, quod excedit fines, & naturam compromissi. Sed si illud laudum ẽt pro bono pacis fuisset latum, non tñ esset bona pax in iustitiam facere euidẽtem, & cum magno detrimento. nam dicere, si vis habere pacem, careas rẽ tua: non est hoc verbũ iuridicum, ẽt quacunq; ficta mente prolatum. deinde dictus iudex adiecit hanc nouã rationem ad cõfirmationem dicti laudi: videlicet quia dixit, q dictum cõe violenter in vendendo dictum planum. & spoliãdo dictum Anmnium pacifica possessione, in qua erat, omne ius, quod habebant homines, & dictum cõe amiserunt; de qua causa debet mirari quicunq; intelligẽs, quia per l. si quis in tantam. non cadit quis a iure suo ipso iure: sed demũ tunc data snĩa priuatiua, intentata conditione ex illa l. quam sententia ego in actis non reperio, nec ẽt libellum intentatum super d. l. si quis in tantam. vnde certum est, q dñs non cadit a iure suo, nisi per snĩam, vt ibi no. Secundo quia nõ est probatum, q dictum cõe, cuius est planum, aliquam violentiam intulerit: quia non est probatum, q hoc fuit deliberatum in cõsilio vniuersitatis, nec q in forma vniuersitatis fuerit illata aliqua violentia. vnde vniuersitas non cadit a iure suo pp delictum certarum personarum, vt no. in l. aliud. §. refertur. ff. de re. iu. cum materia vulgari, q̃ est omnibus nota. tertio quia dicti homines continuauerunt antiquã possessionẽ a tpe prædecessorũ istius nobilis semper tentã, & continuatam. quapp propria auth. est licitũ aggredi pos. vt l. j. C. vñ vi. & l. sed & si quẽcunque. ff. ad l. Aqui. & ff. qđ vi, aut clam. l. si uitẽ. §. qui ad tanuã. & l. si seruus. C. qđ cũ eo. Quarto quia iste pronũtians est sibiipsi ꝯrius nã si cõitas ceciderat a iure suo: ergo nihil sibi debebat dari in recompensationem, ut d. l. si quis in tãtam. igitur laudum ꝯdicit confirmationi, & confirmato laudo, & ratione perplexitatis non ualet, ut ff. de reg. iu. l. ubi repugnantia. Cũ igitur prædicta dicantur uera, & super hoc acta loquantur, apparet nedũ error, sed satis magna culpa dicti pronũtiantis uel parua consideratio actorũ. & ideo dicta pronuntiatio debet reuocari indubitanter, & per hoc dicti rustici offerunt se paratos stare consilio cuiuslibet collegii non suspecti.
Et ita dico, & consulo Ego Baldus.

CONSILIUM CCCCXL.

1 *Promissio patris filiabus, quòd faciet ipsas hæredes, nõ valet.*

In Christi nomine. Factum tale est, Cechinus de collesimo habuit tres filias, unam nupsit: & subsequenter alias maritauit ultimam natam in domo tenendo, & generum in domo suscipiendo. deinde suum solenne condidit testm̃, in quo duas filias sibi hæredes instituit in dotibus, & ultra: filiam uero existentem in domo nomine Federicam hæredem uniuersalem instituit. postea mortuus est, ut apparet publico instru scripto manu Petri no. præsentis, & qui. 30. anno. elapsis officium notariatus exercuit. post eius mortem Federica eius filia uniuersalis instituta hæres hæreditatem quondam sui patris adiuit, & se immiscuit, & pacifice possedit tpe procedente. aliæ duæ filiæ Cechini nuptæ dicunt bona quondã Cechini earum patris ad ipsas spectare pro rata: quia dicunt, q Cechinus primogenitam maritauit: & q promisit suo marito, & notorio stip. q si decederet sine filijs legitimis masculis, q ipsa primo promissa sponsa una cum alijs filiabus maritãdis succederent pro rata per capita. & obtulerunt libellum in actione

actione communi diuidundo petẽdo, quod ipsa Federica di-
uidat cum alijs sororibus oia bona, iura, & actiones. pro par-
te Federicæ excipitur, q instrm est nullum tam respectu opi-
ficis, & fabricantis, quam respectu formæ, & substantiæ: qa
non est, nec potest esse notarius. & ẽt tradit instrm partib. in
alia forma, q̃ productum fuerit in iudicio. quæritur, quid iu-
1 ris, Non † expedit tot verba allegare: quia casus est in l. pactũ,
quod dotali. C. de pactis. s. q non ualet pactum. & ideo consi
lium uerum est. Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCCXLI.

1 *Si domus locata ad vsum professoris grammaticæ per ipsum præceptorem commendata cuidam iuueni prouido fuit a casu igne cremata, an teneatur præceptor, an iuuenis, an nullus de damno ipsius domus ipsi locatori.*
2 *Declaratio ad illud, quòd incendia plerunque fiunt culpa inhabitantium.*
3 *Culpam casus fortuiti quis probare teneatur, locator, an conductor.*

In Christi nomine. Quidam magister
grammaticę ad cu
stodiam scholarum dimisit quendam adultum ætatis 20. an.
tũ industriosum, & discretum secundum ętatẽ suam nepotẽ
suum, ac discipulum: mandauitq; eidẽ, q diligentiã haberet
super custodia domus, & denariorum: qui more grammatico
rum habebat ibi lectos, vt visitaret cameras scholariũ, prout
ipse magister erat consuetus facere, & nocte faceret extingui
lumina: qui sero hora cõpetenti visitauit cameras, & non in-
uenit nisi vnũ lumen, qd extingui fecit. Tãdem ex infertus ea
nocte surrexit ignis. & combussit domũ, & oia, q̃ intus erant
dicti magistri magni valoris. petitur a dicto magistro emẽda-
tio damni. Quæritur, quid iuris per locatorem dictę domus:
1 † Considerandũ est, q ista petitio põt fundari in duobus. pri-
mo in actione ex locato, in quo natura 9ctus non venit culpa
leuissima, vt ff. loca. l. si vt certo. §. nunc videndum. secũdo in
actione legis Aquiliæ, in qua venit leuissima culpa in cõmit-
tendo, non negligendo, vt ff. de vsufru. l. si cuius. §. deniq;. ad-
hærendo textui, & non gl. nam secundum tex. ille §. semp alle
gatur, q actio l. Aquil. datur pro dãmnis datis cõmittẽdo, nõ
omittendo secundũ do. Ray. & alios. videatur igitur nũquid
iste magister fuerit in aliqua culpa: & si fuerit in culpa, an le-
ui, vel leuissima. Et vr, q fuerit in graui, vel saltem leui culpa:
quia non debuit puero cõmittere tãtam solicitudinem: cum
naturaliter talis ætas non regatur per se, sed p procuratorem;
quia constat non habere plenam industriam, vt legi. & not. ff.
de institto. l. sed & si quis. §. pupillus. item qui negligenti rem
suam amico cõmittit, sibi imputare debet, vt ff. de act. & obl.
l. 1. §. is quoq;. & institu. qui. mo. re 9bi. oblig. §. præterea. Sed
hic negligentia probatur per locum ab effectu, quia si fuisset
diligens, casus incendij non occurrisset: sicut non occurrerat
per prius, vt ff. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si fornicarius.
item in incẽdio semper p̃sumitur culpa, vt ff. de peri. & com-
mo. rei ven. l. si venditor. in contrariũ vr, quia ætas 20. anno.
apta est ad consilium, & prudentiam animi, vt C. de his, qui
ve. ætа. impetra. l. 2. Et tales habentur loco maiorum, si cõsue
uerunt facere, id quod diligentiores faciunt, vt C. qui, & ad-
uersus quos. l. 1. in prin. Item quia consuetum est pro modico
tẽpe cõmittere custodiam scholarium occurrẽte aliqua neces-
sitate rei familiaris. Et certe in tali ætate est aptus regere scho
las, & esse doctor in grammatica, & in artibus, imo & in legi
bus, vt ff. de postu. l. 1. §. pueritiã. ergo multo magis ad custo-
diam suppellectilium. item in isto iuuene apparet animi pro-
bitas, consilium, & solicitudo rei, quę sufficere debẽt. fecit. n.
q quilibet magister diligens facere debuisset. Item erat nepos
conductoris, in quo nodus sanguinis vinculum confidẽtiam
inducebat. ff. commo. l. agetetur. Item maior 17. annis a iure
idoneus procurator ad negotiam censetur, vt inst. qui manu.
nõ possunt. §. semel. & in c. qui generaliter. §. nedum vero. de
procura. lib. 6. & vtrobiq; est casus istius qõnis quo ad pũctũ
de idoneitate pręsumenda. item absentia sua non improbabi
lis, item dictus ignis ab incerto auctore causam habet, nõ de-
bet imputari ipsi magistro: etiam si vnus ex scholaribus ignẽ
tacite sumpsisset, vt d. l. si vẽdita. vbi est casus istius qõnis. cer
te vti opera scholarium non est vti opera maiorũm hoĩm, sed
opera filiali: Nam eos filios nostros recte dicimus, vt ff. de ver
bo. sig. l. quibus p̃cipua. igitur ex eorum culpa non contrahit
nostra obligatiõ, nisi origo culpę proficisceretur a nobis, vt ff.
furti aduersus nau. l. 1. §. in seruo vero. licẽt glo. ibi soluendo
cõtrarium de l. videamus. locati. dicat, q aliud, qñ quis indu
cit in domum suam, Aliud qñ in alienam. & bene dicit, quan
do res aliena non esset ad hunc vsum parata. Sed hæc domus
grammaticæ erat parata ad illum vsum ad docendum, & te-
nen. scholares, vnde inductio non habet in se culpam, vt ff. de
vsufru. l. arboribus. §. nauis. Item nec appositio custodis: quia
custos fecit id, quod diligens faceret: & quod est de natura, vt
ita dixerim, & consuetudine talis custodiæ. & habemus simi
le in custodibus pecorum, qui vt plurimum sunt pueri, nam
per consuetudinem excusantur illi, qui committunt eis custo
diam: quia illius diligentiores capaces sunt. vnde si vera suor
ea, quę proponuntur in facto, qõ ista, quę facti est, & iuris, de-
terminatur pro dicto magistro grammaticę. ad quod optime,
& formaliter facit d. l. 2. in prin. C. de his, qui ve. æta. impetra.
2 † Ad illud autem, quod dr, incendia culpa inhabitantiũ ple-
runq; fiunt, vt l. 3. §. & quia. de offi. præfecti vigilium. Respõ
deo, vt ĩ. Quia non constat per cuius culpam, vnde non tene-
tur conductor. & quia dicit, plerunq; constat, quod aliquãdo
sine culpa, vt qñ per scintillam vento immissam ignis euolat
in paleam, & inuisibiliter multiplicatus est ignis paleis, qd ẽt
sicut & astutia inimici nocte submissus diligentissimis con-
3 tingit. † unde cũ locator habeat probare culpã, succumbit, si
non probat. nam probatio debet cõcludere de necessitate, vel
quasi: nã in alterutram partem contingentibus fauemus reo,
vt extra de probat. c. in præsentia. & l. non hoc. cum sua mate
ria. Item custodiam adhibuit, qualem diligẽs ipse idẽ in suis.
l. custodiam. de pericu. & commo. rei vendi. prædictę. n. legis
sonus non intendit dicere, nisi in contractu esset appositum
aliud pactum. & facit. ff. nau. cau. sta. l. nautæ. & caupo.
Et ita dico, & consulo Ego Baldus.

### CONSILIUM CCCCXLII.

1 *Legatum factum de debitoribus est intelligendum de veris, & liquidis.*
2 *Dictio, seu. quid importet.*

In Christi nomine. Verba ita dicunt, q
Gimetus teneatur
infra mensem tradere, & deliberare tutoribus Perusij tot, &
tantos debitores, & instrumenta contra ipsos debitores, quę
ascendant ad summam, & quantitatem flo. 22 5. Ianuensium,
videlicet de illis, & ex illis debitoribus, qui tenentur, & obli-
gati sunt dare Ioanni de Corrado &c. occasione apothecæ pã
norum, & ex illis debitoribus, & nominibus debitorum &c.
Et sint tales debitores, & quãtitates debitorum ex illis, quos,
& quas ipsi tutores voluerunt eligere, & capere, ac ipsis in so
lu. pro ipsa quantitate retinere, qui in libris apothecę sint de-
1 scripti. Modo quęritur, quid importent hæc verba. † Et sicut
apparet, hæc verba diuiduntur in tres partes, in prima obliga
tio dandi noĩa debitorum, seu instra vsq; ibi, videlicet de il-
lis. in secunda declaratio, de quibus debitoribus vsque ibi, &
sint tales debitores. in tertia dr electio ipsorum noĩm tutori-
bus, vsq; ibi, hoc acto. dico igitur accipiẽdo tertiam particu-
lam, q dicti tutores non tenentur acceptare, nisi veros debito
res descriptos in libris dictæ apothecæ: quia data est eis optio
nominum debitorum descriptorum liquere, ideo oportet ip
sos debitores esse. & hoc ex prima parte scripturæ, & ex com-
memoratione instri, quia dicit tot, & tantos debitores, & in-
stra. q. d. q nomina debẽt esse liquida. docere igitur debet di-
ctus gimetus debita subsistere, & vera esse, ut in l. 1. C. credi-
torem euictionem pignoris non debere. vbi tenet docere cre-
ditorem esse illum: aliter tenetur actionem cedere. ibi est tex.
2 & ibi hoc dicit Bar. & Bar. † Item illa dictio, seu. siue ponatur
expositiue, seu ampliatiue, hoc sonat, vt ff. de anr. & ar. le. l. si
quis ita. siue ponatur alternatiue. q. d. p instrm. aut aliter intel
ligitur

ligitur de alia probatione, q̃ per instru. quæ sit expedita, liquida, & clara: vt C. de compens. l. fi. hoc etiam probat tertia particula, de qua §. quia dicit, tutores habent electionẽ: ergo possunt eligere debita clariora. interest. n. creditoris habere facilem probationem, & cum habeat electionem, potest eligere, quod sibi magis expedit: dũmodo eligat de debitoribus descrip. in libro dictæ apothecæ. facit quod no. per Cy. in l. fi. in prin. C. communia de leg. imo fatuum esset eligere debitorẽ, quem non posset probare esse debitorem: quia quod caret probatione, pro nullo hr, vt l. duo sunt Titij. de test. tute. & l. fi. de contrah. emp. & rupilia polla. & hoc patet, quia econtra si data esset electio debitori, posset eligere, quæ nomina vellet dare, vt ff. de contrahen. emp. l. comprehensum. dum tamen essent vera nomina, & veri debitores, vt in l. si nomẽ indistincti. ff. de heredi. vel actio. vendita. vbi est casus quæstionis nostræ. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLIII.

1 *Sententia an possit fieri sub conditione.*

In Christi nomine. Quidam assessor se cit executione 3 Titium, qui Titius in syndicatu conquerit de iudice dicẽs, q̃ illud debitum iam soluerat. modo cõtigit, q̃ in syndicatu iste assessor fuit absolutus hoc salua: si dictus debitor probauerit se soluisse: & si probauit, fuit condemnatus. iste pro-
1 bauit se soluisse.† Quæritur, vtrum dicta snia sit 3 dictum assessorem executioni mandanda, necne: & vr, q̃ sic, quia snia licèt sit conditionalis, valida est, & existente conditione exequibilis, vt C. de senten. & interlo. o. m. iudi. l. cum certũ. & in l. 1. §. biduum. qñ app. sit. in 3rium est veritas. Et ad euidentiã est præmittendum, q̃ quãdoq; snia fertur 3 ius legis. qñq; 3 ius partis, quandoque contra ius iudicis. quod tertium membrum addo ad clariorem intelligentiam, licèt non cadit sub illo membro 3 ius partis. Et accipio istud tertium mẽbrũ & dico, q̃ iudex ex nouiter probandis post suam sniam non pòt ex imperitia condemnari, nec ẽt de dolo, quia probationes factæ post sniam non arguunt iniquitatem iudicis, nec eum cõuincere possunt, sed de se conqueri potest ille, qui non probauit. iste est casus. ff. de eden. l. argentarius. §. cum autẽ. hoc idẽ dicit decretalis ad literam extra de prini. ca. cũ olim. quapropter de dicta sententia satis est admirandum. & ideo vtile per inutile non vitiatur: remanetque dictus assessor absolutus, & nullatenus condemnatus: & si condemnatio esset aliqua, debet rescindi tanquam euidenter iniqua ex sui inspectione. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLIIII.

1 *Instrumenta, & contractus differunt.*
2 *Instrumenta quæ probent, & quæ redarguí possint de falso.*
3 *Probare quis teneatur falsitatem instrumenti per debitorem excipiendo allegatam.*
4 *Famuli abbatis pro monasterio, & tutores pro pupillo, & coloni pro domino an possint esse testes.*

1 In Christi nomine. Ad euidentiã præmittendum est, † q̃ aliud est contractus, & eius partes, aliud est instrũ, & partes instri. cõtractus. n. principalis cum oibus suis clausulis est factum partium, appositio diei, & consulis, loci, & testium, est factum notarij, vt de. no. in l. j. §. edi. in fi. magne gl. ff. de edé. Secundo præmittenda sunt q̃dam verba Ja. Bu. q̃ prima facie vñr in multis obstare monasterio, q̃ ipse ponit. C. de eden. au-
2 thẽ. si quis in aliquo doc. q̃ talia sunt. † item q̃ro, q̃ instra probent? respon. priuata non, nisi solẽnia, vt no. in l. instra. de pba. publica vero, q̃ habet tria noia. l. originale, exẽplar, & protocollum; probatur regulariter in l. cum precibus. de proba. fallit, si reddatur suspectum, quod contingit altero de tribus modis. vno modo, quia est rasum, abolitum, vel cancellatum in loco, de quo est q̃stio: & tunc illud instrũ non probat, neque tale vitium potest purgari, vt ff. de edi. diui Adri. tol. Secundo redditur suspectum ex persona producẽtis, vt quia est vilis, & abiecta persona, & solitus alias falsa producere, & hoc vitiũ bene purgat, si alius honestus similiter producat cũ eo: & probatur, vt l. si quis §. cogentur. ff. de eden. Tertio mõ redditur suspectum ex persona scribẽtis: quia alias est solitus falsa scribere: & tale nõ probat. l. si aliquid. de susceptoribus, & archa. sed licèt hodie reperiatur falsa scribere instra, non propterea videntur falsa instra in præteritũ facta, imo probabũt, licèt aliqualis suspitio sit in eis, Iac. Bu. cum igitur instrũ productum pro parte monasterij laboret duobus vitijs. s. vitio rasiei, quia cassum in loco suspecto. s. in persona testis: & quia notarius est multum diffamatus, & interum apud bonos, & graues, q̃ præses prouinciæ pro sua grauitate nõ debet ei credere: ergo tam ratione formæ, siue figuræ instri, quam ratione personæ non debet ei credi, imo debet tanquam falsus repelli,
3 vt extra de priui. c. cũ olim pp. sed ex aduerso. Præmitto † ad euidentiam dicti Spe. in tit. de proba. §. 1. ver. sed pone. cuius verba hæc sunt, sed pone, peto a te c. quæ mihi debes: tu negas debitum: produco instrumentum ad probandum: tu excipis contra illud de falso. Nunc quæritur, quis nostrum debet probare. Iaco. distinguit, nam aut de falso agitur ciuiliter, aut criminaliter, si ciuiliter: aut instrumentum illud est prima facie suspectum: puta est cancellatum, vel in aliqua sui parte abolitũ, vel tabellio alias falsas scripturas consueuit facere, & tunc producens debet probare illud verum esse. C. de proba. l. iubemus. aut non suspectum, & tunc excipiens debet illud probare esse falsum, C. de eden. l. qui accusare. Si aũt criminaliter de falso agitur, tunc vterq; debet probare, primo tñ excipiẽs, & subsequenter producens, vt C. de fal. ubi, ista sunt verba speculatoris, quæ continent ipsam veritatem, quia est tex. in d. l. iubemus. Cancellationes. n. & denigrata fama tabellionis nisi esset exauctoratus, ad fidei pertinet quæstiones, vt C. de testamentis. l. si vnus. & idem aut imponitur fides instrumento, aut non: oportet autem hanc fidem imponi per legitimos testes, aliàs instrumentum non creditur: & si quidẽ legitimi testes deponant directè de veritate instrumenti, qui a interfuerunt negotio, vt C. de testi. l. testium. tunc planum est, q̃ statur instrumento, si testes sunt legitime recepti, & ei imposita fides, siue loquamur in ordinarijs iudicijs, siue in summarijs. Sed antequam sit imposita fides in summarijs, non debent recipi illi testes, qui pertinent ad altiorem indaginem in ordinarijs. sic notat lex edicto. quia in illo edicto necesse est, q̃ scriptura nõ appareat lesa: ibi in ipsa scriptura consistat substantia quæstionis. nam in illo edicto Iudex debet procedere oculata fide, nõ per auditum aurium, ut insti. de gradibus. §. sed cum magis. Item dico, q̃ sufficit probatio indirecta, ut quia debitor fidẽ cautionis agnouit, vel l. cum fidem. de non nu. pec. quia igitur hoc modo est imposita fides dicto instrumẽto per duos testes bonę famæ, standum videtur dictæ scripturę: quia mmn magis dictis testibus. Itẽ quia scriptura suspecta non est omnino inualida: imo munitur se inuant scriptura, & testes, vt d. l. si quis
4 ex argentarijs. §. cogentur. † Non ob. q̃ vnus testis sit famulus abbatis, alter colonus antiq': quia in causa monasterij bene possunt testificari, vt in spe. de teste. aliàs esset in potestate Abbatis subtrahendi probationes monasterij faciendo aliquem sibi famulum, vel colonum. Itẽ nemo dubitat, q̃ famulus tutoris potest esse testis in causa pupilli. Item licèt colonus dicatur familiaris taliter, qualiter, nõ tñ ei pòt de iure imperari: nec ẽt amici repellunt a testificando, tex. est ff. de vsuris. l. sicie dum. & ista pertinent ad iuris subtilitatem, veritatem autem deus, qui est veritas, tueatur sine pro, siue cõtra: quia ignoro. sed solum secundum conscientiam ex actis informatam allegationes feci. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLV.

1 *Pactum factum cum famulo deputato ad vendendum merces domini, quòd non possit vendere aliquas merces alteri sub pęna, an valeat.*
2 *Pęna an totiens committatur, quotiens fuerit contra factum.*
3 *Vendere an possit per interpositam personam ille, qui non vendere promisit.*
4 *Ex nudo pacto an possit agi ad pęnam.*

In Christi nomine. Titius locauit suas Seyo ad vendendũ pro ipso in Malo pannos auri: promisitq;, ꝙ dictus Titius ꝓ alio, vel ẽt pro seipso non venderet pannos auri in dicta ciuitate Multi durante dictæ locationis tpe sub certa pena totiẽs committẽda, quotiens ɔuentum fuerit: nec stipulatio pœnæ 1 aliter intercessit.† Modo quæritur, primo an pactum valeat: & vr̃, ꝙ non: quia est contra publicam vtilitatem: nam publice interest plurimos mercatores in ciuitatibus esse, vt l. 1. C. de monopolijs. In contrarium vr̃, per regulam ait pretor, pacta seruabo. Item graue est fidem fallere, vt l. 1. in prin. ff. de cõsti. pecu. Item istud est pactum vnius singularis personę, quod non derogat publicę libertati, quia infiniti sunt alij, qui pñt vendere dictos pannos. Item vnus non facit monopolium, sed cõgregatio. Item licitum est pactum, ꝙ famulus meus debeat mihi soli operari durante tpe operarũ, nec diuertere, se ad cõtrariam operam, & mihi motiuam, vt ff. locati. l. in operis. itẽ debet esse solicitus commodo meo, contra quoscunq; ago, & contra seipsum, vt ff. de cond. ind. l. frater a fratre. §. potius. itẽ in isto sermone speciali cõtinetur persona loquentis, vt de inquisitionibus veritatis. C. de solu. l. item valet pactum, nec liceat tibi piscari, vbi ego piscor: sicut valet consuetudo, & præscriptio, vt l. vt iniuriam. in fi. ff. de ferijs. & l. venditor. ff. cõia prædio. Item no. casum expressum. ff. de ope. lib. l. libertus negotiatoribus. a contrario sensu. Pro hoc induco dictum spec. in tit. de locato. §. restat. vbi dicit, ꝙ locator operæ debet fideliter, & solicite facere, quęcunq; cõductori, atq; negotijs suis vtilia crediderit: & a contrarijs abstinere. & ponit hæc verba in formam pacti. & sic bene fuerit ad propositũ, quod tñ pactum in annona tanq̃ contra publicã vtilitatẽ, & contra fauorem alimentorum factum ipso iure esset nullum, si quis pacisceretur, ꝙ non posset portare frumentum indigẽtibus in pla 2 team, vt l. 1. ff. ad legem Iuliã de annona.† Secundo quęritur, nũquid pęna committatur infinitis vicibus? Et vr̃, ꝙ sic. nam istud pactum, ꝙ totiens quotiens &c. est approbatum a iure, vt ff. de arbi. l. si duo. sed hoc videre. nr̃ valde iniquũ, vt C. de sententijs, q̃ pro eo, quod interest. l. 1. in fi. quia nõ debet excedere quadruplum totalis interesse. Sed gl. ibi dicit, ꝙ in pęnis nõ multiplicatur interesse, nisi qñ per noïa multiplicatiua refertur ad interesse, vt ff. de ver. ob. l. si ista. §. ante. sed dices, hic sunt noïa multiplicatiua l. totiens quotiens. tñ non referũtur ad interesse ex tenore verborum. sed opinio vltramontanorũ attendit realitatem: nos vero cõiter seruamus gl. Non tamen obstat. ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si quis decem. quia alius 3 est ibi casus.† Tertium punctum est, vtrum qui promisit non vendere, possit per interpositam personam vendere. & dicendum est, quia venit contra mentem conuentionis, vt ff. de legibus. l. fraus. & ff. de condi. & demon. l. hæres meus. §. quod 4 in fraudem.† Quartum, & vltimum punctũ est, vtrum ex nudo pacto possit agi ad pœnam. & dicendum est, ꝙ sic, quia accessorium vestitur a principali per cohærentiam contractus, vt ff. si cert. peta. l. lecta. quod plene not. in l. petens. C. de pactis. Item quia propter scripturam præsumitur stipulatio intercessisse, vt plene not. in l. sciendum. ff. de verbo. obligat. & institutu de inutilibus stipulatio. §. si scriptum. Et ita dico, & consulo Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCCXLVI.

1 *Si testator disposuit, ꝙ omnia debita tam contracta per filium hæredem, quàm per quemcunq; alium hæredem debeant solui per dictos hæredes, an intelligatur quilibet pro dimidia? vel qualiter.*

In Christi nomine. Casus talis est, Gregorius de Marinetis de Ferraria, & Galeotus eius filius emancipatus emerunt quasdam gabellas a cõi Ferrariæ pro tpe duorum annorum, soluendo singulis mensibus pro rata. tandem dictus Gregorius veniens ad mortem condidit testamentum, in quo mandauit, quod omnia debita contracta tam per dictum Galeotum, quam per quemcunque alium de Marinetis de Ferraria, in quibus debitis ipse testator non est obligatus, communiter solui debeant per infrascriptos suos hęredes, videlicet p dictũ Galeotum pro dimidia: & Io. & Nicolaũ eius nepotes ex alio filio præmortuo pro alia dimidia: dummodo dicta debita cõtracta, & facta sint ante mortem dicti testatoris. & ibi subiecit hæc verba, volens, & mandans, ꝙ propterea dictis creditoribus non quęratur hypotheca. & mortuus est dictus testator post mensem pęnes dictæ conductionis, vel post annum non euto, subsistente dicto contractu, & factis omnibus solutionibus vsq; tunc. post cuius mortẽ successiue decurserunt plurimi menses, pro quibus non fuit solutum. Quæritur, qualiter sit soluendum. nam dicunt, ꝙ ex dicto contractu surrexit duplex obligatio, videlicet in dictum Galeotũ pro dimidia, & in dictum Georgium pro alia dimidia: quòdq; dictus Galeotus ex sua persona, & non hæreditario nomine tenetur in dimidia. Item dictus Georgi. ex propria persona tenebatur in alia dimidia: quæ obligatio dicti Georgij diuisa est per legem 12. tabularum inter dictos hæredes pro hęreditarijs portionibus, vt C. de pac. l. pacto debitorum. & C. de hęredi. actio. l. pro hæreditarijs. ex quo inferunt de necessitate, ꝙ Galeotus ex sua persona tenetur pro dimidia. Item tanquam hæres tenetur pro dimidia alterius dimidiæ. Sed ecõtra dicti Georgius, ꝙ istud non est verum: & hoc vigore dicti legatarij statuẽtis, ꝙ omnia debita tam contracta per dictum Galeotum eius testatoris filium, quàm per quemcunque aliũ de Marinetis debeant solui per dictos hæredes, videlicet per dictum Galeotũ pro dimidia, & alios nepotes pro alia dimidia: quod quidem legatum, imo prælegatum valet, vt ff. de leg. 2. l. cum ab vno. 2 Modo quæritur, quid iuris? † videlicet verũ dictus Galeotus teneatur pro tribus partibus, & dicti nepotes pro quarta parte totius dicti debiti: an vero dictus Galeotus teneatur solum pro dimidia, & dicti nepotes pro alia dimidia totius debiti excursi post mortem testatoris: & non esset quæstio, nisi esset dictum legatum, & ordinatio testatoris. pro Galeoto allegantur verba testamenti. Primo quia verba dicunt, ꝙ omnia debita contracta per dictum Galeotum soluantur pro dimidia, vt supra, & qui omnia dicit, nihil excipit, vt ff. de lega. 3. l. Iulia. in prin. cum si. Secundo propter uerbum, soluenda. nam hoc verbum futurum tempus demonstrat excurrens, tam post testamentum ante mortem, quàm post mortem testatoris, vt ff. de uerbo. sig. l. verbum oportebat. & l. verbum facere. Tertio hoc vr̃ probari aperte per illa uerba, dummodo dicta debita sint facta, & contracta ante mortem dicti testatoris. nam non est dubium, ꝙ dictus cõtractus originem, & formam habuit in uita testatoris: quia contractum dicimus ea die, qua celebratus est contractus: ut illa dies ponitur in instrumento, vt ff. de eden. l. 1. §. editiones. Item factum dr̃, quod pro infecto haberi non potest, ut ff. de captiuis. l. in libello. §. factæ. itẽ contractum accipimus promissionem hincinde, ut ff. de uerbo. signifi. l. labeo. §. contractio. et si conditionalis sit contractus, ut no. C. de pac. l. petens. Item verba legatorum debent large intelligi, pͥsertim inter coniunctas personas, ut ff. de au. & ar. leg. l. quintus. §. fi. & C. de leg. l. cum alienam. Item ad hoc facit æqualitas seruanda inter liberos, ut ff. de leg. 3. l. cum pater. §. euictis. item si dictus Galeotus non fuisset emãcipatus, sed patri quæstum retulisset, suaderet hoc ratio naturalis, pariter & ciuilis, quasi pater usus fuisset opera eius, non vt correi debendi, sed ut ministri, ut ff. de eden. l. prætor. §. 1. Sed recte sabinus. In contrarium vr̃, ꝙ dictum testm̃ non cõtingat casum nostrum. & primo propter illa uerba, in quibus debitis ipse testator non est obligatus. nam istud debitum, de quo quæritur, est unum, & idem debitum, si obligauerunt se quilibet insolidum, vt ff. de pactis. l. si plores. nam ita uerisimile est, ꝙ contineatur in instrumento, quæ obligatio est respectu fisci. sed inter se quilibet tenetur pro parte, ut no. in l. 1. C. de duobus reis. item si instrumentum non diceret, quilibet insolidum, tñ illa uerba, pro quibus debitis ipse testator non est obligatus. non possent uerificari, quia non est uera uniuersaliter ista propositio, non est obligatus, ex quo est pro parte obligatus ex uno, & eodẽ cõtractu, ut ff. de duobus reis. l. reos. §. cum in tabulis. Itẽ hoc probatur, quia testator expresse uoluit considerari tempus mortis: ꝙ eo uidelicet tpe debita essent contracta, & facta, ad hoc accedunt oẽs leges, quæ dicũt tem-

tem pus mortis considerari, vt l.mella.§. 1.ff.de adimen. le.&
ff.de fun.instru.l.Lucius.cum materia sua.oportet tñ videre,
quid est dictum debita contracta,& facta; nam debitum põt
considerari duobus modis.s.nuntiatiue,& tunc bene erit ini
tiatum ante mortem dicti testatoris;& cõpletiue,& tunc non
fuberat tpe mortis dicti testatoris,immo actio incepit ab hæ-
rede,vt C.vt actio.ab hæredi.& 3 hære.l. 1. nam ex locatione
pro futuro tpe non est nata efficax obligatio,licèt plures pen-
tiones reducantur ad vnam stipulationem,tñ non reducũtur
ad vnam obligationem, vt ff.de fideiuss.l.si a colono.& ff.de
stipu.seruo.l.si seruus communis meuij, & castrẽsis peculij.
§. si. Porro iste contractus quantum ad actum cõtrahentium
non habet in sui esse pendentiam de futuro: sed quantum ad
actum efficaciam obligandi, quia causa finalis nõdum est in
actu suo:nec possibilis esse,vt ff.de verb. ob. l.inter stipulan-
tem.§.sacram.& l,interdum.impossibile est, q efficax obliga
tio interim sit nata,& si esset nata,non esset acta ad agere. Cũ
igitur testator considerauit effectum contractus secundũ tẽ-
pus mortis,iam non sumus in casu testamenti,& pro hoc ad-
duco tres leges,& vnã glosam ordi.s.ff.de leg. 2.l. si ita scrip-
sisset.& ff.de verbo. obli.l. cum stipulatus sim mihi a procu-
lo.& l.si a colono.& quod no.in d.l.j.verbum oportebit.Am
plius hoc declaro,quia testator copulatiue coniunxit contra-
cta,& facta debita,vt ergo non superfluat aliquod verbum,il
la dictio contracta refertur ad ordinatorem contractus, &
illa verba facta debita,de necessitate referuntur ad substantiã
facti debiti:non est autem debitum,quod non est certum de-
bitum iri,ut ff.de condi.& demon.l.hæres meus. Item debi-
tum est verbum ciuile, quod nondum factum sed obligatio-
nis est significatiuum, obligatiuum antẽ accipere debemus,
si exceptione se tueri nõ potest,vt ff.de liberali causa.l.vel ob
ligatus.§.obligatum.ff.de fideiusso.l. fideiussor obligari.§.fi-
deiussor.versi.nam licèt.& ibi hoc est expressum.Preterea in
vltimis voluntatibus debemus vitare absurditatem, inquan-
tum possumus,vt C.de cõdi.inser.l. 2.& ff.de leg. 3.l.offilius
Imperator. Absurditas autem patet,si ponamus, q post mor-
tem dicta conductio esset lucrosa: nam certè Galeotus vellet
dimidiam dicti lucri ex persona sua, & aliam dimidiã dimi-
diæ ex persona patris,ergo &c. vt C.de rescin.ven.l.ratas. Ex
quibus considerationibus,legibus,& rationibus puto dictos
nepotes fouere iustitiam, q in effectu non teneantur, nisi ad
quartam partem damni.quia vt dixi, testator ad tempus mor
tis se retulit: & verba efficaciter intelligenda sunt secundũ tẽ
pus,ad quod referuntur. Et quia non haberent nisi quartam
partem lucri, vt C.de fur.l.manifestissimi.§.sed in secunda.
Et ita dico, & consulo Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXLVII.

*1 Contractus coram iudice celebratus,& iuratus non præsumitur dolo initus, nec simulatus. & nu. 2. 3. & 4.*
*5 Si in loco requiruntur duo notarij, vnus nõ facit fidem in alio loco, quia statutum loci inspicitur.*

1 In Christi nomine. †Contrahentes ac
cesserunt ad iudi-
cem: & super eorum contractu tempore contractus fecerunt
fieri sententiam, q dictus contractus esset verus, & non simu
latus de vero debito: iurauerunt igitur ita esse, & non cõtra-
uenire, petitur sententiam exequi: opponitur cõtra instrumẽ
tum, q non valet, quia tabellio assertus nõ est tabellio, nec in
legitima quasi possessione tabellionatus. Respõdeo, hic exce-
ptio non procedit, quia non opponitur contra negotium, sed
2 dicitur non probate.† Secũdo queritur, an possit opponi ex-
ceptio non nume.pecu.& uidetur, q non, quia confessio fuit
facta in iudicio, vt no.ff.de interrog.act.l. 1.in gl.pe.Item p-
pter iuramentum, quia iurauit vera esse, secus si non iurasset
de veritate, ut no.C.plus valere quod agitur.l.emptione.Ter
3 tio† quæritur, utrum quid possit opponi, q contractus sit dolo
initus: uidetur, q non, ut in l. 1.C. de prædijs curialium. lib.
10.& C.de transac.l.ad actionem.secundo responso. Quarto q-
4 ritur,† utrũ possit opponi, q hęc fuerint facta simulate, quia
partes agebant, q esset contractus simulatus. Respondeo, pu-
to, q si fuit in fraudem vsurarum, hoc possit opponi prius fa-
cta absolutione per episcopum a iuramento. capitu. 1. de iu-
reiurando. Item si cõtractus esset prædicto modo simulatus,
quia agẽs ex eo peccat in fratrem suum, posset procedi ad ab-
solutionem per viam denuntiationis præmissa denuntiatio-
ne euangelica, ut extra de iudicijs. capitu. nouit. & extra de
iureiuran.cap.ad nostram.de hoc no.C.plus valere quod agi
5 tur.l.emptione.& C.de transactio.l.cum ea.† Queritur, si in
loco requiruntur duo notarij, vtrum unus faciat fidem in il-
lo loco, uel alibi. Respondeo, non, quia statutum loci inspici-
tur quo ad numerum tabellionum, vel testium: quia est q̃dã
solennitas necessaria, quæ debet adesse loco, & tempore con-
tractus, vel vltimę voluntatis, nam omnis solennitas debet es
se coniuncta cum actu, sicut forma cum materia: vt C.de te-
stamentis.l.fina.& not.per Inno.in capitu.dudum. de rebus
eccle.non alie. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXLVIII.

*1 Clericus damnatus ad perpetuos carceres, qui ibi decessit, an testari potuerit.*
*2 Succedentes per authen.bona damnatorum. non sunt proprie hæredes.*
*3 Damnatus ad mortem, vel ad perpetuos carceres fecit testamentum solenne, secundum postea non solẽne, vtrum eorum sit validius.*
*4 Hæres institui an possit ille, de cuius statu est incertum: quia quidam dicunt eum spurium. &c.*
*5 Spurius an possit hæres institui in re certa.*
*6 Pater transigendo an præiudicet filio in bonis, in quibus habet vsumfructum.*

1 In Christi nomine. †Queritur in pri-
mis, an valeat testa
mentum clerici damnati ad perpetuum carcerem, qui ibi fi-
naliter decessit. Et videtur, q sic, quia aut dices hunc esse in-
testabilem de iure ciuili: & hoc est falsum, quia ista pęna a iu-
re ciuili est reprobata: & talis sententia est ipso iure nulla, vt
C.de pęnis.l.incredibile.certum autem est, q sententia ipso iu
re nulla nõ facit quem intestabilem, vt ff.de iniusto testa. l.si
qs filio exhęredato.§. q si qs fuerit damnatus. aut dices omnẽ
intestabilem de iure cano. & certe non inuenitur hoc in iure
canonico expressum: ergo intelligit permissum, vt ff.de pro.
l.ab ea parte. Item certę sunt personę numeratæ, quæ nõ pos-
sunt testari, vt patet insti.quibus non est permis. fa. testa. per
totum. & maxime in §.fi.ubi glo.eas enumerat, & inter cęte-
ros est dãnatus ad mortem ciuilem, uel naturalem. sed iste nõ
est damnatus ad mortem naturalem, licèt sit damnatus ad te
dium uitę. Item non est damnatus ad mortem ciuilem: nam
carcer non habetur loco mortis ciuilis, ut d.l. si quis filio.§.
eius, qui.ibi, licèt in carcere.&c. non ob. quod Inno. dicit in
cõtrarium, quia Inno. dicit, q ista est pęna capitalis, & est ma
ior pęna, quæ de iure cano. possit imponi, excepta actuali de-
gradatione, & traditione, quæ fit iudici seculari, ut in ca.de-
gradatio.de pęnis.lib. 6.unde merito iste damnatus assimila-
tur damnato in metallum, qui damnatus in metallum, licèt
hodie non efficiatur seruus pœnę, tamen testari non potest:
quia omnia beneficia iuris ciuilis perdit, ergo & factionẽ te-
stamenti, quę est principaliter iuris, ut ff.de testa.l.eius, qui.§.
fi.& ff.de leg. 3.l. 1.§.præfectus. Testamenti enim factio iuris
publici est, vt ff.de testa.l.testamenti factio.& quo ad ius pu-
blicum iste pro mortuo habetur, ut ff.de bono.pos.l. edicto.
§.rei capitalis.& ff.de cõtrata.l. 1.in fi.quod uerius est, vide-
licet, q iste testamentum facere non possit, si est ad pęnam p-
petui carceris per suum episcopum finaliter condemnatus, p
ea, quæ no.Innocen.extra de accusa.c.qualiter.non ob. q iu-
re ciuili ista pęna sit improbata, quia in clericis debemus sta-
re iuri canonico, vt extra de fo.compe.c.si diligẽti. Porro nul
lum esset dubium, si condemnatus esset ad pęnam perpetui
carceris bonis sibi expressa ademptis: quia qui nulla bona in
ciuitate reliquit, hęredem habere non potest, vt ff.de uulgar.
2 substi.l.lex Cornelia.† & illi, qui succedunt per authẽ. bona
damnatorum. non sunt propriè hęredes, nã nec fiscus ex hoc

capite

capite ueniens, ut ff. de noua. in fi. & l. nouatio. eo. titu. & ibi
not. Et in personis, quæ testari non possunt, non refert, vtrum
sit relictum ad pias causas, necne, vt pleue no. in c. quáqnam.
de vsuris. lib. 6. verum tamen est, q speculator in §. compen-
diosa. de instru. edit. vbi enumerat personas, quę non possunt
testari, non facit mentionem de isto cõdemnato ad perpetuũ
carcerem. Sed egn puto, q contineatur sub illo de condem-
nato ad mortem: quia ēt si non moriatur in instanti, tamē pp
squalorem carceris vita de necessitate subtrahitur, vnde pro-
pter pœnã more mors est in procinctu: vt C. de custodia reo-
rum. l. 1. ibi, intra carcerum secta leto dare. & post subdit lon
ga tabe consumate. & de facto videmus, q parũ viuunt, itaq;
pœna hæc ordinatur ad mortem, sicut si quis cõdemnaretur
ad perpetua tormenta subeunda, donec spiritum exalaret, &
si non breuis, longa est ista mors. Et ita de hoc puncto sentio,
q ille nec actiue, nec passiue sit testabilis: tamē quia licèt nõ
sit condemnatus ad mortem subitaneam, est cõdemnatus ad
breuitatē vitæ. Est & alia ratio melior, quia hæc pęna aut ser-
uum inuenit, aut seruum facit, cum in seruum cadere nõ pos
sit, vt d. l. incredibile. coniun. canonibus cum d. l. nam de iu-
re cano. in vilem personam, & abiectam pęnam seruituri car
ceris cadit. & loquor, vbi ista pęna imponitur. vt terminus pę
3 næ per diffinitiuam sententiam. Secũdo † quæritur, clericus
testabilis fecit testamentum solenne, in quo instituit amicos:
postea fecit testamentum non solenne coram tribus testibus,
in quo instituit fratrem carnalem, q primum testamentum
sit reuocatum de iure ciuili, certum est, q non: cum ex secun
do testamento non possit adiri hęreditas de iure ciuili, vt no.
ff. de iniusto test. l. cum in secundo. Item nec per iura codicis,
quæ disponunt, q in vno casu reuocetur primum testamen-
tum: licèt ex secundo non possit adiri hæreditas de iure ciui-
li, videlicet qñ in primo testõ sint instituti prorsus extranei, in
secundo sunt instituti venientes ab intestato corã 5. testibus.
nam eo casu rumpitur primum testm̃ & tñ non valet secun-
dum, vt ex eo possit adiri hæreditas. Sed apertitur via causæ
intestati, ita vt omnes ab intestato venientes succedant, nõ so
lũ ille, qui nominatus est; & si ille repudiet, posterioribus est
aperta via. & hoc est, qđ tex. dicit iure testari. C. de testa. l. hac
consultissima. §. pe. Sed nunc non interfuerũt 5. testes, sed tñ
tres: ergo primum testm̃ durat firmum non ob. extra de test.
c. cum esses. & c. relatum. quia non loquuntur eo casu, q præ
cessit testm̃ solenne, in contrarium vr, quia iste est clericus, &
non supponitur reg. iu. ciui. sed soli iurigẽtium: quo iure va-
let consensus vltimę voluntatis, sicut consensus contrahẽtiũ.
& in hoc fundat se l. 12. tabularum, vt in Auth. de nup. §. di-
sponat. de iure ergo gentiũ, siue de naturali consuetudine hu
mana est ita seruatum: licèt ius ciuile, & prætorium aliter di
sponat, vt C. de fideicom. l. quæstionem. Præterea non iniuria
est, testamẽtum fieri a presbytero, vel coram presbytero, sed
corã duobus testibus, & presbytero, vel alio clerico in sacris
constituto valet testamentum, ut no. in d. §. compendiose. ver
si. item per ius can. ergo cum clerici secundum canones viue
re debeant, tale testamẽtum reuocat primum, imo plus, quia
potest ex secundo adiri hæreditas de iure canonico: sed quia
præsumptuosum esset hoc tenere, ideo teneo primam opinio
nem, q testamentum primum non sit reuocatum: nisi forte
quo ad castrensia bona prouenientia ex ipso clericatu: sicut
dicimus in milite militante, nam clericus, qui semper est in
diuinis officijs, ut supra de sac. san. eccl. l. si qui sub pręte xtu.
æquiparantur militi militanti, ut not. in l. miles. ff. de re iudi.
4 † Tertio quæritur, pone, q est dubium, utrum aliquis sit na-
turalis, vel spurius: quia aliqui dicunt, q mater habebat aliũ
virum: alij dicunt contrarium, utrum in dubio iste possit hæ
res institui, de cuius statu est incertum? Respondeo, sic, quia
præsumitur capax: & vbi lex præsumit, vel diffinit, ibi nulla
5 est incertitudo, vt d. l. si quis filio. vltra medium. Quarto † q̃-
ritur, vtrum filius spurius possit institui in re certa? Respon-
deo, si indiget vitæ subsidio, potest institui, vt capiat vsq; ad
alimenta: reliquum remaneat successoribus intestati, nisi ha-
beret institutum, quia tũc vadit ad substitutum. primum de
alimentis supponitur esse verum de iure cano. non ciuili, vt
extra de eo, qui duxit in matrimonium. c. cum haberet. quo
supposito alia sunt vera ēt de iure ciuili, vt l. 2. & l. si pater. C.
de hære. insti. & C. de fideicom. l. eam quam. Porro ęstimabit
quantum viuere põt, vt ff. ad l. Fal. l. hæreditarium. & si res le
gata non valet plusquam iste dubius euẽtus, capit ēt plenam
proprietatem, & perpetuã: secus si testator eã rem legasset in
alimenta: quia tunc extingueretur legatum morte, vt not. ff.
6 de transa. l. cum hi. §. si vni. Dubitatur † de quadã transactio-
ne facta a patre super bonis, in quibus habet vsumfructum,
an noceat filio; & videtur, q sic, si caute, & prudenter tran-
segit propter dubium litis euentum: alias non, vt C. de bono.
mater. l. 1. C. de pact. l. pactum curatoris. & C. de transac. l.
præses. consulo tamen transigẽti cum patre, quòd faciat cum
autoritate iudicis: quia semper vtile est in contractibus de-
cretum iudicis interuenire, ut ff. de solutioni. l. si stipulatus.
§. si lanceam. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCCXLIX.

1 *Appellatio a sententia lata a subdelegato ad subdelegantem an teneat.*

1 In Christi nomine. † Delegatus domi
ni Papæ, siue execu
tor subdelegauit alteri vices suas simpliciter, nihilo sibi de iu
risdictione aliter reseruata: nedum processu ad executionem
causæ cognitæ: & pręsentibus partibus, quarum altera dicẽs
se læsam appellauit ad ipsum subdelegantem. quæritur, vtrũ
dicta appellatio teneat: super hoc articulo sententia fuit lata
de mandato ipsius subdelegantis: & fuit pronuntiatum dictã
appellationem non tenere, quia dictus delegatus nihil sibi de
iurisditione reseruauit. Si enim de iurisdictione aliquid sibi
reseruasset, dicta appellatio teneret ad eum, ut in c. si delega-
tus. §. ad eum. de offic. de leg. lib. 6. & hoc tenet spe. in specu-
lo de appellationibus. c. nunc tractemus. versi. quid si delega
tus. & versi. seq. Sed si adiectum esset in appellatione, ad quẽ-
libet iudicem competentem. bene teneret appellatio tanquam
imposita ad Papam, ut not. C. de bonis authẽ. iudi. pos. l. cum
proponas. Et ad clariorem intelligentiam distinguemus, sunt
tres casus: nam aut subdelegatur aliqua pars iurisdictionis,
& tunc appellatur ad subdelegantem: aut tota iurisdictio cõ-
tentiosa, sed non executiua; & idẽ aut tota tam in cognoscen
do, quam in iudicando, quam etiam in exequendo: & tũc ex
subexecutor incepit cognoscere, functus est subdelegans offi
cio suo: & a modo de nihilo cognoscere potest: nec ad eũ ap-
pellari, quia funditus cares iurisdictione. Et ideo quando exe
cutor ad prouidendum subdelegat executionem ad prouidẽ
dum, quod verbum intelligitur plenum, ut no. Inno. in ca. in
literis. de offi. de le. impossibile est, q ipse subdelegans iuris-
dictionem reassumat re non integra: & ideo ad eum appella-
ri non põt. & ista est intentio speculatoris. dicet aliquis, nõne
committendo diffinitiuam videtur committere executionẽ:
ergo nihil reseruauit sibi de iurisdictione, & sic membrũ de
prædictis est falsum. certe hoc tenet Inno. de offi. dele. c. si pro
debilitate. sed Hostien. dicit contrarium, & melius, quia licèt
committatur sententiæ prolatio, quę est iurisdictionis, non
videtur committi executio, quæ est mixti imperij, licèt de iu
re canonico posset expresse committi, ut probatur. ff. de re iu
di. l. a diuo pio. in prin. ff. de pac. l. tale pactũ. §. qui prouoca-
uit. ff. de iurisdictio. om. iud. l. iubere cauere. Et ideo opinio
hostien. melior est in hoc puncto, quã opinio Inn. sed in sub-
delegato ad prouidendum opi. Inno. verior est. & ista, vt pu-
to, fuit consideratio speculatoris. Ego Bal.

CONSILIUM CCCCL.

1 *Prębenda prima non vacat, si optans secundam non obtinuit pacificam possessionem secus alias non obstante protestatione.*

In Christi nomine. Casus talis est, ve-
nerabilis vir domi
nus Ioan. canonicus maioris ecclesiæ Placentinæ constitutus
cuiuidam abbatis optauit quandam prębendam canonicalẽ
tanquam antiquior canonicus vacante per mortem domini
Iaco.

Iaco. quondam eiusdem ecclesię canonici, sub hac forma, vi-
delicet sed, & inquantum ipsi do. Ioanni debeatur, & non ali
ter, nec alio modo: protestatione per eum præmissa, ꝙ sibi sal
uum sit, & reseruatum omne ius sibi competens ad eius pro-
priam præbendam in casu, quo pręsens optatio non valeret:
& donec præsentis optationis adeptus fuerit pacificam pos-
sessionem. modo contingit, ꝙ non potuit adipisci possessio-
1 nem, quia dominus terræ noluit. † quæritur, verum sua præ-
benda possit ab aliquo impetrari? Respondeo, ꝙ aut aliquan-
do fuit in pacifica possessione prębendæ optatæ: & tunc pri-
ma vacat ipso iure: & potest impetrari tanquam vacans, nec
iuuat eum protestatio in istis præiudicialibus. Aut nunquam
fuit in pacifica possessione impeditus de facto: & tunc prima
præbenda non vacat, vt hęc probantur in c. gratię. de rescrip.
in cle. facit quod no. extra de elec. c. cum in cunctis. & in c.
de multa. de præb. & ff. de inof. test. l. si sub hac. & ff. de cód.
ob causam. l. 3. §. neratius. & quod dixi, quando habuit pacifi
cam possessionem, idem dico, si p eum staret, quominus im-
petret ipsam supplicãdo superiori, vt ff. de contrah. emp. l. la-
beo scribit. §. si mihi bibliothecam. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCCLI.

1 *Pater an possit donare vni filiorum bona excedentia insinua-
tionem.*
2 *Patri asserenti filium bene meritum nõ creditur: sed oportet,
ꝙ filius probet benemerita.*
3 *Insinuationi an possit per pactum derogari.*
4 *Summarium coacervatio quando est fienda.*
5 *Valet confessio, & insolutum datio inter patrem, & filium.*
6 *Pręsentia domini feudi habet vim insinuationis.*
7 *Pater potest donare vni filiorum feudum.*

In Christi nomine. Nobilis marchio
do. Bonifacius de
Careto fecit quandam confessionem versus nobilem d. Geor
gius emancipatum filium suum: in qua confessus fuit se tene
ri dicto eius filio emancipato in sex milibus quadringẽtis no
naginta flore. eo quia dictus dominus Georgius soluisset cre
ditoribus eiusdem do. Bonifacij de propria bursa ipsius do.
Georgij, non obstante, ꝙ inquietationibus, & liberationibus
contineretur nomen dicti do. Bonifacij: & non fieret mentio
de dicto do. Geor. quapropter idem do. Bonifacius dedit eidẽ
do. Geor. in solutionem pro prædicta quantitate quoddam ca
strum cum iuribus, & pertinẽtijs suis. & quia plus valebat in
aliquibus milibus florenorũ, donauit illud per singulas sum-
mas quingentorum flore. & renuntiauit legibus dicentibus,
ꝙ donatio non insinuata non valeat vltra quingentos aureos.
& hoc fecit saluo iure Illustris domini d. Marchionis mõtis
Ferrati: eo ꝙ dictum castrum est feudale ipsius. Qui do. Mar-
chio dictum contractum ratificauit: & dictum d. G. de dicto
1 castro, & iuribus inuestiuit. † Quæritur, utrum dictus con-
tractus ita celebratus inter patrem, & filium alia insinuatio-
ne non interueniẽte, quam vt dictum est, de iure valeat, nec-
ne: & si dicta donatio non valeret ultra quingentos aureos,
utrum intelligatur insinuata coram do. Marchione, eo ipso,
ꝙ fuit ei producta, & p eum approbata, seu admissa: & an in-
uestitura dicti d. Mar. ualeat, & habeat perpetuam firmitatẽ,
necne: præsupposito ẽt, ꝙ dictus do. Bonifacius habet alios
2 plures filios, qui de dicto feudo non sunt inuestiti. † & uide-
tur primo, ꝙ non sit standum assertioni paternæ: nam lege ca
uetur, ꝙ licet pater asserat filium benemeritum, tñ non credi
tur assertioni patris, nisi filius probet idonea merita pręcessis
se, quæ tãtam affectionem patris debuerint promouisse, ut le-
gitur, & no. C. de col. l. si donationem. & probatur p l. si for-
3 te. ff. de castren. pecu. † Pręterea legibus disponentibus de in-
sinuatione non põt derogare per pactum; nam insinuatio est
quædam solennitas magna, & introducta in iustſo, nec in in-
stis donationum aliqua fraus possit excogitari, ut C. de don.
l. data iam pridem. & nemo potest facere, ne solennitates ha-
beant locum in suo contractu, uel ultima uoluntate, ut ff. de
lega. 1. l. nemo potest. ff. de lega. 2. l. codicillis. §. fin. & ff. de
pac. l. ius publicum. Prætterea illa verba, quòd tot sint dona-
tiones & c. non operantur, ꝙ sint plures donationes, cum sint
factę ex vno contractu, & vno cõtextu: vnde totum est vnum
instrumentum: præsertim quia res non sunt singulariter enu
4 meratæ, arg. ff. de ver. obli. l. scire debemus. † Præterea debet
fieri coacervatio summatim, cum descendat ex vno, & eodẽ
contractu: secus si ex interuallo, ar. ff. de pac. l. si plures. Item
ista verba, ꝙ sint tot donationes. importãt quoddam pactum
diuisum: tamen substantia donationis est vniuersalis, & si nõ
valet donatio, nõ valet pactum: nam ista donatio in prin. sui
est vnica, & vniuersalis: & si illa nõ valet, clausula accessoria
ualet. Item si prędicta clausula operaretur, ꝙ non esset neces-
saria insinuatio, veniremus contra rationem legis, quia insi-
nuatio est introducta: nam fraus hic bene possit committi, si
cut si clausula esset inserta. Item qui donat omnia prędia sua,
uidetur per singula donare, vt ff. de leg. 3. l. si corus. & tamen
non cõsiderant singulariter singula, sed vniuersaliter vniuer
sa, ut C. de donatio. l. sancimus. & l. si quis argentum. In con-
trarium uidetur. & diuido istum contractum in duas partes;
5 prima pars continet dationem in solutum, † & hęc valet ab-
sque dubio inter patrem, & filium emancipatum: quia inter
eos omnis obligatio consistit, vt plene legitur, & no. in l. 2. C.
de inoffi. dona. ff. de fideiusso. l. si quis pro eo. §. 1. & ff. de con
di. ind. l. frater a fratre. §. quæ sit. vnde tam cõfessio, quàm in-
solutum datio valuerunt absq; dubio. l. tantum prout tanto.
nec est nouum, ꝙ contractus diuidatur per partes, vt ff. si cer.
pet. l. nã & si fur. 1. responso. Secunda pars istius cõtractus est
donatio. Modo verum est, ꝙ vltra quingentos aureos non va-
let sine insinuatione: etiam si datum esset in premium eman-
cipationis, vt plene not. Cyn. C. de collati. l. vt liberis. Tamen
6 † ego dico, satis dicitur insinuata, cum sit insinuata corã do-
mino feudi iurisditionem habente. ipse enim est superior, &
ad eum pertinet cognitio inter vasallos, vt extra de iud. c. cer
tum. Præterea ex quo inuestiuit filium de voluntate patris, te
net tanquam inuestitura facta per dominum de consensu va-
salli: nec habet locum pęnitẽtia, vt in c. 1. §. rursus si fideliter.
7 qui. mo. feu. amit. col. 10. † Item pater potest donare vni filio-
rum feudum dummodo alijs filijs non subtrahat legitimam,
sicut posset pręlegare, vt in c. 1. an agnatus, vel fi. col. 10. ex q-
bus infertur solutio prędictarum quæstionum concludo fina
liter instrumentum prædictum esse validum quo ad quamli-
bet eius partem. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCLII.

1 *Stante statuto, quòd filia fœmina dotata non succedant, an
possint petere legitimam? & est valde elegans, & subtile
consilium.*
2 *Verbum, ab intestato. positum in statu. quomodo intelliga-
tur. & nume. 5.*
3 *Successor proprie quis dicatur.*
4 *Dictio, cum. quid importat.*
6 *Subrogatio requirit duo extrema.*
7 *Dispositio statuti non potest abolere principia naturæ.*
8 *In statutis magis verba, quam mentem imaginariam at-
tendimus.*

In Christi nomine. Statuto ciuitatis
Mantuæ sub ru-
brica de successionib. ab intestato. sic cauetur, sorores ab in-
testato cum fratribus, aut cũ nepotibus non succedant in bo
nis patris, teneantur tamen fratres eas dotare, si dotatæ nõ sint
honorifice secundum patrimonij facultatem. Modo pater ha
bens filios masculos, & quandam filiam, seu neptem ex filio
nomine Constantiam maritatam honorifice, & dotatam a pa
tre, seu auo, instituit hæredes filios suos: & vltra dotem fecit
aliquod relictum dictæ dominę Constantiæ. qui instituti adi
uerunt hæreditatem ex testamento, & quia dos, & relictum
non sufficiunt ad legitimam dictæ Constãtię, vult ipsa domi-
1 na Constantia agere ad supplementum legitimę. † Quæritur,
nunquid possit. & uidetur, ꝙ sic, quia hoc ius habet de iure
cõmuni, ut C. de inoffic. testa. l. & omnimodo. & l. sancimus.
cui iuri communi statutum non derogat, nisi ab intestato, er
go ex testato potest agi ad supplemẽtum, sine quia iste est ca-
sus

ſus contra ſtatutum, ſiue quia caſus omiſſus a ſtatuto promiſ
ſo debet haberi, vt ff. de acqui. hære. l. ſi ſeruum. § non dixit:
item quia ſicut legum correctio eſt vitanda per aliam legem
communem, ita & per municipalem, vt C. de noxali. l. ſi ſerui
veſtri. & extra de conſuetu. capi. cum dilectus. Item quia ſta-
tuta ſunt ſtricti iuris, & ideo non recipiunt extẽſionem, vt ff.
ſo. ma. l. ſi vero. §. de viro. Item ad hoc facit. C. de iuſti. & ſub-
ſti. l. generaliter. in prin. vbi ſi aliquis eſt rogatus reſtituere hę
reditatem, deceſſerit inteſtatus, facit deficere fidei com. teſtan
do, quia ſemper inter ſe pugna eſt teſtari, vt in l. ius noſtrum.
2 ff. de reg. iur. † Nã in ſtatuto ſunt ponderanda tria verba in eo
poſita. ſ. verbum ab inteſtato. verbum a ſucceſſione: & dictio
cum. ex primo ergo arguitur, ꝙ non excludatur, quia ſupple-
tio legitimæ eſt ex teſtamento, cum factum ſit teſtamentum.
& ſic verba ſtatuti excludentis deficiunt: & verba iuris com-
munis non deficiunt, ergo ſtamus diſpoſitioni iuris commu
nis, ac ſi ſtatutum diceret expreſſe, corrigimus ius commune
ex teſtamento. ſimilis enim quæſtio formatur in edicto de cõ
iungendis cum eman. lib. vbi multi, & magni moderni tenẽt,
ꝙ eſt teſtamento illud edictum non ſit correctum. idẽ tenent
de differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, licèt gloſ-
ſatores communiter teneant contrarium, de quo per Cyn. in
Auth. in ſucceſſione. & no. in l. gallus. §. quid ſi tantum. & ff.
mino. l. ſi filius. & in Auth. de hære. & Falc. §. exhæredatio. C.
de colla. l. ſi emancipati. ff. de inoffi. teſt. l. ſi proponas. & in l.
r. ff. de coniungen. cum emãci. libe. Item legum correctio eſt
vitãda, & maxime vbi correctio includeret odium. iura ſunt
3 vulgaria. † Ex ſecundo. videlicet ex illo verbo, a ſucceſſione.
arguitur ſic; nam ſucceſſor dicitur ille, qui iuris ſucceſſor: &
hoc ex propria ſignificatione vocabuli, vt ff. de eden. l. quędã.
§. ir autem. ſed ille, qui ſuccedit in ſola legitima, non eſt ſuc-
ceſſor iuris, cum non ſuccedat in re aliena, vt ff. de inoffi. te-
ſtamento. l. papinianus. §. Quarta. Quapropter licèt ſtatutum
excludat a ſucceſſione, quę proprie ius vniuerſum ſignificat,
non tamen excludit a legitima. & confirmatur alia ratione:
nam a legitima nunquam excluditur filius, niſi lex, vel pactũ
nominatim hoc dicat, vt C. de inoffi. teſtamen. l. ſi quando. §.
4 fin. † Ex tertio ſcilicet ex dictione, cum. arguo ſic: iſta dictio,
cum. habet coniungere, quando profertur affirmatiue, uel ne
gatiue, vt ff. de vſufructu accreſcen. l. ſi mulieri cum liberis.
& hoc eſt quod alibi dicimus, nepotes vehementius cum pa
truo ſuccedunt in ſtirpes: ſed ſi per ſe, ſuccedunt in capita ſe-
cundum Azonem. nam iſta dictio, cum. ſignificat vnà cum.
iſte ergo eſt ſenſus ſtatuti, quòd non poſſit fœmina ſuccedere
vnà cum maſculo. Sed iſta, quæ ſuccedit in legitima, non ſuc
cedit vnà cum maſculo, ſed ſeorſum, & diuerſo iure. Item il-
le vniuerſaliter, hęc particulariter: & ſic inter eos nulla eſt cõ
iunctio, vt ff. de bono. poſſeſ. l. ſed cum patrono. videtur ergo
bonum conſilium conſulere maſculis, ꝙ repudient ex teſta-
mento, & adeant ab inteſtato, nihil faciunt in fraudem teſta-
menti, vt ff. de lega. 1. l. cum pater. §. ſi Titio. ſed ſi adirent ex
teſtamento, ſibi imputent, quia ſuo pacto ſe ad legitimam ob
5 ligauerunt. † Et hæc opinio. ſ. ꝙ dicta mulier poſſet petere le-
gitimam ex teſtamento, adhuc probatur ſic; ille ablatiuus ab
inteſtato conditionaliter exponitur, vt ff. de cond. & demon.
l. a teſtatore. ſed ex conditione ſumitur arg. a contrario ſenſu;
ac ſi aperte diceret, ꝙ ex teſtamento non excludatur: vt ff. de
offi. eius, cui man. eſt iuriſ. l. 1. §. eius rei. Illud conſtat, ꝙ illud
ſupplementum facto teſtamento eſt ex teſtamento non quidẽ
formaliter, ſed cauſaliter, ſicut dicimus. C. de colla. l. vt libe-
ris. Amplius ſtatutũ prouidet dupliciter. ſ. de ſucceſſione in
fauorem maſculorum, & de dote fœminę. Modo cum condi
tio ex lege ad dotandum non competat niſi ab inteſtato: er-
go nec ſtatutum, vt ita dixerim proportionale, ar. C. de ſen. & in-
terlo. om. iu. l. cum ſolutum. nam quæcunque extrema copu-
lata procedunt vnum ſine altero, non ſubſiſtit: præſertim qa
vnũ alterius eſt cauſa finalis, ſine qua legiſlator non eſſet alias
facturus. Quoniam igitur dos eſt quædam recompenſatio le-
gitimę, vt not. Cyn. in l. ſancimus. de nup. vbi ceſſat ſtatut. in
dotando, ceſſat & in excludendo, alias poſſet contingere ca-
ſus, ꝙ mulier nec dotem, nec ſucceſſionem haberet. ſ. in cau-
ſa teſtati: ꝙ eſt abſurdum. In contrarium videtur, quia legiti-
ma eſt tertia, vel ſemis portionis debitæ ab inteſtato, vt no. C.
de inoffi. teſt. auth. l. nouiſſima. ſed huic mulieri ab inteſtato
nihil debetur niſi dos: ergo nulla eſt legitima. Præterea diffi-
nitio, ſiue deſcriptio legitimæ hoc eſt legitima eſt tertia, vel
ſemis portionis debitę ab inteſtato filijs, vel parẽtibus. A quo
igitur remouetur diffinitio, & diffinitum. ſed a fęmina remo
uetur diffinitio legitimæ: ergo & legitima. Item ideo repelli-
tur a legitima ex teſtamẽto, quia legitima ſuccedit loco que-
relæ, vel ꝯtabulas, vt d. l. omnimodo. ſed ꝯtabulas, vel querela
non competit huic mulieri, vt plerunque examinaui, vt C. de
lib. præte. l. maximum vitium. in lec. mea. q. n. in locum alte
rius ſurrogatur, ſapit eandem naturam principalem, & natu-
ram ab initio productionis ineſſe, vt no. ff. ſi cer. pe. l. certi cõ
6 dictio in prin. † Item ſurrogatio requirit duo extrema. l. quod
ſurrogatur, & ad quod ſurrogatur: ſed extremum, ad qd non
sanctorum &c. vel recondi, seu gubernari, & reponi in dictis suburbijs, de quibus rebus dictorum suburbiorum fias scrip. colliganiur, & colligi debeant, seu possint de prædictis omnibus certum datium, siue gabella, deinde hoc additur per pactum, ꝙ quilibet soluere debens ipsa pedagia secundum prædictos modo, & formam teneatur, & debeat soluere ipsa pedagia, antequam ipsæ res intrent ciuitatem, si in ciuitate ducere voluerint: & hoc ad portas: sed si quis repertus fuerit ducere de ipsis rebus in suburbijs, quæ voluit descarcare ibidem, bene possit compelli ad solutionem, antequam intrent aliquam domum ipsorum suburbiorũ: quæ solutio similiter valeat in circa, quæ postea contigerit fieri per illos emptores in dictis suburbijs. Modo proponitur, ꝙ quædam res fuerunt in dictis suburbijs discarcatæ tempore primorum emptorum 7. mensium: & ab ipsis emptoribus fuit accepta solutio, & factũ bollettinũ solutionis conuentũ, vel promissum ea occasione. Nũc gabellati posteriores quinque mensium volunt facere arcam, & exigere iterato dictã gabellam. Item domini rerum voluut introducere in ciuitatem sine solutione alterius gabellæ. Quæritur, quid iuris. Et est aduertẽdum, ꝙ hæc causa fuit commissa relationi cuiusdam probi viri: cuius relationi fuit promissum stari tam per iudicem, q̃ per partes. tandem antequam dictus relator referret, fuit accusatus ipse relator suspectus tanquam agnatus, vel affinis vnius ex partibus dictæ secundæ gabellæ: & hoc fuit assertũ per proprium iuÃm dicti recusantis: deinde iste relator retulit, & declarauit in hac forma, videlicet solutiones datij dictarum rerum, lignorum, lapidum, & mercimoniorum, quæ intrare debent, & duci intra ciuitatẽ Papiæ, puta quia discarcati, & discarcatæ fuerunt ad aerem, de iure spectare, & fieri debere posterioribus datiarijs 7. mensium, & non prioribus 7. mensium, solutiones vero dictarum rerum, quæ discarcatæ fuerunt in burgis, & intra corpora sanctorum, vt ibidem remanerent, Puta quia fuerunt discarcatæ in aliqua domo dictorum burgorum, & intra corpora sanctorum cõstituta, spectare, & fieri debere datiarijs primorum 7. mensium, & non datiarijs vltimorum quinque mensium. Itẽ est sciendum, ꝙ contra istam relationem probatũ est per quosdam testes de contraria practica: non tamẽ tanti temporis, ꝙ sit probata consuetudo præscripta. Modo ex his omnibus quæritur, quid iuris. Et hoc thema diuidimr in tres quæstiones. Prima quæstio est, quis est sensus statuti. Secunda, an dictus recusatus potuerit referre, & an debeat stari eius declarationi. Tertia, an dictum relatorum sit reprobatum per dictam contrariam practicam, inspecta commissione sibi facta.

1 † Ad euidentiam considerandum est, quorum datiorum tempore contracta sit obligatio gabellæ: contracta dico, ita ꝙ dies obligationis, & solutionis cesserit, nã prout in persona cuiusque cedit dies, ita debet fieri solutio, sic videlicet, ꝙ vnus alterius cõmoda non vsurpet, nec habeat godimenta temporis alieni: tãtum enim vnicuique acquiritur, quantum iuris dictat ratio, & forma contractus, vt ff. de stip. ser. l. si seruus cõis Meuij, & Castr. peculij. ff. de in. fis. l. Valerius. ff. de vsufru. & defuncta. l. l. quotiens. ff. sol. ma. l. diuortio. ff. quẽad. ser. amit. l. & si sic. ff. si cert. pet. lege si quis nec causam. §. res pignori. Ad hoc autẽ videndum oportet scire, vtrum ista obligatio, vt ita dixerim, contrahatur in portu, an in porta, (loquor per similitudinẽ.)

2 † nam si portiorium debet solui in portu Ianuæ statim, ꝙ res sint in portu, contracta est obligatio, si autem obligatio cõtrahitur in porta, cum res intromittuntur in ciuitatem Ianuæ, tunc obligatio non prius contrahitur, quàm ad portam sit vẽtum, vt ff. de verb. sig. l. in l. censoria. & ff. loca. l. pe. §. nauem.

3 † Modo ego facio comparationem suburbiorum ad portum, & portæ ciuita. ad portam: vnde videamus, vbi, & quando cõtrahatur obligatio gabellæ: vtrum in suburbijs, an in intromissione portarum. & videtur distinguendum: Nam aut vt veniẽdo a suburbia peruenit ad locũ destinatum, & ad terminum motus, & tunc debeat soluere in suburbijs. aut nõ peruenit ad locum destinatum, licèt enim transeat per suburbia, tñ non contrahitur tunc obligatio in suburbijs: quia non inspicitur locus, per quem transitur, sed locus, ad quem vaditur, vt consueuit notari C. de ędificijs priuatis. l. si quis post hæc. ad hoc optime facit. ff. de pigno. l. debitor. & ff. de hæredi. institu. l. ex facto. §. rerum autem. Si autem dubitetur, qua mẽte fuerit deferens merces, tunc dicere debemus, ꝙ ille locus præsumitur locus destinatus, vbi merces discargat, & recedit mercibus discargatis, argu. ff. de furt. l. quod destinauerat. nec videtur distinguendum, vtrum in suburbijs, vel similibus locis dimiserit res ad aerem, nec non: quia siue ad aerem, siue non, ex quo propositum ducentis nõ erat pro tunc vltra progredi: sed extra portam erat terminus motus, ibi debet fieri solutio tanquàm locus destinatus. ex hoc apparet, quòd ius fuit quæsitum primis datiarijs, & eis potuit rectè solui, & non debet solui posterioribus: quia dictat statutum, quòd sufficiat vna solutio facta debito modo, & cui debet fieri. Sed contra hoc obijcitur de relatione dicti probi viri, cui relationi videt̃ standum. Primo de iure: Secundo de conuentione: probat primũ per l. Theopompus. ff. de dote prælegata. sed caue tibi, quia l. illa requirit iuramentum referendarij, sicut requiritur iuÃm testis, concor. C. de secũdis nup. l. hac edictali. §. is illud. & in Auth. de non alienan. §. quod autem. Nõ enim erat iste relator deputatus a iure, sed electus est tanquã testificator practicæ,

4 & cõsuetudinis. Secundo non videtur ei debere credi, † quia probatum est per testes de contraria practica, quæ maxime debet attendi referendo se ad proximia tempora, vt ff. de alimen. leg. l. mella. §. 1. licèt illi testes non probent ius. i. consuetudinem præscriptam, tamen probant factum. i. obseruãtiam quãdam, seu practicam, quæ non bene consonat cum relatione dicti probi viri. Tertio dicitur elidi dicta relatio, quia dictus referens fuit recusatus suspectus. sed super hoc videamus, quia multum insistitur pro, & contra, & tamẽ non tangitur medulla quæstionis. Nam si quidẽ iste relator est potius testis, quàm iudex, constat, ꝙ licèt testis allegetur suspectus, non tñ suum testimonium est nullum: sed est in arbitrio iudicis examinare qualitatem suspitionis: & si est leuis, non repellitur, vt C. de in sti. auth. si dicatur. Si vero dicimus, ꝙ iste sit quidã arbitrator tunc nõ est opus, ꝙ ipse iuret, vt C. de arbi. auth. decernimus. & non potest recusari nisi pp grauem causam, vt ff. de arbi. l. licet & l. non distinguemus. §. cum quidã. iudicem aũt meũ appellare non possumus, vt C. de iurisd. om. iudi. l. prriugrorum. Et ideo leges, quæ loquuntur de allegatione iudicis suspecti, non faciunt ad rumbum. tamen non transeamus sicco pede, quia Inn. dicit, ꝙ recusatus non desinit esse iudex, nec impeditur procedere, nisi appelletur. Bar. autem dicit contrarium, ꝙ post recusationem eius processus ipso iure non tenet: sed distinguendũ est, nam aut causa recusationis est notoria, & tunc ipso iure non valet eius processus, vt l. 1. C. si quacunque prędi. potesta. aut causa suspitionis nõ notoria, & tunc aut loquimur de iure ciuili, & non tenet processus, quia de iure ciuili sufficit allegare suspitionem, vt legitur, & no. C. de iud. l. apertissimi. aut loquimur de iure canoni. & tunc aut sunt electi arbitri, & non tenet ipso iure processus iudicis recusati, quia iurisditio spectat ad arbitros tanquam ad iudices prorogatos loco recusati unde interim mortificata est iurisditio, quis successionem habet, vt C. de iudicijs. l. pe. in fine. aut non sunt electi arbitri, nec in causa principali, nec in causa suspitionis: & iste articulus est dubius: quia ergo iudex videtur dicere, quia non possit procedere, etiam ad delegandum. sed Inn. dicit cõtrarium. super hoc dico, ꝙ aut procedit in negotio iurisditionis, puta pronunciando se iudicem, vel alium delegando: & hoc non potest. si autem procedit in negotio principali, valet processus, nisi appelletur, secundum Inn. Sed mirum est, quo valet, si non potest cognoscere, an sua sit iurisditio: hoc enim est contra l. lex quacunqua. ff. si quis in ius voca. nõ ierit. nam quæstio iurisditionis est de fundamẽ. vt no. Inn. in c. innotuit. de eo, qui ordinem furtiue susce. & secundum hoc fortius elidit iurisditionẽ suspitio, quàm appellatio ab interlocutoria; quia magis afficit personam iudicis, & prohibet litem contestari, vt C. de sentẽ. & interlocu. omnium iudicum. l. cum solutum. finaliter cõcludo, ꝙ quicquid sit de iure canonico, de iure ciuili, ꝙ est seruandum Papiæ, processus iudicis recusati non tenet, si tenemus, ꝙ de iure ciuili non sit probanda causa suspitionis, nec etiã alleganda de necessitate: tamen considera, ꝙ plus valet recusatio sine causa, quàm cum inepta causa: quia ineptitudo vitiat libellum recusationis propter errorem

expressum, vnde magis valet vniformiter dictũ, quàm inepte
6 assertum. † & propterea esset vidẽdum, vtrum causa, quia cognatus, siue affinis, sit ista causa suspitionis: & non habemus in iure legem de affinibus, nisi de viro, & vxore, & eorum liberis, vt ff. de iurisdictione omniũ iudicum. l. qui iurisdictioni. nisi ex moribus cõtraheretur suspitio: puta propter nimiã conuersationem l. breuiter quædam causæ suspitionis sunt expressæ in iure tanquam legitimæ: quædam reprobatæ a iure tanquam non idoneæ: quædam mediæ inter has: & istæ relinquuntur arbitrio arbitrorum, qui debẽt eligi in hac causa, ar. ff. de testi. l. 3. §. tu magis. & l. 1. §. j. ff. de effractо. & expilato. finaliter reducendo ad conclusionem omnia supradicta, concludo pro veteribus, & non pro nouis, secundum ea, quæ proponuntur.
7 † Considerandum etiam est, q̃ ille, qui ingreditur vnum cespitem terræ, vbi incipit gabella deberi, totam terrã ingressus videtur, vt l. 3. §. 1. ff. de acqui. posse. gabella qnoque ante initiũ ingressus in nullius bonis est: quia nulli debetur; sed postea efficitur occupantis, occupari etiam dicitur ipse locus, licẽt ibi gabellatores non essent præsentes, vt ff. quemad-
8 modum seruitu. amitta. l. quæsitum. est verum, † q̃ vbi requiretur circa, fine inuentio, tunc potior esset conditio inuentoris, quàm eius, q̃ perquirere neglexit, vt C. de fideiussoribus. l. si barsatoram. non enim dicitur inuenisse, qui non periculum iuit, vt institu. de rerum diui. §. Item lapilli. Et est notandum, q̃
9 ista quæstio est magis iuris, quàm facti, † & q̃ qñ quis in articulo iur. succumbit iuridice sine vlla exceptione, victus victori cõdemnatur in expensis: nec excusant eum opiniones doctorum secundum sol. modernorum. C. de ingenuit. mann. l. si autem. vnde intamẽtum calumniæ non excusat ab expen. nec aliqua color litigandi, vbi quis succumbit super articulo iuris, non ob. prædictis. c. cum in veteri. & Bar. cũ glo. sua. & Bar. in l. si cõuenerit. ff. de re iu. q̃ suspitio tolli 3rinm, vt no. in Auth. de trien. & semisse. §. & quod sæpe. coll. 3. Ego Baldus de Peru.

Consilium 473. & 474.

In Christi nomine. Quidam emerunt, ad incantum certas gabellas ciuitatis Ianuæ per hæc &c. vide in 5. parte consilio 411. incip. quidam emerunt &c.

CONSILIVM CCCCLXXV.

1 *Successor an teneatur stare locationi prædecessoris sui.*
2 *In alienatione rerum ecclesiæ an sufficiat, q̃ interueniat autoritas episcopi ex interuallo.*
3 *Contractus alienationis ecclesiæ nullus an possit cõsensu partium causa cognita per episcopum confirmari: & quid in donatione requirente insinuationem.*
4 *Decretum interpositum recte præsumitur etiam rite.*
5 *Alienatio vtilis dominij ecclesiæ sine autoritate superioris an valeat.*
6 *Concessa emphyteusi ecclesiastica ad centum annos saltem vã lect vsque ad nouem. & nu. 8.*
7 *Vide quando per inutile vitietur, & quando aan. & nu. 10.*
9 *Ecclesia si non est habilis ad restituendum expensas emphyteuta, potest renouare.*
11 *Absentes an sint vocandi in alienatione rei ecclesiasticæ.*
12 *Tempus contractus an attendatur, an emergens.*

In Christi nomine. Quidam Ioan. Abbas cuiusdam monasterij vnà cum capitulo factis prius certis tractatibus inuestiuit ad fictum vsque ad annos nouem A. de quadam possessione, & iuribus possessionis, q̃ spectat, & pertinet ad prædictum monasterium pro certo annuo canone: cum pac. & conditionibus, q̃ omnes expensæ, & omnia melioramenta fierent per ipsum emphyteutam in reficiendo domos, quæ multum diruptæ erant, & terras gorbidas, & incultas ad culturam ponendo, & alia necessaria faciendo. finito termino ipsius locationis sibi emphyteutæ restituerentur, & resarcirẽtur per præfatos Abbatem, & capitulum: aliter ipse emphyteuta retineret, & gauderet prædictam possessionem, & iura ipsius, quousque sibi satisfactum foret de prædictis melioramentis, soluendo nihilominus annuum canonem solit. deinde finito tempore præfatæ locationis ipse dominus Abbas, & capitulum non solu. nec satisfact. expensis ipsis ipsi. q. A. inuestiuerat ad fictũ vsque ad annos 9. L. & P. fratres ipsius. q. A. cum certo canone annuo: cum pactis, & conditionibus in prima inuestitura contentis. Post dictam autem inuestituram finitam ipse prædictus Abbas cum consensu monachorum in ipso monasterio residentium factis prius certis tractatibus solẽniter inuestiuit ad fictum vsque ad annos 29. ipsum l. fratrem ipsius. q. A. & c. filius ipsius. q. A. sub annuo canone in prima locatione contēn. non satisfactis expensis, nec melioramentis factis per ipsum. q. A. primum cõductorem, & per ipsos. L. & P. secundos conductores: tam pactis, & conditionibus in præcedentibus contentis: nulla tamen facta mentione de expensis præteritis; nec reseruatione melioramẽtorum; cui vltimæ locationi, siue emphyteusis dationi imposita fuit autoritas sine decretis post cõtractum celebratum iam per mensem per Vicarium domini episcopi Placentini habentem ad hoc mandatum a præfato domino Episcopo, cui subditum est ipsum monasterium. Ex prædictis primo quæritur, an ista prima locatio, seu in emphyteusim datio potuerit fieri vsque ad annos 29. posito, q̃ non consueuerat locari ad tm̃ tempus. Secũdo, an ciuitas, siue decretum superioris, quæ, vel quod interuenit post contractum iam celebratum per mẽsem, habeat vitiare ipsum contractũ an vero ipsi contractui præstet robur, & firmitatẽ. Tertio quæritur, an sit necesse, q̃ intersint talibus contractibus monachi non residentes in ipso monasterio, licẽt sint eiusdem monasterij, an vero sufficiant residentes adesse. Quarto, an talis contractus possit rescindi: sed quia asseritur esse factus pro minori precio, quàm valeat ad præsens possessio prædicta pp meliorameta facta per ipsos conductores, licẽt ante locationes prędictas plus non valebat. Quinto quæritur, an ipsi emphyteutæ tam primus, quam secundi, & tertij possint prędictam possessionem, & iura tenere, & gaudere soluendo canonem solitum, donec ipsis satisfactum fuerit de expensis, & melioramẽtis, prout in pactis apparet.

1 In Christi nomine. Ad † euidentiã præmittẽdum est, q̃ an successor prælatus interdum 3hit nomine proprio: & tunc nũquam potest immittere falcem in messem successoris, vt ff. locati. l. si quis domum. §. 1. non ob. ff. sol. matri. l. diuortio. vbi tenetur vxor stare locationi mariti, quia illud debet intelligi, quã ad non modicum tempus. Item quia ibi maritus habuit causam ab vxore, vt ibi no. & C. loca. l. emptorem. per Cy. interdũ prælatus cõtrahit nomine ecclesiæ, quod est, quandocũq; nõ solus prælatus, sed prælatus, & capitulum contrahunt: quia in ipsorum personis repræsentatur ecclesia. Item quãdo solus prælatus tanquam prælatus in eo, quod tangit eum solũ: quo casu distinguendum est: nam interdum loquimur in alienatione proprietatis: & hoc etiam cum capitulo non potest facere, nisi seruatis debitis solẽnitatibus, vt in c. 1. de reb. eccle. nõ alie. lib. 6. & in cle. monaste. & 12. q. 2. c. si qua de rebus. & extra de reb. eccle. non alien. c. si quis presbyterorum. C. de sac. san. eccl. l. iubemus nulli. in Anth. de non alie. §. vult enim. &
2 §. qa vero Leonis. † & de solennitate substantiali est, q̃ interueniat autoritas Episcopi: sed circa hoc dubitatur, vtrum ista autoritas possit sequi ex interuallo: & videtur dicendum, q̃ sic, si est vtilitas ecclesiæ, quia non debemus curare de suris apicibus, dummodo ecclesia faciat conditionem suam meliorem, vt not. ff. de transac. l. cum hi. §. eam. & ibi gl. or. In cõtrarium videtur, quia vbi est defectus formæ, ibi de qualitate materiæ non curamus. sed hic autoritas requiritur pro forma, ergo si deficit autoritas, non valet contractus: & ista est veritas, quia contrahentes non sunt habiles, nisi habilitentur, per autoritatem, & permissionem superioris, seu licentiam. non enim ista respiciunt initium, vt ff. de infamibus. l. quid ergo. in prin. sol
3 uo, quod infra dicam. † Quarto igitur, si celebrato contractu sine autoritate superioris vtraque pars accedit coram Episcopo, & petit contractum confirmari, & Episcopus causa cognita confirmat, nunquid talis confirmatio tenet: respondeo sic, vt C. de decurin. l. si quos. li. 10. & extra de iure patronatus. c. cura. & l. 1. Molent. ff. quando appellandum sit. quia tũc partes

res vi dentur denuo cōtrahere in præsentia episcopi, quia quo
niens aliquid substantiale adijcitur contractui, contractus vi
denuo renouari, vt ff. de contrahen. emp. l. pacta conuenta. §.
Paulus. & ff. de pac. l. iurisgentium. §. adeo. & habemus simile
in donatione, quæ non valet vltra legitimam summam, nisi
sit insinuata coram iudice præsente, & autoritatem interponē
te, vt not. Gui. de cu. C. de sac. san. eccle. l. illud. & tamen si prę
cedit donatio, & vtraque pars præsentat eam iudici, conualę
scit, vt ex nunc, quia retrofactum trahitur ad præsens, vt ff. de
offi. procon. l. obseruare. §. fi. & hoc tenet Bar. ff. de dona. l. mo
destinus. secus esset, si vna pars tantum peteret confirmationē
altera parte absente: quia quod inutiliter factum est, vnius cō
sensu non conualescit. Et no. secundum Spec. in titu. de emp.
4 & vendi. † quod vbi decretum est interpositum rite, præsumitur
etiam recte, concor. ff. de acqui. pos. l. iuste. & est tex. no. in l. 1.
C. de prædi. curia. lib. 10. Explicitum est primum membrum
de alienatione proprietatis: & non pertinet ad materiam no-
5 stram. † Sequitur videre de alienatione vtilis dominij: puta
feudi, vel emphyteusia: & hic distingue, aut iste cōtractus est
celebratus secundum consuetudinem ecclesiæ: aut contra cō
suetudinē: aut præter, primo casu valet contractus, nec requiritur
superioris autoritas, vt extra de feudis. c. ex parte. & in c. 1. qui
feudum dare pos. coll. 10. quod est verum, si feudum sit aper-
tum, vel emphyteusis sit aperta: a iās non valet concessio, si in
terim prælatus moriatur, vt in c. 1. qui succes. tene. eadem cō-
pilatio. Secundo, & tertio casu, quando precise est contra consuetu
dinem, vel præter, non tenet concessio, quam consuetudo, vel
6 legis statutum reprobat, de consti. c. eccle. sanctæ Marię. † sed
hic dubitatur, quid si quæritur concedi ad 9. annos, & conces
sa est ad c. an. nunquid valeat saltem pro 9. an. & vr, quod non, quia
regula est, vbi agitur de obligando, quod si non valet, quod ago,
vt ago, nō valet vt valere pōt, vt ff. de const. pecu. l. 1. §. cū qui.
ergo idem in alienatione rerum eccle. quæ magis est odiosa, quam
obligatio personalis In contrarium, quia vtile per inutile non
7 vitiatur, vt C. de dona. l. sancimus. † Solu. considerandum est,
quod quandoque inutile venit ad adijciendum, quandoque ad
minuendum, quandoque ad specificandam speciem contra-
ctus. primo casu si non valet, quod ago in totum, valet in par-
te, in qua potest, vt ff. de precario. l. cum precario. Secundo ca
su non valet in aliquo. dicit lex, quod si compromittitur in libe-
rum, & seruum, quia adiectio collegæ tendit ad minuendum
ius alterius collegæ, nullo modo valet compromissum, vt ff.
de arbi. l. pedius. §. in seruum. Tertio casu, quota non consenti-
tur in specie contractus, nō valet actus, vt ff. si cer. pet. l. si ego.
fallit aliquando ad excipiendum, vt ff. de dona. l. si tibi dede-
8 rim. † Quia quæstio nostra pertinet ad primum membrum,
tamen in eo sic debet distingui: aut concessio fuit facta pro
vnico precio, & tunc non valet in aliquo: vt verbi gratia pro
mille pro toto tempore, quia propter vnitatem precij non
potest contractus diuidi, vt l. cum plura. ff. de edi. edi. & iste
non est casus noster. aut per singulos annos soluitur singula
pensio illius anni, & tunc vtile per inutile nō vitiatur, sed ea-
tenus valet, quatenus iuris ratio patitur, vt ff. de stipu. seruo. l.
si seruus communis Meuij. §. fi. & ff. loca. l. si quis domum. §.
boic. & l. si quis fundum. extra de transac. c. de cætero. extra
de pręben. c. nisi esset. extra de iniu. c. cum venisset. & per hoc
determinatur quęstio nostra, quod dictus contractus vsque ad 9.
an. etiam sine aliqua auto. Episcopi, quia locatio modici tem-
poris dicitur administratio, non alienatio. vltra autem 9. an.
non valet, nisi interuenerint ea, quæ requiruntur in plena alie
natione: inter quę est autoritas Episcopi non perfunctorie in-
terposita, nec ex arrupto, vt ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor.
9 Notandum tamen est, quod si ecclesia non erat habilis ad possen-
dum restituere expensas, quæ ea pacto debebant refici, vt ff.
de mino. l. intra vtile. §. vendētibus. & l. 1. C. de alluuio. & pa-
ludi. quod tunc propter pondus æris alieni licitum esset ecclesiæ
renouare vsque ad 29. an. vt in Auth. de aliena. & emphy. § lo
cationes. bene enim geritur vtilitas ecclesiæ, si rem, quæ one-
ratura est ecclesiam, potius relocat, quàm reuocet, vt ff. de ne.
gest. l. sed an vltro. §. fi. hoc tamen spectat ad facti inquisitio-
10 nem: vnde est quæstio facti, potius quàm iuris. † sciendum
est, quod est quidam alius contractus, qui nō pertinet ad directū
dominiū, nec vtile, sed est contractus meræ locationis, de quo
no. ff. de le. 2. l. codi. §. insti. per S. & Cy. & Dy. & veritas est, quod
in eo, qui non pōt alienare, non hr pro aliena. tamē non valet,
nisi ad modicum tempus. & ita debet intelligi, quod no. Inn.
& Io. An. extra ne præla. vices suas. c. querelam. & Archi. 12.
q. 2. c. alienationes. c. 5. & in isto contractu non viciatur vtile
per inutile, quia separata sunt. tres enim sunt casus, nam quan
doque vtile ab inutili est ipso principio separatum, quandoque se-
parabile: quādoque nec separatum, nec separabile. de ista ma-
teria plene scripsi. C. de sacrosan. eccle. aut. ingressi. in lectura
mea. & licèt sit via brocardica, tamen hæc, quæ dixi, sunt val-
de vtilia. Et ex his apparet responsum ad omnia quæsita, sal-
11 uo, quod ad illud, † vtrum extra existentes debeant vocari, & di-
cendum est, sic in alienatione, secus in alio contractu, vt not.
in c. præsentium. de testi. lib. 6. & in c. cum in ecclesiis. de prę
ben. & probatur. C. de decurio. l. obseruare. li. 11. & C. de ven
den. rebus ciui. l. fi. & in Auth. de defenso. ciui. §. interim. &
C. de legatio. l. si quod extraordinarium. & C. de sacrosan. ec-
12 cle. aut. hoc ius porrectum. in verbo, ibidē seruientium. † Itē
si quæratur, vtrum inspiciatur tempus contractus, vel emer
gens, postea dicendum est, quod initium cuiuscunque reno-
uationis debet inspici pro tota renouatione: illa quantitas
enim precij, vel mercedis attenditur secundum tēpus contra
ctus, vt ff. loca. l. hominem. C. de rescin. ven. l. 2. & l. quisquis.
ff. de noua. l. fundum Cornelianum. ff. de mino. l. intra vtile. §.
vendentibus. Ego Baldus de Perusio.

## CONSILIVM CCCCLXXVI.

1 *Confitens se recepisse certas pecunia quantitates cum renun-
tiatione non numeratæ pecuniæ, & promittens eas implica
re, seu implicari facere infra mensem in vno nauigio, ad quid
teneatur vigore talis promissionis.*
2 *Verbum, promitto. qualiter intelligatur.*
3 *Impersonalitas ex parte stipulatoris non vitiat stipulationē.*
4 *Stipulatio penalis nouat præcedentem.*
5 *Allegans casum tenetur ipsum probare.*
6 *Scriptura priuata confessata an faciat fidem. & nu. 8.*
7 *Instrumentum contra se de manu propria, quod faciat fidem con-
tra se, & non pro se, quis facere potest.*

In Christi nomine. Factū tale est, 1384. indictione 7. die 15.
mensis Aprilis. ego Iannes filius q. ser Nichomini olim Iaco-
pucij de Serzana habui, & recepi, & habuisse, & recepisse con
fiteor ab infra scriptis personis infrascriptas pecuniæ quanti-
tates causa eas implicandi, seu faciendi implicari in vno na-
uigio cum officialibus in ipso opportunis, & eorum stipēdija
ī præsentia testium infrascriptorum. Primo habui a magistro
Petro Physico q. d. Io. de Serzana flor. 100. auri a Franciscolo.
q. d. Petri de Serzana flo. 200. auri a Federico. q. ser Grigoli de
Serzana flore. 300. auri renuntiādo excep. non habitę, nō rece
ptæ, & non numeratæ suprascriptæ quantitatis pecuniæ: pro
mittens dictas quantitates implicare, seu implicari facere in
vno nauigio, aut eas dictis magistro Petro, Franciscolo, & Fe-
derico dare infra vnum mensem proxime futurū sub pęna du
plici totius eius, de quo contra fecerim: volens ex pacto ex-
presso pro infrascriptis quantitatibus. ad instantiam infrascri
ptorum non seruatis promissis posse conueniri realiter, & per
sonaliter Ianuæ, Pisis, Saonæ, Lucæ, Florentiæ, & vbique loco-
rum, & sub quocunque magistratu tam ecclesiastico, quàm
seculari: mihi auferens autorita. posse allegare aliquem locū,
aut iudicem suspectum. Sed sub, & in eisdem conueniri velle
posse realiter, & personaliter, ac si locus illius ille foret solu-
tioni specialiter deputatus: vel præsentem promissionem fe-
cisse renuntiando omni iuri, & legum auxilio 5 ̄scriptos, vel
̄scriptorum aliquod introductum: in quorum omnium prę
missorū testimonium signū meum tabellionatus hic apposui
consuetum. Actum Serzanæ in apotheca speciariæ, quam te-
net Iaco. q. ser Thomei de Serzana, præsente ipso Iacobo Fran
chinelo vanni de Serzana, Iacobo. q. Leui, de castro Serzanæ
testibus ad hæc vocatis, rogatis, & domino Iacobo. q. Cibal-
dini Iudice &c. Ex prædictis quæritur, ad quid teneatur di-
ctus

ctus Io. vigore dictæ scripturę dictis personis, a quibus con-
fessus fuit dictas quantitates pecunię habuisse, vel hęredibus
1 ipsorum: & quid iuris in prædictis. Circa † thema prędictum
dicendum est, q dictus Io. ad hoc, vt liberaretur a quantitati-
bus in dicta scriptura expressis, esset necesse, quòd dictum na
uigium dedisset dictis magistro Petro, Franci. Federi. & ad vti
litatem eorum infra vnum mensem a die confectæ dictæ scri-
pturæ, vt ipse promisit, vt patet in dicta scriptura ibi dum di-
citur, promittens dictas quantita. implicare, seu implicari fa-
2 cere in dicto nauigio. † nam istud verbum, promittens. intelli
gitur stipu. interueniente ipsorum numerantium pecunias:
& sic præcedente interrogatione, vt l. sciendum. ff. de verbo.
obli. & quod ibi no. nam quotiens reperitur scriptũ in aliquo
instrumento publico, vel priuato verbum, promisit, vel fide-
iussit, vel promittens &c. semper intelliguntur omnia solẽni-
ter acta: & interrogationem præcessisse: & promisit secutam
fore inter contrahentes, & erant hic dicti numerantes dictam
pecuniam dicto Ioanni. iste est tex. ad literam in l. 1. C. de con
trahen. & cõmit. stipu. & probatur in §. fin. insti. de fideius. &
in §. si scrip. insti. de inuti. stipu. & d. l. sciendum. ibi dum dici
tur, omnia solenniter acta &c. & dato, quòd non exprimatur
in dicta scriptura, promittens dictas pecuniæ quantitates im-
plicare, seu implicari facere in vno nauigio, persona dictorũ
magistri Petri, Francischoli, & Federici tamen hoc non vitiat
stipulationem: cum persona extrinsecus non intelligatur, vel.
si stipu. §. grisogonus. de verbo. obli. sed semper intelliguntur
personæ, quibus promissio fit, quæ hic non poterat esse, nisi
magister Petrus, Franciscolus, & Federicus contrahentes: vt
3 in ipsa persona continetur. † & impersonalitas ex parte stipu-
latoris non vitiat stipulationem, cum semper subintelligatur
persona ꝯhen. in stip. vt ex tex. not. in l. stipulatio ista. §. si quis
stipulatus. ff. de ver. obli. & not. p Bar. in l. si. §. si. in prima opi.
ff. si cer. pet. in casu ergo, q hoc, quod supradictum est, non ap
pareat factum per ipsum Ioannem, dictæ pecuniæ per dictos
magistrum Petrum, Franciscum, & Federicum, & ipsis mor-
tuis per eorum hæredes possunt repeti per conditionem ob
causam, cum data fuerit causa implicandi in dicto nauigio,
quod factum non fuit: ergo ex defectu causæ dictis repetitio
competit, vt l. dedi. §. sed si tibi. & l. si pecuniam. & fere per to
tum titu. ff. de condi. causa data causa non se. & maxime cum
hoc exprimatur in dicta scriptura ibi, cum dicitur, aut eas di
ctis magistro Petro, Francisco, & Federico dare infra vnum
mensem proxime futurum sub pœna dupli, & totius eius, de
quo contra factum fuerit. possunt ergo dictæ pecuniæ etiam
peti in duplũ vigore illorum verborum, sub pœna dupli &c.
quæ pœna fuit commissa elapso primo mense, non apparente
4 dicta implicatione dicto nauigio facta per Io. prædic. † nam
dicta stipulatio pœnalis nouauit præcedentem, & transfusa
est in ipsam, vt est tex. in l. obligationum ferè. §. 1. ff. de act. &
oblig. & in l. si pacto, quo pœnam. C. de pac. ergo dictæ pecu-
niæ per dictos possunt peti in duplum non ob. q dictus Ioan.
allegat se emisse dictum nauigium: quia de hoc nihil apparet
nec docet: & paria sunt non esse, vel esse, & non apparere, vt
l. in l. ff. de contrahen. emp. l. duo sunt titij. ff. de testa. tu. cum
simi. ergo prædicti, vel eorum hæredes prædictam pecuniam
petere possunt ab ipso Ioan. vel ipso mortuo ab eius hæred. &
si dictus Ioannes diceret se emisse, debebat post emptionem
consignare dictis emptoribus, vt l. si pecuniam §. item si quis.
de condi. ob causam. & in casu, quo dicat se possedisse vten-
do, & per mare ducendo contra voluntatem prædictorum,
tanquam prædo tenetur ad existimationem dicti nauigij, &
ad omnes pecunias, quas prædicti dictum nauigium locare
potuissent, vt l. si vrbana. de condi. indebi. & quod ibi no. cir-
ca vecturas nauium, & l. si nauis de rei vendi. & l. Iul. de peti.
hære. si vero dicat se vsum fuisse de voluntate ipsorum, & ra-
tionem quæstuum dicat reddidisse, doceat, & in casu, quo
5 † dicat se perdidisse, casum probet, institu. qui. mo. re con. ob.
§. fina. & ibi not. & in casu, quo dictum casum non probet, in
dubitanter tenetur reddere dictum nauigium cum omnibus
emolumentis, & vtilitatibus, quas, & quæ prædicti potuissent
locare, seu trahere de dicto nauigio, vt in iurib. statim allega-
tis. & per Bart. in d. l. si vrbana. in prima parte ipsius legis. Sed
insurgit hoc dubium, an dicta scriptura faciat fidem, & pro-
bet cõtra dictum Ioannem. & hic est videndum, an dicta scri-
ptura fuerit publica, vel priuata. & in casu, quo esset priuata,
non est dubium, q dictus Ioannes esset prius interrogandus,
an dicta scriptura esset de manu sua. & ita consulerem, & an-
6 te omnia esset fiendum ad euitandum omne dubium. † & in
casu, quo confiteretur dictãm scripturam esse de manu pro-
pria, tunc indubitanter faceret fidem super contentis in ea, vt
in authen. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. & quod
not. in l. scripturas. C. qui pot. in pigno. hab. in casu vero, quo
negaret, tunc esset fienda probatio, quod esset de eius manu
per signum ibi appositum, & per comparationem literarum
secundum formam. l. comparationes. & authen. ibi posita. C.
de fide instrumen. quæ probatio facta facit fidem secundum
determinationem ibi positam. Sed quod est plus, dico, quòd
dicta scriptura non est priuata, sed publica: & facit fidem con
tra Ioan. prædictum, eo quia instrumentum publicum est con
tra eum. nam ibi adsunt omnia, quæ requirũtur in instrumen
to publico, videlicet annus, indictio, dies, & mensis, locus, in
quo fuit factum instrumẽtum, vt testes tres ibi descripti: quę
requiruntur secundum formam textus in Authen. de tabel-
lionibus. in prin. in §. nos autem. sed hic non deficit, nisi quia
non apparet rogatus de dicta scriptura. Sed dico, quòd in ta-
bellione hoc nõ est necesse requiri: quia rogatus præsumitur,
vt no. per glo. in Authen. de tabell. in §. nos autem. licèt secus
sit in teste secundum communem intellectum, in l. hæredes
palam. §. in testamentis. & ibi per Dy. & per Cy. in l. hac con-
7 sultissima. in princ. C. de testa. † sed hic est solum dubium, an
dictus Ioan. potuerit facere instrumentum contra se de manu
propria & hic dico, quòd sic, per ea, quæ ponit Bart. in l. 2. ff.
de supo. seruo. in prima, & secunda colum. Concludẽs igitur
tabellionem posse facere instrumentum contra seipsum, & vt
faciat fidem contra seipsum, & non pro se, ita fuit in proposi-
to, igitur &c. Ex quibus concludendo dico, & consulo prædi
ctos magistrum Per. Fran. & Fede. vel aliquo ex eis mortuo eo
rum hæredes duplum dictę quantitatis flor. quingentorum
petere posse a dicto Ioanne de iure, seu eo mortuo ab eius hæ-
redibus: nisi doceatur dictam pecuniæ quantitatem implici-
tam fuisse in vno nauigio infra mensem a die confectæ dictæ
scripturę secundum formam in dicta scriptura comprehen-
sam: quo casu tunc ipse Ioannes debet condemnari ad ipsum
nauigium: & executio est fiẽda in estimatione ipsius nauigij,
& ad omnes pecunias, quas prędicti dictum nauigium loca-
re potuissent: & dictam scripturam tanquam publicam con-
tra dictum Ioannem, & eius hęredes fidem facere. Vbertus de
Lampugnano ita consuluit. Mihi videtur, quòd duo deficiãt:
primum, quia non apparet, q subscriptio fuit manu tabellio-
nis. secundum, quia ibi non est signum, quòd requiritur in in
strumento, vt C. de assessoribus. l. fina. & institu. de publi. iu-
di. in glo. ordina. propter quæ videtur dicendum, quòd dicta
8 † scriptura non probat tanquam scriptura priuata, nisi iuua-
retur per comparationem literarum solenniter factam, licèt
glo. in l. admonendi. ff. de iureiur. dicat, quòd per compara-
tionem non fit, nisi semiplena probatio: si autem esset signum
eius, & subscriptio, dictũm consiliũ est ipsa veritas. Ego Bal.

## CONSILIVM CCCCLXXVII.

1 *Dispensatio an possit fieri in matrimonium fiendum inter con sanguineos sine causa per Papam.*

2 *Dubitans de potestate Papæ dubitat de fide catholica: & est tanquam sacrilegus censendus.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, utrũ
Papa nulla causa
adiecta possit dispensare, quòd consanguinei in quarto gra-
du possint matrimonium contrahere salua conscientia? Et di
cendum est, quòd sic, quia iste non est de gradibus legis diui-
ne prohibitus, ut extra de restitu. spo. c. literas. nec obst quòd
sine causa dispẽset, quia suprema autoritas Papę est loco cau-
sæ cum ipse sit lex animata in terris. & quodcunque soluerit
2 super terram, solutum erit & in celis. † vnde dubitans de po-
testate dubitat de fide catholica, & tanquã sacrilegus est cen-
sendus.

frodus.C.de crimine sacri.l.disputari. ibi instar sacrilegij. & facit.ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. §. diuus. & credo, quòd hoc possit fieri per illum Papam, qui pro maiori parte mundi reputatur pro Papa argumen. ff. de officio præto. l. bar barius. & etiam si esset error, illi ex tali errore non essent legi timi, vt de ince. nupt. l. qui contra. & ideo Italici impetrant a Romano: alij autē indifferentes impetrant ab vtroque, quod est permissum secundum Ioan. And. in addi. Specu.

CONSILIVM CCCCLXXVIII.

1 *Conditio apposita in vltima voluntate, vel in contractu an im pediat essentiam contractus, quando venit ad traditionem.*

2 *Traditio qualiscunque sufficit ad translationem dominij.*

In Christi nomine. Quidam Franciscolus condidit testamentum, in quo reliquit filiæ millæ, & vxori quadringenta: tandem ideo Franciscolus eadem die condito dicti testamenti fecit quandam donationem inter viuos dominæ Antoniæ eius sorori de certis prædijs: hac tamen conditione adiecta, quòd dicta domina Antonia non possit vti rebus donatis vsquequo filia, & vxor fuerint consecutæ legata prædicta. deinde dictus Franciscolus per duos annos post fecit aliud testamentum, in quo testamento cessauit, & irritauit primum testamentum: subsequenter legauit dictæ eius sorori iu'ie insti-
5 tutionis lib. 10. Imperialea: & contentam eam esse iussit con templatione donationis prædictæ factæ ih eam de bonis prædictis: quam donationem iussit in suo robore permanere: & deceßit dictus Franciscolus relicta vxore, relicta filia, & relictis agnatis, qui agnati fuerunt hæredes vniuersales instituti in vtroque testamento. Quæstio vertitur inter sororem donatariam ex vna parte, & matrem, & filiam prædictas ex alia occasione bonorum contentorum in donatione. petit namque soror sibi relaxari bona in donatione declarata: ex aduerso mater, & filia dicunt, quòd non debet habere, nisi prius solu. florenos quatuor centum, de quibus fit mentio in dicto primo testamento: soror namque replicat, & dicit, quòd primū testamentum fuit reuocatum per secundum, ita quòd conditio adiecta in instrumento donationis fuit adempta de ipsa donatione: & quòd dicta donatio remanet pura, ita quòd ipsa petit nedum res donatas, sed etiam fructus perceptos a die mortis testatoris per vxorem, & filiam ex rebus donatis. ex
1 prædictis quæritur, quid iuris. †Et videtur prima facie, quòd deficiente conditione dictæ donationis dicta donatio nō subsistat: & hoc per regulam generalem: quia quotiens conditio apponitur in contractu, vel legato, nisi existat conditio, deficit contractus, & legati dispositio, vt ff. ad Trebel. l. iubemus. §. 1. ff. de verborum significatio. l. cedere diem. ff. si certum petatur. l. pecuniam. & not. eodem titu. l. lectam. in magna glos. C. de conditio. inser. l. legatum. & no. ff. de pactis. l. Item quia. & ff. de actione & obligatio. l. non solum. sed hic deficit conditio, quia dicta mille quadringenta non possunt per vxorem percipi, nec eis præstari, vt testamentum, cum sit reuocatum per posterius testamentum, vt instit. quibus modis testamen. infir. §. posteriore. l. secunda. §. primo. ff. de conditio. indebi. ff. de iniusto testamento. l. cum in secundo. ff. de adimen. leg. l. quod iterum. In contrarium credo, quòd fit ipsa veritas. & considero, quòd interdum conditio apponitur ad producendum dispositionem in esse: & tunc loquuntur iura prædicta. interdum conditio apponitur non ad principium esse, sed ad executionem esse, & tunc licèt deficiat conditio facta obligatio, tamen actio, quæ iam nata est, potest efficaciter intentari: & hoc subtili ratione, quia talis conditio pendens parit exceptionem, sed remotio conditionis parit replicationem. oportet igitur reum excipere: sed contra exceptionē replicat, pone exceptionē in l. commissoria, vt C. de pac. inter emptore. l. cō missoriæ. & ff. de pac. l. ab emptione. & ff. de don. l. 1. in mag. glo. Modo sic est in proposito, quia prædia fuerunt donata, & tradita per constitutionem precarij, vt ff. de acqui. pos. l. cum
2 eo. Nam † qualiscunque traditio sufficit ad translationem dominij, siue transferatur naturalis, & ciuilis possessio, siue ciuilis tantum, siue naturalis tantum, etiam clandestina, nedum iusta, quando traditio fit a domino, vt dicit. l. illa singularis si fundum. ff. de fundo dotali. & insuper considera, quòd nulla conditio impedit principium essentiæ contractus, quando venitur ad traditionem, vt in l. quod nisi. ff. de iure dot. & ff. de solut. l. sub conditione. & ff. de vsucapto. pro dote. l. 1. §. 1. nisi conditio sit inserta ipsi traditioni, vt dictis iuribus patet: præterea aduertendum, quòd in casu nostro conditio nō fuit apposita obligationi, sed fruitioni, & fuit apposita post contractum perfectum quantum ad primordialem eius essentiā: & ideo conditio deficiens facta eius, qui eam in suum fauorem apposuit, non habet vitiare, vt C. quando dies leg. ced. l. ex his verbis. & ibi not. sic ergo res se habet: quia dictæ sorori fuit acquisitum dominium a principio, sed supersedere debebat in agendo, vsquequo post mortem dicti testatoris dicta legata soluerentur: & si non essent legata reuocata, soror bene hēt ipso iure actionē, sed obstaret exceptio, sed quia illa conditio est adempta, datur sorori replicatio: & ista subtilitas procedit ex glo. quæ est in d. l. lecta. iungendo contrarias opi. & concordando eas. amplius considerandum est, quòd quandoque conditio apponitur in contractu per relationem ad cōtractum: & tunc loquitur dicta gloss. quandoque ponitur in vltima voluntate per relationem ad vltimam voluntatem: & tunc non est dubium, quòd conditio potest adimi, vt ff. de adimen. leg. l. 3. §. conditio. quandoque ponitur in contractu per relationem ad vltimam voluntatem, verbi gratia promitto tibi decem si Stichum dederis Seyo hæredi meo: vel stipulor Titio hæredi meo, & postea alius est hæres: nam nō est necesse, quòd aliquid detur Titio, vt ff. de pactis. l. tale pactum. §. fina. Præterea considerandum est, quòd quandoque conditio ponitur vt quidam euentus simpliciter, quandoque loco finalis causæ: & tunc cessante finali causa cessat conditio, nō autem expirat dispositio, vt ff. ad Trebell. l. a filia. §. alumno. Cum igitur hic fuerit apposita ista conditio fauore filię, & vxoris, si hunc fauorem non possunt consequi, non propterea vitiatur contractus, argumen. ff. de legatis. 2. l. Lucius. §. quisquis. ff. de contrahen. emptio. l. Labeo scribit. Si mihi Bibliothecam. ff. de condi. & demonstra. l. si quis eum. Sed nec illud est omittendum, quòd in secundo testamento fuerūt hęc verba, tacitam, & contentam contemplatione donationis. quæ verba exprimunt sensum testatoris, vt ff. de hære. institu. l. quis volebat. expresse subdit, quam donationem iussit in suo robore permanere. Dicet aliquis, ista verba in suo robore magis ad fictum sorori, si afficere possunt, quàm proficiunt: nam suum robur non est, nisi per antecedens est conditionatum, ergo videtur conditio repetita, vt C. de colla. l. vt liberis. in fin. sed ad hoc respondeo, quòd dicta conditio est impossibilis reuocato legato: & ideo non dicitur repetita ista impossibilis conditio in testamento, vt ff. de manu. testa. l. si. ff. de verborum obliga. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. imo plus dico, quàm si esset expresse repetita, quia impossibilis non vitiaret vltimam voluntatem, vt si, vt dicta soror perciperet res donatas, vt instit. de hære. instit. §. impossibilis. & plene legitur, & not. in l. 1. ff. de condi. instit. & in l. 1. C. de his, quæ pœn. nomine. Ex quibus infero concludenter, & firmiter, quòd dicta soror potest dictas res donatas vendicare cum fructibus iniuste perceptis de rebus dictis donatiis: nec hic morari desideratur, quia fructus pertinent ad gentem iure dominij, vt ff. solo. ma tri. l. si mora. & ibi per Iacob. de Arc. & ff. de rei vendi. l. folum. §. meum. tamen bonæfidei pos. non tenetur, nisi secundum distinctionem notatam. ff. de rei vendi. l. fructus.

Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXIX.

1 *Do tibi centum, vt des mihi decem pro alimentis singulo anno, quis contractus sit iste: & an sit vsurarius, vel ne.*

2 *Dies an interpellet pro homine, ita quòd a die mora veniat interesse.*

In Christi nomine. Factum, super quo consilium requiritur, sequitur in terminis infrascriptum. Et primo pro informatione veritatis casus supponitur quoddam statutum ciui-

tatis Mediolani, disponens in effectu, q in casibus, in quibus
venit interesse de iure canonico, sacramentum peten. habeat
plena probatione vsq; ad certam summam. Supposito prędi-
cto statuto, supponitur factum, seu narratio quæstionis. Et ve
rum est, q quidam do. Masiolus dictus Niger de Aliprandis,
& quædam do. Ioan. de Castelliono fuerant vir, & vxor legiti
mi, ex quibus orti sunt in lucem quidam Ambrosius insensa
tus, do. Orsina, Perolus, & Masiolus dictus Peterenus, omnes
eorum filij legitimi & naturales. Decessit dictus Masiolus cō
dito testū, in quo inter cętera legauit dictæ dominæ Ioan. cer
tas quantitates bladorum, lignorum, & certarum aliarum re
rum pro luis, & dicti Ambrosij filij insensati alimen. annua-
tim pręstandis durāte vita ipsorū matris, & filij. & post huius
modi testm̄, & legatum suprascripta dña Io. suo, & curatorio
nomine ipsius Ambrosij insensati eius filij ex una parte. & su
prascripta Orsina, Perolus, & Masiolus ex altera per compro
missum deuenerunt ad certos arbitros, qui inter ipsas partes
eorum sniam arbitralem protulerunt, condemnatoriam ip-
sorum Orsinæ Peroli, & Masioli, ad præstationem certæ pecu
niæ quantitates annuales eidem dñæ Ioan. suo, & dicto cura-
torio nomine vigore prædicti legati toto tempore vitæ ipso-
rum dñę Io. & Ambrosij. Præsupposito statuto ciuitatis Me-
diolani disponēte in effectu, q in casibus, in quibus venit in-
teresse de iure canonico, sacramentum petētis habeatur pro
plena probatione vsq; ad certam summam. proponitur, q q-
dam Thomasellus de volūtate cuiusdam Masioli suscepit in
se animo nouandi debitum cuiusdam annualis præstationis
fiendæ cuidam dñæ Ioan. & proinde recepit cētum ducatos
auri causa sustinendi onus dictæ annualis pręstationis: cuius
obligationem in se susceperat animo nouandi, vt predicitur.
quos flore. 100. prædictus Thomasellus eidem Masiolo solue
re, & restituere promisit, quandocunq; mortua dicta alimen
taria, quæ alimentaria postea decessit iam sunt viginti anni.
Modo quæritur, nunquid a tpe mortis dictæ alimentariæ pos
sit peti aliquod interesse. & nunquid de ipso interesse credat
1 sacramento ipsius Masioli secundū formā dicti statuti. †Cir-
ca hanc qōnem, est considerandum, quis 5ctus fuerit iste, do
tibi 100. vt 10. des quolibet anno dñæ Ioan. pro suis alimen-
tis: & ea mortua mihi restituas totam quantitatem dictorum
100. nā si iste est 5ctus mutui, dicta 10. soluta quolibet anno
extenuant sortem: quia hoc vr̄ factum in fraudē vsurarum, vt
no. ff. si cer. pe. l. rogastis. §. si tibi. Si vero iste est 5ctus deposi-
ti, idem in ris est, cum fuerit translatū dñium, vt ff. depo. l. di-
sponsaliorū. nam licet verba dicant, mutuū dantes, nihil inde
sperantes: tñ idem est in quolibet 5ctu simili, vt ex de vsur. c.
nauiganti. q autem iste 5ctus fuerit cōtractus mutui, vel de-
positi, vr̄ gl. or. ff. si cer. pe. in l. cum quid. Ex hoc sequitur, q
cū ista 10. annua conuersa fuerint in vtilitatē dicti Masioli,
qui tenebatur ad dictam annuam quantitatē, q dicta annua
quantitas debeat censeri vsuraria prauitas; nā quicquid acce
dit sorti, est vsura, & non refert, vtrum soluatur mihi, vel alia
mea voluntate, vt l. solu. §. solutum. ff. de pig. actio. Ex hoc in-
fertur, q ex isto 5ctu facto in fraudem vsurarū non debetur
interesse de iure canonico, quia nō est 5ctus licitus. In 5trium
vr̄, quia etiam in contractu mutui venit interesse de iure ca-
nonico, & ciuili. ista est gl. or. in l. 1. C. de summa trini. quę di
cit, q Papa sub hoc interesse dat literas. nec mirum, quia mo
ra debitoris non dēt nocere creditori, vt ff. de in li. iur. l. num
mus. nam vt ibi patet, speciale est in pecunia, q pp̄ morām ve
niat interesse extra rem: quia interesse intra rē non cadit quā-
titatem: nec reperitur, q decretalis disponat cōtrarium, ergo
standum est illi legi. Præterea iste contractus nō est 5ctus mu
tui, neq; depositi: sed est 5ctus innominatus, ex quo oritur actio
ei, qui numerauit, quia ex parte sua contractum impleuit, vt
ff. de cond. ob causam. l. si pecunias. §. 2. cū sequentibus. & q
iste fuerit contractus innominatus, apparet ex forma, qa do,
ut des, vt ff. de pscr. ver. l. naturalis. Sed posito hoc, q iste con
tractus valuerit tā de iure canonico, illud hic dubiū est, vtrū
debitor teneatur ad interesse; nam interesse, non uenit nisi ex
tpe moræ, vt ff. de vsu. l. mora. §. si quidē. ergo debitor nō fuit
interpellatus: & sic non fuit in mora, ergo non pōt peti inte-
resse, vt l. vinū. C. si cer. pe. si aūt fuit interpellatus, tenendo, q

contractus iste fuerit iustus cōtractus, ar. ff. de vsu. l. fidelc. §.
cum pollidius. tunc veniret interesse, & standū esset sacramē-
to inspecta qualitate personarū, & consuetudine loci, vt ff. de
eo, qd cer. lo. l. 3. §. fi. super quo probando sufficeret sacramē-
2 tū secundū formam statuti. † Modo superest videre, vtrū sine
alia interpellatione tpe mortis alimentariæ interpellet ꝓ ho-
mine, & vr̄, q sic, quia dies interpellat pro hoīe, vt C. de con-
trahē. & com. sti. l. magna. siue sit dies certa, an, & qn̄, siue in-
certa, vt no. Cy. in d. l. magnam. in vl. q. sed do. Bar. in l. ita sti-
pulatus. la grande. ff. de ver. ob. dicit, q dies conditionalis nō
inducit morā, quia nō debet vna dies inducere obligationē,
& morā, quia existentia conditionis habet purificare obliga-
tionē. vñ sicut obligatio pura non interpellat, sic nec existen-
tia conditionis. Sed ad hoc posset responderi, q dictum Bar-
toli intel igitur in conditione a die in certa an, & qn̄: sed qn̄
obligatio est ab initio certa an, sed non qn̄, tunc a prin. est or-
ta obligatio, & postea declarata die talis dies interpellat ꝓ ho-
mine, ar. ff. de cond. ind. l. nā & si cū moriar. & q ibi no. dum
modo debitor sciat, vel scire debeat diem extitisse, quia requi
ritur ad contrahendā morā ex casibus incertis, vt ff. si cer. pet. l.
qd te. Ista qō est multum dubia tam in primo puncto, vtrum
iste contractus sapit vsurariā prauitatem, quā in secundo pū-
cto de mora, & a talibus contractibus tutius est abstinere, sed
de iure ciuili non est dubiū, q contractus valet, vt ff. de verb.
ob. l. qui Romæ. in prin. ad qd etiā facit ex de do. inter vir. &
vxo. c. p vsas. sed illud c. pōt aliter intelligi, vt ibi no. Ego Bal.

C O N S I L I U M CCCCLXXX.

1 *Prohibitione facta institutis in re certa ne plus petant, cum*
*non habeant suam legitimam, an sit testamentum nullum.*
2 *Ius accrescendi in hæreditatibus inuito testatore habet lock,*
*& an tale ius accrescendi possit prohiberi per testatorem.*
3 *Testamentum vsurarij an de iure valeat.*
4 *Heredi iusso de restituendo hæreditatem non capaci quis op*
*ponere possit.*
5 *Heredes an sint priuandi, si legatum capellę construendę non*
*fuit adimpletum? & cui accrescat hæreditas.*

In Christi nomine. Testator instituit extraneos, & iussit
quandā capellam construi, & instituit nepotes ex filia incerta
ciuitate. Itē dr̄, q rogauit dictos heredes vniuersales in secre-
to de restituendo non capaci: & q ita fidē accōmodauerunt
testator mortuo testatore 3. annum capella non fuit constru-
5 cta. ex his insurgunt quatuor dubia. † primū dubiū est, an te
stm̄ valuerit. & allegatur, q sic, quia nepotibus ex filia fuit re
lictum iure institu. In contrariū allegatur, quia fuit relictum
minus legitima, & prohibiti plus petere; unde dicta institu-
tio singularis, q̄ prohibet ius accrescendi, redigitur ad instar
simplicis legati: & sic testm̄ non valet, vt in §. aliud quoq; ca-
pitulū. in Auth. vt cū de ap. cogn. & no. C. de inof. testa. auth.
nouissima. & ff. de vul. sub. l. cū ex filio. in prin. & in l. filiū. ff.
de le. præst. solu. non stando in sermone veritatis est, q dictū
testm̄, valet, quia licet testator instituisset et in uno numero,
valet testm̄, nec pōt dici filius, del nepos preteritus. & ista gl.
singu. ff. ad Treb. l. si quis priore. & est rō. quia sicut testator nō
pōt in debito bonorū subsidio grauamē apponere, ita nec alī
quā prohibitionē; vt C. de inof. test. l. Qm̄ in priorib. & l. sci-
mus. itē est rō demonstratiua, quia ius agendi ad supplemētū
succedit loco antiquę q̄relę inofficiosi, vt C. de inoffi. testa. l.
oīmodo. & l. si quis filiū. §. si sicut. ergo testator non pōt pro-
hibere querelā inofficiosi nec ius supplemēti. Ex hoc sequunt
duæ conclusiones: prima, q q̄ instituit filiū in legitima, non
dr̄ decedere intestatus: quia herede uniuersali repudiāte to-
tū ei accrescit. secūda conclusio est, q̄ ex quo decedit ꝓ parte
testatus, de necessitate decedit in totū testatus, quia nō pōt te-
stator ex aliqua sui ordinatione decedere pro parte testatus ꝓ
2 parte intestatus. † Et ideo in hereditatib. inuito testatore ha-
bet locum ius accrescendi. ista est glo. ord. ff. de acq. hære. l. ū
seruus cōis ab extero. sed in legatis, & fideic. bene pōt prohi-
beri ius accrescendi, vt not. in l. diuus. §. fin. ff. de usufru. tam
in herede singuli instituto in re certa sic distinguitur, aut est
talis,

talis, qui non potest querelare testamentum iure veteri, & tũc potest prohiberi, vt ff. de hæredi. institut. l. quotiens. §. si duo. Aut potest querelare, & tunc secus. iste est casus nobilis in Authenti. vt cum de ap. co. §. certum. & ista est allegatio mea
3 antiqua, & satis potest iri per ambages. ista est veritas 1 † Secundo quæritur, dicitur enim testamẽtum non valuisse, quia erat vsurarius manifestus, nec constat, quòd solenniter fuerit caut. de restituendis vsuris. nam licèt dicatur, quòd cautio fuerit præstita. d. Vicario episcopi, tamen non constat de vicariatu, licèt notarius ponat ista verba, quia debet aliter constare de manifesto, quàm per ista verba enuntiatiua, vt in capitulo si Papa. de priuile. libro 6. & in capitulo cum in iure. de offic. dele. sed in hunc articulu dico, quòd præsumitur pro instrumento, vt nota. in l. 1. C. de fide instrumen. & iure hastę fisca. libro 10. & maxime tali ratione, quia iurisdictio vicarij est ordinaria iurisdictio, & pro ordinaria iurisdictione præsumitur, licèt aliter non probetur, quamuis secus sit in delegato secundum Ioan. And. Ad hoc. ff. de offi. præto. l. Barbarius. & quod no. in l. 1. C. qui, & aduer. quos. prudentissime allegata per dominum Gibolum. facit quod legitur, & not. 97. distin. capit. nobilissima. præterea non procedit ista exceptio, non est vicarius, nisi adijciatur, nec in possessione vicariatus secundum cõpostella. Nam exceptio non est sufficiens, cum sufficiat sola quasi possessio officij, vt in capitu. consultationibus. de iure pat. item sciẽdum est, quòd tam de iure, quàm de consuetudine sufficit aliquam quantitatem exprimi, adiecta clausulà generali, omne, & quicquid: & maxime de incertis, vt l. statuliber. ff. de statu liberis. aliàs oporteret vsurarium describere in cautione totum codicem rationum, quod est rediculum, & insuetum, & quodammodo impossibile: & maxime in articulo mortis, vt C. qui testa. facere possunt. l. hac
4 consultissima. §. at cum humana. † Tertia quæstio, utrum accomodata tacita fide de restituendo non capaci possit obijcere alius, quàm fiscus, puta venientes ab intestato: & dicendũ est, quòd non. ista est gl. singularius. ff. fami. hercis. l. his consequenter. §. 1. & ratio est, quia deducunt ius tertij, id est fisci, quod est impossibile, cum non habeant mandatum a fisco. item cum non simus coram iudice fisci, nec sit præsens fisci patronatus. præterea non sufficit, quòd testator dixerit, testimatis non capaci: nisi ad hoc stipulatione, vel chirographo se astrinxerint, quia non possunt facere, quòd testator nõ loquatur, vt le. in l. Lucius. §. intestato, ff. de leg. 1. & l. in tacitis. & ff. de proba. l. cum taci. & ff. de iure fisci. l. non intelligi-
5 tur. §. tacite. † Quartum dubium est, quia capella non fuit cõstructa in annum a die monitionis constitutionis episcopalis. Sed hic considerandum est in primis, quòd dicta constitutio non arctat hęredes non habentes scientiam testamenti, vnde de dicta scientia debet probari, vt C. de epis. & cle. l. nulli. in verbo, pro sua conscientia. hoc tenet Bar. ff. de insti. in l. genero. & probatur expresse in l. vl. ff. de decre. ab ordi. fa. secundo sciendum est, q requiritur monitio iudicis, cum quo durius agitur, quàm cum monitione statuti, vt extra de testa. §. si hęredes. & in Aut. de hære. & fal. § si quis autem non implens. Tertio considerandum est, & subtiliter aduertendum, q si non propter constructam capellam deberet hæres priuari, deberent bona applicari ipsi capellæ, vt l. pen. C. de leg. sed certe alia ratione bona non deberent applicari dictis nepotibus, quia testator disponendo circa eos limitare, & cum prohibitione ne plus peterent, eos a beneficio prædictę autẽticæ exclusit, & excludere potuit. nam nobile est, q prouisio dictę autenticæ non habet locũ in his personis, q̃ ueniunt ꝫ voluntatem testatoris, vt in Auth. de hęr. & fal. §. exhæredatos. coniuncta. l. qui uolebat. ff. de hęre. insti. & at. ff. de condi. & demon. l. mulieri, & Titio. ex quibus infertur, q consilium egregij doctoris domini Giboli de Cantellis de Cremona uerificatur in qualibet sui parte. & vltra pręddicta ex rationibus suis prudentissime alle. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCCLXXXI.

1 *Commisso articulo super omnibus, ita q nulla lis amplius remaneat, si consultor super aliquibus consuluit, & super nõnullis reseruauit ius litigandi, an valeat tale consilium, & sententia super eo lata: & nu. 4.*

2 *Sententia super possessorio quando pro actore, & quando pro reo ferenda sit, vtroque suam possessionem probante.*

3 *Testes de vniuersitate quando in causa vniuersitatis admittantur, vel non.*

In Christi nomine. Vertente quęstione iurisdictionis cuiusdam territorij, necnon dominij, & possessionis, & quasi inter nobiles de Gabiano, & communitatem Gabiani ex una parte, & communitatem, & homines Fontaneti ex altera: super quibus quidem quæstionibus, proprieta. & dominij, & possessionis, & quasi fuit diutius litigatum: & testes utriusq; partis recepti, & pro, & cõtra probatum, siue assertum per testes utriusq; partis. finaliter causa fuit commissa consulenda quibusdam magnis uiris, & articulus commissionis continebat causas, ut lites occasione finium, & territorij & c. & oĩa, & singula ita, & taliter, q super lata sententia amplius non interueniat aliqualis dubitatio, verum dicti consultores cõsuluerũt sub hac forma, partem conuentam videlicet commune Fontaneti debere absolui a petitione dictorum nobilium, quantum est respectu iurisdictionis territorij poderij districtus Gabiani, de quo, & in quo dicebantur esse loca, de quibus agitur, saluo tamen iure ipsius partis agẽtis uidelicet, prædictorum de Gabiano quo ad dominium, & possessionem rerum,
1 de quibus agitur. & ita fuit lata sententia. † Modo quęritur, an dictum consilium valeat de iure, an uero sit extra formam commissionis: & quid iuris de sententia supponente dictum consilium pro fundamento: hoc etiam pręsupposito, q dicta sententia fuit lata a iudice delegato. & quid iuris, si esset ordinarius. Et quanquam dictum consilium posset infringi de iure: dicit enim, q ideo reus debet absolui, quia non probatur. tres enim sunt casus, aut actor nihil probat. & tũc reus debet absolui, ut in l. quia accusare & l. actor. aut utraq; pars æqualiter probat. l. actor pro, & reus contra: & tunc aut loquimur in petitorio, aut loquimur in possessorio. primo casu reus absoluit, quoniam pro ipso facit possessio, vt insti. de interdic. §. commodum. aut loquimur in possessorio, vel quasi possessorio, & utrique pars probat de possessione, & quasi, & æqualiter probat. tunc aut probationes sunt aduersatiuę quia vnusquisque probat, q solus possedit, & idem, nisi possessio actoris sit de iure communi, & possessio, & quasi possessio rei sit
2 contra ius commune, † quia tunc esset ferenda sententia pro actore propter iuris adminiculum, uel ecõtra pro reo, si reus haberet iuris adminiculum, & non actor, ut extra de causa pos. cap. cum ecclesia. & in c. ad decimas. de restitu. spo. li. 6. Si uero probationes non sunt aduersatiuæ: & hoc potest esse dupliciter, uel in rebus corporalibus, & tunc iudex debet, & potest ferre sententiã pro qualibet parte dicendo, quòd vterque possidet pro indiuiso: quia in possidendo faciũt sibi partes per concursum, ut ff. de acqui. pos. l. 3. §. ex contrario. & hanc opi. tenet Barto. aut in rebus incorporalibus. puta iurisdictione, quæ potest competere pluribus insolidum, uel in seruitute, & si. ut in l. fin. ff. uti possi. & tunc iudex non debet pronuntiare pro quolibet pro parte, sed pro quolibet promiscue: dicendo uti promiscue possedistis, ita promiscue possidete. ubi una pars non probat melius quàm altera, nam si probaret melius actor quàm reus, uel econtra pro eo esset pronũtiandum, ut C. de edicto diui Adriani Tollendo. l. fi. §. 1. Alij dicunt, quòd iudex posset gratificare secundum conscientiã suam. hoc dicit glo. notabilis. ff. de re iudicata. l. duo iudices dati cum igitur secundum acta, quæ uidi, nobiles, & comites de Gabiano melius probauerint tam de possessione antiqua, quàm de continuata, & noua, pro eis debuit ferri sententia, ut extra de probationibus. c. licèt tamen, q autẽ testes eo-
3 rum sint fide digniores, apparet, † quia licèt homines de vniuersitate aliquando admittantur in causa uniuersitatis, quòd tamen non est uerum, si commodum causæ distribuitur inter singulos, quia non sunt idonei iure proprio, uel cõi ea rõne, quæ sapit proprietatẽ commodi, sicut nec socius in causa societatis, tamen qũ admittuntur cum qualitate affectionis, unde meliores testes sunt illi, qui nec re, nec affectione sunt

participes causę: & ità in proposito, vt ff. de test. l. ob carmen. & etiam ipsi consuleutes dicunt, q minor fides est adhibenda; quapropter de necessitate sequitur, q si maior fides est adhibenda testibus actoris, q̃ rei, debuit ferri consiliũ pro actore non pro reo. & de hoc non possum non admirari, tamen propter reuerentiam tantorum, qui consuluerunt, non prose-
4 quor vltra, † sed sequitur aliud, an dictum consilium valuerit. nam si non valuit iterato, debuit causa committi alijs consultoribus, qui forte melius examinabũt acta, vt ff. de iureiu. l. qui per salutem. & l. si vt proponis. C. quomodo, & quan. iudex. dico autem firmiter, q dictum consilium fuit ipso iure nullum, quia præter, & cõtra formam commissionis. nam sicut apparet, commissio fuit facta, vt de omnibus simul consuleretur, ita q de vno non posset esse aliqualis: sed ipsi non consuluerunt super possessorio iurisdictionis, nec super possessorio, vel petitorio rerum corporalium, imo reseruauerunt litem super prædictis, vt in l. cum fundum. §. fin. ff. de vi, & vi arma. & ff. de condit. inde. l. eleganter. §. si post. vnde non valuit consilium, quia consultor assimilatur arbitro, qui nõ potest diuidere iudicium suum, vt ff. de arb. l. qui tamen. ad hoc ff. fami. herc. l. in hoc iudicio. & C. de indi. l. nulli. similiter de sententia dicendum est, quæ venit cõsequutiuę ad consilium, vel saltem debet per appellationem rescindi, quia fuit lata ex consilio irrito sic ex nulla causa, & per cõsequens est iniusta, vt C. de appel. in l. 1. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCLXXXII.

1 *Pacto fieri an possit, q quis non possit acquirere de parte alterius; & an si valet, possit permutare.*
2 *Contrafacere quis dicatur an acquirens, an transferens.*
3 *Pacto an possit annullari contractus, vel peti pœna. & nu. 4.*
5 *Contra pactum faciens aut vi, aut timore an teneatur ad pœnam.*
6 *Pœnitentia an in permutatione locum habet.*
7 *Stipulatio est contractus nominatus, & quomodo cognoscatur contractus nominatus.*
8 *In contractibus innominatis non habet locum pœnitentia, si interuenit iuramentum.*
9 *Feudatarius amisit feudum, & fecit se reinuestire domino inscio, an valeat talis inuestitura.*
10 *Qui se constituit pro aliquo possidere, non potest vendere alij: & transfert ciuilem, & naturalem possessionem.*
11 *Plus est dicere pro te possideo, quàm precario possideo.*
12 *De castris inuasis an possit inuestitura fieri.*
13 *Licentia data domino feudi an excuset a pœna legis si quis in tantam.*
14 *Pars, quæ non deponit, non auditur.*

In Christi nomine. Magnifici viri Domini Marchiones Ceuę venerunt ad diuisionem nonnullorum Castrorum suorum, videlicet pro medietate pro indiuiso, quæ obuenit patruo, & pro alia medietate, quę obuenit duobus eius nepotibus ex altero fratre præmortuo hoc pacto, q aliqua dictarum partium non possit acquirere aliquid in parte alterius: & ita sibi inuicem per se, & suos hæredes promiserunt, & iuramento firmauerunt. Modo contingit, q vnus de vna parte permutauit quoddam castrum, & partem castri ad se pertinẽtem cũ altera parte consentiente altero suo consorte. ille consors, qui non consensit, & in cuius iniuriam, & damnum facta est dicta permutatio, dicit dictam permutationem non valere, q alia pars non potuit acquirere aliquam partem pro indiuiso
1 in dicto Castro in eius pręiudicium. † Quæritur, vtrum in dicto Castro pro ĩdiuiso, vel alijs locis acquirere potuerit. Et dicendum est breuiter, q per dictum pactum nõ potuit impedire acquisitio dominij, quia nõ potest quis pacisci, ne sibi acquirere liceat, nec etiam valet pactum de non alienãdo, nisi intersit paciscentis consensus. & tunc bene valet alienatio, sed agitur ad interesse, vt C. de condi. ob causam. l. ea lege. & ff. de ver. ob. l. si ita quis. §. ea. l. & ff. de pac. l. nemo. & C. de pac. inter emptorem. l. fi. & ff. de ver. ob. l. qui Romæ. §. cohęredes. & no. in l. fi. ff. de condi. ob causam. potest autem interesse, forte quia ille, qui acquisiuit, est homo rixosus, ita q interest cum eo communionem non habere; vel est homo iniuriosus, cum quo oportet tota die venire ad rixas; nam expedit tales consortes non habere, vt ff. de serui. vrba. prædio. l. in re communi. C. quando, & quibus quarta pars debetur. l. 2. nam communio pro indiuiso solet excitare discordias, ut ff. de lega. 2. l. cũ pater. §. dulcissimis. & §. libertis. Et quia nemo inuitus cogitur ad communionem, vt ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si centum. hoc autem interesse æstimabitur hoc modo, videlicet quanti interesset nobilium eiusdem conditionis nõ habere talem consortem communionis, ut ff. pro socio. l. si cõuenerit. & l. idem est. & C. de senten. quæ pro eo. l. vnica. §. In alijs. imo certè quidam sunt, quos nõ expedit habere vicinos confinantes: nam propter eos minus res valet, & minus emitur, & venditur, ut ff. de contrah. emp. l. quid tamẽ. & alienatio valet, sed debetur interesse, pro quo interesse est ipsa res obligata. nam in obligatione ueniunt omnia præsentia, & futura, ut C. quæ res pign. ob. pos. l. fi. Item pro pacto, & precio vidimus rem obligari, vel quasi, ut ff. de act. empt. l. Iulianus. §. offerri. & hoc dico de isto proprio puncto. Alij igitur, qui nõ alienauerunt, nec conuenerunt, possunt ad interesse, ut ff. de leg. 2. l. cum pater. §. libertis. sed si omnes cõtrauenissent, nul-
2 lus posset agere, ut C. de fideicom. l. quotiens. † Modo potest dubitari, quis ueniat contra, vtrum acquirens? & de isto nõ est dubium, quia verba loquuntur. an etiam transferens, vel q uterq; ueniat contra, quia prohibito aliquo ne emat, videtur prohiberi venditori, ne vendat, ut in l. 1. C. de cupressis ex loco dãnensi. lib. 11. Tutius est tenere, q solus acceptor, quia verba prohibitionis in eum directa sunt, ut C. ne fideiussores dotium dentur. in l. 2. Secundo proponitur, q inter eos, qui poterant inter se uendere, & alienare uicissim, fuit facta quædam alia diuisio cum pacto, q nulla pars possit alienare, nisi de consensu aliarum duarum partium: & si contra fieret, q ex nunc, prout ex tunc, dicta alienatio, siue contractus sit nulla, & nullius ualoris, & pro non facto, & non facta habeatur. & q pars sic alienata applicetur, & sit aliorum prædictorum dominorũ ipso iure, saluo q si aliqua dictarum partiũ, quando esset in possessione, uellet uẽdere iura sua alij parti, hoc facere possit, & teneatur ad idem tãti precij: & fuit apposita pę-
3 na quinque millium flore. si quis contrauenerit. † Hic primũ quæritur, vtrum per pactum possit annullari contractus. & dicendum est, q non, nisi quis retinuerit sibi possessionem, uel transtulerit dñium cũ conditione q nõ alienetur, id est vsquequo non alienabitur. nam tunc facta alienatione de facto res incidit in commissum secũdum formam pacti, ut eleganter legitur, & not. ff. de acqui. poss. l. qui absenti. §. si quis. In isto autem contractu non apparet retẽtio possessionis, nec apparet, q aliqua conditio fuerit apposita dominio. & cum sit speciale in pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diẽ, q ipso iure dominium resoluatur, sequitur, q in alijs contractibus secus est, quia sine traditione dominium non transfertur, ut subtiliter legitur, & no. in l. 1. in magna gl. ff. de dona. porro de pœna non est dubium, q peti potest, & cõmissa est, etiam si non interesset: quia si contra uerba, & mentem contractus, & expresse, non tacitè uenitur 3, ut ff. de arbit. l. aduersus. & ff. de verb. oblig. l. 2. §. fi. & l. stipulatio ista. §. alteri.
4 † Secundus passus est iste, tres erant, qui poterant inter se vendere a. b. c. contingit, quòd a. uendidit b. item c. vendidit b. Modo iste b. permissus vendidit d. prohibito. Quæritur, vtrũ a. & c. possint petere pœnam a. b. nam cum a. & c. nullum ius retinuerint, facto eorum desinit interesse: ergo non committitur stipulatio pęnę, quia regula est ista, q qñ locato facto creditoris desinit interesse, imputet sibi, vt ff. de condi. fur. l. siue manifestus. §. tãdiu. solu. si b. vendidisset partẽ a. & partẽ c. nõ incideret in pœnã, sed vendendo partẽ suã prohibito, incidit in pœnam. illud ponitur quasi ad literã. ff. de leg. 3. l. pater. §.
5 quindecim libertis. † Tertius passus est, quia ille, qui permutauit, fuit cõpulsus ad permutandum, & erat ita custoditus a gentibus armorũ, q non poterat aliud facere sine periculo vitę. Modo quęritur, quid iuris. Respõdeo, non valet in effectu, quia inuitus permutationẽ fecit, ut C. de trãsa. l. interpositas. & l. si qs maior. a 3tio sensu. & plenè legit, & no. ff. qd me. cã l. q

in

in carcerem. & ff. de teſtam. l. qui a latronibus. nec incidit in
pœnam, vt l. nouiſſimè. ff. quod falſo tuto. auctore. nec eſt ne-
ceſſaria pœnitentia vbi interuenit violentia, dummodo po-
ſtea ſponte ſua non confirmauerit contractum, vt ff. de con-
di. ob tur. cauſam. l. ſi ob turpem. & ibi nota. & l. 2. C. quod
me. cauſa. ſed ſi impreſſione. & l. 1. C. ſi quacunque prædic.
poteſta. ſi vero permutatio, & traditio, vel quaſi eſſet ſponte
facta, vel interueniſſet ſtipulatio, non haberet locum pœnitẽ-
tia, vt C. de rerum permu. l. ex placito. nam ſi interuenit tradi
tio, vel quaſi, fuit tranſlatũ dominium, nec habet locum pœ-
nitentia, ſi altera pars obſeruauerit contractum: ſed ſi nollet
6 obſeruare contractum, tunc refert, † aut fuit facta permuta-
tio nudo facto, & haberet locum pœnitentia cauſa non ſecu-
ta: quia permutatio eſt contractus innominatus, aut interue-
nit hincinde ſtipulatio, & non habet locum pœnitentia, & in
contractibus innominatis non habet locũ pœnitentia, vt ſub-
tiliter legitur, & no. in l. vlt. ff de condi. ob cauſam. & l. ſi pe
cunia. eo. titu. in prin. & C. de act. & obli. l. ſicut. & ff. de pac.
7 l. iuriſgentium. §. 1. † quòd autem ſtipulatio ſit cõtractus no-
minatus, apparet per hanc regulam, quia ſine aliquo rei in-
teruentu parit actionem. ſed contractus innominati non pa-
riunt actionem, niſi rei interuentu, vbi rei interuentus poni-
tur pro finali cauſa, vt C. de rerum permu. l. ex placito. vt tex.
8 tradit hanc doctrinam. vnum † eſt ſciendum, in contracti-
bus innominatis interuenit iuramentum, non habet locum
pœnitentia, vt C. de tranſa. l. ſi quis maior. & eſt glo. parua de
9 dc hoc in d. l. ſi pecuniam. † Quartus paſſus eſt, iſte nobilis,
qui permutauerat caſtrum feudale ſine permiſſione domini,
timens ne pro hoc perdidiſſet ius ſuum, fecit denuo ſe inue-
ſtiri a domino feudi. Modò quæritur, quid iuris. Reſpondeó,
ſi non tradiderat, non eſt dubiũ, quia niſi vaſſallus tradat ſola
venditione, vel permutatione verbali, non amittit feudum,
vt ff. de ver. ſig. l. alienationis verbum. & ibi per Dy. Si autem
tradidiſſet, tunc diſtingue, aut dominus ex certa ſententia in-
ueſtiuit denuo, & valet inueſtitura: aut per errorem, & non
valet, vt ff. de condi. ob cauſam. l. 2. §. ſubtilius. & C. de dona.
10 l. nec ignorans. † Quintus paſſus eſt, ſi ille, qui permutauit, &
conſtituit ſe poſſidere pro permutante ſecum, nec dixit preca
rio poſſidere, ſed ſimpliciter poſſidere: vtrum poſſit poſtea
alij vendere: & dicendum eſt, quòd non, quia per hæc ver-
ba tranſtulit omne ius ſuum, & poſſeſſionem ciuilem, & for-
11 tè etiam naturalem, † quia plus eſt dicere, pro te poſſideo, q̃
precario poſſideo. ff. de acq poſſ. l. quod meo. & eſt gl. ſing. ff.
12 de pac. l. ab emp. † Sextus paſſus eſt. peruenerunt ad quẽdam
Magnificum, & Illuſtrem. ſ. dominum Chriſtophorum, & fra
trem, timentes de alijs eorum conſortibus. & ab ipſo Magnifi
co habuerunt quædam pacta, & ab eo receperũt inueſtituras
caſtrorum ſuorum de feudo nomine ciuitatis Aſtenſis; qui
Magnificus dictã ciui. cum omnibus iuribus in dotem dedit
Illuſtri filiæ ſuæ. accidit poſtea, quòd quia dictus dominus
Chriſtofo. fuit a ſuis cõſortibus inuaſus, ipſe recepit per vim
duo eorum caſtra, de quibus petitur inueſtitura ex pac. habi.
cum dicto Magnifico. Quæritur, nunquid de dictis caſtris vi
inuaſis poſſit inueſtitura fieri. Reſpondeo, ea, quæ ſunt per
violentiam vſurpata, inueſtiri non poſſunt, vt C. vnde vi. l. au-
thoritate. niſi illa vſurpatio fuiſſet a lege licita, & facta autho.
ſuperioris, vt l. 1. §. fi. ff. de mil. vaſſal. qui cõtumax. & quicquid
ſeruatur contra vnum, ſeruatur contra alium, vt C. rei eiuſdẽ.
13 ven. l. ratas. † De vno quæritur, nunquid a lege ſi quis in tan-
tam. excuſetur quis propter ſententiam ſibi datam a ſuperio-
re domino feu. & dicendum eſt, quòd ſi illa ſententia fuit riitè da-
ta, & cũ cauſæ cognitione, & in caſu veritatis, quia aliter non
poterat ſibi conſuli, niſi armata mano ceſſat, vt in §. fi. c. 1. de
mili. vaſſal. qui contu. eſt. aliàs non valet licentia, vt ff. de reg.
iur. l. non ex ſingulis. & incidit in pœnam. l. meminerint. C.
14 vñ vi. † Vltimo quæritur, quidam nobiles agunt inter ſe de di
uerſis caſtris per viam conuentionis, & recõuentionis coram
domino gubernatore Aſten. qui dominus gubernator vtriq;
parti mandauit, quòd deponeret ſequeſtrum caſtrum, quod tene
bat, ad hoc ne eſſet poſtea impedimen. in executione rei iudi.
& a dicto præcepto neutra pars appellauit: quinimmo vna
pars depoſuit, altera nõ, nunquid illa pars, quæ non depoſuit,

debeat audiri, ſi petit procedi in cauſa. & dicendum eſt, quòd nõ tribus rationibus. Prima, quia contumax repellitur a limine iudicij, vt C. de iudi. l. ſancim. Secunda, quia inter litigatores debet ſeruari æqualitas, vt C. de fru c. & lit. expen. l. fina. & C. de proximis ſacro. ſcri. l. in ſacri. Tertia, quia in cauſa conuentionis, & reconuentionis, quòd ex ordine facit vnus, ſtatim debet facere alter, nec debet cogi vnus, qui cogatur alter, vt legitur, & notat. ff. de iudicijs. l. qui prior appellat.

Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCCLXXXIIII.

1 *Pactum, quòd ſuperior non poſſit reddere ius ſubditis, an valeat.*
2 *Propter defectum iuſtitiæ ſuperioris aditur maior poteſtas.*
3 *Marchiones an poſſint inter ſe facere guerram ſine licentia domini.*
4 *Dominus an poſſit præcipere ſubditis, quòd obediant ei in exercitibus, & caualcatis.*
5 *Si duo marchiones habent guerram, an poſſit alteruter mandare ſuis ſubdi. vt accedant ad terram ſui aduerſarij, vt tollatur materia ſuſpitionis, & productionis.*
6 *Subditi an poſſint mittere alios loco ſui.*

In Chriſti nomine. Magnificus dominus Nannus Marchio Ceuæ vendidit nonnulla Caſtra villas, & homines ciuita
1 ti Aſten. pro pretio 100. millium libra. & deinde per aliũ inſtrumentum recepit a dicta ciuitate Aſten. in feudum dicta caſtra, & villas, & homines, & iuriſditiones, promiſitque ſolenniter fidelitatẽ: & inter cætera fuit appoſitum unum pactum, quòd ſi aliqua perſona agere vellet contra dictum dominum Nannum, vel eius deſcendentes, quòd dictus dominus Nannus, vel eius ſucceſſores non poſſint, ſeu debeant vllo modo compelli, vel cõſtringi per poteſtatem in officiũ, vel per aliquẽ capitaneum, ſeu rectorem prædictæ ciuitatis Aſten. & quòd non teneatur ſtare iuri, ſeu reſpondere de iure in ciuitate Aſten. in aliqua cauſa ciuili, vel criminali. modo contingit, quòd aliqui Marchiones de ſucceſſoribus prædicti domini Nanni multa committunt contra iuſtitiam in perſonas, & bona hominum dictorum Caſtrorum, & villarum, de quibus ipſi volunt habere recurſum ad gubernatorem Aſten. dicti Marchiones di- 3
cunt, quòd hoc facere non poſſunt propter dictum pactum.
2 † Modo quæritur, quid iuris. & videtur, quòd dictum pactum ſit ſeruandum. Primo per regulam generalem, quia ait prætor, pacta ſeruabo: & quia graue eſt fidem fallere. Secundum, quia pactum habet vim legis, ut C. de donationibus inter virum, & vxorem l. penultima. & ff. de publ. l. Cæſar. ergo de commiſſis alibi, quàm in territorio Aſten. non poſſunt in ciuitate Aſten. conuenire. Item per priuilegium poteſt ampliari iuriſditio, ut extra de iudic. cap. nouit arctari. & vt in cap. primo. de priuileg. libro 6. & etiam quia pactum, ut no. ff. de iudi. l. hæres abſens. §. primo. Item iſtud pactum fuit appoſitum in rei traditione, ergo eſt ſeruandum, vt ff. de pac. l. in traditionibus. In contrarium eſt veritas: & probatur tali ratione, nam vniuerſitas dictorum Caſtrorum, & villarum, & homines ipſarum ante dictam infeudationem erant ſubditi ciuitati Aſten. vigore dictæ venditionis: & ex hoc ſicut ciuitas Aſten. erat eorum domina, ita econuerſo tenebatur eis iuſtitiam exhibere, & iura reddere, quia iſta ſunt correlatiua, arg. in c. j. extra de for. fi. ubi dicitur, quòd dominus debet reddere uicem ſubdito, & iura ſubditi conſeruare, aliàs meretur nomen domini amittere. Item iuriſditio eſt poteſtas de publico introducta cũ neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ, ut no. ff. de iur. om. iud. l. 1. Et hoc præmiſſo arguo ſic demonſtratiue, ſubditi habuerunt recurſum ad magiſtratum Aſten. & illud nõ perdiderunt per illud pactum, ut probabo, ergo retinet illud, quia iuriſditio, & dominium æquiparantur, ut ff. de ſta. bo. l. qui furem. Item non põt ille, qui habet iuriſditionẽ, non audire querelas debitas, vt d. c. nouit. Non ob. dictum pactũ, quia in dicto pacto non conſenſerunt ſubditi, quibus erat quæſitũ ius implorãdæ iuriſditionis Aſtẽ. vñ merito eis tale pactũ non nocet, ut ff. de pac. l. fi. & ff. de ſta. l. ſi poſt mor

tem. §. vltimo. Item quando feudatarius grauat subiectos, cer
tum est, quòd debet recurri ad superiorem magistratum,
& fortius si delinquat in eos, vt ff. de his, qui sunt sui, vel alie-
ni iuris. l. 2. & no. extra de iudic. c. cæterum. alias sequeretur,
ꝙ iustitia periret, quia vbi deest magistratus, iustisia est mor-
tua, vt ff. de orig. iu. l. 2. §. post originem iuris. Præterea pactũ,
quòd superior nõ possit reddere ius subditus suis, non valet,
quia est contra ius publicũ, & contra vim, & authori. legum,
vt ff. de pactis. l. ius publicum. & l. iurisgentium. §. ait prætor.
& §. si paciscat 1. sicut non valet pactum, ne maleficia punian
tur, vt ff. de fideiussoribus. l. si a reo. Præterea omne, quod
non transfertũr in aliũm, remanet penès transferentem, vt ff.
quibus ex causis maiores. l. nec vtilem. Sed non potuit trans-
ferri in dictos marchiones potestas dicẽdi ius in propria cau-
sa, vt l. 1. C. ne quis in propria causa. ergo remãsit penès Astẽ.
Item alij per alium non debet iniqua conditio afferri, cum ip
se non consenserit, vt ff. de pactis. l. si vnus. §. ante omnia. &
C. de legatis. l. si cũ hermes. ff. de iuris, & facti ignoran. l. ini-
2 quissimum. † Item omnia iura clamant, quòd propter de-
fectum iustitiæ superioris additur maior potestas; hoc ex-
presè no. in l. prima. §. vltimo. de mil. vassallo, qui contumax
est. quapropter subditi, qui grauantur ab immediato eorum
superiore, possunt recurrere ad superiorem mediatum gra-
datim procedendo secundum ius ciuile: licèt aliquando de
iure canonico aliud permittatur, vt notatur in Specu. de ap-
pella. §. restat. in princip. Et ex hoc tria concluduntur, quòd si
dicti Marchiones sont debitores eorum subditorum, & vo-
lunt soluere, vel in eis delinquunt, licèt in ipso Marchionatu,
& non in possessione Asten. tamen possunt in ipsa Ciuitate
Asten. conueniri coram eorum præside. caueant tamen subdi
ti, ne fingant casus, vbi non sunt causæ contra dominos suos:
quia ex hoc deberent puniri magis quàm alij, qui non essent
subditi tam per ictum fustium, quàm per aliàs pœnas arbitra
rias tanquàm hostes, & rebelles suorum dominorum, vt C.
de his, qui ad ecclesiam confu. l. si seruus. & argum. in Auth.
de quęstore. §. super hoc. & etiam ipsi Marchiones possent eos
corripere in domo, & in iudicio, ut ff. ad Sylle. l. & si percus-
sor. §. fina. & ff. de furt. l. serui. & filij. in princi. & C. de patr.
pote. l. congruentius. & C. de his, qui ad statuas confugiunt.
3 l. 1. † Secundo quæritur, nũquid dicti Marchiones possint in-
ter se guerram facere sine licentia domini Asten. vel eius gu-
bernatoris. & dicendum est, quòd non tribus rationibus. pri-
ma, quia armorum vsus debet a principe concedi, & non ab
alio, vt C. vt armorum vsus inscio principe, l. 1. libro 11. Se-
cunda, quia guerræ sunt cõtra ius naturale, nisi necessitas de-
fensionis immineat, vt ff. de iustit. & iu. l. vt vim. idcirco om-
nium iudiciorum vigore, iurisque publici tutela est in medio
constituta, ne liceat sibijpsi capere vltionem, ut C. de iudęis.
l. nullos. lex tales vocat latrunculos, vt ff. de testam. l. qui a la-
tronibus. & hoc no. per Moder. in c. olim. de restit. spoli. & in
c. sicut. de iureiur. Tertia ratio est manifestissima, quia guerrę
destruunt territoria, quæ sunt domini feudi quo ad directum
dominum: sed hoc non possunt facere vassalli, quia esset in
præiudicium domini, imo ex hoc possent priuari feodo, si-
cut emphyteuta posset priuari emphyteusi, quando euiden-
ter facit rem deteriorem, vt C. de sacrosan. eccle. auth. qui res
4 iam dictas. † Tertio quęritur, vtrum dictis Marchionibus
liceat pręcipere subditis, quòd obediant eis in exercitibus, &
caualcatis. & dicendum est, quòd non, quando guerra, vel
caualcata est iniusta, & hoc constat, vt in c. domino guerram.
in titu. hic finit lex. deinde incipiunt consuetudines regni, nã
subditus in maleficijs non debet esse obediens domino suo,
vt ff. de actio. & ob. l. seruos non in omnibus. Sed si esset guer
ra licita, tenerentur subditi iuuare dominos suos tam de per-
sona, quàm de patrimonio in casu necessitatis eo saluo, quòd
possint seruire per substitutum ęqualem, vt not. C. de episc. &
cler. l. quisquis. præsertim vbi agitur de periculo vitæ, & fina-
liter dico, quòd in hoc debet seruari consuetodo, & ꝙ ire in
exercitum est munus publicum, & necessarium iustitia sua-
5 dente, sicut angaria, & perangaria. Quarto quæritur, † si duo
Marchiones habent guerram, vtrum possit alteruter manda-
re suis subditis, ne accedant ad terram sui aduersarij, vt tolla-
tur materia suspitionis, & proditionis. nam nõ debet quis ha-
bere familiaritatem cum hostibus domini sui, ut legitur, &
nota. in l. 1. §. cum patronus. ff. de offi. pręfec. vrb. & 10. colla.
quot testes sint necessarij ad probandum ingratitudinis cau-
sam. l. 1. & nota. in titu. quibus modis feud. amit. in princ. &
C. de inoff. testa. l. liberi. facit lex sciendum. §. 1. ff. de lega. sine
causa autem non possunt vetare: quia licèt sont subditi, sunt
ingenui, & etiam libertis non possunt interdici loca, & com
mercia, vt ff. de oper. liber. l. libertus negotiatoris. Ex prædi-
ctis apparet, quòd dicti Marchiones quando habẽt guerram
licitam, & indigent assiduo consilio subditorum, possunt cõ-
6 pellere eos, vt vadant secum personaliter, & præcise. † Sed si
non indigent eorum cõsilio, vel pręsentia personali, dicti sub-
diti possunt pro se mittere alios acceptabiles domino, argu.
ff. de duobus reis. l. nemo est, qui nesciat. & ff. de operis liber-
torum. l. si libertus artem. & l. quod nisi. §. ex prouincia. & l.
operę in rerum. §. fabriles. licèt in vsibus feudorum continea-
tur, quòd principales personæ debeant bellare per seipsas, ut
legitur, & notatur in c. si miles rusticum. extra. de pace tenẽn
da, & eius violatoribus. Sed ibi loquitur, quando dimicatur
loco probationis, vt pro eo feratur sentẽtia, qui vicerit, & sic
alio casu loquitur: nam ibi principales personę debẽt etiam
iurare, vnde illa materia est valde diuersa materia a præsenti.
Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCLXXXIIII.

*1 Non promotus ad ordines monitione non præmissa an veniat priuandus præbenda.*

In Christi nomine. Quidam in minori
bus cõstitutus ges-
sit quandam præposituram per septenniũ sine aliqua dispen-
satione, nec fuit promotus ad ordines sacros, nec tamen fuit
monitus a diœcesano, vel ab alio superiore, quòd ab ipsis de-
beret promoueri. quæritur, an sit ipso iure priuatus, vel sal-
1 tem priuandus. † hæc quæstio pendet ex intellectu capituli
statutum. de elect. libro 6. & ex intellectu. c. cum ex eod. titu.
& in cap. cum in cunctis. de elec. §. inferiore. in antiqua decre
tali. Et videtur dicendum, quòd ex quo hominis. nam in ec-
clesia collegiata non imminet pœna, de qua in d. cap. cum in
cunctis. nisi interueniat monitio, vt plenè no. in d. ca. cũ ex eo.
& ita mihi videtur saluo meliori consilio. Ego Bal. de Peru.

## CONSILIVM CCCCLXXXV.

*1 Stante statuto, de quo hic, an habentes expressas hypothecas posterioribus creditoribus similiter habentibus expressè hypothecas præferantur, tanquàm tempore potiores.*

*2 Species post genus posita habet restringere genus prædicationis.*

*3 In hypothecaria proponitur actio realis, sicut rei vendi. & publi.*

*4 Conuentus reali non est propriè debitor.*

*5 Nulla legum dispositio videtur tollere expressam hypothecã.*

In Christi nomine. Statuto ciuitatis Cu
marũ cauetur in for
ma, quæ sequitur. Item statuerunt, quòd quicquid repertum
fuerit, & consequi haberi poterit, ex bonis alicuius fugitiui,
vel q̃ tenebat, & possidebat tempore fugę, vel per sex menses
ante, compartiatur ęqualiter inter omnes creditores, siue sint
creditores, vel esse appareant per chartam publicam, vel
condemnationem: quantum ad bona fugitiuorum inter ta-
les creditores non sit causa, vel temporis priuilegium. & hoc
statutum locum habeat solummodo inter mercatores publi-
cos, & vsitatos exercentes mercantias, & non alios mercato-
res, qui non sunt publici, & vsitati mercaturas exercentes
1 mercantias. † modo est in quæstione, nunquid habentes hy-
pothecatas expressas posterioribus creditoribus, similiter hy
pothecas expressè habentibus, pręferantur tanquàm tempo-
re potiores: an vero omnes sint pares vigore dicti statuti. vbi
considerandum est, quòd duplex est prælatio: vna imper-
sonalis,

sonalis,& ista non contingit nisi ex causa, vel priuilegio. nam
ex causa præfertur causa depositi, vt l.si vetri.§.in bonis.ff.de
priui. cre.Item causa dotis, vt C.qui potio. in pi.ha.l.assiduis.
ex priuilegio autem inducitur prelatio, quando persona facit
locum priui. quod idem est, quod iuris communis priuatio.
& contra ius commune inducta prælatio, vt plene legitur, &
notatur in l.1.C.de priui.do.& in l.1.ff.so.mat.& in l.priui.
de priuile. credi.& in capitulo priuilegium personale. extra.
de regulis iur.libro 6.Secundo est considerandum, quòd dictum statutum remoto priuilegio reducit omnes creditores
ad æqualitatem. modo considerandum est, quid est hoc dictum: lege enim cauetur, quòd remoto priuilegio reducuntur priuilegiati ad ius commune, vt ff.de excu. tuto.l.sed &
milites.in princip.& alia lege cauetur, quòd facilius tollitur
priuilegium, quàm ius commune, vt ff.de testament.mili.l.
eius militis.§.militia. Item alia lex dicit, quòd fortius est ius
nobilis, quod fit nostro facto, quàm aliena prouidentia, ut ff.
de fideicom.libe.l.si filius.§.erit rubriano.Item hoc est, quod
dicitur, q lex suũ, non tuũ tibi denegat auxiliũ, vt plene no.
C.qui pu. in pigno. ha.l.assiduis.§.exceptus.Sed nec vnum est
omittendum, quòd illa verba, quantum ad bona fugitiuorũ
inter creditores, non sicut causæ temporis priuilegiũ habent
2 restringere legis principium, † quia species post genus absolute posita habet restringere genus prædicationis. iste est tex.
notabi.ff. de verb.signi.l.si cum fundum. ex quo sequitur, q
statutum de uirtute sermonis nihil aliud tollit nisi priuilegium causæ, vel personæ. Sed præsertim expressa hypotheca
non est priuilegium causæ, vel personæ, vt expresse apparet.
ff.de pact.l.rescriptum.& in ea legi.& not. in l. finali. C.qui
bon. cede. pos. quare istud statutum non tollit hypothecam
expressam, nec eius prærogatiuam. Præterea & si dubia sit
mens istius statuti, in dubio debet interpretari secũdum ius
commune, ne alteri fiat iniuria: quia in dubio statu. non intelligetur absorbere ius alterius, ut extra de consuetu. capitulo cum dilectus.& C.de noxali.l.si serui vestri.quapropter
sic dicendum est, quòd in personali omnes sunt pares. Sed
in hypothecaria, quando bona expresse sunt ob legata, ille
præfertur in iur. qui potior tempore.& quòd hoc sit de men-
3 te statuti, & non contra mentem statuti, sic probo, † quia in
hypothecaria proponitur actio realis scilicet hypothecaria,
vt ff. de pigno.l.si fundus.§.in uenditione. quæ non consistit
in obligatione, sed iure reali, vt C. de luitione pignorum.l.
intelligere. & ff. de exceptio. rei iudica. extante §.latinus. &
not.ff.ad Trebel.l.si hæres pecuniam, licèt glo. dicat, quòd
hypothecaria habet aliquid personalita. vt not. ff.de paci.l. si
tibi.§.de pignore. & ff.ad Trebellia. l.debitor. tamen veritas
est, quòd est mere in rem, sicut rei vendicatio, & publiciana,
cum proponitur contra quemlibet possessorem extraneum,
qui nullo modo est obligatus, vt dicto §. in vendicatione. vt
institutio. de actio.§. item seruiana. quapropter agens hypothecaria non venit vt creditor eius, qui possidet, vt ff.ad exhiben.l.tigni.§. finali & ideo hypotheca expressa dictum statutum non videtur loqui, quia creditor dicitur respectu de-
4 bitoris. † Sed conuentus reali non est proprie debitor, ut institutio. de actio. §.omnium.& not. per docto. in l. 1.ff. si certum peta. ne igitur ius commune in dubio corrigamus, & vt
vim verborum teneamus, & vt absurditatem vitemus, & vt
statutum ad ius commune trahamus, & vt species post genus aliquid operetur, est concludendum, quòd in expressa
hypotheca prior tempore potior sit in iure, vt in dicta regula iu. qui prior. sed contra hoc faciunt duo verba statuti. primo, quia dicit, tenebat, & possidebat, quod passiue videtur
concernere hypothecariam. Item illud verbum, per chartam
publicam: quia in chartis publicis semper apponitur hypotheca. sed istę duæ rationes non concludunt de necessitate,
quia contrarium potest esse uerum, & non sequitur, est debitor instrumentalis, ergo interuenit hypotheca; nam hypotheca est adiectio, quę non pręsumitur constitu. nisi probetur: licèt de personali debito sit factum instrumentum publicum.
de iuris ergo subtilitate, & etiam ęquitate standum, est ut dixi superius, vt C. de iure deli.l.si.§.& si pręfatam. valde.n.absurdum esset, q per debitorem afferetur pręiudicium credi-
5 tori, qui sibi diligenter prospexerat, † ideo nulla legum dispositio videtur tollere expressam hypothecam. tex. est no. in d.l.
rescripto. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCCLXXXVI.

*1 Assignatio rei facta per patrem filio, & confirmata in morte an transeat ad filium iure prælegati.*
*2 Sufficit filio probare patrem dominum, vt habeat pub. vel rei vendicationem.*
*3 Quæ requirantur in pub. rei vendi. & l. commisso.*
*4 Dominium quomodo probetur, & an ex possessio. præsumatur dominium. & nu. 5.*
*6 Si testes dicant patrem, & filium possedisse, an probent pro dimidia, vel quomodo.*

In Christi nomine. Quidam do. Brasianus habuit duos filios scilicet Bartholomeum, & Ioan. quibus in vita sua assignauit certa bona, quam assignationem postea testamento cõfirmat. defuncto dicto domino Brasiano ex prædictis Ioan.
nati fuerunt dominus Aloisius, & Antoniulus. deinde mortuo ipso domino Ioã. dictus dominus Aloisius, & Antoniolus vendiderunt quandam petiam terræ cuidam Bernardo
pro certo precio cum pacto, quòd ipse Bernardus teneretur,
& deberet quibusdam creditoribus dictorum uenditorum
soluere certa indebita, quibus olim dictus dominus Iuannes
erat cum certis alijs obligatus cuidam Sempronio cũ pacto,
& promissione, quòd ipse emptor faceret ipsis fratribus cedere iura dicti crediti per dictum creditorem.& in casu, quo
prędicta non attenderentur, conuentum est, quòd prędicta
uenditio esset nulla, & pro infecta: cum aliàs facturi non fuissent dictam venditionem. deinde dictus emptor non adimpleuit pacta prædicta, imo fecit sibi cedi iura pro se, & suis
heredibus. Postea decessit supradictus dominus Antoniulus,
& ei successit dictus dominus Aloisius, qui quidem dominus Aluisius concernens, quòd dictus dominus Bernar. primus emptor non obseruauit pacta conuenta vẽditionis, egit
rei vendicatione contra dictum Sempronium secundum emptorem, & probauit dictam proprietatem fuisse in bonis dicti domini Brasiani, & per ipsum, vel alium eius nomine
tentam, & possessam pluribus annis: & ipsam similiter fuisse tentam, & possessam per præfatum dominum Iuannem
patrem ipsius domini Aloisij uiuente d. domino Brasiano, &
successiue vsque ad tempus mortis ipsius domini Ioan. modo quæritur, quid iuris? Et ad euidentiam præmittẽdum est,
1 † quòd dicta assignatio viuente dicto domino Brasiano valuit iure peculij, videlicet, quia fuit in testamento confirmata, & transiuit ad vim, & naturam prælegati, vt plene legitur,
& no. C. fami. hærciscun.l. filium, quem habentem. cum sua
2 materia. † Secundo præmittendum est, quòd id, quod est in
bonis patris, siue sit dominum, siue quasi, continuatur in filium ei succedentem: & sufficit filio probare patrem fuisse
dominum, vel quasi, vt habeat rei vendicationem, vel publicianam, quemadmodum patet, vt C. de proba.l. siue possidetis. de petitione enim hęreditatis hic non est tractãdum, quia
non daretur contra prorsus extraneum possidentem rem singularem, & titulo singulari, ut plene legitur, & no. in l. cogi.
C. de peti. hæredi.& in l. hæreditatem.C. quibus non obijcitur longi temporis pręscriptio.& ff. de peti. hæredi.l. nec vl-
3 lam. cum sua materia. † Tertio præmittendum est, & inuestigandum, an pactum appositum in dicta venditione sit pactum legis commissorię, necne.& videtur, quòd non sit pactum legis commissoriæ duabus rationibus. prima, quia lex
commissoria habet locum, quãdo non soluitur pretium, sed
hic non fuit dictum, si pretium non soluatur venditori, sed
creditori alteri, vt ff. de verbo. obligationi.l. liber homo.§.fin.
Item in l. commissoria solet apponi certa dies ad soluendum,
vt ff. de l. commis.l. post diem. quasi per totũ. sed hic non fuit
apposita dies certa, vel incerta, ergo propriè non est pactum
legis commissorię. tunc arguo, si non est proprie pactum legis commissoriæ, ergo non transit dominium ipso iure, & sic
non competit rei vendicatio, vt subtiliter legitur, et no. ff. de

dona. in l. 1. in magna glo. & ff. de pac. l. ab emptione. & C. de condic. ob causam. l. ea lege. In contrarium uidetur, quia quodlibet pactum appositum pro venditore, & in eius fauorem in ipso contractu venditionis dicitur esse pars pretij, vt ff. de contrahen. emptio. l. fundi partem. ergo si est appositum pactum, quòd res sit inepta, pacto seruato lex commissoria exercetur, & ipso iure sit res inepta, & sic rei vendicatio, vel publiciana competit. & licèt nouus secũdus emptor habeat titulum, talis titulus non iuuat eum propter malam fidem venditionis, vt C. de præscrip. longi. temporis. authen. malæfidei. nec obstat, si dicatur, quòd in lege commissoria requiritur appositio diei, quia imo dico, quòd sufficit dies tacita, quæ idem operatur, quod expressa, iuxta regulam notatam. ff. de pac. l. Item quia. Quapropter concludo, ꝙ dictum pactum fuit pactum legis commissoriæ, & ꝙ eo non seruato potest fundus vendicari. nec puto, ꝙ emptor primus possit referre quæstionem dominij, nisi probaret se emisse rem propriam: quia tunc contractus esset nullus, & quęstio dominij posset referri. sed si hoc non obijciatur, probatio dominij nõ potest exigi ab agente, iuxta notata. ff. commo. l. ita vt si furt. ff. de cond. inde. l. indebiti. §. fi. ff. de dona. causa mor. l. si alienam. & l. qui alienum. quia petẽti potest refricari quæstio dominij, sed non repetenti, vt C. si cer. pe. l. non vnde originem. secundus emptor non habet plus iuris, quam primus, cui successit cum sua causa, suisque vicijs, vt ff. de acqui. pos. l. pom-
4 ponius. §. cum quis. dicta auth. malæfidei. † Præterea & si esset probandum de dominio, vel quasi, ꝙ quasi dominiũ pertinet ad publicianam, considerandum esset, vtrum testes deponentes de proprietate nullam reddant rationem: & tunc non probant eam, an reddant rationem: & tunc oportet videre, per quid reddant rationem: vtrum per solam possessionem, an per consequentiam titulorum cum possessione adiũcta. primo caso non probant dominium, nec quasi, quia nihil habet commune possessio cum proprietate, vel quasi. fallit, vbicunque lex ex possessione præsumit dominium, vt ple-
5 ne legitur, & no. C. de prob. l. cum res. Porro † per legitimam consequentiam titulorum, & possessionis continuatæ bene probatur dominium, vel quasi, vt no. in l. pe. C. communi diui & in l. pe. ff. de condi. insti. in hoc igitur acta loquantur. vnum tamen singulare dicit d. Bar. in ista materia, quòd cum probatur de antiqua possessione, & non apparet, quòd alius ante possederit, ille possessor præsumitur fuisse dominus, & per consequens qui ex eo descendunt. nam a possessione, quæ prius in nullius bonis fuerat, inceperunt rerum dominia de iure gentium, vt ff. de acquiren. posses. l. 1. in princi. & l. rem, quæ nobis. & ibi per Barto. & per Nicho. de Ma. in d. l. cum res. quæ opinio multas dirimit ambiguitates, & difficultates probationum dominij. ex his igitur, quæ præmissa sunt apparet ratione legis commissoriæ rem ipso iure reuersam ad dominium agentis, in quem confluxit integrum ius amborum fratrum. sed hic est aduertendum, an possessio fuerit de assignatis dicto domino Ioanni, necne. nam si fuit de assignatis, est clarum, quòd dixi: si autem non fuit de assignatis, probatio dominij non concludit nisi pro dimidia parte, quia dictus dominus Brasianus, qui proponitur fuisse dominus, duos habuit filios, & hæredes: ergo dominium non deuenis-
6 set ad dictum dominum † Ioannem, nisi pro dimidia parte rei venditæ, ut ff. de acquiren. hæred. l. duo fratres. & ideo videndum est, utrum in actis appareat, quòd dictus dominus Brasianus habuerit duos hæredes, necne: quia si agens formauit articulum de duobus hæredibus, inferret de necessitate contra seipsum vendicantem, & non posset uendicare nisi partem dimidiam: nisi appareret de assignatione rei. & licèt quis possit uendere rem alienam, & apponere pactum legis commissoriæ, non tamen posset rem uendicare, si constaret, quòd res esset aliena: sed deberet forte agere conditione triticaria, vel indebiti ad ipsam possessionem. sed hoc vltimum non determino, quia non expedit, sed dimitto speculantibus subtilitates iuris. Vltimo sciẽdũ est, ꝙ si testes dicunt, ꝙ possedit pater, & filius, non intelligitur. s. quilibet pro dimidia, sed intelligimus, ꝙ pater habuerit possessionem, quæ iuris est, & filius quoddam ius, & agere. ff. de liberis & posthu. l. in suis. & in illa lege notabi. ff. qui. ex causis maiores. l. cum miles. & quod notatur in l. 2. C. qui ætate. & ff. de dolo. l. cum quis. & l. cum scimus. C. de agricol. & censi. li. 11. & ff. acqui. pos. l. qui iure familiaritatis. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCCLXXXVII.

*Contractus quibus modis, & pactis, & clausulis inconsuetis præsumatur fictitius, simulatus, & vsurarius: & maxime ex modicitate pretij.*

In Christi nomine. Apparet, quoddam instrumentum, quo cauetur, quòd uendidi Titio fundum pro decem, quos Titius promisit mihi reuendere pro eadem quantitate, retento fundo per triennium, hoc pacto, quòd ista promissio non duraret nisi per postea sequens biennium, & non vltra; & proponitur, quòd res ualebat duplum, vel circa. Modo ego dico contractum fuisse pignoratitium, & in fraudem vsurarum. & probo pluris valentiam per testes factam per instrumentum, tamen non probo, quòd Titius esset consuetus
1 fœnerari. † Quæritur, utrum iste contractus debeat fœneratitius iudicari? & uidetur, quòd non, quia in dubio melius est uerbis contractus seruire, vt ff. de fideiussoribus. l. fideiussores magistratuum. quia instrumentum præsumitur uerum, & non falsum, vt C. de probationibus. l. precibus. Item decretalis uidetur requirere, quòd probetur, quòd talis emptor cõsueuerit exercere vsuras, ut extra de emptione & uenditione capitu. ad nostram. hoc uidetur tenere Iacob. de Are. & Cy. C. de probati. l. prima. In contrarium uidetur, quia pacta posita in contractu indicant eius proprietatem, & qualitatem, ut ff. de donatio. causa mortis. l. ubi ita. & l. finali. ff. de conditione ob causam. sed pacta hic apposita habent maiorem similitudinem cum contractu pignoratitio, quàm cum contractu veræ uenditionis, ergo per locum, & signa iste contractus debet fœneratitius censeri. pactum enim de fructibus triennij percipiendis, antequam teneatur reuendere, non est aliud, quam quędam vsura salua capitali. Item pactum, quòd non possit luere nisi post biennium, non est aliud quàm pactum l. commissorię in pignoribus, igitur ratione pactorum, quæ non cadunt verisimiliter in uera uenditione, debemus iudicare contractum fraudulentum, ut legitur, & notatur in l. 6. ff. de conditio. institutio. Item paruitas pretij est argumentum fraudis, vt C. mandati. l. per diuersas: & maxime si instrumentum dicit, & si plus valeret, dono eodem titulo. l. ab anastasio. & nota. per Guliel. ff. de pactis. l. si tibi. in principio. quanto enim plus cautelæ adijcitur in contractibus suspectis, tanto magis præsumitur fraus, & dolus. Præterea & hic considera, ille contractus præsumitur fœneratitius, qui communiter apud bonos, & graues non est in usu, & quem communiter fœneratores facere consueuerunt. unde idem operatur probare consuetudinem fœneratorum in generali ad probandum contractum fœneratitium, sicut si specifice probaretur de illa persona, cum qua contrahitur, ut ff. de actioni. & obligationi. l. fina. hoc probatur per dictum capi. ad nostram. in uerbo, præsertim. & Innoc. hoc tenet ibi, & in ca. illo nos. extra de pignori. & hæc est ipsa ueritas, quia dicta pacta, & dictum pretium non consonant cum realitate ueræ uenditionis, nec cadere potest in intellectu iusti iudicis, ꝙ iste contractus ita bifurcatus sit mundus a lepra peccati usurarum. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCCLXXXVIII.

1 *Statutum requirens consensum, vel præsentiam alicuius in contractu intelligitur, si haberi potest præsentia illius, & aliter non.*
2 *Absens quomodo quis dicatur.*
3 *Mulier quia credens virum mortuum propter eius longam absentiam an possit alium accipere virum sine crimine adulterij.*
4 *An præscribat, si acceperit insolutum pro dote sua de bonis ma-*

*nis mariti absentis, quem credidit mortuum: & an ista*
*præscriptio dicatur inter præsentes, an inter absentes. &*
*numero 5.*

1 In Christi nomine. Sequēs qoęstio est, † Statuto Papiæ ca
uetur, quòd vxor non possit contrahere sine præsentia, & con
sensu mariti: maritus absentauit se, & nescitur, vbi sit. Quæ-
ritur, vtrum possit contrahere. respondeo, si diu maritus pere
gere abfuit, & nescitur, vbi sit, contrahere potest, quia vir sic
se absentando facit se à præsentia alienum, vt ff. de fideicom-
miss. libertatibus. l. si alieno. §. 1. Item hoc ideo, vt euitetur ab-
surditas. statutum enim debet intelligi de eo viro, cuius po-
test haberi præsentia: quia in eodem domicilio, vel in loco,
in quo possit requiri ad præsentiam sui exhibentis. Præterea
istud statutum est factum in fauorem mulierum, ergo nō de-
bet in earum damnum retorqueri, vt l. 2. ff. de lege commis-
saria. & C. de legibus. l. quod fauore. Absurdum enim esset, quòd
si imminet vtilitas, vel necessitas, ista bona mulier non posset
contrahere. simile nos habemus in alia materia, vt patet. ff. si
certum peta. l. cum filius. C. de annali exceptione. l. vt perfe-
ctius. C. de sententiam passis. l. fina. ff. de iure dotium. l. pro-
fectitia. in principio. ff. de iudicijs. l. si longius. C. de episco-
pali audientia. l. tam dementis. si autem maritus esset in loco
propinquo, deberet eius præsentia expectari, vt in capitulo
2 sciendum. in fine. de consuetu. recti feudi. † Secundo quæri-
tur, iste maritus stetit absens longo tempore, & reputabatur
mortuus, vxor repetijt dotem, vel habens causam ab ea, & la-
ta fuit sententia, vtrum valeat. Respondeo, sic, quia satis erat
dos in casu restitutionis, cū vir nō sustineret onera matrimo
3 nij, vt C. de iure dotium. l. vbi adhuc. † Tertio quæritur, quia
ista mulier iusto errore ducta nupserit alteri, & antequā mu-
lier assumpserit tutelam communis filij certum est, quòd matri-
monium non valet, excusatur tamen crimine, vt ff. de adul-
terijs. l. miles. §. penultimo. Et idem dicendum est de tutela,
quia cum filius esset in potestate patris, non potuit habere tu
torem, nec hæreditas viuentis adiri potuit, vt C. de captiuis,
4 & postliminium reuer. l. nec nos. Præsupponitur etiam, † quòd
ista accepit insolutum de bonis mariti, vel alius habens cau-
sam ab ea, nūquid propter iustum errorem iste vsuceperit? &
videtur, quòd non, vt ff. de vsucapionibus. l. iusto. §. filius. cō-
trarium est verum per legem celsus. cum sua materia. eodem
tit. nam iustus error accedens titulo qualiquali inducit præ-
5 scriptionem ex eo. † sed dubitatur, vtrum ista præscriptio de-
beat dici inter præsentes, aut inter absentes. nam si conside-
res factum, est inter absentes, vt l. j. ff. quib. ex causis maiores.
si autem consideras, quòd sunt eiusdem domicilij, est inter præ-
sentes, vt C. de præscriptio. longi temporis. l. fina. & hęc vera,
quia ille absens debuit dimittere procuratorem: & si non di-
misit, imputet sibi, vt in Autbē. qua in prouincia. & in l. 1. &
ibi plene notatur. ff. de diuersis, & tempo. præscri. & in l. quę-
dam. §. 1. ff. de legationibus.

Ego Baldus de Perusio Iuris Vtriusque doctor.

## CONSILIUM CCCCLXXXIX.

1 *Libellus quomodo sit formandus remedio interd. vnde vi, re-*
*cuperandæ, seu reintegrandæ.*
2 *Si intentetur spoliatio facta ab vno, nunc autem possidet qui-*
*dam alius non habens causam a superiore, nec ab aliquo, qui*
*successerit in vitium, an iste teneatur cōditio. ex cano. sępe.*
*vel reintegranda.*
3 *Stante statuto, quòd si post querelam productam aliqua iu-*
*ra erunt quæsita reo, quòd ei non prosint, quomodo inter-*
*pretetur.*
4 *Possessoris conditio in pari causa melior est.*

In Christi nomine. Proponitur, quòd quidam Hector rē
ctarius tempore vitæ suę, & vsque ad mortem possedit vnam
petiam vineę, & prati: & quòd post mortem dicti Hectoris
possederunt dictam petiam vineę, & prati Antonius, & fra-
tres filij dicti Hectoris. & ipsis tenentibus destituti fuerunt a
possessione dictæ rei indebite, & iniuste: & post dictam amis
sionem, & perditionem dictæ possessionis possessio ipsius pe
tiæ vineę, & prati deuenit ad Ioannem Borgognonum, & ad
Hectorem filium dicti Ioannis. qui Hector Borgognonus di-
ctam petiam vineę, & prati tenet, & possidet: quare petijt di-
ctus Antonius nomine suo, & fratrum se reintegrari, & resti-
tui ad possessionem dictę vineę, & prati: & aduersarium con
demnari ad eam restituendam. in primis quæritur, an dicta
1 petitio procedat, necne. † & indubitanter dicendum est se-
cundum ea, quæ proponuntur, quòd dicta petitio non pro-
cedit, quia nihil proponitur, propter quod resultet aliquod
iuris remedium in dicta reintegratione petenda. non enim
resultat interdictum vnde vi: quia non proponunt se per vim
expulsos. vnde si etiam argueretur factum certæ personæ, &
ageretur contra illum, non competeret interdictum vnde vi:
quia non proponitur id, quod est de forma, & substantia il-
lius interdicti, vt in l. 1. in principio. vnde ui. Item illud in-
terdictum unde ui. est personale, quia uerba prętoris dicunt,
unde ui, tu ui illum deiecisti. cum enim oriatur ex maleficio,
non sequitur possessorem, quia maleficium non commisit,
ut ff. de ui, & ui armata. l. cum a te. maleficia enim suos tenēt
autores, non alios, qui non deliquerunt, ut C. de pœnis. l. san-
cimus. Item non proponitur tale quid, per quod habeat lo-
cum capitulo sępę. de restitutio. spoliatorum. quia illud ca-
pitulum intendit hoc, quòd vbi deficit interdictum unde ui,
res tamen cum uitio peruenit ad alium: ille, ad quem perue-
nit cum uitio, teneatur cōditione ex illo canone: secus si per-
uenit sine uitio, ut ibi plene notatur. extra de iudic. centesi-
ma. quæstione quinta. Item quia non habet locum conditio,
ex capitulo reintegranda. quia illud capitulum requirit spo-
liationem in principio, videlicet, quod quis fuerit spoliatus,
ut ibi patet. dicit enim, reintegranda sunt omnia spoliatis.
Item requirit in successore uitium, quòd successerit illo ui-
tio, vt not. in dicto capitulo, quia. v. Sed hic non proponitur
aliquid vitium fuisse a principio in possessione euadēda, nec
in processu, in ea, quæ per conuentum consequenda, ergo li-
bellus non procedit, ut ff. de dolo. l. Item exigit. & ff. quod
metus causa. l. si cum exceptione. §. in hac. & l. 2. ff. de triti-
ca. & C. de agric. & censi. l. si coloni. potest ergo dici petitio-
nem tuam incompetentem cognouimus, & ineptam, vt ex-
tra de iudicijs. capitulo examinata. nec etiam habeat locum
conditio. l. conquerebatur. C. unde ui. quia illa constitutio
requirit alia, quæ hic intentata non sunt, vt ibi patet, & notatur.
2 ff. quod metus causa. l. taxat. † Sequitur uidere de secundo
puncto. pone, quòd esset intentata spoliatio facta ab uno, nūc
autem possidet quidam alius non habens causam a spoliato-
re, nec ab aliquo, qui successerit in uitium: nunquid iste te-
neatur conditione ex canone sępę. uel ex canone reintegran-
da. dico, quòd non, quia habet causam ab actore actoris. & ita
est in proposito, quia habet causam a domina Clemondina,
quę fuit filia, & legataria Hectoris rectarij: per quam qui-
dem causam excludit quodlibet possessorium agentis, ut ff.
ad Trebellianicam. l. filia fratribus. & nota. C. de edic. diui
Adriani tollendo. l. edicto. nam dicta domina Clemondina
habebat hypothecam ex testamento paterno, vt C. commu-
nia de lega. l. prima. & si cessat actione personali. ceditur hy-
pothecaria, vt C. de actio. & obligatio. l. si in solut. & ex quo
ipse cessionarius est in possessione, debet in ea tueri, quia cui
datur petitio, multo fortius datur retentio, vt ff. de superfi-
ciebus. l. prima. §. quod ait. & ff. de regulis iuris. l. in omnibus. §.
cui damus. & hic aduerte, quòd istud ius defensionis est
probatum in iudicio, & liquidum: quo casu in quolibet pos
sessorio obstat exceptio, dolo facis, ex quo est liquidatum:
& maxime in possessorio, quod intentatur ex dicto capitulo
sępe. & capitulo reintegranda. quia illa capitula fundantur
super æquitate: sed nulla ęquitas est pro agente, ex quo de-
fensio rei est liquida. hęc probantur in dicto capitulo sæpe.
a contrario sensu in ratione literę. & est expresse eodem titu-
lo. capitu. 1. & not. ff. de iudicijs. in l. si de ui. & per Inno. ex-
3 tra de filijs presbyterorum. c. constituimus. † Porro non ob. sta
tutum, quo cauetur, quòd post depositam querimoniam, si
qua iura reus acquisiuit, non prosit ei talis acquisitio: quis

illud debet intelligi, nisi acquisiuerit iura ab aduersario, vel eius auctore. certum est enim, q actor potest cedere reo iura sua lite pendente. Item ille, qui prætendit causam ab actore, si ita est in proposito, quia cessionarius prætendit causam a legatario, & legataria prætendit causam a patre, & ab hærede, quia adeundo hæredita. confirmauit lega. & quasi contraxit cum legataria, ita q omnes censentur vna, & eadem persona, vt ff. de verbo. obliga. l. stipula. ista. §. 1. & ibi per Bar. notabiliter. nimirum igitur si hęres repellitur, qui contra factũ suũ venire non potest, nec contra pactum factum defuncti, vt C. de ser. pigno. datu. l. si creditoribus. & ff. de euict. l. fundum meum. & vt dixi superius, sic esset in edicto diui Adriani, & in quolibet possessorio. Item certum est, quòd quis quærit facto agentis lite pendente, prodest sibi: pręsertim ad defensionem, siue sit factum suũ immediate, siue mediante suo actore, vt ff. de condi. fur. l. siue manifestus. §. tandiu. & l. si seruus. in prin. ad prædicta etiam facit optime. ff. de euic. l. si rẽ. in prin. & C. manda. l. per diuersas. §. exceptis. & ff. de condi.
4 ind. l. sub cond. Item facit ad prædicta, † quia in pari causa bonæ fidei melior est conditio possessoris. nam hoc ipso, q præsentialiter possidet, plus iuris habet eo, qui nõ possidet, vt ff. vti possi. l. 1. in fi. & not. C. quib. non ob. longi temp. præscri. l. hæredita. & ideo concludo reum absoluendũ, secũdum ea, quæ proponuntur. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCCXC.

1 *Assecuratio facta per dominum delinquenti, quòd possit venire libere &c. qualiter interpretetur, & ad quæ delicta se extendat: & si mixtim loquatur de delinquente, & condemnato, an intelligatur de delinquente tantum, & de condemnato tantum.*

2 *Casus omissus in dispensatione an habeatur pro omisso.*

In Christi nomine. Proponitur, quòd quidam Nichodemus habet saluum cõductum sub hac forma, nos &c. Nichodemo de franconibus ciui nostro Alexandrino præsentium tenore plenum, & liberum saluum conductum, & fiduciam concedimus: q de quibuscunque partibus fuerit, ad nos venire possit, ibique super nostro territorio stare, ire, & redire libere, tute, & impune, non obstantibus aliquibus per ipsum hinc retro contra nos, nostrumque statum, & honorem factis, dictis, vel commissis, quæ sibi possint quouis modo impingi; & non obstantibus aliquo banno dato occasione homicidij, vel alia condemnatione de ipso facta quamuis occasione, vel quouis crimine. mandantes quibuscunque officialibus, & subditis nostris, quatenus has nostras obseruent, & faciãt inuiolabiliter obseruari. da. &c. Modo dictus Nichodemus commisit aliquod maleficium, videlicet, furtum, & violationem nemorum, de quo non fuit cognitus, & condemnatus.
1 † Quæritur, an dicta securitas sibi prosit. & videtur, q non, quia dicta securitas habet duas clausulas, siue partes, & non plures. prima enim pars loquitur, de non obstantibus cõtra statum, & honorem domini factis. quæ verba intelliguntur, quando principaliter esset factum contra statum, & honorem domini. sed maleficia, de quibus quæritur, non sunt huiusmodi. secunda pars loquitur de maleficijs, de quibus est facta condemnatio, vel datum bannum. & prouisio facta in vnum casum non comprehendit alium, pręsertim contrarium in facto, vt ff. de liberis, & posthumis. l. commodissime. & ff. de seruitu. vrbanorum prædiorum. l. si domus. præterea id, quod verbum non sonat, certe nec sentit, & hoc quia virtus sermonis non porrigit se ad illud, vt C. de transactio. l. si decreta. Item banna, & condemnationes poterant esse notæ Principi, sed occulta delicta non erant nota: & ideo non videtur dispensa. super incerto, vt ff. de pac. l. tres fratres. & ff. de transactio. l. cum aqui. Item ista gratia est quædam dispensatio, quæ non porrigitur ad defectus suppressos, argumen. de lega. 2. l. omnia. Item casus exprimẽs vnam inhabilitatem non continet aliam inhabilitatem, vnde si Papa dicit, quòd possit quis ad ordines promoueri non obstante defectu natalium: non tamen poterit promoueri, si habet defectum ætatis;
2 † quia casus omissus in dispensatione habetur pro omisso. & traditur dispensatio nulla tanquam surreptitia, vt in capi. 1. de filijs presbyt. lib. 6. & in capitu. susceptum. de rescri. eo. lib. Item ista clausula, non obstante. videtur declarare intentionem rescribentis, & restringere eam solum ad casus expressus: præsertim cum videatur esse de substantia, vt not. in l. fina. C. sen. rescin. non posse. In contrarium videtur, quia dicta scriptura tres habet partes. secunda ibi, non obstantibus aliquibus. tertia ibi, & non obstantibus. Modo prima pars est generalis, & generalissima, ergo & tota gratia videtur generalis, vt ff. de iuris. & fac. igno. l. regula. §. fin. Præterea ista gratia neminem ledit, nec etiam crimen indulget. quia igitur nemini nocet illa clausula, non obstantibus. non est de substantia, sed est potius de quodam stilo, & ad ampliationem, & nõ ad diminutionem gratiæ, vt C. de preci. impe. offe. l. quotiens. Item clausula, de fac. contra honorem domini. satis est generalis, nam non est dubium, quòd ille, qui facit contra statuta domini, non honorat dominum, nec timet dominum; sicut scriptum est, qui non timet Principem, morte moriatur. supple vel alio modo, prout iudicanti videbitur, cuius lęsa maiestas iudicatur, vt ff. de iurisdi. om. iudi. l. si familia. Item per illa verba, quòd possit venire ad dominum. videtur concessa gratia fauore domini: quia forte dominus volebat se informare ab eo de multis; & ideo dicta gratia est amplianda, & non restringenda, vt ff. de consti. princip. l. beneficium. Item ex quo data est securitas per Principem, debet seruari, nec debet quis decipi, qui confidit de literis principalibus, vt not. ff. de publi. iudic. l. is, qui reus. & in l. 1. C. de his, qui ve. ætat. impetra. & hanc partem puto humaniorem, & ad honorem Principis magis pertinere, & maxime, quia si princeps dat securitatem pleniorem delinquentibus, & damnatis, qui quidem damnati sunt magis odiosi, multo fortius de illis, qui minori odio sunt digni, argumen. C. de libe. præteri. l. maximum vitium. §. pe. Item dispensatio in duobus defectibus cõprehendit casum, in quo non est nisi unus defectus, vt ff. de lib. & posth. l. si ita scrip. vnde dicunt doc. q si quis potest legitimare spurios, & incestu. multo fortius spurios tantum, vt no. doc. ff. de ver. ob. l. 2. & l. eadem. §. cato. sic in proposito, si datur securitas delinquentibus, & damnatis, comprehendit etiam quemlibet casum per se, id est, delinquentes tantum, & damnatos tantum: quia si iusta, & mixta dispositio fauorabilis disponit non solum de mixto, sed de quolibet extremorum disponit. Ego Baldus.

## CONSILIUM CCCCXCI.

1 *Si quis impetrauit, vt familiaris Papæ expectatiuam alicuius beneficij, & tamen tempore impetrationis non sit familiaris, licèt postea efficiatur, an talis gratia impetrationis noceat tertio.*

2 *Tempus datæ in gratiam attendatur.*

3 *Pronomen, eis. significat substantiam, & qualitatem.*

4 *Gratia specialis maior est, quàm generalis.*

5 *Generalis dispositio non tollitur in totum, licèt per speciem minuatur genus.*

In Christi nomine. Petrus de Sessa impetrauit gratiã de canonicatu sub expectatione præbendæ ecclesię Sancti Ambrosij, sub data 5. idus Nouembris, Pontificatus domini nostri anno primo. Item Ioannis de Nargete impetrauit generalem de vno, duobus, tribus, aut pluribus &c. in ciuitate Dio. ac prouincia Mediola. super dicta data, & tempore impetrationis ipse Ioannis non erat familiaris, nec etiam tempore declarationis factæ 3. non. Ianuarijs anno primo. Sed tempore alterius declarationis factæ 6. Kalendas Iulij, anno 6. erat familiaris. contingit, quod de anno tertio pontificatus domini nostri vacauerunt canonicatus, & pręben. dictę ecclesię San. Ambrosij per obitum Iacobi de Barnagerio, quos vtroque prædictorum Petri, & Ioannis acceptauit, & de illis obtinuit sibi prouideri infra tempus debitum. Et prædicta Ioannes eos possidet, vnde prædictus Petrus obtinuit committi causam contra dictum Ioannem super dicto canonicatu, & præbenda

benda certo auditori, coram quo seruati sunt omnes termi-
ni. modo quæritur, quis istorum habeat melius ius in dicto
canonicatu, & præbenda. videtur Ioannes propter prærroga-
1 tiuam familiaritatis. & hoc duplici ratione. † Prima, quia
sufficit, quòd qualitas reperiatur in esse tempore, quo cedit
dies dispositionis, vt ff. de rebus dubijs. l. si cognatis. sed hic
erat familiaris tempore, quo cessit dies, ergo propter qualita-
tem familiaritatis est præferendus. Secunda ratio est, quia di-
cta declaratio Papæ est vniuersalis, & ideo videtur intelligen
dum etiam in familiaritate adepta post datam literarũ, vt no-
tatur. ff. de fundo instructo. l. Lucius. & l. fina. C. quæ res pi-
gno. obliga. possunt. In contrarium videtur, quia dicta decla-
2 ratio loquitur per hæc verba, † in gratijs expectatiois per ip-
3 sum eis factis in data concurrenti, vbi not. duo. † Primo nota
verbum, eis, quod significat substantiam, & qualitatem, vt ff.
de noxa. l. in delictis. §. si extraneos. Secundo nota illud ver-
bum, factas in data cõcurrenti. nam quia dixit factis in data,
ad initium se retulit, vt ff. de testamen. milit. l. Titius. & l. quid
ergo. in princip. de his, qui not. infa. quapropter familiaritas
post datam superueniens non auget datam, nec inducit datæ
prærogatiuam, vt ff. de seruis exportan. l. si minor. & in c. si ex
tempore. extra de præbend. lib. 6. ex quibus concludo ratione
familiaritatis dictum Ioannem non præferri, quia non erat fa
miliaris tempore datæ. Præterea dicta declaratio est quædam
Papalis interpretatio, quæ non habet addere in gratia exten-
denda, sed præferenda, vt ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. testamen
to. & in Authen. de filijs ante dotalis instrumenta natis. §. fin.
4 † Considera præterea, quòd gratia specialis maioris est effica-
ciæ, quàm gratia generalis, per regulam, quæ ponitur in c. ge-
neri per speciem. extra. de regulis iuris. lib. 6. ff. de alimentis
leg. l. alimenta. §. basilicæ. & l. stichus nutricis. & C. familiæ
herciscun. l. quo. & est ratio, quia si genus derogaret speciei,
prouidentia specialis redderetur inutilis. non obstat. ff. de le-
gatis 1. l. si domino Stichus. quia ibi loquitur, quando potest
vtraque saluari per concursum: sed in præbendis, & canoni-
catibus hoc est impossibile, vt extra de præbendis. c. maiori-
5 bus. econtra vero † licèt species minuat genus, vt l. si optio.
ff. qui, & a quibus. tamen generalis dispositio non tollitur in
totum, quia remanet in alijs speciebus, in quibus non inueni
tur derogatum, vt ff. de conditione indebiti. l. cum is, qui Pã-
philum. §. qui hominem. & ideo dico, quod in casu nostro cę
teris alijs paribus per. qui habet gratiam specialem, debet an-
ferri, quia qui specialiter prouidet, ipse idem eligere videtur.
vnde hæc electio est Papalis, & ideo potior, de materia nota-
tur in c. duob. de rescriptis. lib. 6. & in c. 1. de rescriptis. in an
tiqua decretali. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXCII.

1 *Si plures fecerunt insultum contra vnum, et vnus, vel duo ex eis cum maxima sanguinis effusione percusserunt, alij vero sine sanguine, vel cum modico, qui tamen percussus mortuus est, an omnes veniant puniendi tanquam homicidæ.*
2 *Dictio, tanquam. quid importet.*

1 In Christi nomine. † Dicitur, quod certi fecerunt insultum
contra vnum: & vnus, vel duo ex eis cum maxima sanguinis
effusione percusserunt: alij vero sine sanguine, vel cum modi
co sanguine, & finaliter pcussus mortuus est, quæritur, vtrũ
omnes veniant puniendi tanquàm homicidæ. & videtur, quod
sic, quia illi, qui sine sanguine percusserunt, vel cum modico
sanguine: & appello modicum, quod per se non induceret
mortem, nec grauem passionem: certe & si non tenerentur tã
quàm facientes, tenerentur tanquàm opem ferentes. nam di-
cit Inno. quòd ille, qui cum alio stat armatus, quãdam opem
ferre videtur, vt ipse not. in c. continentiam. de cle. percusso.
sed contrarium est verum, nam in ope præstanda reperiuntur
tres gradus: nam quidam præstant paruam opem, & multum
remotam ab actu, vt in eo, qui commodat scalas: quidam prę
stant mediam opem, vt in eo, qui stat armatus, tamen ipse nõ
vult homicidã sequi. & isti non puniuntur tanquàm intersectores,
sed media pœna, hoc est pęna remissionis, & non pęna vltimi
supplicij, vt not. Dyn. & oẽs antiqui doct. ff. de fur. l. eius, qui
opin. & extra de homici. c. sicut dignum. vbi est casus. Qui-
dam vero sunt, qui præstant substantialem opem, vt sunt per-
cussores, qui letaliter vulnerant, & causam contubstantialem
2 morti præstant: & hi puniantur tanquàm intersectos, † nam
tunc dictio, tanquam. est nota veritatis, vt ff. de verborum si-
gnifi. l. sæpe. ff. ad l. aquil. l. item mella. §. si plures. ff. de iurisd.
omnium iudic. l. si familiæ. cum similibus, cum igitur propo
natur a percussionibus sine ferro, vel cum modico vulnere,
non verget naturaliter, nec a cõmuniter accidentibus in mor
tis exitium, vt extra de homicid. c. significasti. merito præfati
percussores, quorum facta sunt discreta, & per consequẽs ani
mus implicitus factus, similiter est diuisus, & separatos ab
animo occisoris: nullo modo possunt pœnam vltimi suppli-
cij pati, nec in toto corpore, nec in membro: sed aliam pœnã
aliquantulum grauiorem propter consortium occisoris, vt ff.
de his, qui notan. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ff. de pę
nis. l. aut facta. §. si. & ff. de iniur. l. si plures. & ff. vi bonorum
rapto. l. prætor. §. docere. porro etiam ex qualitate instrumen-
ti animus declaratur, vnde dicit Iaco. de Aretio, quòd si quis
habeat lanceam, & noluit percutere cum ferro, sed cum ha-
sta: cum æque facile esset sibi vnum, sicut reliquum, non te-
netur pœna legis Corneliæ. secundum Iacob. de Aretio. in l.
1. §. sed & si claud. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. & pro-
pter hoc est datum arbitrium a iure secundum facti qualita-
tem præsidibus puniendi, vt ff. de pœnis. l. hodie. Præterea mi
tius agitur, quando in rixa, & sic, vt ita dixerim, ab in aduer-
tente animo, quàm quando ex præmeditato, & inito consi-
lio, vt ff. de pœnis. l. respiciendum. §. delinquunt. maxime er-
go huius rei arbitrium in pectore potestatis sedet, vt tamen
inclinet in mitiorem partem. fallit in l. prima. C. de rapto. vir
gi. in qua l. cum sit speciale, ergo in contrarium est ius com-
mune, vt ff. de legi. l. singulare. & l. vtrum. ff. ad legem pompe-
iam de parricidijs. & l. & si amicis. ff. de adulter. &c.
Ego Baldus de Perusio.

### CONSILIVM CCCCXCIII.

1 *Quid operentur illa verba, & condemnauit ad soluendum cõmuniter. nec dicat cui.*
2 *An qui tenetur conferre mecum ad aliquam solutionem, possit a me conueniri, vt contribuat, vel ut contribuat mihi soluendo mihi.*
3 *Participare debitum an sit datio, vel factum.*
4 *Pecunia an recipiat interesse intrinsecum, vel extrinsecum.*
5 *Interesse intrinsecum an in petitione veniat.*

## In Christi nomine Amen.

1 † In primis videamus, quid operentur illa verba, & condem-
nauit ad soluendum communiter. cum impersonaliter sint
prolata, nec dicant ad soluendum cui. nam si intelligatur di-
rectè ad ipsum creditorem, laudum esset nullum, quia extra
compromittentes non potest formari sententia arbitri, vel ar-
bitrationis. ff. de arbitris. l. arbiter impera. certum. Si autem
intelligantur ad soluendum communiter, id est ad conferen-
dum pro communi collatione, tunc conqueri, alias conferri
debet soluendo socio, vt ipse soluere possit suo creditori: &
2 tunc non esset dubium, quòd libellus procedit. † Nam socio,
qui est obligatus, pure conferre debet, vt soluat suo creditori,
& apte agit hoc petendo, vt ff. pro socio. l. cum socij sumus.
ibi dum dicit, quemadmodum præsens debet. & l. cum duo-
bus. §. fina. versiculo, per contrarium. ibi dum dicit, ex com-
muni consequatur, vt præstet. Et licèt ibi pręmiserit de eo, quod
proximus est soluenti, & de necessitate quasi pręcisa cogitur
soluere: aliter enim luit in corpore, dum detineret in carcere,
& quòd ille, qui tenetur conferre mecum ad aliquam solutio
nem, possit a me conueniri, vt contribuat, nullũ dubium est:
sed an possit conueniri, vt mihi contribuat soluẽdo mihi, ista
est quæstio nostra satis subtilis, vt hic considerandum est, quod
laudum sine vitio intelligi debet, ita vt valeat, vt ff. de verbo-
rum obligationibus. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. versicu.
sequens stipulatio. ff. de leg. primo. l. huiusmodi. in princip.

cum glo. & melius facit quod nota. ff. fami. herciscun. l. & puto. ergo debet intelligi condemnatus, quòd conferat frater ad debitum per soluendum. Sermo enim iste non potuit diri

3 gi in alium, d. l. arbiter. † Secundo est considerandum, an participare debitum sit datio, vel factum. quod enim agit, condemno ad soluẽdum communiter, voluit eiusdem debiti eos esse consortes. ff. de duobus reis. l. reos. §. cum tabulis. cum ergo originale debitum esset dandi, ergo & hic videtur datio, & non factum. Sed ad hoc respondetur, quòd considerandæ sunt tres personæ: scilicet primi debitoris, prout solutio debet procedere ab ipso: & tunc est dandi. & primi creditoris, prout solutio debet fieri ipsi: & tunc solutio similiter datio est. Item potest considerari noua persona adiuncta per arbitrũ huic obligationi ad agẽdum. Et hoc dupliciter, vel prout sua intentio ordinatur, vt alteri, quàm sibi soluatur, id est primo creditori. & tunc factum dicitur deberi. ff. de verborum obligationibus. l. liber homo. §. finali. & ibi per Barto. ff. de solut. l. qui res. §. qui stipulatus. per Barto. vel prout intentio ordinatur secundario ex mora, quòd soluatur sibi tanquàm interesse. & tunc datio versatur in obligatione, verbi gratia, quòd alteri detur interessendo mea est, quo ad me factum. dicit, si do tibi decem, vt des Sticho libertatem, qui Stichus est filius meus naturalis, & sic interest mea: tamen iste contractus inter me, & te non dicitur contractus do, vt des: sed dicitur, vt facias, licet extremitas ipsa in dando consistat. ff. de præscrip. verb. l. naturalis. coniuncta. l. manomissiones. ff. de inst. & iur. ff. de ver. obl. l. qui Romæ. §. Flauius hermes. nam cum ex hoc in ipsum paciscentem non transferatur dominium, ergo quo ad ipsum datio nõ est. & idem est, si do tibi decem, vt des creditori meo, vel cui ego donare volo: quantum ad verborum superficialem resonantiam est do, vt des. sed quantum ad iuris subtilitatem do, vt facias prædictam regulam. vt patet ex

4 eo, † quòd vbicunque alteri extra contrahentem est soluendum, consideramus interesse, vt patet, & legitur, & not. ff. de donatio. C. sine sensu, vel relig. l. 1. in 2. glo. in fin. & ff. de pactis. l. 1. in glo. dandum, vel faciendum. Sequitur ex hoc, quòd post moram succedit obligatio ad interesse, in quo includitur tota huiusmodi rei æstimatio. Tertio est aduertendum, quod interdum pecunia est in præstatione a principio, interdum in liberatione, sicut est hic. Nam per collationẽ si facta fuisset, esset liberatus iste aperte debiti, quod contraxit. dico, quòd quãtitas, prout est in liberatione, recipit omne interesse intrinsecum, & extrinsecum. vnde me non teneri in decem, vel me liberari in decẽ, vel pro me solui decem interest formaliter in decem, vt ff. ad legem Falcidiam. l. quærebatur. & ideo libellus bene concludit formaliter ad decem tanquam ad interesse. & de hoc est glo. ordina. ff. rem rat. habe. l. si sine. §. cum autem. in fin. magna glo. vel sicut vt firmus probo. & sic non obstat. ff. de in litem iuran. l. nummis. considera ergo duas obligationes, scilicet primitiuam. & hoc concludit vt facti. & secundariam ratione moræ, & hoc concludit, vt dandi, & quia factum habet certam quantitatem, & naturam, & ideo hoc casu interesse est liquidum: & per hoc sequitur, quòd optime fuit consultum per sapientem virum dominum Catelanum. quia libellus fuit bene formatus, nam cum fuerit actum propter moram, recte fuit interesse petitum. C. de exceptio. rei iudic. l. si longius. quæ proprie loquitur post sententiam, de actio emptio. l. 1. in princip. & l. Celsus. cum similibus, primariæ namque obligationi respondet iste libellus, ago, vt soluas creditori meo, & me indemnem præstes. vel l. si mandato. ff. manda. C. de pactis. l. ex conuentione. in fin. secundariæ nota obligationi, in quam est facta digressio propter moram, respondet iste libellus: quia debuisti soluere pro me decem, & non soluisti, sed fuisti in mora, interest mea me fuisse, & esse liberatum in decem, & ideo pero nomine interesse, & sic absque circuitu petetio expedita patet. & facit ad hoc optime glo. ordin. ff. ad legem Rhodiam de iact. l. secunda. in gloss. quæ incipit, scilicet magister. versicu. melius tamen esset. & quod sensus illorum verborum communiter persoluãtur sic, iste probat aperte. ff. de legatis secundo. l. fin. §. Lucius Titius. Cõcludo ergo, quòd libellus fuerit apte formatus, & querelãtes male querelati sint contra dictum doctorem consulentẽ quia rite, recte, & optime consuluit. Et hæc dico addẽdo alij consilio aliàs per me lato in hac causa, & allegationibus contentis in eo credens, & asserens istam esse substantiam veritatis, & confirmo noua ratione. Quotiens debetur res, vel factum, & post moram desijt extare, ita quòd solui non potest, certum est quantitatem peti posse. ff. condictio. furti. l. iur. sur. ff. de confessis. l. Iulianus. item cum certum est, quòd postquam quis stetit in carcere, non potest quis ab eo liberare, quòd non steterit. C. de obliga. l. secunda. C. de appellatio. l. prouocatione. cum ergo qui debet curare indemnitatem meã & ne ponetet in carcere, animo hoc facere non potest: & sic hoc factum peremptum est, cum fieri posse desierit, merito ad interesse agitur. ff. de vsufruc. lega. l. si vsufru. mihi in biennium, dico ad interesse totale, quia indiuiduum est factum istud iuxta naturam factorum, quæ regulariter diuisionem non recipiunt. ff. de verborum obligationibus. l. stipulationes non diuiduntur. & l. eadem. §. Cato. Nam stare in carcere est personam quasi loco pignoris detinere: & liberatio pignoris non diuiditur, ff. verborum obligationibus. l. in executione. §. cum quemadmodum. Non obstat, quod allegant aduersarij huius consultoris. ff. de nego. gestor. l. si quis mandato. Nam text. facit pro ipso gloss. non debet intelligi, si quis nititur ex obligatione primitiua, id est ex contractu propter contractum. Si quis autem nitatur ex obligatione secundaria, si ex contractu propter moram, non loquitur illa glos. aliquid

5 quid de hoc, sed loquuntur aliæ leges supra allegatæ. † Non obstat, quod allegat Barto. in l. liber homo. §. fina. vbi dicit, quòd pecunia non potest peti vt interesse intrinsecum ipsiusmet pecuniæ: quia in pecunia non venit interesse intrinsecum. Nam vult dicere, quòd si tibi debeo pecuniam, puta decem, ista decem non possunt æstimari, nisi decem immo non cadit æstimatio requirit duo extrema, scilicet rem, & pretium. hic autem non est nisi vnum extraneum, quia est idem per idem interesse: ergo considerandum pro æstimationem non cadit in pecunia pro pecunia; sed in casu nostro nõ petitur pecunia vt æstimatio pecuniæ; sed vt æstimatio cuiusdam facti: nam soluere alij pro me factũ est quo ad me, quod interest mea fieri in tota summa, qua obstrictus sum. Et sic istud factum recipit interesse intrinsecum, & extrinsecum; quia factum est quædam res, quæ æstimari potest. ff. de verborum obligationibus. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ibi dum dicit, iuxta facti æstimationem dandam petitionem, similiter me ab obligatione liberari, est quoddam factũ: quia liberatio est facti, de curato. furiosi in consilio. ff. & not. de transactio. l. siue apud acta. per doctores, & est casus in l. si vnos. §. pactus ne peteret. ibi dum dicit, in pactis. l. in pactionibus, liberationibus, seu pactis de non petendo factum versatur. licet ergo obligatio, aliàs liberatio debeat fieri ab aliqua quantitate, tamen quantitas est ista, quæ est in liberatione, idest liberatio ab ista quantitate recipit omne interesse, scilicet intrinsecum, & extrinsecum, scilicet æstimationem secundum naturam facti, quæ vocatur intrinsecum interesse, id est excusatum a propria qualitate rei debitæ, & intrinsecũ, scilicet actione tali, & super emergens ex alio accidenti interesse, intrinsecum, scilicet extraneum est seorsum a principali considerandum, & non nascitur ex re, sed extra rem, ita describo, vt sit facilior intellectus. ergo concluditur, quòd ista solut. alij facienda, est quoddam factum æstimabile, cuius æstimatio ex debiti quantitate conficitur, vt dixi. Et illi, qui dicunt contrarium, si interrogarentur, quomodo ergo formabuor libellum super isto interesse totali, aut habebunt fateri prædicta, aut dicere, quòd interesse liberationis nõ possit peti: quod est contra omnem veritatem. & dicunt, quòd si soluissent, posset agere, quia soluit, & tantum interesse sua: secus si non soluit. Sed ego dico, quòd si soluit, posset agere, & non facta intimatione in libello. Si cum nondum soluit, tamen altera pars est in mora liberandi, tunc concludit in libello per modum moræ, & aliter non posset concludere sibi dare, si debent concludere ad liberationem, & conseruationem identitatis. cum ergo in libello sit hæc expresse intentata mora, apparet optime consultum. Et vbi factum debetur post moram & contumaciam, fieret missio in possessionem pro interesse

prædicto

prædicto, ergo interesse prædictum debetur in specu. de primo decreto. §. videndum. versic. actionum autem. & est glos. ordina. hoc tenens ad literam per d. l. si quis mandato. C. de rescind. vendi. l. ea quod actine. in glo. magna.

Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio vtriusque iuris doctor Paduæ ordinariè legens: & ad fidem me subscripsi, & signo mei nominis signaui. super quibus sapientissimus vir, dominus Aegidius de riparijs. habuit plenũ colloquium cũ inscriptis excelsis doctoribus, & mecum: & examinauimus omnia iura vtriusque partis plene, fideliter, & veraciter nobis ostensa per eum.

Ego Angel. de Castellione Aretino vtriusq; iuris doctor actu legens in studio Paduano per omnia dico, & consulo, vt supra scriptum est. & in huius rei testimonium manu propria me subscripsi, & meum sigillum apposui consuetum.

Et prout vltra, seu ante scriptum, dictum, & consultum est per egregium vtriusque iuris doctorem dominum Baldum de Perusio, Ego Paganinus de sala legum doctor dico, firmo, & consulo indubitanter, & ad maioris roboris firmitatem mei consueti sigilli signum apposui consuetum, & super præmissis cum dicto domino Baldo consului, concorsque secum per omnia fui.

Et ita dico, & consulo ego Argentinus domini Raynerij legum doctor, & ad maioris roboris firmitatem meum consuetum iussi apponi sigillum, cuiuslibet melius sentientis saluo iudicio semper.

### CONSILIVM CCCCXCIIII.

## In Christi nomine Amen.

Sciendum est, quòd moneta dicitur falsa ex tribus causis &c. vide in tertia parte consi. 376. incip. casus talis est.

### CASVS.

Punctus, super quo sunt infrascripta statuta. Item quòd si aliquis rancurator, vel officialis aliquorum datiariorum tam in ciuitate Vincentina, quàm in Vincentino districtu deceperit aliquem datiarium in officio, siue rancurraria sua, incidat in pœnam decem ducatorum pro quolibet denario, quo deceperit ipse datiarium, & compellatur ad restituendum illud, de quo ipsum deceperit: quæ pœna sit ipsius datiarij. Item quòd nullus homo, seu aliqua persona audeat, vel præsumat conducere, vel conduci facere vinum, vel vuam extra Vincentinum districtum sine licentia, & bulla communis Vincentiæ, seu conductoris dicti datij in pœna, & banno sexaginta ducatorum pro quolibet plaustro, & ratione plaustri, & in amissione plaustrorum, nauium, & bestiarum, cum quibus conducere dictum vinum, & si non forent conducentis. Item quòd quilibet intelligatur ire contra bãnum, si repertus fuit conducere sine bulla, & licentia prædicta eundo versus confinia per vnum miliare longe a ciuitate Vincẽtiæ, & per duas tornas longe a villa, de qua extraherent dictum vinum eundo versus cõfinia, eo saluo, quòd si quis faceret conduci vinum, vel vuam tempore vendemiæ de pertinentijs, alicuius villæ confinis ad aliam villam, vel de cultura ciuitatis ad burgos, vel ad ciuitatem causa faciendi vinum, & hoc de possessionibus, quas colit, & coli faceret per se, vel per laborantes suos, libere possit conducere sine aliqua bulla, & licentia, saluo quòd in qualibet villa posita in confinibus præsumatur conducere contra vetitum. si conduxerit extra dictam villam eũdo versus confinia sine bulla, & licentia prædicta. Item quòd conductores dicti datij teneantur, & debeant facere bullettam cuilibet ciui ciuitatis Vincentiæ volenti conducere vinum de ciuitate Vincentiæ ad villam aliquam Vincentini districtus, seu de villa ad villam sine aliqua solutione, & illud idem intelligatur de habitatoribus villarum Vincentini districtus, sub pœna viginti solidorum par. pro quolibet, & qualibet vice, quæ fuerit requisita aliqua bulletta. & si acciperetur aliqua solutio, quòd incidant in pœnam sexaginta solidorum dena. paruorum, & de denuntiatione facta conductoribus, seu eorum nuntijs, vel eorum alieni, & solutione reperta per ipsos si statim non fecerint; creditur conducere volenti ciui, vel habitatori bonæ conditionis cum vno teste, & licitum sit ei conducere sine bulletta, eo saluo, quòd si qua persona conduxerit, seu cõducere voluerit vinum de ciuitate, vel burgis, vel cultura Vincentina ad aliquam villam Vincentinam, aliàs Vincentini districtus, vel de villa ad villam causam vendendi ad minutum, vel per modum mercadantariæ, aut causa reuendendi ipsum vinum, teneatur, & debeat soluere conductori dicti datij, vel officialibus pro communi Vincentino decem soli. pro quolibet plaustro vini nostrani, & viginti solidorum imper. pro quolibet plaustro sclaui. & in amissione plaustri infra tertiam diem, ex quo conduxerit sub pœna sexaginta solidorum paruorum pro quolibet plaustro, & in amissione plaustri, & nihilominus soluendi dictum datium. Et teneantur accipere bullettam dicti vini a dicto officiali, vel conductoribus, seu eius nuntijs, & rancuratoribus sub pœna applicanda conducenti vinum contra vetitum. Ex supradictis statutis ponitur talis casus. Quidam Ioannes in villa de la costa Vincentini districtus vendidit Petro vnum mastellum vini nostrani precio viginti solidorum paruorum cũ pacto mensurandi, & conducendi dictum vinum cum suis bobus, & suo plaustro ad domum dicti Petri positam in villa de la Mota distante a dicta villa de la costa per vnum miliare, & ibidem precio a dicto emptore recipiendo facta conductione, & mensuratione dicti vini. Qui Ioannes iuxta dictam conuentionem conduxit dictum mastellum vini sic venditi in villa de la costa ad domum dicti Petri suo plaustro, & cum duobus suis bobus sine aliqua requisitione bullæ, & licentia alicuius officialis communis Vincentini, seu alicuius datiarij, seu suorum rancuratorum, dicto Petro dictum vinũ mensurauit, & ab eo dictum precium ibidem recepit. postea elapsis bene duobus mensibus, & vltra innotuit Bartholomeo rãcuratori, & officiali in dicta villa de la costa, & de la Mota: per datiare communis Vincentini de prædictis venditione, & cõductione dicti vini facta per dictum Ioannem dicto Petro absque aliqua bulla, & licentia, & requisitione dictorum datiariorum, & ipsius rancuratoris. Qui Ioannes venditor timens puniri, & accusari posse vigore dictorum statutorum, vel alicuius ipsorum a dictis datiarijs de dicta venditione & conductione dicti vini facta per eum dicto Petro sine bulla, & licentia ipsorum datiariorum, vel dicti sui rãcuratoris donauit dicto Bartholomeo rancuratori tres ducatos auri, vt prædicta reticere deberet, & ea ipsis datiarijs non propalare. Qui Bartholomeus rancurator prædicta sibi in notitiam deducta, vt supra, reticuit, & nunquàm propalare voluit ipsis datiarijs, quorum erat rancurator. demum prædicta omnia ad scientiam dictorum datiariorum peruenerunt, Ex quibus cõtra ipsum Bartholomeum rancuratorem ipsi datiarij procedunt, & petunt eũ puniri ordine, modis, & pœnis infrascriptis. ipse vero rancurator se defendit, vt omnia clarius inferius explicantur ex dubijs eliciendis. & quæ insurgunt ex dictis statutis, super quibus petitur consilium, seu consult debere secundum rectam veritatem. Et primo namque dubium sit, an dictus Bartholomeus rancurator dictorum statutorum vigore inciderit in aliquam pœnam. Secundo si incidit in aliquam pœnam, in quam, & inquantum veniat puniendus.

Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXCV.

1 *Stante statu. quòd si quis asportauerit aliquid causa mercantiæ, incurrat tantam pœnam & ille, qui portat, perdat currum, & equum, & rancurator datiarij teneatur ad totum, si colluserit. modo quidam vendidit vinum, & asportauit, postea collusit cum rancuratore, an teneatur ad pœnam, & æstimationem.*

2 *Mercadantaria ex vnico actu non dicitur.*

3 *Vendere aliud est, quàm reuendere, sicut aliud est dare, aliud reddere.*

4 *Statutum non procedit extra casus taxatos a statuto.*

## In Christi nomine Amen.

Ex nullo capite statuti venditor incidit in legem commissi bestiarum

fiiarum,& plaustri. Nam quotiens sumus io proprijs, & ve-
ris terminis statuti specialiter loquētis, oon arguimus ex alijs
statutis, vt ff. de verbo. obli. l. stipulationes commodissimum
est ita. Sed nunc sumus in proprijs terminis illius. §. Item qd
condoctores. Sed aduertendum, quomodo sumus sub termi-
nis prohibitiuis, & pœnalibus, an sub permissiuis, & non pœ-
nalibus, an saltem sumus in casu non punibali: qoia non com-
prehenso sub statuto, satis est enim cessare statutum, vt cesset
pęna statuti. ff. sol. ma. l. si vero. §. de viro. & l. fin. C. de interdi-
1 cto matri. † Et certe non sumus conclusi sub l. pœnali, qood
tres casus taoium enumerat, com conducitur de villa ad vil-
lam Vincentioi districtus. primus casus est, quaodo causa vē-
dendi ad mioutum. s. ad mensuras minimas, & paruas. vnde
vendens ad mastellom non vendit ad minotum, & ita vulgus
intelligit, & probatur per id, qood dicitor minotatim, & fru-
statim, & quasi per bolos lopus comedit agnum, extra de præ
scriptio. c. transmissa. extra de pęnit. & remis. c. Deus qoi. &
2 vtrobique oot. † Secundus, quando causa mercadantariæ vbi
not. q vnicus actus non dicitur mercadantaria, glo. est. ff. de
tribu. l. 1. in princip. in glo. quæ incipit, rerum. s. vbi est gl. or-
dina. in proprijs terminis. considera enim, quòd in pęnalibus
statutis non habet locum actio vtilis, quia non recipiuot in-
terpretationem odij, & quando sic, nec dicator mercator, oec
mercadantaria ex vno actu, determinat clare, & plene Bart. in
3 l. lega. seruis. in prin. ff. de leg. 2. Tertius casus, † quando causa
reuendendi, & iste non est casus noster. ff. de lega. 2. l. cum pa-
ter. §. fidei tuæ commicto vxor. io fine. Nāqoe aliod est vende
re, aliud est reuendere, sicut aliud est dare aliud reddere: quia
verbum replicatiuum significat plures actus, nō vnum actū.
ff. de pact. l. ab emptione. in fin. cum igitur sumus extra casus
specialiter probibitos, videtur a contrario sensu casus noster
4 esse permissus, † & sic videtur pro nobis esse tex. statuti a con
trario sensu, qui nascitur ex ipso tenore statuti propter casus
taxatos, & naturam taxationis. ff. de testamentis. l. qui testamē
to. §. mulier. & ibi glo. ord. C. de fur. l. apod antiquos. de iore
5 aotem communi illa pœna oon immioet, facit quod not. C.
de nau. fęnor. l. cum proponas. per Cyn. Nec enim aliquid illi
citum vehitur, vel venditur, & sic non confiscantur currus,
& animalia, quia nulla lex boc dicit. ex prædictis patet, qoòd
si principalis non tenetur ad prædictas pœnas, nam curator,
seu accessorius non tenetur, quia in pœna relatioa destructo
princip. cessat pœna. ff. de furt. l. si is, qui. §. si in Titium. & l.
fullo. §. ope. Non enim in hoc potest dici deceptio, seu, captio
super iore impertinenti, argu. l. qoi autem. in princip. quæ in
fraud. credito. in ratione sui. cum si. C. de in integ. restit. l. fin.
multa alia sunt tacta subtiliter per allegantes, quæ ad præsens
examinare vlterius non oportet. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXCVI.

1 *Si pater sibi soli stipulatus est dotem restitui soluta matrimo. cui acquiratur actio de dote: & quid, si restituta fuerit soli filia.*

2 *Restitutio dotis filia, cui actio ex stipulatione competere non poterat, quomodo vera, & irreuocabilis fieri possit.*

3 *Restitutio dotis constante matri. quotuplex, & quæ sit licita, & quæ iusta, & quæ non.*

4 *Confessio filia an noceat patri.*

5 *Iuramentum quid operetur.*

6 *Vbi est probibita obligatio, ibi est probibita confessio.*

# In Christi nomine Amen.

Tenor literarum mihi transmissarum per infrascriptos viros egregios talis est. Charissime domine, inter dominicum Angeli de Ancona suo nomine, & procuratoris nomine dñæ Pisanellæ suæ filiæ vxoris quondam Thadei Nicolæ, seu Tolutij Blancutij de Ancona, seu Loctorellom Pelegrini de Ancona procuratorem, & procuratoris oominibus eorundem Dominici, & dñæ Pisanellæ ex vna parte, & dñam Contam vxorem quondam Colutij, & matrem, & hæredem, vt ipsa asserit ab intestato, & cum beneficio inuentarij dicti quon. Thadei sui filij, seu Thomam Antooij de Ancona procuratorio nomine dñi Contæ ex altera parte: coram oobis tanquam arbitris, & arbitratoribus de iure, & de facto in procedendo, & arbitris de iure tantum in sententiando a dicto Domioico dictis nominibus, & dicta domina Conta specialiter assumptis, quædam lites, accusæ, & quæstiones vertūtur, quæ tales sunt, videlicet, qoòd dictus Loctorellus dictis procuratoribus nominibus petit dictam dominam Cōtam hæredem dicti Thadei condemnari per oos ad dandum dictis Dominico, & dominæ Pisanellæ res, & Arnensia Corredi dictæ dominæ Pisanellę habitas a dicto Dominico per dictum quon. Thadeum, & dictum qoondam eius patrem, & quendā Bonellū Blaututij contentas, & declaratas in instrumento dotali dictæ Dominæ Pisanellæ, cū dicti Colutius, Bonellus, & Thadeus, & quilibet eorum appareant insolidum obligati. Item in alia parte omnes res, videlicet pannos lanæ, & lini cum fulcimentis, & ornamentis ipsorum existentes inter cameram domus dictæ dominæ Pisanellæ habitationis dicti Thadei: & hoc vigore legati facti eidem dominæ per dictum quòndam Thadeum in testamento, quod vobis transmittimus. itē in alia parte 400. libr. relictas per dictum quondam Thadeum dictis quōdam Pisanellæ, & Dominico, vel alteri eorum in testamento prædicto pro parte vt dicitur mille. & 400. lib. dotis dictę dominę. Item ad dandum, & soluendum dicto Dominico viginti ducatos auri sibi relictos in testamēto prædicto. Item in alia parte, quòd dicta domina Conta permittat dictam dominam Pisanellam pacifice possidere quandam domum, quandam terram vineatam. Item quandam aliam terram vineatam. Item quandam terram, campi, quas dicit ad se pertinere vigore dationis insolutum factæ prædictis mille libris, dictę dominæ Pisanellæ per dictos quondam Colutium, & Bonellum. Item petijt expensas, vt plenios constat in petitiooe dicti Loctorelli procuratoris prædicti, quam vobis transmittimus. eidem pro parte dictæ dominæ Cootæ refertur, quòd ipsa non tenetur ad ea: & impugnatur, & obijcitur contra dictum testamētum, & dationem insolutum, prout constat per acta: & ex aduerso dictus Thomas procurator dicto nomine petijt per vos condemnari dictam dominam Pisanellam ad dandum, & restituendum dictæ dominæ Contę hæredi certas res peruentas, vt asserit, ad dictam dominam Pisanellam de bonis hæreditatis dicti quondam Thadei contentas, & declaratas in petitione dicti Thomæ, Super quib. respondetur pro parte dictæ dominæ Pisanellæ se non teneri negans in petitiooe esse vera, vt plenius coostat per acta, super quibus sunt productę, & factæ coram nobis petitiones, responsiones, exceptiones, probationes iurium, instrumentorum, scripturarum, constitutionum, statutorum, vel legationum: aliàs & allegationum productiooes, prout videre poteritis particulariter, & distincte. & per nos est processum super prædictis summarie de iure, & de facto mixtim, pro commoditate partium, cōsiderata potestate nobis tradita in procedendo. quæ omnia per latorem pręsentium ad consulendum nobis super diffinitione pędictorum, & prolatione nostrę sententię, quę dari debet de iure: cum nos simus mercatores, & iuris ignari, vestrę sapientię destinamus, vos instantissime deprecantes, quatenus arbitrio nobis concesso a petitionibus, responsionibus, probationibus, allegationibus, constitutiooibus, statutis, ac omnibus actis actuatis, & factis in causa, seu causis, & productis, & allegatis: ac omnibus, quę mittimus diligenter visis, attentis, & coosideratis, nobis per vestrum consilium clausum, & sigillatum clare, & aperte consulere, & declarare velitis: & placeat, quid sit iuris super prędictis petitis, & in qua forma & tenore per sententias dare, & proferre debeamus, & dictas causas terminare insuper nobis in forma clara distinctim, & separatim a dicto consilio rescribere uelitis. formam, & tenorem dictarum sententiarum, scilicet affectum a Christi nomine inuocato usque ad finem. & si condemnemus aliquam partium in expensis, transmittentes nobis omoia bene clara, & aperta, vt & bene possimus intelligere in effectu absque auxilio alicuius iudicis, & ipsas notas sententiarum in dicto consilio interclusas mittere velitis, vt vos, & nos de prædictis honoris cumolum acquiramus. & ne possitis habere dubium aliquid de actis, vtrum ex parte nostra sint

factæ minus legitime: ex nunc: vobis ponimus pro constanti, q acta sint facta in locis debitis, & citationes per nuntium debitum, & sacramenta exacta a partibus, & a testibus per personam debitam. Nam omnia fecimus de cōsensu partium, quia sumus arbitri, & arbitratores in procedendo. insuper quia testamentum, de quo supra fit mentio, fuit scriptū in manu cuiusdam scribam nauigij non bene aperte scribentis, sed confuse: testamentum ipsum pro minori vestro labore in quodam folio chartæ vltra instrumentum, vbi pro palatium est per quēdam alium in meliori forma literarum, mittimus ad vos cum dicto consilio, & sententiarum nobis remittere velitis, & latorem præsentium expedire, quàm citius potestis. cęterum mittimus vobis per eundem latorem pro vestro salario decem ducatos auri rogantes vos, q non ad modicitatem salarij respiciatis, sed ad affectionem erga vos potius transmittentium paratis semper ad omnia grata vobis. Scrip. Anconæ die 3. Augusti. Et inter statuta est quædam constitutio Romanæ ecclesiæ, & quædam statuta, quæ non sunt publicata. non attendatis, quia non sunt publicata, quia vera nō sunt. Vestri Iacobus Bartoli, & bona iuncta Petroli mercatores Anconitani sapienti, ac egregio legum doctori domino Baldo de Perusio Paduæ commorantri subscriptio.

# In Christi nomine Amen.

In primis oportet videre de effectu dotalis instrumenti. secundo de datione insolutum factæ dominæ Pisanellæ, & de eius effectu. tertio de testamento Thadiæ, quo ad personam testatoris, an potuerit testari, & quo ad personā scriptoris an eius scriptura valeat. Quarto an ea, quæ petuntur pro parte Dominici, & dominæ Pisanellæ, sint rite, & recte petita, & probata, necne. vltimo de petitione dominæ Contæ, & ista sunt satis in
1 tricata. † Circa primum punctum de instrumento dotali certum est, q stipulatus fuit pater sibi nō adiuncta persona filiæ item certum est, q ex quo matrimonium fuit solutū viuo patre, solius patris est actio contra hæredes mariti tenore stipulationis hoc faciēte. C. de pac. conuen. l. ex morte. C. de iure do. l. vna. C. communia vtriusque iudi. l. fi. licèt teneatur seruare dotem filiæ in sequens matrimonium conuertēdam. C. de rei vxo. ac. auth. rem in præsenti. & auth. sed quamuis. considera ergo in prædictis contractum dotalē, & cui loquitur, quia patri, & non filiam in casu restituendæ dotis, sed patrem vocat, licèt si pater interim decessisset, actio dotis legis potestate in filiam ambularet, dicta Auth. rem in præsenti. §. videamus. secundum glo. licèt in hoc alij dicant contrarium, tamen cū hic pater viuat, certum est, q solius patris est actio. & hoc de
2 primo puncto. † verum quia a contractu dotali debet descendere dotis restitutio, videamus, quomodo potuerit fieri vera, & irreuocabilis restitutio dotis filię, cui dotis actio ex stipulatione competere non poterat. Certum est enim, q id, quod debetur soli patri, non potest solui soli filiæ. C. de pact. l. filius. ergo dicta datio insolutum in persona filiæ non valuit patre non consentiente a princ. Nunc enim ratificando pater nihil agit, quia non fuit nomine patris gestum. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. nam & si seruum. Et sic dicitur, q datio insolutum nō tenuerit in persona filiæ, cum stipulatio esset concepta in persona patris: quia quod vni debetur, alij solui non potest. item constante matrimonio dos non potest restitui nisi ex causa permissa ff. de iure do. l. manus. §. 1. vel ex causa iusta; & quando vir male vtitur substantia sua non casu, sed culpa, quia ratione culpæ debitoris accelerauit petitio creditoris. ff. de pigno. l. quæsitum. ff. ad Tre. l. Imperator. Item quando vir vergit ad inopiam casu, vel culpa, vt l. si constante. in prin. sol. mat. quia tunc fauore dotis receditur a iure communi, ne mulier remaneat indotata. Nec tamen tunc si solui potest, res non sit dotalis, sed mutatur dominium, & administratio, sed nō eius qualitas: quia vir erat dominus, & administrator, nunc vxor est domina, & administratrix. tamen fundus est dotalis, & non potest alienari, & deseruit oneribus matrimonij, vt l. vbi adhuc. hoc est enim introductum fauore dotis, quæ constante matrimonio debet esse communis viro, & mulieri quo ad onerum supportationem. si ergo constante matrimonio alio modo fit restitutio. s. q fundus sit libere mulieri, & non remaneat affectus oneribus matrimonij, talis restitutio in socerum, & virū, & vxorem non valet, quia species est donationis prohibitæ inter eos, vt l. 1. C. si dos constante matrimonio. Considerato igitur instrumento dationis insolutum, q excedit permissos terminos iuris, seu legis: tunc quia pater viri se obligauit ad pensionem, & constituit se iure dotali inquilinum, ac colonum: tunc quia instrumentum dicit ad vendendum, & alienandū, cum debuerit dicere ad habendum, & firmiter possidendum pro securitate, & conseruatione dotis. dico dictam dationem insolutum de iure non valuisse, nec etiam creditur viro, vel eius patri, qui habet in potestate confitenti, q ipse male vtitur substantia, seu vel vergit ad inopiam: quia prohibitos adinuicem donari est prohibita cōfessio alterius causæ, nisi vera probetur, vt ff. de prob. l. qui testamentum. Sed hic occurrit dubitatio, quia non tantum socer, sed etiam frater soceri dedit insolutum, qui non prohibetur donare. ergo pro parte eius, scilicet Ponelli, valuit donatio, aliàs datio insolutum. Sed respōdetur, vt primo, quia non habuit causam, vel quia donatio insolutum non potest diuidi, vt pro parte valeat, pro parte non, vt ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. si certum. item & si præcedat causa, nō seruatur forma, quæ est, vt deseruiat oneribus matrimonij. Et idō omnib. inspectis vr mihi, q arbitri debeāt pscindere dictam donationē, aliàs donationē, quia inefficacē, insolutum vbi considero, q non fuerunt arbitri, & arbitratores electi super petitionibus formatis: quia tunc non possent iudicare extra formam petitorum. & super possessorio probata possessione debent iudicare pro possidente, quicquid esset de contractu, vel de causa proprietatis: sed fuerūt electi super discordijs, & litibus, quæ ex ipsis instrumentis, & rebus possent oriri. Et ideo debent sequi tanquam arbitratores finalem effectum veritatis: quia arbitrator non arctatur ad formam stricti iuris, scilicet petitionum: sed ad formam amplæ veritatis, & æquitatis, quam debet habere ante oculos. Et hoc de secundo puncto, quod fuit multipliciter tenebrosum propter facti, & personarum implicationem. vnde etiam considerandum
3 est, † q triplex est cōstante matrimonio restitutio dotis, videlicet necessaria, seu iusta, probabilis, seu permissa, & temeraria, seu prohibita probabilis est illa, de qua loquitur. d. §. manente. & ff. sol. mat. l. si ideo. & l. quamuis. & potest fieri, & excluditur pater, & filia. ff. sol. mat. l. si cum dotem. §. 1. Et est mirabile, quia pater debet habere ratum, quod factum est secundum naturam dotis, & fingitur mutuo cōsentire. Cum ergo omne necesse de iure sit etiam probabile de iure, ergo videtur, q prædicta restitutio tenuerit etiam in pręiudicium patris, & filiæ, cuius contrarium supra dixi. causa enim restitutionis in casu nostro fuit probabilis, & necessaria, ergo tenuit instrumentum dationis insolutum. Et illa verba, alienandum
4 &c. † sunt apposita ad ampliandum: vnde non habent infringere contractum: quia quod ordinatur ad augendū, non minuit, nec perimit, vt ff. de peculi. legato. l. si peculium. in principio. Item viciata ista clausula, quę dicit, ad alienandum &c. quæ est contra naturam actus, non debet propterea vitiari actus: quia ista est clausula accessoria: & accessorium non vitiat principale, nisi quando habet se per modum causæ finalis. Sed notādum est, q hic agit pater, & filia: & sic adiuncta persona vtriusque, immo coniuncta, quia non est hæc actio communis, sed quilibet mittitur de per se, licèt eodem libello nomina sint descripta, tamen causa agendi eadem nō est. Et idem considerandum, nam primum, videlicet instrumentum dotale est in persona patris, medium videlicet datio insolutum in persona filiæ: vltimum videlicet testamentum patris, quia patri conscriptum est legatum. Quomodo ergo vadant ista inuoluta, & in iure, & in facto. quomodo potest pater diuidere legatū suum, & petere 4. libras ex eo, & sic acceptare pro parte, & pro parte non. Nam dictæ 4. lib. alio iure, quàm ex legato non possunt peti: quia non apparet de contractu in ipsis, vt ff. de libe. lega. l. Aurelius. §. vltimo. ergo aut cōtractui, aut testamento debent stare contenti. ff. de leg. 2. l. neminem. ff. de lega. 1. l. legatarius. Et si eligunt contractum, non possunt petere quatuor lib. quia non continentur in instrumento dotali, nec in probationibus testium, & confessio facta per modū legandi non probat debitum, quia vltima voluntas non probat

contra-

contractum, dicto. §. fi. Et ideo omnibus consideratis, vt euitemus omnes ambages, ergo sequeretur, testamentum, ex quo est intentatum tanquam arbitrator, dico non attento modo agendi, sed modo essendi. Quomodo si est veritas iuris, & facti, & sic iudicarem contenta in testamẽm esse seruanda quo ad ipsum patrem agentem ex testamento. Item in cohęrede debet sententia ferri pro parte, aliàs patre, quia agit pater ex sua
5 stipulatione, † vnde confessio filiæ non nocet patri. C. de pactis. l. filius. tamen quia constat ex confessione filiæ ipsam habere penès se dictas res, & verisimile est, ꝙ exportauerit: arbitrator mandare ei debet, ꝙ exhiberet dictas res, immo etiã restitueret. & istud esset verum, nisi delatum esset sacramentũ,
6 & iuratum contrarium. † Sed notandum est, quòd an iuramentum defertur hoc acto, ꝙ sit decisiuum litis, & tunc decidit litem, & nil aliud quæritur, nisi an iuratum sit. ff. de iureiuran. l. non erit. §. dato. an non est actum, ꝙ sit decisiuum, sed defertur ad releuationem oneris probandam, & tunc secus. vnde responsio super positionibus nõ habet vim veritatis, nisi contra respondentem, vt plene no. in §. quod obseruari. nõ per quisiui in actis, quod iuramentum fuerit delatũ in forma de-
7 cisiua. Item istud esset de iure communi, † sed per formam cõstitutionum credo, ꝙ nihil valeat concessio, vbi est prohibita obligatio, quia confessio tendit ad eundem finem: vnde sicut filius non potest se obligare in mutuo, ita nec confiteri. Et idẽ de reliquis personis prohibitis, quia prohibito actu obligationis videtur prohibita & eius confessio. ff. de leg. 3. l. cum quis. §. codi. & sic finaliter concludo in via iuris scripti, & stricti, etiam in dicto casu credo quidem nudam ream saluis rebus, quæ pro parte sunt iam restitutæ, & idem in rebus cameræ: & idem in viginti florenis: & idem in petitione partis contrarię, vt fiat condemnatio de rebus potius probatis, & non de alijs. de his autem omnibus habetis iuris effectum. Faciatis autem ex isto cõsilio, cum sit clarum, dictari vobis laudum, quia nõ possum vacare omnibus. Sufficit, ꝙ in puncto iuris veritatis, & æquitatis consuluerim vobis. & quæ obijciuntur testamento, quia iniusta reputo, non curo. seruetur enim hominis sani voluntas, & sicut barbari possunt apud nos testari, ita & nos apud eos, si non simus captiui. C. de Episcopis, & cle. l. nulli. personam etiam scribam habilem puto, quia non erat publice excommunica. ff. de testamentis. l. cum lego. & quia non rite exceptum, & quia suum officium non est proprie publicum, & si seruus esset, valere scriptura ex forma statuti. Ego Bal.

*CONSILIVM CCCCXCVII.*

1 *Confessioni contra tertium delinquentem an stetur stante statuto, ꝙ stetur confessioni deliquentis: & generaliter an confessio vnius præiudicet alteri, & sic an probet, vel solum valeat ad inquisitionem contra alios. & nu. 2.*

# In Christi nomine Amen.

1 † De accessorio delicto nõ potest constare, nisi constet de principali delicto, vel facto. ff. de fur. l. is, qui opem. §. si tu tirium. ff. ad silleya. l. 1. §. item illud sciendum. itẽ non sufficit de principali delicto constare per coniunctionem, vel confessionem, vel condemnationem principalis rei, nisi probetur contra accessorium in iudicio contra ipsum accessorium instituto. vnde si, ver. gratia, Petrus accusatur de furto, Martinus de ope, contra Martinum nihil nocerent testes producti cõtra Petrũ, nec Petri confessio nocet Martino: quia ista sunt æqualia testimonia, confessio, & res iudicata. & cui extraneo, qui in eadem instantia non interfuit, non nocet vnum, nec reliquũ: sed certum est, ꝙ res inter alios acta &c. C. res inter alios acta. per totum. & hoc etiam patet. quid enim magis est connexum in adulterio, quàm adulter, & adultera? tamen certe confessio vnius alteri non præiudicat. ff. de adulte. l. denunciasse. §. quæritur. & l. nihil. §. fi. item quid magis coniunctum, quàm duo hæredes eodem testamento scripti? tamen si vnus confitetur testamentum falsum, non nocet alteri. C. de fide instru. l. 2. itẽ quid est magis colligatum adinuicem, quàm producens, & testis productus? & tamen si producẽs confitetur testem falsum dixisse, non præiudicat testi, arg. ff. de infa. l. Lucius. & contra si testis ex interuallo confitetur se subornatum falsum dixisse, non præiudicat producenti, secundum Barto. in l. generaliter. C. de non nu. pec. facit quod not. Cy. in l. j. in fin. C. qui
2 accusa. non possunt. † Oportet ergo contra istum procuratorem aliter probari principale delictum, quàm per confessionẽ eius, qui dicitur principaliter deliquisse. nempe confessiones eorum, qui confitentur, nisi ad inquisitionem non valent in alios ad veram probationem. ff. de pœnis. l. qui vltimo. secundum Oldra. non ob. statutum, quod iubet stari confessioni delinquentis: quia verum est contra reum confitentem, non contra ipsum tertium. nam extraneus a iure cõmuni intellectua non cadit in statutis, quæ possunt sane interpretari secundum ius cõmune, quod est regula generalis directiua omnis actus humani. C. de noxa. l. si serui vestri. Et ad prædicta optime facit, ꝙ ille, qui confitetur se barataria cum aliquo amisisse, debet id probare. Nam suæ confessioni nõ statur, licèt super communi delicto in alium non creditur, nisi ille alius cõuincatur. C. de pęnis. in authentica nouo iure. vbi est expressum, quòd confessio non nocet alteri, etiam in crimine barattarię, & sic proprie facit ad casum nostrum; & hoc docet Barto. in dicto. §. si tu tirium. & ista est ipsa veritas, si omnis condemnatio, si qua fundaret̃ vigore dictæ cõfessionis, absque dubio est iniusta, & debet omnimodo rescindi tanquã iniusta. Ego Bal.

CASVS.

# In Christi nomine Amen.

Factum, super quo consilium petitur, tale est, videlicet quidã dominus Alexander de Negaria ciuis, & habitator Veronæ tempore eius vitæ duas habuit vxores: ex quarum prima quatuor habuit filios, videlicet: Ioannem, & Bartholomeum masculos, Sapinam, & Elenam fœminas. ex secunda quinque, videlicet, Iacobum Masculum, Contessam, Ioannam, & Liberã, & Catharinã fœminas. & veniens ad mortem suum vltimum condidit testamentum: in quo inter cætera, quæ fecit, & legauit iure institutionis prędictis Sapinæ, & Elenæ, eius filiabus, vt supra dotes, quas eis, & cuilibet earum dederat tẽpore, quo ipsę ab eo nupserint: & vltra ipsas dotes eis, & cuilibet earum libras quinquaginta. dena. paruorum. iubens, & mandans eas tacitas esse, & contẽtas &c. vt in dicto testamento continetur, Item legauit prædictis Contessæ, Ioannæ, Liberæ, Catharinæ, eius filiabus, vt supra iure institutionis 600. ducatos auri pro qualibet, & 50. lib. dena. siue Rocharis, pro qualibet sibi dandis tempore, quo ipsę siue aliqua earum se maritauerit. iubẽs, & mandans eas, & quãlibet earũ esse tacitas, & cõtentas, vt in dicto testamento cõtinetur. Suos autem vniuersales hæredes in dicto testamento instituit, & esse voluit prædictos Ioannẽ, Bartholomeum, & Iacobum æqualiter, & pro æqualibus portionibus. & inter alias substitutiones, quas fecit prædictus cũ suis hæredibus, & cuilibet eorum in dicto suo testamento, talem substitutionẽ prędicto Ioanni eius filio, & hæredi, ac maiori 25. annis fecit, videlicet: & si dictus Ioannes decederet quandocunque sine filijs legitimis, & de legitimo matrimonio natus, tũc, & eo casu sibi hæredes instituit dictos Bartholomeũ, & Iacobum, seu alterum eorum superuiuẽtem vulgariter, & per fideicommissum, prohibens insuper vetans, & mandans in dicto suo testõ dictus testator eidem Ioanni eius filio, & hęredi, vt supra ꝙ ipse Ioannes nunquam possit vẽdere, nec alienare, seu in aliquam personã quoquo titulo transferre, aliquã rem, siue res immobiles sibi de hæredi. dicti testatoris tã iure institutionis, quàm alicuius ex suprascriptis substitutionibus in partem peruenientes, vel pro his, quę in dicto testõ continentur executioni mandandis. Et si aliquam rem, siue res immobiles vẽderet, vel alienaret, seu in aliquam personã aliquo titulo trãsferret, exceptis, vt supra, & eo casu voluit disposuit, & ordinauit dictam rẽ, siue res sic alienatas, vel translatas deuenire in dictos Iacobum, & Bartholomeum, vel in eorũ hæredes: ex eo quia voluit ipsam esse, vel res ipsas in posteros, vel liberos suos ex eis in perpetuum descendẽtes peruenire debere. post mortem autem dicti testatoris prædicti hæredes inter se omnia bona mobilia, & immobilia, ac hæreditaria diuiserũt: excep. fructibus anni dictæ diuisionis pendẽtibus, quę

inter

inter se cões diuiserũt: & excepta ẽt quadam domo, & quadã
possessione, quæ contingeret in partem prædictis Ioanni, &
Bartholomeo pro indiuiso. qua diuisione sic facta, & trãsactis
q̃ pluribus diebus, pdictus Ioan. d. Bartho. confratri, vt s. do-
nationẽ inter viuos fecit de omnibus bonis iuribus, & actioni
bus ad ipsum Ioan. in bonis, & hereditate dicti quondã patris
spectantib. & ptinẽtib. seu quę ad ipsum spectant, & pertinere
possent in dictis bonis, & hæreditate tã occasione legitimæ si
bi in dictis bonis debitæ iure naturæ, q̃ occasione trebelliani
cæ sibi debitæ, seu debendæ rõne fideicõmissariæ substitutio
nis &c. Retẽtis tñ vsufructu, & exercitio omnium dictorum
bonorum, & iuriũ sic donatorum in se toto tpe vitæ suę: ac ẽt
sub tali conditione videlicet, si cõtigerit ipsum decedere sine
liberis legitimis, & naturalib⁹, & de legitimo matrimonio na
tis, vt plenius in instrõ dictæ donationis continetur. & facta
dicta donatione transactis pluribus annis decessit dictus Ioã-
nes nullis sibi superuiuentibus liberis, aliàs filijs legitimis, &
naturalibus. Modo ex s. dicto facto, siue themate quęritur pri
mo an dicta donatio valuerit in totũ: videlicet tã in legitima
debita iure naturæ dicto Ioanni in dictis bonis hæredij. q̃ in
trebellianica sibi debita iure dictæ fideicõmissarię substõnis,
non obstante prohibitione in dicto testõ per dictum testatorẽ
dicto Io. facta, vel non valuerit in totũ, vel in partẽ, nõstãte di-
cta prohibitione &c. secundo, an vigore dictæ donationis di-
ctus Bartholomeus donatarius possit. j. de bonis oĩbus hære-
ditarijs nõ obstante prædicta legitima debite iure naturæ di-
cto Ioanni, & quæ sibi sine aliquo onere debebatur dethaere.
secundo de parte restituẽda vigore fideicõmissariæ substõnis
prędicto trebellianica iure fideicommissi dicto Ioanni debi-
ta etiã detrahere, & sic duas quartas habere, & detrahere pos-
se, vel solum possit debitam iure naturę detrahere non obstan
te dicta prohibitione, & non trebellianica obstante dicta pro
hibitione, seu obstãte, q̃ duę quartę detrahi nõ possint. Tertio
si dicta donatio aliquo mõ, vel cã de iure infringi posset, seu
nõ valeret, cui, seu qbus ex s. dictis filijs, & filiab⁹, ac fratrib⁹,
& sororib. dicti Io. dicta legitima debita iure naturę: & quan-
ta trebellia. vbi de iure detrahi potuerit ab testato debeatur.

*CONSILIVM CCCCXCVIII.*

1 *Rogatus pure, siue conditionaliter an possit detrahere duas quartas.*
2 *Donatarius põt ex iure donationis, si nõ excedit legitimũ modũ, vel si fuit insinuata, detrahere legitimã, et trebellianicã.*
3 *Legitima filiarum quanta erit, si ipsæ filia exclusa per statutum agnoscant legitimam, & sic faciant partem.*
4 *Dos an dicatur legitima filiorum.*
5 *Prohibitio alienationis in aliquam personam non comprehendit filios inter se.*

# In Christi nomine Amen.

1 †De detractione duarum quartarũ diuersæ sunt opinio. Ali-
qui dicunt vnam falcidiam tm̃ detrahi: alij ambas, alij maio-
rem, alij distinguunt, & dicunt, q̃ pure rogatus vnã, sed sub cõ-
ditione rogatus plures, quia non confunduntur, cum non in-
cidunt in idem tẽpus defalcationis, vt hæc tanguntur per gl.
& alios. C. ad l. fal. l. q̃q̃. ff. de inoffi. test. l. papi. §. meminisse. in
Auth. de rest. & ea, quæ pa. §. quamobrem. in Auth. de hęre. &
fal. §. si quis aũt non implens. ff. si cui plusquã. per. l. fal. l. licet.
§. interdũ. C. fa. er. l. filium, quem habẽtem. Sed per decretales
determinatũ est, q̃ filius de restituendo grauatus possit detra-
here legitimã, & trebellianicã, immo legitimam detrahit hęc
lex, trebellianicam detrahit hæres, falcidia debita iure natu-
rę detrahitur ex corpore bonorum deducto ære alieno: sed tre
bellianica ex ipsa vniuersitate, quę est vniuersitas, aliàs hęredi
tas absque æris alieni separatione. & si subtiliter inspiciamus,
quasi non ex eadem vniuersitate, sed ex diuersis detrahuntur:
quia alia vniuersitas est bona puta, alia hęreditas onusta, & sic
est duplex vniuersitas, & minor: sed tñ minor includitur sub
maiori. Et ideo in effectu ambę defalcationes reuoluuntur de
eodẽ subiecto, idest, vniuersali, & intellectuali corpore patri-
monij. Quicquid sit vsus mundi, stat in hac parte canonibus,
nã Papa põt interpretari leges cum, & Interdũ: puta vacante
Imperio posset Papa condere iura ciuilia vice Imperatoris, ar.
extra de re iu. c. pasto. in fi. in cle. vnde opiniones doctorũ dñt
cedere authoritate B. Petri, non pcedere. sequitur ergo in hoc
dubio decretalem extra de testa. c. Ray. & c. Rayn. & in c. si pa
ter. de testa. lib. 6. & ita sępe cõsului esse de facto seruandũ, &
2 ita seruatur. †Ex hoc pmisso dico, q̃ donatarius põt ex iure do
nationis, si nõ excedit legitimũ modum, vel si fuit insinuata,
detrahere legitimam, & Trebellianicam: quia ius legitimę, &
Trebellianicę põt cedi, & donari. ff. ad Treb. l. 1. §. inde Nerat.
Sed quanta sit legitima. nã si nouem filios cõnumeramus, est
3 medietas nonę partis. si vero tres, est tertia tertię. †Sed vr̃ filias
cõnumerandas: nã licẽt non admittantur sub noĩe legitimę,
admittuntur tñ sub noĩe dotis, quę subrogatur loco legitimę.
Et ideo in numerũ legitimã habentiũ connumerantur fœmi-
nę hic. Itẽ Bar. ff. de inof. test. l. pater filiũ. & ita audiui eum te
nentẽ in scholis. nã quę ad aliquid admittitur, nõ põt dici de-
fecta, nec esse in cã caduci. & licet eius legitima sit diminuta,
non tñ auget legitimã alterius, qd non est locus iuri accrescẽ-
di, nisi qñ quis in totũ excluditur. & maximè inter cõiunctos
sola coniunctione legali, ar. ff. de le. 2. l. proculo. sed alij dicũt,
q̃ legitima est tertia statuta, inest psona ab intes. delatę, acsi es-
set delata per ius cõe: quia regula legitimę partis habet rela-
tionẽ ad causam intestati, vnde nõ refert, an ex veteri lege, an
ex noua l. videlicet ex statuto, vel cõsuetudine deferatur. ff. ad
4 leg. fal. l. j. §. lex fal. †Quęstio stat in hoc, an dos dicatur legiti-
ma filiarũ, an vero non dicatur legitima: sed aliàs quodã pri-
mo casu est vera opinio Bart. secũdo casu habet locũ alia opi.
pro quo facit. C. de hęr. inst. l. quotiens. Ric. Mal. vocat eã sub
rogatã loco legitimę in qõne, quam disputauit, ideo opi. Bar.
est vera, quod credo verum, tñ Iaco. But. disputauit, & multa
inuoluit. Et est de apicibus iuris. per mortẽ aũt masculi nõ au
getur legitima filiarũ in bonis patris, vt no. Cy. C. de adulte. l.
5 publico. dico insuper, † q̃ prohibitio alienationis in aliquam
personã non comprehendit filios inter se. C. de fideic. l. volun
tas. & iõ frater fratri donare potuit ius, & spẽ. C. de don. l. spẽ.
apparet. n. testatorem sensisse, ne in extraneos alienaretur, non
inter seipsos. ff. de leg. 2. l. si pater. §. 15. nam istã prohibitionẽ
fecit consideratione personarũ, ne extranei has res possiderẽt,
nõ autẽ odio suorũ. & sic prohibitio habet personalẽ cãm p-
hibitionis realẽ, & sic nõ obstaret de trãsactio. l. cum hi. §. sed
si in pluribus. Ego Bal. Adde consilium sequens.

*CONSILIVM CCCCXCIX.*

1 *Moneta antiqua an sit inspicienda, an noua.*
2 *Consuetudo habet oculos retro.*

Coram uobis Reuerendo In Christo patre, & dño. dño Petro de Mathafaris
dei, & apostolicæ sedis gratia archiepis. Iadereñ. & venerabi
li pře do. Io. Abb. S. Grilogoni de Iarda, iudicib. delegatis per
Reuereñ. in Christo patrem, & dñm. do. Io. dei, & apostolicæ
sedis gratia archiepis. Strig. Regniq; Dalmacię Vicariũ gene-
ralẽ: inter me Simonẽ de Auria de Ianua Regiũ Armiratũ, &
Comitem insularũ Farrę, & Brachię, & Curzonę ex parte vna:
& homines, siue cõitates insularum Ferrę, & Brachię ex altera
parte: conqueror, & expono ego præfatus Simon de Auria ꝫ,
& aduersus hoĩes, siue cõitatem insulę Farrę in eo, q̃ prædicti
hoĩes, siue dicta cõitas dictę insulę Farrę, ne dictum Simonẽ
tanq̃ comitem insulę prędictę, imo verius Regiã Maiestatem
de salario mihi dato dictę cõitatis per ipsam cõitatem debito
defraudarunt, & defraudare conantur: vtpotè quia pręfata cõ
munitas, quo tẽpore ipsa perueniens aliàs p Venetos, licẽt in-
debite, & tyrannicę regebatur, & possidebat, singulis comiti-
bus, seu rectoribus, qui tunc p ipsos Venetos ad insulã prędi-
ctã regendã mittebantur, singulis annis pro eorũ salario solue
bat, siue soluere tenebatur lib. 640. den. paruor. antiquę mo-
netę tunc currentis: ratiocinando singulũ grossum Venetum,
32. paruos. & a tẽpore, quo pręfata Regia Maiestas mihi iam
dicto Simoni comitatũ dictę insulę Ferrę concessit. Soluit ip
sa cõitas mihi solummodo singulis annis lib. 623. den. paruo.
monetę nunc curren. saluo iure calculi: q̃ sunt multominus,
quàm

quàm ascendant prędictæ lib. 640. den. paruorum dictæ auri quę monetę, rócinando grossum, vt s. & hoc in mei damnum non modicum, & iacturã, immo veritus prędictæ regiæ maiestatis. Quare peto ego Simon presa. instanter per vos dños iudices delegatos s. scriptos hoies, siue cõitatẽ dictæ insulæ farræ condẽnari, & per vestram sniam condẽmnatos pronũciari ad dandum, & soluendum, ac restituẽdum, aliàs resarciẽdum mihi prędicto Simoni illud, quod me dicto noie hucusque in solutione dicti salarij defraudauerũt pro toto tpe, quo ipsam insulã Regia concessione tenui, rócinando monetã, vt s. ac ẽt ad dandum, & soluendũ in singulis annis, quibus Regia maiestas cõitatũ dictæ insulæ farrę mihi concesserit, tenendo tm̃ salariũ q̃tum ipsa cõitas soluere tenebatur dictis comitibus, q mittebantur per dictum cõe Venetiarum, rócinando, & multiplicando monetam s. cũ expensis legitimis factis, & fiendis. Et præmissa oĩa, & singula peto omni via iure, & mõ, vsu, & forma, quib. melius de iure fieri põt. saluo mihi iure addẽdi, minuendi, corrigẽdi, declarandi, interpretandi, & aliàs petit vnã, & plures, quotiescunq; expedierit dandi, ac ẽt omni alio iure petendi damna, iniurias, expẽsas, iacturas, interesse, & expensas, quæ, & quas hucusque dicta occasione sum passus, & quæ, vel quas me pati cõtigerit in futurũ, de quibus protestor expresse. Copia cedulæ interclusæ in literis ducalibus Venetiarũ. Ego potestas insularũ farræ, & Bſam iuro, & stabo in regimine ipso a die, quo intrauero, vsque ad duos annos cõpletos, & tanto plus, q̃to successor meus steterit ad veniendũ, quem dñs dux miserit, hñdo integrũ salarium de tanto tpe, q̃to plus stetero, p rata tpis, quod salarium meũ est lib. mille Venetorũ paruorum, recipiẽdo grossum verũ, aliàs vnũ pro 30. paruis. in quo quidem regimine tenere debeo duos socios Venetos, quorũ cuilibet dare debeo lib. 30. duas robas conueniẽtes in anno. & pp ea hic debeo ẽt habere vltra dictas li. mille li. 100. in anno de denarijs, qui consueuerunt dari consiliarijs dictę terræ, & nõ dñt esse ibi consiliarij: verũ tñ faciã vnũ de dictis socijs meis stare in Bſam continue, sicut mihi videbitur. item teneor, & habere debeo vnũ notarium, octo scutiferos, & sex equos meis expensis, cui notario dare teneor solidos 20. in anno. Pręterea 1326. indi. 11. die 7. Iulij captum fuit in consilio Regni, & 40. q cõmissio potestatis farræ, & Bſam corrigatur in tantum, q vbi dicit, q debet recipere suum salarium ad rationem de paruis triginta duobus, sicut moneta currit.

1 In Christi nomine. † Quęstio ista, an inspiciat moneta antiqua, an noua, tãgitur per dóc. iuris ciui. in l. cum quid. & in l. vnum. C. si cer. pe. & in l. in minorum. in qui. cau. in inte. restitu. non est necessaria, per Cy. & l. vxorem. §. vxorem. de leg. 3. per Dy. Et fuit qõ veterũ Pisa noiũ disputata per Iaco. Bu. q determinauit, q debet inspici moneta, q̃ erat tpe pmissionis, non q̃ currit tpe solutionis. & sic tps 9ct. inspicit secũdũ eum hac potissima rõne, qa obligatio est a prin. certa secũdũ qd, secũdũ quale, secũdũ q̃tum. l. certum C. si cer. pet. ergo tractu tpis non mutatur, quia tps non est modus mutandę obligationis, neq; animũ obligationis. status, qui a princ. certus fuit, ex post facto mutatur, arg. ff. de ver. ob. l. insulam inter bienniũ. Et idẽ est, vbicũq; agit ex dispositione hois: quia tps dispõnis nõ tps incidentis solutionis attendit, vt sciamus quid, q̃tum, quale vendebatur: quia vt dixi, certitudo atteẽditur penes originem, & principum 9ctus, vt ff. de ver. ob. l. sti. quędã certe sunt. secundo rñso. ibi, dum dicit, q ipsa prouincia. Sed ista non vr̃ facere ad casum nostrum, quia hic non agitur ex promissione, sed in constitutione, vel cõsuetudine, vñ dicit Spec. q qñ agitur ex dispositione legis, attendatur moneta currens tpe solutionis, non tpe, quo lex fuit edita, vel cõsuetudo introducta. & vr̃ hoc expressum in c. vl. de deci. in cle. sed hoc non obstante dicendum est, q tm̃ debet solui dño comiti insularũ in moneta noua, quæ valeat, quantum valebat antiqua, secundum taxã sibi datam ad rõnem. 30. duorum paruorũ pro quolibet grosso. nam qñ lex taxata remanet firma, remanet firma, donec reuocetur per illam l. sicut aureus legalis taxatus est in 75. pro lib. auri, ẽt si nunc moneta lex loquit, tñ de taxata moneta intelligitur, vt l. si aliquid. & l. quoties. de susce. & archa.
2 & not. in l. quicũque. C. de seruis fugi. & l. fi. cõia deleg. † pręterea a consuetudine non est recedendum, & consuetudo hẽt oculos retro. ff. de alimen. le. l. mella. §. 1. ad hoc. C. loc. l. licẽt. nam tacite vr̃ conuẽtum de salario antiquo. & consuetudo secundum Ia. & Re. arg. de fideiuss. l. fi. in fi. præterea hoc aperte pbatur extra de censi. c. ex parte cõpostollani. & c. olim cãm. primumum loquitur in mensũra veteri attendenda. Secundũ in pondere, & numero veteri attendendis. Et e9 si moneta parua esset ingrossata, non propterea cresceret præstatio, vt cx̃ de censi. in c. cum canonicis. Non ob. c. vlti. de deci. in cle. quia ibi erat cã lucratiua, hic onerosa. Quare. n. hic minueretur honor, videlicet stipendiũ, cum labor, & sumptus cõmitis nõ sit diminutus. porro correlatiuorũ vno mõ mutato, nec reliquũ mutandũ est, aliàs torũ viciaretur. ff. de cõtrahen. emp. l. pacta cõuenta. §. Paulus. ff. de accep. l. fin. Et ideo sentio pro dño comite insularum. & no. q verbum, sicut moneta currit. & non dicit sicut curret in futurũ, valde facit pro dño comite. Bald.

## CONSILIVM CCCCC.

1 *Solutio monetæ an sit fienda secundum extimationẽ antiquæ, an nouæ: & consilio præcedenti.*

2 *Solutioni monetæ an præscribatur. 40. an.*

3 *Quando iuridice sit taxatio a lege, semper intelligitur de moneta semel taxata.*

# In Christi nomine Amen.

In qõne, qua quæritur, vtrum cõitates Farræ, & bracchiæ teneantur soluere eorum cõitatibus per maiestatem Regiã ibi deputatis, q̃titate salarij monetæ nunc currentis, vel tunc, cum regebãtur per Venetos. Christi nomine inuocato dico primo, q factum, super quo petitur consiliũ, fuit mihi transmissum multum obscurũ: nihilominus quia recolo me superioribus annis in huiusmodi causa cõsuluisse, & illud cõsiliũ quęsiui
1 in notulis meis, & inueni. † Et propterea illi inhærendo, & addendo dico, q pro dictis comitibus ibi deputatis facit glossa in verbo, duos solidos. in c. conquerẽte. extra de offic. ordi. ibi gl. tenet solutionem esse fiendam secundum ęstimationem illius monetæ, quæ antiquitus, & ab initio solui consueuit nisi per solutionem minoris monetæ, quæ modo est in vsu, sit præscrip. vt in c. olim. de censi. siue maior moneta sit in vsu tpe solutionis, siue minor, facit. c. cum canonicis. & d. c. olim. de censi. & quod no. Hosti. in summa titu. de censi. §. ex quibus.
2 versi. quid si moneta mutetur. † dicẽs, q si solutio facta est de aliqua moneta, & sigulis annis fuit solutum ad illam monetã, si postea elapsis 40. annis mutet moneta, nihilominus ad ęstimationem primæ fiẽda est solutio, nisi præscriptio solutionis monetæ secũdi generis sit completa. & sic dicit debere intelligi. d. c. olim. & c. cũ canonicis. pallegatũ. quod tñ dixi de annis 40. intellige in ecclesia: sed in priuato de annis 30. vt no. in d. c. olim. Adde, quod dicit gl. in l. fi. in prin. C. cõia deleg. in verbo, 20. solidis. & qd ibi dixi in lectura mea, q si aureus, vel moneta augeatur, vel minuatur, q̃diu essent, reduci debẽt ad intellectũ valoris veteris monetæ. l. si aliquid. & l. quo. C.
3 de susce. & archa. & l. j. C. de veteris numisma. lib. 11. † & qñ iuridice fit taxatio a lege, semper intelligitur de moneta illa semel taxata, sicut dicimus in aureo legali, q taxatus est vt 70. duo cõstituant libram auri, vt d. l. quo. C. de suscep. & archa. libro 11. Et per hæc concludo pro dictis comitibus solutionem salarij fieri debere de moneta tunc currente, cum regebatur per Venetos: & sic de moneta, quæ antiquitus, & ab initio solui consueuit. Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

FINIS.

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V, Omnes sunt Quaterniones, Præter. V, Quinterniones.